Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

EX LIBRIS DOMUS Bibliotheca - artium - SANCTI STANISLAI

EPIGRAMMATUM
ANTHOLOGIA PALATINA.

VOLUMEN PRIMUM.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA JACOB, 56.

EPIGRAMMATUM
ANTHOLOGIA PALATINA

CUM PLANUDEIS ET APPENDICE NOVA

EPIGRAMMATUM VETERUM EX LIBRIS ET MARMORIBUS

DUCTORUM,

ANNOTATIONE INEDITA **BOISSONNADII,**
CHARDONIS DE LA ROCHETTE, BOTHII, PARTIM INEDITA **JACOBSII,**
METRICA VERSIONE **HUGONIS GROTTI,** APPARATU CRITICO

ET BREVI COMMENTARIS INSTRUXIT

FRED. DÜBNER.

GRÆCE ET LATINE.

VOLUMEN PRIMUM.

BIBLIOTHÈQUE S.J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,
INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHO,
VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXI.

BOISSONADII

ET

JACOBSII

DIVIS MANIBUS SACRUM.

PRÆFATIO.

Qua re factum sit ut Anthologia epigrammatum nunc demum prodeat diverso a plerisque hujus *Bibliothecæ* voluminibus ornatu, *editionis Variorum* instar (quod genus olim erat in deliciis), exponere liceat longiore forsan narratione, sed ingenua.

Jam tricesimus agitur annus ex quo Firminus Didot veterum scriptorum græcorum collectionem amplissimam cœpit moliri, minime sane oblitus aut negligens versiculorum illorum qui totum monumentum, velut hedera aut clematitis ingentem platanum ab imo trunco in ultimos usque ramulos corymbis et flosculis vestit. Imo singularem favorem fortunæ in his ter centum poetarum reliquiis expertus et sibi gratulabatur et orbi literato, quod ille ipse vir, quem unanimi omnes suffragio ad rem gerendam delegissent, elegantiarum arbiter idem et exemplar, omnigena doctrina spectabilis Boissonadius opus summe varium, duodeviginti ferme sæcula antiquitatis complexum in sese receperat edendum. His auspiciis præclarissimis adornari cœpta est Anthologiæ nova editio anno MDCCCXXXVI. Nec latine vertendi quæ Hugo Grotius nondum cognoverat epigrammata bis mille negotium recusavit vir eximius et exquisitarum rerum plenissimam annotationem texebat. Quam cum videret et admiraretur Firminus Didot, enixe obsecravit Boissonadium ut justum et quodammodo perpetuum commentarium scribere ne dedignaretur, quem lectorum omnium et plausu exceptum iri augurabatur et commodo fore summo, plurima quippe in poematiis res hodie minus cognitas sæpissime tangentibus non satis intellecturorum nisi explicationis aliquid subministraretur. Sed nullo modo, prece nulla permoveri poterat vir immortalis ut sua manu exararet et Didotum typis describere juberet quæ jam ab aliis recte dicta essent et bene exposita : nova modo et sua daturum; aliena qui desideret, aliunde huic esse petenda; in notis ea libris prostare. Atqui non poterant in difficilioribus tot numero locis necessaria ad interpretationem præteriri, dum vicini loci in exquisitis philologicæ et literariæ doctrinæ cuppediis luxuriarent. Ita evenit ut tum quidem res faustissimis avibus inchoata et jam multum provecta, subito abrupta omitteretur.

Quod quum ægerrimo animo ferre Didotum viderem, anno MDCCCXXXIX literis adii Fridericum Jacobs, cujus ut alii omnes summam humanitatem ita

ego paternum in me animum gratus usque recordabor. Respondit « *sospitator Anthologiæ græcæ* » ipsum quidem alienum esse a nova editione suscipienda, sed libenter nobiscum communicaturum quæ nunc de singulis locis judicaret aliter ac pridem. Atque nostram in gratiam venerandus senex Anthologiæ Palatinam editionem maxima diligentia relegit, correxit, criticas notas, ubi necessarium videbatur, sua manu appinxit.

Pretiosissimo codice jacobsiano (quem appellari fas est) ad nos perlato, Firminus Didot, ut solet, quæsivit qua ratione jam instituenda esset quam parabat editionem, quo literarum græcarum amantibus et studiosis quam plurimum inde commodi fieret. Ibi latina Hugonis Grotii animadvertit admirabilia quidem esse illa et prorsus antiquum spirantia, sed iis qui singula quæque accurate sequi et intelligere velint, non satis adjumenti allatura. Quocirca tota ipsi Anthologia *ad verbum* quod ajunt latine vertenda esse videbatur et eum in modum adornanda quo ceteri in hac *Bibliotheca* scriptores et poetæ conspiciuntur. Ad ejusmodi munus obeundum cui otium, doctrina et poeticarum venerum sensus esset et superesset, inventus est Bothius, cujus ingenium et in poetas græcos latinosque merita nemo nescit. Absolverat tum ille et Comicorum græcorum fragmenta et Athenæi dipnosophistarum translationem, Dindorfii quæ nunc prelum exercet novæ recensioni præ Dalechampiana versione adjiciendam. Quare lætus Didoti literis sine mora Musarum prata amœnissima ingressus est, græca quoque, ut a critico viro exspectari poterat, pro virili emendaturus. Labentibus annis optimum virum non ardor unquam neque alacritas, sed vita destituit opere non absoluto. Quod iterum *pendere interruptum* : iterum hærere et circumspicere Didotus.

Interea quidquid est hominum eruditiorum et elegantioris doctrinæ amantium per totam Galliam tristissimo percellitur nuntio : decessisse humaniorum literarum decus et per sexaginta (*) annos magistrum tam popularibus quam exteris. At dignum tanto patre filium, Gustavum Boissonade, quamquam in juris penetralibus habitantem, græcarum chartarum in hereditate paterna ingens thesaurus minime habuit imparatum : plurima diu neglecta et sibyllinorum ad instar foliorum dispersa suis quæque locis, suo particulas quasque operi reddidit docta et pia juvenis viri diligentia. Sic annotationem in epigrammata græca, brevibus chartulis commissam et per viginti annos a patre derelictam, tanquam Virbium undecumque collegit una cum græcis patris manu correctis, atque opus *Bibliothecæ* Didotianæ olim destinatum felici opera instauravit. Benevo-

(*) Per annos *sexaginta!* Nam docendi initium fecisse dicendus est Boissonadius quo anno scripta dissertatione respondit Academiæ ad quæstionem hujusmodi : *Rechercher les moyens de ranimer en France l'étude du grec et du latin*, ante hoc sæculum anno altero MDCCXCVIII.

lentiæ autem et amicitiæ, qua per totam vitam Boissonadius Didotum amplexus erat, hoc dedit filius ut chartas erudita pietate tanquam renatas Didotum potius quam librarium alium cum lectoribus φιλέλλησι communicare vellet.

Quibus, dum seposita quiescebant, accesserant quæ JACOBSIUS nostra gratia ex ingenii et doctrinæ copiis deprompserat, quæ BOTHIUS, denique quæ per viginti annos eximii critici de Anthologia scripserant, quorum libros, libellos, commentationes, observationes Boissonadius non viderat dum in eodem opere versabatur, quippe nondum in lucem edita. Hæc omnia quemadmodum, si viveret, minime neglexisset immortalis viri mira diligentia, ita post dolendum fatum non esse negligenda judicavit Didotus, sed commemoranda quæcumque aut interpretationem sanam adjuvare aut vitiose scripta corrigere posse viderentur.

Hunc in modum re constituta, celebres apud nos reliquias CHARDONIS ROCHETTII, quæ nunc in imperiali Bibliotheca conservantur, excutiendas esse putavi. De quibus vera retulisse cognovi Piccolon nostrum (*Supplément à l'Anthol. grecque,* p. 89 seq.). Quantivis illæ pretii erant ante editum Codicem Palatinum ipsum : nunc magno labore utilia pauca eruuntur; quæ suis locis posuimus. Excipiendus codex Salmasio-Buherianus, de quo paullo post dicemus.

Planudeum codicem optimum, quo Brunckius usus est, docta manu diligentissime scriptum, hujus generis ni fallor antiquissimum, si denuo tractassem (bonarum horarum, ob ordinem diversum, dispendio summo), aut nulla aut perpaucissima præbiturum fuisse rei criticæ adjumenta nemo dubitabit, sed epigrammatum quæ absunt a Palatinis membranis appendici quam oportet curam impendemus.

Græcorum igitur tum JACOBSIANO ultimæ manus exemplo sive suprema viri in Anthologia habitantis recensione uti nobis contigit, tum BOISSONADII recensione, ipso rationes ubique exponente; denique BOTHIANA, leviore nonnunquam et inconsiderata, sed bonis inventis non carente. Tribus recensionibus ineditis admovimus præstantissimas observationes rei criticæ principum : MEINEKII, HERMANNI, BERGKII, HECKERI, SCHNEIDEWINI, OTTONIS SCHNEIDERI, UNGERI, et aliorum. Ex his quæ nobis aut vera aut proxime ad verum accedere videbantur, in seriem græcam recepimus, apposito quidem, ut ipse omnibus in locis judicare possit lector, *apparatu* qui dicitur plenissimo et quam potuimus exactissimo. Qua in opera accidit nobis ut miraremur simul et admiraremur rem prorsus inexspectatam. Post Spalettium et Paulssenium, religiose singula omnia Codicis Palatini rimatos, Wechelianæ editionis exemplum cui Buherius varietatem omnem a Salmasio enotatam eleganti calamo adscribendam curaverat, sine ullo damno negligi et seponi posse videbatur; et seposueram.

At ecce in medio fere capite septimo quum Brodæi notam quandam inspicerem, casu oculus in variantem versiculi alicujus scripturam proxime allitam incidit, eamque magni sane momenti, *alio nemine hujusmodi aliquid referente*. Ne multa, apparuit juvenem SALMASIUM, qui primus codicem excussit, jam tum veteres et recentiores sive interpolatos ductus librariorum aliquoties optime distinxisse, ubi nihil viderat κομπομικρολόγος ille Paulssenius, non poterat autem videre Jacobsius in apographo formam literarum reddente, non atramenti et rasæ lotæve membranæ speciem. Quæ Salmasiana, nisi error alicubi patebat, cum pulvisculo sublegi in altera parte capitis septimi atque in Addendis. Unde liquidum confessumque fiet omnibus opus esse ut liber in terris unicus ab homine harum rerum gnarissimo examinetur DENUO, quo scriptura ex ipso olim archetypo ducta, a correctoribus nondum attrectata, certum in modum ubique patescat et ab interpolatis discernatur. De his autem correctoribus, de correctionum et variæ scripturæ fontibus, deinde de dialecticarum formarum mira prorsus in his poematiis ποικιλία, unde ea provenerit et qui pro ætate cujusque poetæ aut more modus ejus rei sit statuendus, quæstionem spissam et arduam, sed necessariam, nemodum (quod sciam) tractavit : quæ in hac *variorum editione*, etiamsi aliqua parata haberemus, tractari non poterat.

Latina capitum I, III, IV et VIII sunt BOISSONADII, qui in capite V et parte sexti ea quoque epigrammata latine reddidit quæ apud Hugonem Grotium non habentur. In sexto capite rem omisit, Gregorii Nazianzeni versibus (cap. VIII ante cetera, ut videtur, translatis. BOTHII sunt latina capitum II et V, sed in sexto capite ille, item ut Boissonadius, telam subito abruperat, ad alia capita transiliens, nonum, undecimum, quindecimum et planudeam appendicem, quæ magna ex parte, integrum nullum, in latinum sermonem convertit. Ingentem hiatum quomodo explerem et in otio satis angusto longissimis capitum, septimo et nono, prospicerem non leviter animi sollicitus, amicissimum virum J. LAPAUME appellavi, cujus multam doctrinam et indefessum in philologicis omne genus studiis ardorem tam ex scriptis quam familiari usu cognitum habebam. Nec fefellit spes in amico posita : sine mora respondit se prompto animo rem suscepturum. Tam longe autem aberat ut oneris aliquid sentiret sibi esse impositum, ut exinde totum se daret Anthologiæ græcæ. Non ea solum quæ Boissonadius et Bothius intacta reliquerant, sed integra capita quindecim Palatinæ et planudeam appendicem « latinitate donavit. » Præterea de plurimis est commentatus et animadversionum suarum condidit fasciculos : unde, quæ fugerunt interpretes priores, excerpta proponet in altero volumine.

In annotatione integra habes Boissonadiana et Jacobsiana exempli ad nos missi, selecta autem ex Bothianis. Ceterum brevitati simul et commodis utili

tatique legentium consulentes ipsa plerumque verba interpretum et criticorum præstantium, ad rem pertinentia, excerpsimus, in locis dubiis, difficilibus aut desperatis, ut oportebat, uberiores, breves vero ubi certa et plana legi videbantur. Nam quæ Firmino Didot ab optimis viris, sicuti narravimus, commendatæ et concreditæ erant copiæ ne distraherentur aut perirent, Anthologiæ instituenda erat *editio variorum* : eam rem bene an secus administraverim, eruditi lectores judicabunt.

HASII

NOTITIA CODICIS PALATINI.

Codex in 4° membranaceus, paginis numeratis 614 quatuorque foliis membranaceis præfixis constans, in Catalogo Roma misso n. 293. Interiori parti operculi agglutinata est inscriptio æri incisa, hujusmodi : *Sum de bibliotheca, quam Heidelberga capta spolium fecit, et P. M. Gregorio XV trophæum misit Maximilianus, utriusque Bavariæ dux etc. S. R. I. Archidapifer et Princeps Elector.* Sequuntur Bavariæ *arma* ut dicunt, id est insignia in scuto, cum temporis nota : *Anno Christi M. IOC. XXIII :* videlicet ex illis Bibliothecæ Palatinæ codicibus est hic noster, quos Gregorius XV papa sibi a Maximiliano Bavariæ duce dono datos, nobiles Heidelbergicæ victoriæ manubias accepit, aliquot annis antequam Urbanus VII eandem Bibliothecam Palatinam per Leonem Allatium fere integram Romam advexit : confer Assemani præfationem generalem Catalog. Biblioth. Vatican. tom. I, pag. XXIII. Inferius calamo adscriptum legitur : *In novo Indice Palat. XXIII, olim* 33. Codex vero noster est Palatinus ille nobilissimus, Anthologiam Constantini Cephalæ continens, cujus codicis bonitatem atque vetustatem loco suo eruditi perplures innumerabilibus, ut ita dicam, scriptis celebraverunt : eundem vir magni nominis Chardon de la Rochette, a capite ad calcem descriptum, perpetuaque annotatione instructum in animo habet ut in lucem edat; vid. Analecta Critica Imm. G. Huschke (Jenæ et Lipsiæ. 1800. 8°) præfat. pag. XIII. Quamobrem, quamquam facile credam hunc librum inter Vaticanos pretiosiorem esse quam quemquam pretiosissimum; quod idem Harlesius sentire videtur Bibl. Gr. vol. IV, pag. 432 : tamen pro eo, quod doctissimus vir et majorum gentium criticus, Chardonus, hanc sibi jam operam totam vindicavit, pergam tenere illam viam, quam institui : ut argumenta quidem, seriemque paginarum partitionemque Codicis diligenter perscribam, de textu vero (præter ea quæ in continuata lectione enotavi) generatim atque universe agam : nam minima quæque persequi præ tanta multitudine codicum minus commode potui. Ac de singulis epigrammatibus indicabo, quo loco inveniuntur aut in edit. Anthologiæ Venetiis apud Petrum et Jo. Mariam Nicolinos Sabienses, impensa Melchioris Sessa, 1550. 8 (*), aut, si illa desunt, in edit.

(*) De qua vide Bibl. Gr. Harl. vol. IV, p. 441. Ea autem edit. sum usus, quia in ipso Cod. jam ad

Jacobsii, cujus primus tomus Lipsiæ 1794 est impressus. Loquar itaque primo de quatuor foliis præfixis, non numeratis. In quorum primo, *recto,* invenitur tabula totius Codicis argumenta continens, scriptura sæc. circiter decimi : quam tabulam huc adscribam, quod a Brunckii apographo in Analectis (Argentorati 1776. 8), tom. I, præfat. pag. IX seq., in plerisque differt : est autem in codice hujusmodi :

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ (1) βίβλῳ τῶν ἐπιγραμμάτων·

Α. Νόννου ποιητοῦ Πανοπολίτου ἔκφρασις τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἁγίου εὐαγγελίου.

Β. Παύλου ποιητοῦ, σελαντιαρίου (2), υἱοῦ Κύρου, ἔκφρασις εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἤτε (3) τὴν ἁγίαν Σοφίαν.

Γ. Συλλογαὶ ἐπιγραμμάτων Χριστιανικῶν εἴς τε ναοὺς, καὶ εἰκόνας, καὶ εἰς διάφορα ἀναθήματα.

Δ. Χριστοδώρου ποιητοῦ, Θηβαίου, ἔκφρασις τῶν ἀγαλμάτων, τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον, τοῦ ἐπικαλουμένου Ζευξίππου.

Ε. Μελεάγρου ποιητοῦ, Παλαιστίνου, στέφανος διαφορων ἐπιγραμμάτων.

ς. Φιλίππου ποιητοῦ, Θεσσαλονικέως, στέφανος ὁμοίως διαφόρων (4) ἐπιγραμμάτων.

Ζ. Ἀγαθίου σχολαστικοῦ, Ἀσιανοῦ Μυρηναίου (5), συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων, ἐκτεθέντων ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα (6)· ἔστι δὲ ἡ τάξις τῶν (7) ἐπιγραμμάτων, ἤγουν διαίρεσις, οὕτως.

α′. πρώτη (8) μὲν ἡ τῶν Χριστιανῶν (9).

β′. δευτέρα δὲ ἡ τὰ Χριστοδώρου περιέχουσα (10), τοῦ Θηβαίου.

γ′. τρίτη (sic) δὲ, ἀρχὴν μὲν ἔχουσα τὴν τῶν ἐρωτικῶν ἐπιγραμματων ὑπόθεσιν.

δ′. ἡ τῶν ἀναθεματικῶν (11).

ε′. πέμπτη ἡ τῶν ἐπιτυμβίων.

ς′. ἡ τῶν ἐπιδεικτικῶν.

ζ′. ἑβδόμη ἡ τῶν προτρεπτικῶν.

η′. ἡ τῶν σκωπτικῶν (12).

θ′. ἡ τῶν Στράτωνος τοῦ Σαρδιανοῦ.

ι′. διαφόρων μέτρων διάφορα ἐπιγράμματα.

ια′. ἀριθμητικὰ, καὶ γρίφα (13) σύμμικτα.

permulta Epigrammata Salmasius annotaverat, quo loco in illa invenirentur : ipsa fere ubique convenit cum Aldinis.

(1) Brunck. ἐν τῇδε.

(2) Brunck. Σιλεντιαρίου, et υἱοῦ, quod sequitur, deest.

(3) Br. εἴτε.

(4) Br. ὁμοίων καὶ διαφόρων.

(5) Br. Μυρινσίου.

(6) Br. addit τὸν Κοσμᾶ.

(7) Br. omittit τῶν.

(8) Br. in hoc et in sequentibus omittit hujusmodi ordinales numeros literis scriptos.

(9) Br. χριστιανικῶν.

(10) Br. sic : β′ δὲ Χριστοδώρου περιέχει· et addit in fine, κ. τ. λ.

(11) Br. recte ἀναθηματικῶν

(12) Cod. σκοπτικῶν. Br. addit, καὶ διαφόρων, quod non est in Cod.

(13) Sic, forte pro γρῖφοι sive γρῖφη. Br. habet γριφώδη.

ιϐ'. Ἰωάννου γραμματικοῦ Γάζης ἔκφρασις τοῦ κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν χειμερίῳ λουτρῷ.

ιγ'. Σύριγξ Θεοκρίτου, καὶ πτέρυγες Σιμμίου. Δοσιάδα βωμὸς, Βησαντίνου ὠὸν καὶ πέλεκυς (14).

ιδ'. Ἀνακρέοντος Τηΐου Συμποσιακὰ ἡμιάμβια, καὶ Ἀνακρεόντια, καὶ τρίμετρα.

ιε'. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τῶν ἐπῶν ἐκλογαὶ διάφοροι· ἐν οἷς καὶ τὰ Ἀρέθου (15), καὶ Ἀναστασίου, καὶ Ἰγνατίου, καὶ Κωνσταντίνου, καὶ Θεοφάνους κεῖνται ἐπιγράμματα.

Huic tabulæ in ima pagina antiqua manu germanica subscriptum est : *Est Bibliothecæ Palatinæ*. Unde vero Brunckius hos duos articulos sumpserit, ις'. Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἐπιστολαί τινες, et ιζ'. Ἀριστοτέλους βίος, quos in suo apographo pag. X adjecit, non video : nam in Cod. hac pagina non sunt, neque unquam videntur fuisse. Interim multa in Codice aliter atque tabula indicat haberi, et Brunckius præfat. pag. XI-XIV observavit, et ipse demonstrabo suis locis. Eodem folio verso scripta sunt epigrammata aliquot, manu recentiore quam illa cui tabulam debemus ; sunt autem hæc :

I. Ἡ σάτυρος τὸν χαλκόν. Deest in edit. Sabiensi. Jacobs. Anthol. tom. IV pag. 175. Anonymi. [Plan. ep. 246.]

II. Χαῖρε θεὰ δέσποιν'. Deest in ed. Sabiensi Jacobs. tom. I pag. 119. CRATETIS. [X, 104.]

III. Δᾶμος Ἀθηναίων κ. Deest ed. Sabiens. Jacobs. tom. I pag. 75. [*Simonidis*, Append. 77.]

IV. Ἄλσος δ' ὡς. Ed. Sabiens. fol. 195 *verso*. PLATONIS. [Plan. ep. 210.]

V. Εἰ καί σοι πτέρυγες, ut LEONIDÆ TARENTINI. Deest ed. Sab. Jacobs. tom. I pag. 168. [Plan. 213.]

VI. Ἵζευ ὑπὸ σκιεράν. HERMOCREONTIS. Ed. Sab. fol. 16 *recto*. [Plan. 11.]

VII. Ἔρχευ, καὶ κατ' ἐμάν. Anonymi. Ed. Sab. fol. 16 *recto*. [Plan. 12.]

VIII. Ἄχω φίλα μοι. Ed. Sab. fol. 189 *recto*. GAURADÆ. [Plan. 152.]

IX. Πλῆκτρ' ἔχει φόρμιγγος. Ed. Sab. fol. 205 *recto*. PAULI SILENTIARII. [Plan. 278.]

X. Σὸν μὲν κάλλος ἔδειξε. Sab. ibidem. Ejusdem. [Plan. 277.]

XI. Μουσάων δεκάτη. Sab. fol. 212 *verso*. LEONTII. [Plan. 283.]

XII. Οὔτις ἐπ' ἀνθούσῃ. Sab. ibidem. Ejusdem. [Plan. 285.]

XIII. Οὔνομ' ἔχεις λιϐάνου. Sab. fol. 213 *recto*. Ejusdem. [Plan. 288.]

XIV. Τίς λίθον ἐψύχωσε. Sab. fol. 190 *verso*. Anepigraphum. [Plan. 159.]

XV. Ἡ παφίη κυθέρεια. Sab. ibid. PLATONIS. [Ib. 160.]

(14) Hoc de Besantino in sequentem numerum conjicitur a Brunckio.

(15) In Cod. legitur Ἀρέθ : is vero Arethas est presbyter ille Cæsareensis, cujus Catena in Apocalypsin et alia nonnulla exstant : vid. Fabric. Bibl. Gr. vol. VII, pag. 791.

XVI. Οὔτε σε πραξιτέλης. Sab. ibid. Ejusdem. [Plan. 161.]

XVII. Τὴν παφίην γυμνήν. Sab. ibid. Luciani. [Ib. 163.]

XVIII. Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα. Sab. ibid. Ejusdem. [Ib. 164.]

XIX. Αὐτὸν πυθαγόραν. Sab. fol. 222 *verso*. Anepigraphum. [Plan. 326.]

XX. Τίς πόθεν ὁ πλάστης. Sab. fol. 203 *verso*. Posidippi. [Ib. 275.]

XXI. Νικήταν δορίτολμον. Sab. fol. 173 *verso*. [Plan. 46.]

XXII. Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν. Unus versus. [Verba ἀντιστρέφοντα, aquæ benedictæ vasculis ad fores ecclesiarum positis insculpi solita.]

XXIII. Ὦ λῷστε μή. Jacobs. Anthol. tom. IV pag. 165. Anepigraphum. [Plan. 192.]

XXIV. Τίς ἅδε· βάκχα. Edit. Sabiens. fol. 175 *recto*. Simonidis. [Plan. 60.]

XXV. Τόλμαν ἀλεξάνδρου. Edit. Sabiens. fol. 185 *recto*. Archelai. [Ib. 120.]

XXVI. Τὰν ἐκφυγοῦσαν. Ed. Sabiens. fol. 192 *recto*. Leonidæ Tarentini. [Ib. 182.]

XXVII. Ἴδ' ὡς ὁ πρέσβυς. Ed. Sabiens. fol. 215 *verso*. Ejusdem. [Ib. 307.]

XXIX [sic]. Ἄγριος οὗτος. Jacobs. Anthol. tom. III pag. 198. Juliani Ægyptii. [Append. ep. 43.]

XXX. Ἴσως με λεύσων. Edit. Sabiens. fol. 174 *recto*. Philippi. [Plan. 52.]

XXXI. Ταύρου βαθὺν τένοντα. Edit. Sabiens. fol. 2 *recto*. Antipatri. [VI, 256.]

XXXII. Τὸν ἐκ σινώπης. Edit. Sabiens. fol. 113 *verso*. Philippi. [Plan. 25.]

Hactenus recensita in Codice manu recentiore sæc. XII aut XIII scripta sunt : quæ sequuntur, sunt in numeratis foliis manu antiqua sæc. circiter noni per totum Codicem ad finem usque continuata.

2°. Pauli Silentiarii, Cyri f., *Descriptio Magnæ Ecclesiæ, seu Sanctæ Sophiæ*. Titulus fol. 1 *recto* : Παύλου σιλεντιαρίου ἔκφρασις τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας σοφίας. Incipit : Ἆρ' ἐστιν εὑρεῖν μείζονα.

[Hic substitit vir præstantissimus, non unquam ad finem persecutus hanc descriptionem, quippe in *verso* hoc ipso folio inchoata cernuntur quæ Bredovio olim misit Epistolis Pariensibus inserenda. Non repetimus Jacobsiana ad Palat. p. 3 — 5; necessaria quæque relata sunt in Annotatione.]

JACOBSII

PROLEGOMENA BREVIORA.

Veteres Græci, religiosissimi mortalium, quum omnia tam secunda quam adversa ad deos referrent, bellis feliciter gestis, hostibus devictis, non solum partem prædæ atque manubias diis, quorum se præsidio victoriam reportasse existimabant, seponere, verum etiam arma hostibus detracta in templis atque delubris eorum dedicare solebant (*). Ad hoc antiquissimum, ut videtur, donariorum genus proxime accedebat aliud, huic cognatum, quum victores præmia in publicis certaminibus, quæ et ipsa sub deorum tutela erant, proposita, tripodas, lebetas et id genus alia, diis consecrarent, simul ut grati animi significationem darent, simul ut memoriam victoriæ apud homines conservarent. Cum quibus duobus generibus conjungendum est tertium, instrumentorum consecratio, quibus quis in arte aut opificio usus fuerat, armorum inprimis, quibus sæpe salutem suam debuerat, aliorumque quæ, quum aut annis et ætate confectus ab opere faciendo cessaret, aut ad aliud vitæ genus transiret, laudabili pietate in templorum vestibulis consenescere quam fortunæ casibus objici malebat.

His donariis, postquam literæ in usu esse cœperunt, inscriptiones sunt additæ, brevissimæ illæ primum et in nominibus se continentes, interdum etiam, si res ita ferret, rhythmice incedentes, heroico potissimum numero, ad quem postea pentameter accessit, primum apud Iones, tum etiam apud alios. Ad priscæ illius consuetudinis simplicitatem compositum epigramma quod, ab impostoribus procul dubio, Amphitryonis quem vocabant tripodi Cadmeis litteris insculptum Thebis in templo Apollinis Ismenii Herodotus viderat (V, 59) :

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἰὼν ἀπὸ Τηλεβοάων,

et illud quod Virgilius ad eandem rationem finxit ab Ænea in Leucate clipeo Abantis inscriptum (286) :

Ære cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
Postibus adversis figo et rem carmine signo
ÆNEAS HÆC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA.

Quod epigramma vel propterea est memorabile, quod in priscæ simplicitatis imitatione insigne tamen acumen habet. Postquam enim in his inscriptionibus verba metri legibus cœpta sunt adstringi, fieri non potuit quin etiam orationis quidam ornatus accederet, cujus natura et ratio ita ferebat, ut nudæ rei expositioni vividior sententiæ vis succederet. Quod magis etiam tum debuit fieri, quum elegiaca disticha huic rei essent adhibitæ. Quum enim hoc versuum genus strophen quodammodo efficiat, sponte exspectatur, ut docta quadam sententiæ conformatione totum illud, quod aures in heroici versus cum pentametro copulatione cum voluptate sentiunt, etiam animo et mente percipiatur. Quare mature factum est ut elegiaci poetæ et singula disticha et periodos ex distichis compositas sæpenumero luculenta quadam sententia aut verbo concluderent quod legentis animum pungeret et teneret. Quo brevius autem est carmen, eo magis requiritur ingeniosa sententiæ conversio, aut præceptum ad vitam utile, aut gravis quædam et fœcunda γνώμη, aut omnino quod quasi aculeum in animo relinquat. Sic itaque epigrammata, primum donariis, tum monumentis sepulcralibus, tabulis votivis, statuis, signis aliisque rebus adhibita, cum externa carminis forma naturam quoque carminis induebant. Neque tamen hoc ita velim accipi, quasi id quod in hoc genere poeticum est, totum ab externa ejus forma derivandum esse existimem. Nam in rebus quoque illis, quæ epigrammatis concinnandis opportunitatem dabant, quantum inerat ad pietatis, admirationis, grati animi sensum excitandum, quo quum incalescit pectus, sponte poeseos vis et lumen enascitur! quam crebro vota cum gratiarum actione, preces cum lætitiæ significatione jungendæ erant! quam acriter sæpe rerum ipsarum, quibus addebatur inscriptio, ut statuæ, tabulæ

(*) Æschyl. Agam. 560 seqq., Sept. c. Theb. 260 seqq.

pictæ aliusve similis operis præstantia ad laudem ejus auctorisque excitare debebat! In monumentis autem sepulcralibus quot et quanta fuerint ad commoti pectoris sensus expromendos invitamenta, quid attinet dicere? Quæ omnia sunt ejusmodi, ut sponte appareat quomodo factum sit ut ἐπίγραμμα, quod a nuda nominum commemoratione cœperat, satis mature angusta quibus continebatur claustra perrumpere gestiret et, quantumvis exiguis finibus circumscriptum, ad poematis tamen laudem et virtutem adspiraret.

Diu tamen in hoc genere priscus ille color, prisca simplicitas obtinuit, ita ut poetici coloris lumina ei nonnisi summa cum temperantia adhiberentur. Idque non unam ob causam. Loci enim cui destinata fuerant epigrammata, ratio: basis statuæ angustior, cippi area non admodum spatiosa, margo donarii, effusam orationem intra arctos fines cohibebat; quumque ipsa res postularet ut, qua de causa epigramma esset additum, sine mora intelligeretur, cum hoc ipsum, tum pia donarii aut monumenti epigrammate ornandi destinatio et brevitatem commendabat et ambitiosum ornatum, ut a re alienum, præcidebat. Verum ex antiquissimo hoc epigrammatum genere, quod totum pendebat a rebus quæ ei originem causamque præbuerant, aliquanto post aliud est exortum genus, materia illud a priore non diversum, forma haud paullo liberius. Cœperunt enim nonnulli ad priscarum illarum inscriptionum similitudinem epigrammata scribere, non hoc consilio ut ἀναθήμασιν ea aut monumentis aut artis operibus accommodarent, sed ut in tali argumento, quod ipsorum animos ad se advertisset, suaviter et ingeniose luderent. In ejusmodi lusibus sicuti princeps et genuina epigrammatis forma servari debuit, sic a prisco et simplici orationis genere necessario recedendum fuit. In talibus igitur epigrammatis quum uberior rei expositio, narratio explicatior, oratio floridior locum haberet, ortum est illud genus quod, quum ἀναθηματικὸν vellet videri, revera ἐπιδεικτικὸν fuit. Huic generi, cui jam Simonides videtur prælusisse, plurimi navarunt operam. Et quum post Alexandri Magni imperium, rebus per totam Græciam vehementer immutatis, poesis quoque novam quodammodo speciem novumque cultum sumpsisset, in quo simplicitatis quædam affectatio cum operosa eruditione conjuncta erat, ita ut multi curiose mallent loqui quam bene, cœperunt scribi epigrammata quæ nulla re magis quam arte et doctrina conspici et commendari vellent. Inter hæc principem locum tenet illud genus, quod rerum a poetica tractatione quodammodo abhorrentium eique renitentium, instrumentorum potissimum omnis generis curiosa enumeratione continetur et, licet veræ poesis aut parum aut nihil habeat, artificiosa tamen tenuissimarum rerum descriptione sermonisque ad illas res ornandas egregie conformati delectu placere potest.

Jam vero huic poeseos generi *parodias* mature adhæsisse, et fere simul cum eo natas esse, nemo mirabitur qui Græcorum ingenium noverit, quorum, ut verissime observavit Welckerus (in eruditis ad Theognidem Prolegomenis p. LXXX), universa vita sermonesque omnes atque omnia convivia parodiarum lusibus abundabant. Hinc exortum est genus epigrammatum σκωπτικῶν, quod seriore ævo, quamquam etiam antiquitus, sed seriore inprimis ævo, i. e. post æram christianam, ita frequentatum atque exornatum est, ut et olim et hodie quoque longe plurimi, quum epigrammatis mentionem fieri videant, continuo aliquid quod risum moveat, sales et dicteria, sibi animo fingant.

Est autem aliud præterea genus, a præcedentibus diversum, sed a veteribus studiose excultum, quod medium quodammodo est inter elegiam et epigramma ἐπιδεικτικόν, elegiæ tamen plerumque vicinius. Quemadmodum enim inter breviores, ut hoc utar, Propertii elegias quædam reperiuntur quæ ob totam singularum partium conformationem, et inprimis ob vividiorem exitum facile epigrammatis annumerari possint, ita inter poematia quæ in Florilegiis epigrammatum leguntur, amatoria inprimis, convivalia et sententiosa, haud pauca habentur quæ pro elegiis habere et cum Mimnermi alicujus aut Solonis et Theognidis ἐλεγείοις commode conjungere possis. Et hujus quidem generis longe maximus ex omni fere ætate numerus ad nostra temporis servatus est; in quo plurima sunt et inventionis laude conspicua, et orationis elegantia præstantissima, quibus jactura quam in elegiacis optimi ævi poetis fecimus, quodammodo resarcitur, idque eo magis, quo verisimilius est haud pauca in iis ex limpidissimis vetustiorum elegiacorum fontibus deducta et derivata esse.

Jam reputantibus nobis quanta fuerit per totam Græciam ab antiquissima ætate publicorum privatorumque omnis generis monumentorum copia, e quibus plurima inscriptionibus instructa fuisse constat, dubitari non potest numerum epigrammatum versibus conceptorum non fuisse

exiguum. Inter hæc quum plurima essent quæ ad populorum res gestas, ad veterem urbium memoriam, singulorumque hominum vitam illustrandam momentum haberent, Græci, vetustæ rerum suarum memoriæ perscrutatores curiosissimi, nec hunc fontem neglexerunt, exstiteruntque qui ejusmodi epigrammata ex dispersis monumentis colligerent, simulque cum ipsis, ad quæ pertinebant, operibus descripta et adumbrata servarent. Commemorantur collectiones hujus generis, duobus ante ævum nostrum sæculis a Polemone concinnatæ, tum Alcetæ, Philochori et aliorum, quarum nulla ætatem tulit, quamquam satis est credibile a serioribus tum historicis tum Anthologiarum conditoribus syntagmata compilata nec pauca ex iis, fortasse optima quæque et præstantissima, ad vos servata et propagata esse (*). Cum maximo enim literarum emolumento factum est ut sæculo fere ante Christum natum Meleager Gadarenus, vir ingeniosus nec poeta mediocris, ex optimis omnis ævi poetis epigrammata deligeret atque in unum corpus conflaret, cui στεφάνου sive *coronæ* titulum fecit. Hoc elegantis industriæ exemplum centum annis post imitatus est Philippus Thessalonicensis, qui et ipse se in epigrammatico genere cum laude exercuit, novam ex poetis qui post Meleagrum epigrammatis scribendis operam navaverunt, *coronam* contexens. Uterque epigrammata in ordinem recepta secundum initia disposuit, ita ut literarum ordinem sequeretur, cujus ordinis manifesta supersunt vestigia. An temporis quoque et ætatis poetarum, aut argumentorum similitudinis habita sit in disponendo ratio, nunc quidem ignoramus, neque tamen probabile est (**). Ceterum uterque collectionem suam auspicatus est procœmio, in quo, quod στεφάνου sive *coronæ* nomen et ratio quodammodo postulabat, singuli poetæ cum singulis floribus plantisve comparantur.

Ac hi quidem Florilegiorum conditores antiquissimi nulli epigrammatum generi præ ceteris favisse, nullum de *coronis* suis exclusisse videntur; sed quæcumque digna censuissent ut a posteris legerentur, ea sine argumenti discrimine adoptaverant. Postea autem secuti sunt qui argumenti ratione habita epigrammatum facerent delectum. Horum unus, Strato Sardianus, homo nequiter ingeniosus, sed poeta elegans, secundo, ut videtur, post Chr. sæculo exeunte, turpi consilio ex Meleagri et Philippi *coronis* ea excerpsit quæ ad puerorum amores spectarent, multaque de suis, antiquioribus illis haud paullo flagitiosiora, admiscuit. Hunc libellum, cum Philænidis fortasse et Elephantidis famosis operibus, cum Lusibus Priapeiis, et paucis aliis antiquitatis ejusdem farinæ libris comparandum, a recentioribus autem et christianis hominibus longe longeque superatum, Μοῦσαν παιδικήν inscripsit : quæ propudiosa collectio periisset nisi christianus homo ejus ætatis, quam hodie nonnulli nobis tamquam omnis incorruptæ religionis sedem in exemplum proponunt, eam cum christiani argumenti poematis conjunctam et quodammodo circumvallatam servasset (*). Honestius consilium secutus Diogenes Laertius, Vitarum philosophorum scriptor, ea potissimum epigrammata, quæ ad philosophos spectarent, collegit et in peculiari libro condidit. De qua collectione si judicare licet ex iis quæ Diogenes inde in Vitis excitavit, longe maxima pars ejus continebatur ineptis et jejunis ipsius compilatoris poematiis, vario metrorum genere conscriptis, unde totum illud syntagma Παμμέτρου titulo inscripsit (**).

Proximis sæculis ob miseram Græciæ conditionem aliasque ob causas, quas hîc commemorare nihil attinet, studium poeseos refrixit, donec imperii sede Byzantium translata, Græcisque literis tum in Imperatorum aula, tum in aliis etiam orbis Romani partibus novo splendore collustratis, Musæ quoque ex alto duorum fere sæculorum sopore excitari cœperunt. Exstitit tum, quinto ut videtur sæculo ineunte, Nonnus Panopolitanus, vir admirabilis, qui spisso Dionysiacorum opere omnem Bacchicarum fabularum farraginem elegantissima quidem oratione, sed incredibili loquacitate congessit.

(*) [De qua re docte et copiose egit Heckerus, Commentat. crit. in Anthol. parte prima p. 66 seqq.]

(**) [Atque unum agnoscunt alphabeticum quem dicunt ordinem Passovius *Quæstione de vestigiis Coronarum Meleagri et Philippi in Anthologia Constantini Cephalæ*, Vratisl. 1827, et Weigandus *De fontibus et ordine Anthologiæ Cephalanæ*, in Museo Rhenano a. 1845, p. 161 seqq, 541 seqq.; a. 1847, p. 276 sqq.]

(*) Reperiuntur hic illic in bibliothecis libri manuscripti qui initio et fine orationes sacras, preces, controversias et similia offerunt, in media sui parte autem impia et obscena, similes Nisi filiæ superne formosæ, sed *candida succinctæ latrantibus inguina monstris*.

(**) [Sed in Constantini Cephalæ Anthologia quam tenemus, haud ullum vestigium certum inveniri τῆς Παμμέτρου recte observavit Weigandus p. 558. Addendum est autem *Diogeniani Heracleotæ Anthologium*, qui Meleagri et Philippi Coronis tanquam supplementum addidit quæ post illos ad Hadriani vel Antonini usque tempora scripta erant epigrammata, præsertim satyrica, velut Lucillii, Luciani, ipse quoque literarum ordinem secutus. Vide Weigand. p. 552 seqq.]

Per hunc restaurata et insigniter exculta heroici versus elegantia, ita ut præter varietatem maiorem nihil fere in ejus conformatione desideres, exorti sunt cum in heroico poeseos genere, tum in aliis nonnullis, poetæ qui, viam Nonni vestigiis impressam magna cum alacritate secuti, veteres fabulas haud contemnendo successu exornarent. Et epigrammatum quoque sextum post Chr. sæculum et Justiniani potissimum ætas lætum proventum habuit. Hoc enim ævo floruit *Marianus Scholasticus*, elegantium aliquot epigrammatum auctor; *Christodorus*, qui, præter epigrammata, statuarum Zeuxippi descriptionem reliquit optimis versibus concinnatam; *Julianus* cognomine *Ægyptius*, *Paulus* denique *Silentiarius*, *Macedonius* consul, *Agathias Scholasticus*. Qui omnes optimorum poetarum lectione imbuti, quum se ad epigrammata scribenda dedissent, neque ullum fere argumentum eorum quæ veteres versibus tractarunt, intentatum reliquissent, plurima concinnaverunt, quæ sæculi vitia, optimo cuique inhærentia, multis virtutibus compensarunt. Inter quos homines, non ingenii tantum elegantia et eruditione, sed honoribus quoque et vitæ splendore insignes, Agathias Myrinæus, ob juris civilis professionem *Scholasticus* dictus, ne læta illa tum sui tum proxime antecedentis sæculi messis interiret, eam quasi in horreum inferre, id est, ad Meleagri Philippique rationem recentiorum poetarum florilegium condere instituit, ita tamen, ut omnem materiam secundum argumentorum diversitatem in plures libros digereret. Quam collectionem Κύκλου nomine inscripsit, hanc, ut videtur, ob causam, quod poetarum ab ipso compilatorum nomina ita implicaverat, ut se tanquam in κυκλικῇ χορείᾳ eodem semper ordine exciperent. Hoc consilium, capitumque in quæ totum opus descriptum est, et unius cujusque capitis argumentum Agathias exposuit in proœmio quod corpori a se conflato, ut Meleager olim et Philippus *coronis* suis, præfixit (*).

Quum jam, præter Stratonis et Diogenis collectiones, tria exstarent epigrammatum Florilegia, antiquissimum poetæ Gadareni, et duo alia, hujus tanquam supplementa, Philippi et Agathiæ, tertio post Agathiam sæculo, quo tempore Constantinus Porphyrogeneta, ut ingentem veteris eruditionis materiam in compendium redigeret, ex historicis, medicis, œconomicis aliisque scriptoribus excerpta facienda eamque farraginem secundum argumentorum varietatem in capita redigendam curabat, alius quidam Constantinus cognomine Cephalas, ignotus ceteroquin homo, simili quodam consilio vetera illa Florilegia compilanda et ex epigrammatis inde selectis novum syntagma, ad Agathiæ, ut videtur, exemplum in plura capita descriptum, condendum et concinnandum suscepit. Post hoc opus vetustiores Anthologiæ evanuerunt, nec multum aberat quin Constantini quoque Florilegium idem fatum subiret, postquam sæculo decimo quarto Maximus Planudes, homo industrius neque indoctus, Constantini Anthologiam denuo compilaverat in aliumque ordinem redegerat. Quum enim Constantinus omnem epigrammatum numerum secundum argumentorum rationem in generalia quædam capita digessisset, ita ut *dedicatoria*, *satyrica*, *amatoria*, *convivalia* ceteraque junctim legerentur, nullo præterea alio discrimine; Maximus Planudes et librorum ordinem immutavit et singulos libros in plurima capita discerpsit, excepto septimo qui *amatoria* complectens distributionem per locos communes minus ferebat. Ceterum Planudes in hoc opere quod Ἀνθολογίαν διαφόρων ἐπιγραμμάτων inscripsit, nihil aliud egit nisi ut Constantini syntagma in compendium redigeret. Ex alio enim fonte non hausit, nisi quod libro quarto plurimas habet in statuas, tabulas pictas, aliaque artis opera, quorum in Constantini opere, quale hoc in Palatinis membranis servatum habemus, nullum est vestigium: unde suspicamur Planudem illius Anthologiæ habuisse exemplum uno hoc de artis operibus capite auctius (*). Ceterum magnum epigrammatum numerum omisit, et quidem, præter *puerilem Musam* Stratonis, omnia quæ lascivioris essent argumenti, tum quæ ob graviores scripturæ depravationes haud facile possent intelligi. Si quid autem vel ex hoc vel ex altero genere in ordinem recepit, in his plerumque verba lasciva et obscena cum castioribus commutavit, in depravatis autem verba corrupta aut omisit aut pro virili sua parte emendare conatus est. Quum autem neutrum horum ei satis feliciter

(*) [Addenda est *Palladæ* vel *Palladii* epigrammatum collectio, de qua vide Heckerum ad cap. VII, epigr. 339, infra p. 458. Etiam *Leonidæ Alexandrini* ἰσοψήφων et *Nicodemi Heracleotæ* ἀντιστρεφόντων collectiones exstitisse videntur, de quibus Weigand. p. 565, 566. Idem de *Gregorii Magistri* inscriptionum a se multis in locis repertarum collectione dixit p. 564, cum Heckero Comment. crit. I, p. 166 seqq.]

(*) [Sui similis Harduinus in his quæ Buherius suo exemplo adscripsit: « Planudem Anthologiæ non repurgatorem tantum, ut vulgo putant, sed verius auctorem credebat Jo. Harduinus, Soc. Jes. Vide ejus Oper. Select. p. 494. »]

cessisset, factum est ut, Constantini Anthologia ex tenebris, quibus per plura sæcula obruta fuerat, in lucem protracta, Planudis opera, cujus ratio et modus tum demum cognosci et intelligi poterat, a doctissimis hominibus non sine causa, sed, ut mihi quidem videtur, majore quam par erat acerbitate reprehensionibus et conviciis proscinderetur.

Sicut autem, quod diximus, Constantini Florilegio antiquiores illi στέφανοι una cum κύκλῳ Agathiæ manibus hominum excussi fuerunt, ita ipsum Constantini syntagma Planudis opere in oblivionem adductum est. Nam post renatas sæculo decimo quinto literas Planudis Florilegium, post primam editionem a Jano Lascari Byzantino Florentiæ factam (*), crebro per alios cum in eadem urbe, tum Venetiis et alibi typis repetitum (**), commentariis etiam a duobus Franco-Gallis, Joanne Brodæo, Turonensi, et Vincentio Opsopœo (***) illustratum est. In quibus editionibus atque commentariis quid ad emendandam illustrandamque Anthologiam sit præstitum, exponere conati sumus in Prolegomenis primo Animadversionum nostrarum præfixis volumini; unde petant quorum hæc nosse interest. Ad nostrum consilium sufficit commemorasse Henrici Stephani operam in Florilegio Planudis cum auctariis notisque criticis eleganter edendo præstitam; quam editionem, Parisiis excusam anno 1566, non longo intervallo secuta est ea quæ a Wechelii heredibus meliore consilio quam effectu procurata est Francofurti anno 1600. Ibi textui Stephaniano apposita sunt scholia a recentioribus Græcis e vulgaribus libris corrasa (†), subjecti autem commentarii Opsopœi et Brodæi, et hi quidem cum accessionibus a Brodæo profectis.

Post hanc editionem per duo fere sæcula nulla suscepta est quæ in censum venire possit. Sed quum eruditi quidam homines, qui græcæ poesos studium cum Musis latinis conjunxerant, epigrammata haud pauca, ludentes plerumque et aliud agentes, in latinum sermonem vertissent, non omnes eodem successu, sed multi satis probabiliter (*), sæculo decimo septimo exstitit Hugo Grotius, vir eximius et in illo quoque sæculo, nobilium ingeniorum feracissimo, a paucis superatus, qui post eclogas poeticas ex utroque Joannis Stobæi opere excerptas, alteramque illam collectionem locorum illustrium ex Tragicis Comicisque græcis, quæ omnia eodem metrorum genere latinis versibus expresserat, Anthologiam quoque integram eadem ratione vertendam suscepit. Quod ab eo, sene sexagenario, summa cum arte nec minore diligentia perfectum esse omnes uno ore fatentur. Verum hoc tam eximium opus quum una cum textu græco plurimis a se locis rectius constituto editurus esset, editionemque instantis fati quadam præsensione urgeret, morte præventus est (**). Hinc factum est ut textus a Grotio ad criticam rationem emendatus periret, latina autem interpretatio diu in bibliothecarum tenebris lateret, donec exemplar ejus ex bibliotheca P. Burmanni Secundi (***), qui plurima inde in commentariis suis excitavit, ad Hieronymum de Bosch, virum cum totius antiquitatis, tum latinæ inprimis poeseos amantissimum, delatum talis editionis, qualem Grotius mente conceperat, consilium pareret. Prodiit hæc editio, spectabili formarum magnitudine, chartarum nitore, typorum elegantia oculis se præ multis aliis commendans, inde ab anno 1795 tribus voluminibus, totum Planudeæ Florilegium cum Mantissis nonnullis præstantissimis, omnia cum Grotii interpretatione græco textui e regione posita, complectentibus. His adjectum est anno 1810 quartum volumen, quod præter ineditas *Fride-*

(*) Anno 1494, forma 4ª, editio uncialibus quas vocant literis expressa. Vide Wolfii Analect. litt. fasc I, p. 237 seqq.

(**) Apud Aldum a. 1503, 1521 et 1550; apud Juntam Florentiæ a. 1519; ap. Badium Ascens. Parisiis a. 1531; apud Nicolinos Sabienses, Venet. 1550.

(***) *Opsopœi* commentarius in tres priores Anthologiæ libros et in septimum primum prodiit Basileæ a. 1540; *Brodæi* observationes in integrum Florilegium ibidem ap. Froben. a. 1549.

(†) [Millerus meus Delectus duos epigrammatum ostendit mihi a Byzantinis hominibus commentario instructos verboso, grammaticas nugas et omne genus ineptias narrante, ex eadem, ut videtur, officina unde prodierunt scholia quæ speciosos codices Oppianeorum onerant. Talia cum tædio summo percurruntur. Similis fuerit codex Vaticanus, olim Parisiis n. 20, de quo Hasius : « Continet epigrammata cum scholiis maximam partem ad rem grammaticam pertinentibus. »

(*) Obiter hoc loco commemorabimus editionem Anthologiæ ab *Andrea Ritino* susceptam, quæ singulis epigrammatis Florilegii Planudei, quod in Chiliadas divisit, addidit omnes interpretationes metricas undecumque corrasas : titulus libri *trecentos et triginta* poetas omnium nationum famigeratissimos commemorat. Prima Chilias prodiit Gothæ anno 1651; reliquæ duæ manu exaratæ servantur in Bibliotheca Universitatis Lipsiensis.

(**) Specimen editionis, cujus curam Grotius Isaaco Vossio demandaverat, missum est Parisios mense januario anni 1645, commemoraturque in Grotii Epistolis p. 740. Hoc ipso anno, paucis post mensibus, vir summus defunctus est Augusti m. die 28.

(***) De hoc operis præstantissimi exemplari aliisque quibusdam apographis accurate tradidit Chardonus de la Rochette *Mélanges*, t. I, p. 372 seqq.

rici Sylburgii et *Claudii Salmasii* notas, editoris commentarios in librum I et II continet; quinto ne inchoatum opus absolveret vir præstantissimus morte est prohibitus, quæ eum anno 1811 senem septuagenarium literis et amicis eripuit. Sed telam a Boschio exorsam, ne imperfectum relinqueretur opus, detexuit eruditissimus David Jacobus VAN LENNEP, qui, adjectis quæ ad hoc negotium adhuc deessent, partim ex Boschii schedis, partim ex sua ipsius penu instructissima, edito anno 1822 volumine quinto, quod desiderabatur, insignem apud græcæ latinæque poeseos amantes gratiam iniit.

Sed diu ante quam Boschius præclaro hoc opere Grotii Manibus quodammodo litaret, nova Anthologiæ græcæ lux exorta erat per BRUNCKIUM, virum græce doctissimum, multisque operibus editis de bonis literis immortaliter meritum. Sed priusquam de Brunckii in Anthologiam meritis exponamus, redeundum est nobis ad illud tempus quo CLAUDIUS SALMASIUS, duodeviginti annorum puer, sed jam tum supra vulgarem modum eruditus, anno 1606 Heidelbergæ in bibliotheca Palatina unicum Anthologiæ Constantini codicem, pretiosissimum illius thesauri κειμήλιον, invenit. Quo libro semel in manus sumpto quum statim intellexisset quanto hæc Anthologia alterâ esset uberior, eum non prius deposuit quam totum excussisset. Ab eo inde tempore hoc Florilegium doctorum sermonibus celebrari cœpit. Editionem ejus promiserat Salmasius, neque ullus fere est ex ejus libris, ubi non hoc promissum iteraverit; verum quo erat fervore, ab alio ad aliud opus delatus plurimisque districtus laboribus fidem datam non exsolvit. Interea pretiosissimis illis membranis per funestissimum triginta annorum bellum, anno 1623 Romam in Vaticanam bibliothecam delatis, unde post duo sæcula per victrices Franco-Gallorum legiones Parisios sunt missæ, excerpta a Salmasio facta cupide expetebantur, et a quibusdam descripta in multorum manus venerunt. Ex hujusmodi apographis, vitiosis illis plerumque et interpolatis, superiore sæculo quædam veteris illius Anthologiæ capita cultu plerumque parum eleganti, neque ea qua par erat diligentia in lucem protrusa sunt (*), integrum opus, licet a pluribus susceptum et promissum (**), nescio qua fortuna semper intra bibliothecarum claustra retentum est. Tandem BRUNCKIUS felici quodam casu, quum jam virilem ætatem attigisset, inter ipsos belli Borussici tumultus, græcis literis admotus, vix e limpidissimis illis fontibus gustaverat, quum incredibili ardore dies noctesque hoc unum ageret, ut sitim gustando excitatam largis haustibus restingueret. Forte in ejus manus apographa quædam Anthologiæ inditæ inciderant. Non ignorabat quanto desiderio hoc opus per tot jam annos expeteretur, et quam sæpe spes de eo concitata cecidisset irrita; quare illud maxime judicabat idoneum unde nominis illustrandi merendique de literis auspicium faceret. Quod consilium ita exsecutus est, ut quæcumque epigrammata cum ex Salmasii excerptis, tum ex Planudis Florilegio aliisque ex libris et inscriptionibus corrasisset, ea omnia ad auctores suos relata, cum nonnullis aliis, Solone, Tyrtæo, Callimacho, Bucolicis aliisque, brevibus ad omnia observationibus adjectis, in tria volumina digesta, sub ANALECTORUM titulo ederet Argentorati anno 1776. Hoc opus, ut omnia quæ vir præstantissimus lucrique ex literis faciendi contemptor generosissimus typis exscribenda curavit, externo nitore ultra modum illius temporis conspicuum, quamquam magno et merito eruditorum plausu exceptum, non tamen ex omni parte satisfecit eorum desiderio, qui in ejusmodi opere, ex uno fonte maximam partem derivato, non tam id requirerent quod facile esset intellectu, eique lectorum generi, quod nihil præter voluptatem sectatur, nulla impedimenta objiceret, quam textum ad veterum librorum fidem certamque critices normam diligenter et accurate constitutum. Qua in re quantopere vacillet Brunckiana editio, et alii monuerunt, et nos exemplis allatis docuimus cum in Prolegomenis nostris (p. CLXV—CLXXXI), tum in præfatione ad Anthologiam Palatinam, ubi de Brunckii in Anthologiam meritis data opera disputavimus. Ex qua disputatione hoc posuisse suffecerit, virum ingeniosissimum, quum genuinis Palatini olim, tum

(*) Bene tamen non uno nomine de Anthologia meruit REISKIUS, qui partem τῶν ἐρωτικῶν in Miscellaneis Lipsiensibus novis, vol. IX, anno 1752, deinde excerpta ex capitibus V, VI et VII in peculiari libro edidit, multis eruditisque observationibus adjectis. [*Anthologiæ græcæ a Constantino Cephala conditæ libri tres.* Lips. 1754. Anno 1764 *Chr. Ad. Klotzius* edidit caput XII : *Stratonis aliorumque veterum poetarum græcorum epigrammata*, Altenburgi. Utrique libro adhibendum est a *Jo. G. Schneidero* editum a. 1772 *Periculum criticum in Anthologiam Constantini Cephalæ tum editam tum ineditam.*]

(**) A. DORVILLIO inprimis, qui magnam vitæ partem huic operi impenderat. Ejus apparatus cum aliis manuscriptis in bibliothecam Bodlejanam migravit. Vid. Wyttenb. Bibl. crit. vol. III, part. 3, p. 160 seqq.

Vaticani codicis lectionibus careret, neque earum nanciscendarum opportunitatem haberet, sexcentis in locis pravas conjecturas pro membranarum lectionibus habuisse, neque minus sæpe, ut quæ corruptelis horrerent lævigaret, violentas et temerarias conjecturas suas in textum invexisse.

Sed hos elegantissimi viri errores suspicione tum magis præcipere quam certis argumentis convincere poteramus, quum puriores fontes paucissimis tantum paterent, qui otiosi ad eos sedebant. Quare quum nulla spes esset subsidia quibus Brunckius caruerat, aliis oblatum iri, divenditis autem *Analectorum* exemplaribus nova editio a literarum amantibus cupide expeteretur, quam, Gallia bellis civilibus et externis vehementer vexata, ab ipso editore procuratum iri ne exspectari quidem poterat, ad exitum superioris sæculi Analectorum textum, omissis quæ ab Anthologia aliena essent, emendatisque quæ Brunckius ipse in notis adjectis correxisset, Lipsiæ quattuor voluminibus repetendum curavi. Ad hæc mox quintum accessit, Indices copiosissimos continens, et octo alia quæ Animadversiones complectebantur cum Paralipomenis (*). Horum enim haud exiguus mihi numerus succreverat cum aliunde, tum ex ipso Vaticano codice, quem Uhdenius, vir illustris, qui tum Romæ negotia potentissimi Borussorum regis procurabat, ab Heynio ad eam rem excitatus, in meam gratiam excusserat; cujus præstantissimi viri opera paulo post integri codicis apographum, ab Josepho Spaletti, scriptore olim bibliothecæ Vaticanæ, singulari diligentia factum, in bibliothecam publicam Gothanam illatum est. Ex hoc demum libro, qui, si a paucis erroribus discesseris, autographi instar haberi poterat, totus Anthologiæ Palatinæ habitus, antea fere ignoratus, carminum ordo et dispositio, summaque codicis in plurimis rebus præstantia cognosci poterat. Quæcumque enim in Prolegomenis nostris (p. LXI-LXXIX) de Anthologia Constantini Cephalæ, de ejus coneinnatore, de toto denique codice disputavimus, ea omnia ex illius apographi velut fonte hausta sunt : unde et plurima epigrammata a Salmasio prætermissa et a nobis in Paralipomenis exhibita, una cum editorum epigrammatum variis lectionibus, profluxerunt. Habebam igitur quod mihi gratularer propter ejusmodi adjumentum, insperato oblatum, et ad rem quam agebam longe utilissimum; quod nisi tardius in manus meas venisset, totum illud Analectorum repetendorum consilium aut evertisset, aut magnopere immutasset.

Verum vel sic res Anthologiæ græcæ inchoata magis quam perfecta et profligata videri debebat. Requirebatur editio quæ omnem Constantini Cephalæ Anthologiam, qualis libro Vaticano continetur, cum omnibus ejus accessionibus repræsentaret, textumque epigrammatum a Planudis interpolationibus non minus quam a præposteris recentiorum criticorum correctionibus purgatum exhiberet. Talis editionis et ad criticæ severioris leges exactæ et copiosissimis commentariis instructæ spem excitaverat, conspectu etiam publice edito (*), vir elegantis doctrinæ multarumque literarum — utinam tam felix quam doctus! — Chardonus de Rochettis, qui Anthologiam græcam sua manu de membranis Vaticanis descriptam in sinu et oculis gestabat, et per longum annorum cursum omnia studia sua ad hoc opus exornandum et elimandum direxerat. Et jam res ad exitum videbatur esse perducta, quum Chardonus, gravissimo simul et senectutis et egestatis onere oppressus, tandem eo est redactus, ut omnem ad Anthologiam apparatum, omnes copias, indefessa tot annorum opera conquisitas et congestas, exigua, ut fertur, pecunia, qua ad vitam sustentandam opus erat, venderet. Quo thesauro quid factum sit, aut ad quem pervenerit, prorsus ignoratur (**). Sed spes a Chardono excitata quum evanuisset, neque alius esset qui rem ab eo destitutam suscipere vellet, ipse consilium, quod ab eo inde tempore quo apographum Spalettianum ad nos delatum esset, mecum agitaveram, Anthologiæ

(*) Titulus operis est : *Anthologia græca, sive Poetarum græcorum lusus. Ex recensione Brunckii.* Tom. I-IV. Lipsiæ, a. 1794. *Indices,* tom. V, a. 1795. *Jacobsii Animadversiones in epigrammata Anthologiæ græcæ secundum ordinem Analectorum Brunckii,* vol. I, pars I (in qua *Prolegomena*), a. 1798; pars II, eod. anno. Vol. II, pars I, a. 1799; pars II, a. 1800; pars III, a. 1801. Vol. III, pars I, a. 1802; pars II, a. 1803; pars III, a. 1814.

(*) Habetur is in libro bonæ frugis pleno, cui titulus . *Mélanges de critique et de philologie* (Paris, 1812, tribus vol.) vol. I, p. 117 seqq. Novem decemve volumina huic operi destinaverat, omnem complectentia materiam quam nos in Anthologia Palatina congessimus una cum commentario, historia Anthologiæ græcæ, et notitia poetarum qui epigrammata scripserunt.

(**) [Ignorabatur anno 1826, quo Jacobsius hæc scribebat. Sed ineunte anno 1838 emersit « thesaurus » et ilico pretium quod poterat offerebat Jacobsius; sed majore dato obtinuit Bibliotheca nostra Imperialis, in qua jam omnibus literarum antiquarum studiosis ad usum patet. Lege Piccolon, *Supplément à l'Anthologie gr.*, p. 89 seqq.]

Constantini Cephalæ ad hujus apographi fidem edendæ denuo suscepi. Hæc quoque editio Lipsiæ prodiit, annis 1813 et 1814, duobus voluminibus comprehensa, quæ præter textum membranarum, in XV libros sive capita distributum, supplementa habet epigrammatum Florilegii Planudei quæ in Vaticano libro desiderantur, appendicem præterea eorum quæ in aliis libris editis et in marmoribus leguntur. Ad duo hæc volumina accessit anno 1817 tertium, quod omnem ad epigrammata apparatum criticum, tam ex codicibus quam ex veteribus grammaticis doctorumque virorum operibus derivatum, complectitur; hisque adjectus est libellus præstantissimus lectionum ex ipsis membranis quæ, dum nova editio typis exscribebatur, bello feliciter profligato, ex bibliotheca Vaticana Heidelbergam redierant, per *Antonium Jacobum Paulssen* incredibili fere diligentia erutarum (*). Qua conjuncta opera supplementisque utilissimis jam voluntati eorum qui in Animadversionum nostrarum voluminibus accuratiorem lectionum commemorationem et æstimationem requisiverant, satisfactum videri poterat, posito, quo Anthologia prius caruerat, fundamento solido, in quo qui huic operi aut illustrando et depravatis in eo locis, qui plurimi sunt, emendandis operam navare velint, securi et confidenter vestigia ponere possunt.

Neque tamen ab aliis post hanc editionem, si ab emendationibus nonnullis obiter prolatis, explicationibusque locorum quorundam discesseris, insignior in illo Florilegio opera collocata esse videtur. Observationes enim a viro eruditissimo, Frid. Græfio, qui ante hos quindecim annos Meleagri carmina egregie illustravit (Lips. 1811), non ultra octoginta paginas procurrerunt, neque spes affulget eas continuatum iri; et in *Thomæ Gaisfordii*, viri celeberrimi, Poetis minoribus, qui et alia plurima et epigrammata etiam Simonidis, Theocriti, Callimachi, aliorum complectuntur, ad commentarios ibi ex nostris repetitos pauca admodum ex propriis clarissimi editoris thesauris accesserunt.

(*) [Quo magis mirabar quum in Buheriano exemplo Wechelianæ editionis casu conspicerem aliquid, quod omnes numeros veritatis habere videbatur, jam a Salmasio annotatum, a Spaletto et Paulssenio prorsus neglectum; narravi supra.]

Hæc Jacobsius scripsit anno 1826, quo prodiit Gothæ *Delectus epigrammatum græcarum*, opus dignissimum tanti nominis viro. Perduravit autem quam tum significabat rerum conditio usque ad annum 1842, quo Augustus Meineke, vir eximius, Berolini edidit *Delectum poetarum Anthologiæ græcæ cum adnotatione critica*, qui præstantissimorum criticorum advertit animos et incendit studia : God. Hermanni, Ott. Schneideri, Scheidewini, Ungeri, Geistii et aliorum quos suis locis memoramus. Eodem tempore juvenis rara et doctrinæ copia et mentis perspicacitate ornatus, Alphonsus Hecker, scripsit uberem *Commentationem criticam de Anthologia græca*, quæ Lugduni Bat. prodiit a. 1843. Decennio post eidem retractatæ *quæstiones epigraphicas* et alia nova plurima addidit, quæ hoc indice publici juris fecit : *Commentationis criticæ de Anthologia græca* pars prior. Lugd. Bat. 1852. Partem *alteram* dolenda mors auctoris abripuit. Breviores aut minoris momenti libellos non est ut hic memoremus, indicatos in *Bibliotheca scriptorum classicorum* Engelmanni p. 67-70 ed. septimæ. Ubi omissum elegantissimi viri N. Piccolos *Supplément à l'Anthologie grecque contenant des épigrammes et autres poésies légères inédites, précédé d'observations sur l'Anthologie*, etc. Paris. 1853.

Integram *Anthologiam palatinam*, quo ordine edidit Jacobsius, magno et felici studio primus gallice vertit vir tam literis quam humanitate inter paucos conspicuus, F. D. Dehèque, Paris. 1863, voluminibus duobus.

Hæc quo die typothetis misi, delectabar dulcissimis in Anacreontica prolegomenis Firmini Didot, splendidissimæ quam parat editioni præmittendis. Ibi p. 29 commemoratur epigramma quo Antipater Sidonius Anacreontem mortuum alloquitur, cap. VII, ep. 27. Cujus iterum inspecti versu octavo nunc me pœnitet horum : « λείβων νέκταρ ἀπὸ στολίδων Heckerus; legebatur θλίβων, imagine ridicula. » Tautologa sunt enim ut quæ maxime ἀμφίβροχος εἵματα

βάκχῳ et ἄκρητον νέκταρ λείβων ἀπὸ στολίδων. Imo poeta vestes adeo madidas vino fingit, ut manu sicubi eas tetigerit Anacreon imposita, exprimeret nectar vel faceret ut nectar destillaret, sicuti mel destillat ex κηρίοις θλιβομένοις. Nam aperte respicitur (de quo admonendum erat) Thracum mos singularis, quem his verbis tetigit Plato : Σκύθαι καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασιν. In re Græcis omnibus nota Xenophon (Anab. VII, 3, § 32) : ὁ Σεύθης συνεξέπιε καὶ κατεσκεδάσατο μετὰ τοῦτο τὸ κέρας. Quod sic explicat Photius : ἔθος ἦν Θρᾴκιον ἐν τοῖς συμποσίοις ἵνα, ὅταν πίωσι τοῦ οἴνου οἱ συμπόται ὅσον δύνανται, τὸ λοιπὸν τοῦ οἴνου καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν· ὅπερ ἔλεγον κατασκεδάζειν. Deinde commemorat locos Xenophontis et Platonis, Leg. I, p. 637, E.

Ejusdem capitis epigr. 42 de versu quarto Meinek. in Callim. p. XXII : « Non credo turpissimum hiatum admisisse perelegantis carminis auctorem, qui scripsit, opinor, ἀμφὶ καὶ ἀθανάτους, ἀμφὶ καὶ ἡμιθέους. »

In *Philodemi* vel *Argentarii* epigrammate, VI, ep. 246, v. 2, jam hæc habe Lobeckianis certiora. Narrat Conzius, *Reise auf den Inseln des thrakischen Meeres* (Hannov., 1860), p. 28 : « Quo vehebar mulus sacculo coriaceo inclusum dentem suis vel apri in fronte gestabat; agagiota autem meus sine hoc amuleto moriturum esse jumentum serio affirmabat (χῶρις αὐτὸ ἀπεθαίνει τὸ χαϊβάνι); tales sacculos mala averruncantes fieri Constantinopoli et in alias regiones inde exportari. Quæ superstitio haud dubie antiqua prorsus refert illum ἐν στέρνοις κόσμον ὀδοντοφόρον, de quo videndus Otto Jahn in *Berichten der sæchs. Gesellschaft. der Wiss. zu Leipzig*, 1855, p. 42, not. 48. »

Ejusdem cap. VI epigrammate 120, v. 8, quod Codex præbet αὐλοθετεῖ tuetur Hermannus, collatis ἀοιδοθέτης et ὑμνοθέτης, neque Minervam musicis certaminibus præsidere et ἀθλοθετεῖν, sed Apollinem. Idem Hermannus in capitis V epigr. 206, v. 1, recte observavit ταννήλικας esse *provectas ætate*, non « proceras corpore », uti vertebant Jacobs. et Boissonadius.

Capitis *primi* in epigr. 71 scribendum est cum Heckero p. 116 : Εὐχὴ Ἐλισσαίου Σωμανίδι δὶς πορεν υἱόν, pro vocativo male correpto Σωμανίτι.

Sero vidimus quæ supra p. XVIII, b, de *Diogenis Laertii* epigrammatum syloge dicta sunt jam correcta fuisse a Benndorfio (De Anthologiæ gr. epigrammatis ad artes spectantibus) p. 34, 35. Omnes siquidem neglexerant ipsius Diogenis verba I, § 39, *primum* modo *librum* operis τῶν ἐπιγραμμάτων, *in quo libro ipse loquitur* (ibid. § 63) ἡ Πάμμετρος inscriptum fuisse testantis. Unde jure suo effecit Benndorfius « in reliquis libris *aliorum* infuisse poetarum epigrammata neque ulla Diogenis ipsius. » Jam quum præter ea quæ in Vitas philosophorum receperat sua, perpauca epigrammata Anthologiæ sonent Diogenem, videri poterat Cephalas Vitarum opere solo esse usus, quod nunc non potest.

ANTHOLOGIA

EPIGRAMMATUM GRÆCORUM.

CAPUT I.

ΤΑ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

1. Εἰς τὸ κιβούριον τῆς ἁγίας Σοφίας.

Ἃς οἱ πλάνοι καθεῖλον ἐνθάδ' εἰκόνας
ἄνακτες ἐστήλωσαν εὐσεβεῖς πάλιν.

2. Ἐν ταῖς ἁψῖσι τῶν Βλαχερνῶν.

Θεῖος Ἰουστῖνος, Σοφίης πόσις, ᾧ πόρε Χριστὸς
πάντα διορθοῦσθαι, καὶ κλέος ἐν πολέμοις,
Μητρὸς ἀπειρογάμοιο δόμον σκάζοντα νοήσας,
σαθρὸν ἀποσκεδάσας τεῦξέ μιν ἀσφαλέως.

3. Εἰς τὸ αὐτὸ ἐν ταῖς αὐταῖς.

Ὁ πρὶν Ἰουστῖνος περικαλλέα δείματο νηὸν
τοῦτον Μητρὶ Θεοῦ, κάλλει λαμπόμενον·
ὁπλότερος δὲ μετ' αὐτὸν Ἰουστῖνος βασιλεύων
κρείσσονα τῆς προτέρης ὤπασεν ἀγλαΐην.

4. Εἰς τὸν ναὸν τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ Στουδίου.

Τοῦτον Ἰωάννῃ, Χριστοῦ μεγάλῳ θεράποντι,
Στούδιος ἀγλαὸν οἶκον ἐδείματο· καρπαλίμως δὲ
τῶν κάμεν εὗρετο μισθὸν, ἑλὼν ὑπατηΐδα ῥάβδον.

5. Εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ ἐν τοῖς Ἀμαντίου.

Τόνδε Θεῷ κάμες οἶκον, Ἀμάντιε, μεσσόθι πόντου,
τοῖς πολυδινήτοις κύμασι μαρναμένος.
Οὐ νότος, οὐ βορέης ἱερὸν σέο δῶμα τινάξει,
νηῷ θεσπεσίῳ τῷδε φυλασσόμενον.
Ζώοις ἤματα πολλά· σὺ γὰρ νεοθηλέα Ῥώμην,
πόντῳ ἐπαίξας, θήκαο φαιδροτέρην.

6. Εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Θεοδώρου ἐν τοῖς Σφωρακίου.

Σφωράκιος ποίησε φυγὼν φλόγα μάρτυρι νηόν.

7. Εἰς τὸν αὐτόν.

Σφωράκιε, ζώοντι φίλα θρεπτήρια τίνων

CHRISTIANORUM POETARUM EPIGRAMMATA.

1. In tabernaculum S. Sophiæ.

Quas impii dejecerant hic imagines,
imperatores erexerunt pii rursus.

2. In arcubus Blachernarum.

Divinus Justinus, Sophiæ sponsus, cui dedit Christus
cuncta restituere, et laudem in prœliis,
Matris quæ-fuit-nuptiarum-expers ædem labantem intuitus,
ruinosis-partibus disjectis, struxit eam stabiliter.

3. In idem (templum) ibidem.

Justinus prior pulcherrimam exstruxit ædem
hanc Matri Dei, pulchritudine effulgentem,
junior vero post ipsum Justinus imperator
majorem pristino impertivit splendorem.

4. In ecclesiam Præcursoris in Studii tractu.

Hanc Joanni, Christi inclyto famulo,
Studius præclaram ædem struxit; post autem brevi
laborum invenit mercedem, accipiens consulares fasces.

5. In ecclesiam S. Apostoli Thomæ in Amantii tractu.

Hanc Deo fabricavisti ædem, Amantie, in medio mari,
multum-vorticosis fluctibus decertans.
Non Notus, non Boreas sanctam tuam domum quatiet,
templo divino hocce defensam.
Vivas dies multos! namque tu Novam Romam,
in mare irruens, fecisti clariorem.

6. In ecclesiam S. Theodori in Sphoracii tractu.

Sphoracius fecit, ex incendio elapsus, martyri ecclesiam.

7. In eundem Sphoracium.

Sphoraci, vivo cara nutrimenta reddens

γήθεεν Ἀντόλιος, σὸς ἀνεψιός· οἰχομένῳ δὲ
αἰεί σοι γεραρὴν τελέει χάριν· ὥστε καὶ ἄλλην
εὗρε, καὶ ἐν νηῷ σ' ἀνεθήκατο, τὸν κάμες αὐτός.

gaudebat Anatolius, tuus patruelis: defuncto autem
semper tibi inclytam solvit gratiam, ita ut etiam aliam
invenerit; et in ecclesia te posuit, quam fecisti ipse.

8. Εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, πλησίον τοῦ ἁγίου Σεργίου εἰς τὰ Ὁρμίσδου.

Χριστὸν παμβασιλῆα φίλοις καμάτοισι γεραίρων,
τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο νηὸν
Πέτρῳ καὶ Παύλῳ· θεράπουσι γὰρ εὖχος ὀπάζων
αὐτῷ δή τις ἄνακτι φέρει πολυκυδέα τιμήν.
Ἐνθάδε καὶ ψυχῇ καὶ ὄμμασι κέρδος ἑτοῖμον·
εὐχαῖσιν μὲν ἕκαστος ὅ τι χρέος ἐστὶν ἑλέσθω,
τερπέσθω δὲ ὁρῶν κάλλος καὶ δώματος αἴγλην.

8. In ecclesiam SS. Apostolorum Petri et Pauli, prope sancti Sergii ædem in Hormisdæ tractu.

Christum late-regem propriis laboribus ornans,
hoc Justinianus gloriosissimum ædificavit templum
Petro ac Paulo. Famulis enim gloriam tribuens
ipsi profecto aliquis principi præclarum defert honorem.
Hic et animæ et oculis lucrum paratum:
precibus quisque id quo opus fuerit adipiscatur; [rem.
gaudent autem intuens pulchritudinem et ædificii splendo-

9. Εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἀρχαγγέλου ἐν Βοθρέπτῳ.

Καὶ τόδε σῶν καμάτων παναοίδιμον ἔργον ἐτύχθη,
Γερράδιε κλυτόμητι· σὺ γὰρ περικαλλέα νηὸν
ἀγγελικῆς στρατιῆς σημάντορος αὖτις ἔδειξας.

9. In ecclesiam Archangeli in Pascuis.

Et hoc tuorum laborum percelebre opus est structum,
Gerrhadie consilio nobilis: tu enim pulcherrimum templum
angelicæ militiæ ducis rursus ostendisti.

10. Εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πολυεύκτου.

Εὐδοκίη μὲν ἄνασσα θεὸν σπεύδουσα γεραίρειν,
πρώτη νηὸν ἔτευξε θεοφραδέος Πολυεύκτου·
ἀλλ' οὐ τοῖον ἔτευξε καὶ οὐ τόσον· οὔ τινι φειδοῖ,
οὐ κτεάτων χατέουσα — τίνος βασίλεια χατίζει; —
ἀλλ' ὡς θυμὸν ἔχουσα θεοπρόπον, ὅττι γενέθλην
καλλείψει δεδαυῖαν ἀμείνονα κόσμον ὀπάζειν.
Ἔνθεν Ἰουλιανὴ, ζαθέων ἀμάρυγμα τοκήων,
τέτρατον ἐκ κείνων βασιλήϊον αἷμα λαχοῦσα,
ἐλπίδας οὐκ ἔψευσεν ἀριστώδινος ἀνάσσης·
ἀλλά μιν ἐκ βαιοῖο μέγαν καὶ τοῖον ἐγείρει,
κῦδος ἀεξήσασα πολυσκήπτρων γενετήρων·
πάντα γὰρ ὅσσα τέλεσσεν ὑπέρτερα τεῦξε τοκήων,
ὀρθὴν πίστιν ἔχουσα φιλοχρίστοιο μενοινῆς.
Τίς γὰρ Ἰουλιανὴν οὐκ ἔκλυεν, ὅττι καὶ αὐτοὺς
εὐκαμάτοις ἔργοισιν ἑοὺς φαίδρυνε τοκῆας,
εὐσεβίης ἀλέγουσα; μόνη δ' ἰδρῶτι δικαίῳ
ἄξιον οἶκον ἔτευξεν ἀειζώῳ Πολυεύκτῳ.
Καὶ γὰρ ἀεὶ δεδάηκεν ἀμεμφέα δῶρα κομίζειν
πᾶσιν ἀεθλητῆρσιν ἐπουρανίου βασιλῆος.
Πᾶσα χθὼν βοάᾳ, πᾶσα πτόλις, ὅττι τοκῆας
φαιδροτέρους ποίησεν ἀρειοτέροισιν ἐπ' ἔργοις.
Ποῦ γὰρ Ἰουλιανὴν ἁγίοις οὐκ ἔστιν ἰδέσθαι
νηὸν ἀναστήσασαν ἀγακλέα; ποῦ σέο μούνης
εὐσεβέων οὐκ ἔστιν ἰδεῖν σημήϊα χειρῶν;
ποῖος δ' ἔπλετο χῶρος, ὃς οὐ μάθε σεῖο μενοινὴν
εὐσεβίης πλήθουσαν; ὅλης χθονὸς ἐνναετῆρες
σοὺς καμάτους μέλπουσιν ἀειμνήστους γεγαῶτας.
Ἔργα γὰρ εὐσεβίης οὐ κρύπτεται· οὐ γὰρ ἀέθλους
λήθη ἀποσβέννυσιν ἀριστοπόνων ἀρετάων.
Ὅσσα δὲ σὴ παλάμη θεοπείθεα δώματα τεύχει
οὐδ' αὐτὴ δεδάηκας· ἀμετρήτοις γὰρ, οἴω,
μούνη σὺ ξύμπασαν ἀνὰ χθόνα δείμαο ναοὺς,
οὐρανίου θεράποντας ἀεὶ τρομέουσα θεοῖο.
Ἴχνεσι δ' εὐκαμάτοισιν ἐφεσπομένη γενετήρων

10. In ecclesiam S. martyris Polyeucti.

Eudocia imperatrix, Deum prægestiens honorare,
prima templum exstruxit ejus-cui-fuit-os-divinius Polyeucti;
sed non tale exstruxit nec tantum: non parsimonia aliqua,
non pecuniis carens (qua imperatrix re caret?),
sed quasi mentem gerens divinam, scilicet fore ut prolem
relinquat doctam præstantiorem ornatum præbere.
Unde Juliana, divorum splendor parentum,
quartum ex ipsis regii sanguinis ordinem-tenens,
spes non fefellit principis optimorum-liberorum-matris;
sed ex parvo magnum ac tale erigit,
gloriam augens regnantium-late parentum.
Cuncta enim quæ perfecit, majora fecit parentibus,
rectam fidem servans christianæ mentis.
Nam quis Julianam non audivit ipsos
egregiis operibus suos illustravisse parentes,
pietatis studiosa? ac sola honesto cum sudore
dignam fecit domum immortali Polyeucto.
Etenim semper didicit inculpata dona ferre
athletis omnibus cœlestis Regis.
Omnis terra clamat, omnis civitas, eam parentes
illustriores fecisse nobilioribus operibus.
Nam ubi Julianam Sanctis non est videre
templum erexisse perillustre? ubi tui unius
piarum non est videre signa manuum?
ac quis fuit locus qui non noverit tuam mentem
pietate refertam? omnis regionis incolæ
tuos labores canunt usque-memorabiles natos.
Opera scilicet pietatis non latent; nec enim labores
oblivio restinguit operantium-præclara virtutum.
Ac quot tua dextra Deum-quæ-placent ecclesias ædificat
nec ipsa novisti. Innumeris enim, reor,
sola tu universam per terram exstruxisti templa,
cœlestis servos semper metuens Dei.
Vestigia vero feliciter-laboriosa insequuta parentum

πᾶσιν, ἀειζώουσαν ἑὴν τεκτήνατο φύτλην,
εὐσεβίης ξύμπασαν ἀεὶ πατέουσα πορείην.
Τοὔνεκά μιν θεράποντες ἐπουρανίου βασιλῆος,
ὅσσοις δῶρα δίδωσιν, ὅσοις δωμήσατο νηούς,
προφρονέως ἐρύεσθε σὺν υἱέϊ, τοῖό τε κούραις·
μίμνοι δ' ἄσπετον εὖχος ἀριστοπόνοιο γενέθλης,
εἰσόκεν ἠέλιος πυριλαμπέα δίφρον ἐλαύνει.

Ποῖος Ἰουλιανῆς χορὸς ἀρκιός ἐστιν ἀέθλοις,
ἢ μετὰ Κωνσταντῖνον ἑῆς κοσμήτορα Ῥώμης,
καὶ μετὰ Θευδοσίου παγχρύσεον ἱερὸν ὄμμα,
καὶ μετὰ τοσσατίων προγόνων βασιληίδα ῥίζαν,
ἄξιον ἧς γενεῆς καὶ ὑπέρτερον ἤνυσεν ἔργον
εἰν ὀλίγοις ἔτεσιν; χρόνον ἦδ' ἐβιήσατο μούνη,
καὶ σοφίην παρέλασσεν ἀειδομένου Σολομῶνος,
νηὸν ἀναστήσασα θεηδόχον, οὗ μέγας αἰὼν
οὐ δύναται μέλψαι χαρίτων πολυδαίδαλον αἴγλην·
οἷος μὲν προβέβηκε βαθυῤῥίζοισι θεμέθλοις,
νέρθεν ἀναθρώσκων καὶ αἰθέρος ἄστρα διώκων·
οἷος δ' ἀντολίης μηκύνεται ἐς δύσιν ἕρπων,
ἀῤῥήτοις Φαέθοντος ὑπαστράπτων ἀμαρυγαῖς,
τῇ καὶ τῇ πλευρῇσι· μέσης δ' ἑκάτερθε πορείης
κίονες ἀῤῥήκτοις ἐπὶ κίοσιν ἑστηῶτες
χρυσορόφου ἀκτῖνας ἀερτάζουσι καλύπτρης.
Κόλποι δ' ἀμφοτέρωθεν ἐπ' ἀψίδεσσι χυθέντες
φέγγος ἀειδίνητον ἐμαιώσαντο σελήνης·
τοῖχοι δ' ἀντιπέρηθεν ἀμετρήτοισι κελεύθοις
θεσπεσίους λειμῶνας ἀνεζώσαντο μετάλλων,
οὓς φύσις ἀνθήσασα μέσοις ἐνὶ βένθεσι πέτρης
ἀγλαΐην ἔκλεπτε, θεοῦ δ' ἐφύλασσε μελάθροις,
δῶρον Ἰουλίανῆς, ἵνα θέσκελα ἔργα τελέσσῃ
ἀχράντοις κραδίης ὑπὸ νεύμασι ταῦτα καμοῦσα.
Τίς δὲ φέρων θοὸν ἴχνος ἐπὶ ζεφυρηΐδας αὔρας
ὑμνοπόλος σοφίης, ἑκατὸν βλεφάροισι πεποιθώς,
τοξεύσει ἑκάτερθε πολύτροπα δήνεα τέχνης,
οἶκον ἰδὼν λάμποντα, περίδρομον, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ,
ἔνθ' ἵνα καὶ γραφίδων ἱερῶν ὑπὲρ ἄντυγος αὐλῆς
ἔστιν ἰδεῖν μέγα θαῦμα, πολύφρονα Κωνσταντῖνον,
πῶς προφυγὼν εἴδωλα θεημάχον ἔσβεσε λύσσην,
καὶ Τριάδος φάος εὗρεν ἐν ὕδασι γυῖα καθήρας.
Τοῖον Ἰουλιανῇ, μετὰ μυρίον ἐσμὸν ἀέθλων,
ἤνυσε τοῦτον ἄεθλον ὑπὲρ ψυχῆς γενετήρων,
καὶ σφετέρου βιότοιο, καὶ ἐσσομένων καὶ ἐόντων.

cuncta, immortalem sibi peperit progeniem,
pietatis omnem semper calcans viam.
Quapropter illam, servi cœlestis Regis,
quibuscumque munera donat, quibuscumque erexit templa,
propensa-mente protegite cum filio ejusque filiabus;
duret et immensus honor præclara-gerentis progeniei,
usquedum sol igne-coruscum currum agitabit.

Quis Julianæ chorus sufficiet certaminibus,
quæ post Constantinum suæ exornatorem Romæ,
et post Theodosii aureum sanctumque lumen,
ac post tot majorum regiam radicem,
dignum ortu suo ac sublime absolvit opus
intra paucos annos? tempori hæc vim intulit una,
et sapientiam prætergressa est decantati Salomonis,
templum quæ-erexerit Dei-capax, cujus longum ævum
non potest celebrare gratiæ artificiosissimum splendorem:
qualis processit ex profundis fundamentis,
ab-imo prosiliens et ætheris astra insequutus,
qualis et ab-oriente extenditur in occidentem procurrens,
infandis Phaethontis coruscans-sub fulgoribus,
hinc et illinc per-latera; et medio utrimque aditu
columnæ infragilibus in columnis stantes
auro-contignati radios attollunt tegumenti.
Recessus autem ab-utraque-parte in arcubus patentes
lumen semper-mobile generabant lunæ;
et parietes ex-adverso infinitis meatibus
divina prata cincti sunt metallorum, petræ
quæ prata natura florentia-edens mediis in penetralibus
splendorem celabat Deique servabat domibus,
donum Julianæ, ut divina opera elaboraret
puris mentis sub nutibus hæc operata.
Quis vero ferens rapidum pedem ad Zephyrios flatus
vates doctrinæ, centum oculis fretus,
jaculabitur ab-utraque-parte varia consilia artis,
domum cernens fulgentem, rotundam, aliam super alia,
ubi et penicillorum sacrorum super fornice vestibuli
est videre insigne miraculum, sapientem Constantinum,
quomodo fugiens idola Deo-adversantem exstinxit rabiem,
ac Trinitatis lumen reperit, in aquis membra ubi-purgarat?
Tale Juliana, post infinitum examen certaminum,
perfecit hoc certamen pro anima parentum
ipsaque sua vita, et eorum qui erunt ac sunt.

11. Εἰς τοὺς ἁγίους Ἀναργύρους τοὺς εἰς τὰ Βασιλίσκου.

Τοῖς σοῖς θεράπουσιν ἡ θεράπαινα προσφέρω
Σοφία τὸ δῶρον. Χριστὲ, προσδέχου τὰ σὰ,
καὶ τῷ βασιλεῖ μου μισθὸν Ἰουστίνῳ δίδου,
νίκας ἐπὶ νίκαις κατὰ νόσων καὶ βαρβάρων.

11. In S. Anargyros qui sunt in tractu Basilisci.

Tuis servis serva affero
Sophia donum. Christe, accipe tua,
et imperatori meo mercedem Justino tribue,
victorias super victoriis de morbis et barbaris.

12. Εἰς τὴν ἁγίαν Εὐφημίαν τὴν Ὀλυβρίου.

Εἰμὶ δόμος Τριάδος, τρισσὴ δέ με τεῦξε γενέθλη·
πρώτη μὲν πολέμους καὶ βάρβαρα φῦλα φυγοῦσα
τεύξατο καί μ' ἀνέθηκε θεῷ ζωάγρια μόχθων
Θευδοσίου θυγάτηρ Εὐδοξία· ἐκ δέ με κείνης

12. In S. Euphemiam de Olybrio.

Sum domus Trinitatis; ac terna me fabricavit generatio:
prima, bella et barbaras tribus fugiens
ædificavit et me dicavit Deo, pretium-exantlatorum labo-
Theodosii filia Eudoxia. Ex illa autem genita me [rum.

Πλακιδίη κόσμησε σὺν ὀλβίστῳ παρακοίτῃ·
Εἰ δέ που ἀγλαΐης ἐπεδεύετο κάλλος ἐμεῖο,
τὴν δέ μοι ὀλβιόδωρος ὑπὲρ μνήμης γενετήρων
δῶκεν Ἰουλιανὴ, καὶ ὑπέρτατον ὤπασε κῦδος
μητέρι καὶ γενέτῃ καὶ ἀγακλεῖ μητρὶ τεκούσης,
κόσμον ἀεξήσασα παλαίτερον. Ὧδ' ἐμὸν ἔργον...

Placidia ornavit cum felicissimo sponso.
Sicubi autem splendoris indigebat pulchritudo mea,
eam mihi beata-dona-donans pro memoria parentum
dedit Juliana, et maximum tribuit decus
matri ac patri et illustri matri matris,
honorem augens pristinum. Talis mea fabrica...

13. Εἰς τὸν αὐτὸν ναὸν ἔνδοθεν τοῦ περιδρόμου.

Κάλλος ἔχον καὶ πρόσθεν ἐπήρατον· ἀλλ' ἐπὶ μορφῇ
τῇ πρὶν ἀρειοτέρην νῦν λάχον ἀγλαΐην.

13. In eandem ecclesiam intus in cinctu.

Pulchritudinem habebam etiam olim amabilem; sed prae-[ter formam
pristinam præstantiorem nunc obtinui splendorem.

(14. Ἄλλο.)

Οὕτω γῆρας ἐμὸν μετὰ μητέρα καὶ μετὰ τηθὴν
ξῦσεν Ἰουλιανὴ, καὶ νέον ἄνθος ἔχω.

(14. Aliud.)

Sic senectutem meam post matrem et aviam
erasit Juliana, et novum florem habeo.

15. Ἄλλο.

Ἦν ἄρα καὶ κάλλους ἔτι κάλλιον· εὖτ' ἐμὸν ἔργον,
καὶ πρὶν ἐὸν περίπυστον, ἀοίδιμον ἐς χθόνα πᾶσαν,
ἀγλαΐης προτέρης ἐς ὑπέρτερον ἤγαγε κάλλος
τόσσον Ἰουλιανὴ, ὅσον ἄστρασιν ἀντιφερίζειν.

15. Aliud.

Fuit profecto et pulchritudine adhuc pulchrius, quando [meum opus
et olim celebre, memorabile in terram universam,
splendore pristino in majorem adduxit pulchritudinem
tantam Juliana, quantum possit astris decertare.

16. Ἄλλο.

Αὐτὴν ἐργοπόνοισιν ἐπιπνείουσαν ἀρωγὴν
εἶχεν Ἰουλιανὴ μάρτυρα νηοπόλον·
οὔποτε γὰρ τοῖόν τε τόσον τ' εὐδαίδαλον ἔργον
ἤνυσεν, οὐρανίης ἔμπλεον ἀγλαΐης.

16. Aliud.

Ipsam artificibus afflantem auxilium
habuit Juliana martyrem templi-incolam:
nunquam enim taleque tantumque bene-fabricatum opus
absolvisset, cœlestis plenum splendoris.

17. Ἄλλο.

Οὐκέτι θαυμάζεις προτέρων κλέος· οὐ διὰ τέχνης
εὖχος ἐν ὀψιγόνοις λίπον ἄσπετον, ὁσσάτιόν περ
κῦδος Ἰουλιανῆς πινυτόφρονος, ἣ χάριν ἔργων
ἀρχεγόνων νίκησε νοήματα πάνσοφα φωτῶν.

17. Aliud.

Non amplius admiraris priorum gloriam: non per artem
laudem inter posteros reliquerunt ingentem, quantum
decus Julianæ prudentis, quæ gratia operum
majorum vicit consilia peritissima virorum.

18. Εἰς Ἀκούβιτον. Εἰς Βαήν.

Τῆς ἀγαθῆς ἀγαθὸς μὲν ἐγὼ κύκλος Ἀγαθονίκης.
* * * *
Ἄνθετο δ' ἀχράντῳ μάρτυρί με Τροφίμῳ.

18. In accubitum.

Bonæ bonus ego sedile (?) Agathonicæ.
* * * *
Consecravit autem puro martyri me Trophimo.

19. ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ.

Εἰς τὸν σωτῆρα.

Ὦ πυρὸς ἀενάοιο σοφὴν ὠδῖνα φυλάσσων,
ἐμβεβαὼς κόσμοιο παλινδίνητον ἀνάγκην,
Χριστὲ, θεορρήτοιο βίου φυσίζοε πηγὴ,
πατρὸς ἀσημάντοιο θεοῦ πρωτόσπορε φωνὴ,
ὃς μετὰ μητρώων τοκετῶν ἐγκύμονα φόρτον
καὶ γόνον αὐτοτέλεστον ἀνυμφεύτων ὑμεναίων
στήσας Ἀσσυρίης γενεῆς ἑτερόφρονα λύσσαν,
ὄργια δ' εἰδώλων κενεῶν ψευδώνυμα λύσας,
αἰθέρος ἀμφιβέβηκας ἐφ' ἑπτάζωνον ὀχῆα,
ἀγγελικαῖς πτερύγεσσιν ἐν ἀῤῥήτοισι θαάσσων·
ἵλαθι, παγγενέταο θεοῦ πρεσβήϊον ὄμμα,
φρουρὲ βίου, σῶτερ μερόπων, αἰῶνος ἀνάσσων.

O ignis æterni sapientem fœcunditatem custodiens
insedens mundi retrovolubili necessitati,
Christe, a-Deo-promissæ vitæ vivifice fons,
Patris ineffabilis Dei primum-seminatum verbum,
qui post maternorum partuum gravidum onus
et partum a-se-perfectum sponso-carentium hymenæorum,
cohibens Assyriæ generationis heterodoxam rabiem,
orgiaque idolorum vanorum pseudonyma dissolvens,
ætheris ascendisti in septemzonalem balteum,
angelicis alis in ineffabilibus sedens:
propitius esto, omnium genitoris Dei venerandum lumen,
custos vitæ, salvator mortalium, ævi regnans.

20. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸν δεσπότην Χριστόν.

Ἀρτιφανὲς, πολιοῦχε, παλαιγενὲς, υἱὲ νεογνέ,
αἰὲν ἐὼν προεών τε, ὑπέρτατε, ὕστατε, Χριστὲ,
ἀθανάτοιο πατρός τε ὁμόχρονε, πάμπαν ὁμοῖε.

21. Εἰς τὸν αὐτόν.

Παῖ, γέρον, αἰώνων προγενέστερε, πατρὸς ὁμῆλιξ.

22. Εἰς τὸν αὐτόν.

Πατρὸς ἐπουρανίου λόγε πάνσοφε, κοίρανε κόσμου,
ὁ βροτέην γενεὴν τιμήσας εἰκόνι σεῖο,
σὴν χάριν ἄμμιν ὄπαζε καὶ ὀλβιόδωρον ἀρωγήν·
εἰς σὲ γὰρ εἰσορόωσιν ἐν ἐλπίσιν ὄμματα πάντων.

23. [ΜΑΡΙΝΟΥ.] Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἀθανάτου πατρὸς υἱὲ συνάχρονε, κοίρανε πάντων,
αἰθερίων μεδέων, εἰναλίων, χθονίων,
δμωὶ τεῷ, τῷ τήνδε βίβλον γράψαντι, Μαρίνῳ
δὸς χάριν εὐεπίης καὶ λογικῆς σοφίας.

24. Εἰς τὸν αὐτόν.

Σύνθρονε καὶ συνάναρχε τεῷ πατρὶ, πνεύματί τ' ἐσθλῷ,
οἰχομένων ὄντων τε καὶ ἐσσομένων βασιλεύων,
τῷ ταῦτα γράψαντι τεὴν χάριν αὐτὸς ὀπάζοις,
ὄφρα κε σῆς ἐφετμῆσι καλῶς βίου οἶμον ὁδεύοι.

25. Εἰς τὸν αὐτόν.

Χριστὲ, θεοῦ σοφίη, κόσμου μεδέων καὶ ἀνάσσων
ἡμετέρην τὸ πάροιθε πλάσας μεροπηίδα φύτλην,
δός με θέειν βίου οἶμον ἐν ὑμετέραις ἐφετμῆσι.

26. Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὑψιμέδων θεοῦ υἱὲ, φαοσφόρον ἀΐδιον φῶς,
σήν μοι ὄπαζε χάριν καὶ νῦν καὶ ἔπειτα καὶ αἰεὶ,
ὡς προθέλυμνον ἐοῦσαν ὅτῳ καὶ ὅπῃ κατανεύσεις.

27. Εἰς τὸν αὐτόν.

Πανσθενὲς υἱὲ θεοῦ, Χριστὲ, προάναρχε ἁπάντων,
πᾶσιν ἐπιχθονίοις σωτήρια νάματα βλύζων,
μητρὸς ἀπειρογάμοιο τεῆς λιτέων ἐπακούων,
σὴν χάριν ἄμμιν ὄπαζε καὶ ἐν μύθοις καὶ ἐν ἔργοις.

28. [ΜΑΡΙΝΟΥ.] Εἰς τὸν αὐτόν.

Χριστὲ, θεοῦ σοφίη, χάριν ὤπασον εὐεπιάων,
καὶ λογικῆς σοφίης ἐμπέραμον τέλεσον,
ὃς τόδε τεῦχος ἔγραψεν ἑαῖς χείρεσσι Μαρῖνος,
φάρμακον ἀφραδίης, πρόξενον εὐφραδίης.

29. Εἰς τὸν αὐτὸν μονόστιχα.

Χριστὲ, τεὴν προΐαλλε χάριν καμάτοισιν ἐμεῖο.

20. EJUSDEM.

In Christum dominum.

Præsens, civitatis-protector, antiquitus-genite, fili recens-[genite.
semper existens et ante omnia, supreme, ultime, Christe,
immortalisque patris coæve, *ei* omnino similis.

21. In eundem.

Puer, senex, temporibus antiquior, patris coæve.

22. In eundem.

Patris cœlestis Verbum sapientissimum, rex mundi,
qui humanum genus honoravisti imagine tui,
tuam gratiam nobis imperti et felicia-dans-dona auxilium;
in te enim intuentur in spe oculi cunctorum.

23. [MARINI.] In eundem.

Immortalis patris fili pariter-sempiterne, rex cunctorum,
æthereorum regnans, marinorum, terrestrium,
servo tuo, qui hunc librum descripsit, Marino
da gratiam eloquentiæ et oratoriæ doctrinæ.

24. In eundem.

Cum Patre tuo Spirituque bono sedens-in-eodem-throno et [pariter-principio-carens,
mortuorum viventiumque et futurorum regnans,
illi qui hæc scripsit tuam gratiam ipse dones,
ut tuo jussu recte vitæ iter peragam.

25. In eundem.

Christe, Dei sapientia, mundi regnans et imperans,
nostram olim qui formasti humanam generationem,
da me currere vitæ iter sub tuis jussis.

26. In eundem.

Altipotens Dei fili, luciferum æternum lumen,
tuam mihi da gratiam et nunc et in posterum et semper,
quippe quæ pro-primo-fundamento sit cui et qua annues.

27. In eundem.

Omnipotens fili Dei, Christe, qui principio-carens-præcedis
omnibus mortalibus salutifera fluenta effundens, [omnia,
Matris nuptiarum-expertis tuæ preces exaudiens,
tuam gratiam nobis imperti et in sermonibus et in actis.

28. [MARINI.] In eundem.

Christe, Dei sapientia, gratiam imperti eloquentiæ,
et oratoriæ doctrinæ peritum perfice *eum*
qui hunc librum scripsit suis manibus, Marinus,
remedium imperitiæ-dicendi, conciliatorem eloquentiæ.

29. In eundem monosticha.

Christe, tuam antè infunde gratiam laboribus meis.

Ὁ Χριστὸς καὶ ἐμοῖς ἐπιτάῤῥοθος ἔσσεται ἔργοις.
Χριστὸς ἐμοῖς καμάτοισιν ἀρηγόνα χεῖρα τιταίνοι.
Χριστέ, σύ μοι προΐαλλε τεὴν πολύολβον ἀρωγήν.
Χριστέ, τεὴν καμάτοισιν ἐμοῖς χάριν αὐτὸς ὀπάζοις.

30. Εἰς τὸν αὐτόν.

Χριστὲ μάκαρ, μερόπων φάος ἄφθιτον, ἐλπὶς ἁπάντων,
ἐσθλὰ δίδου χατέουσι, τὰ δ' οὐ καλὰ νόσφιν ἐρύκοις.

31. Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον.

Παμμεδέοντα, ἄνασσα, θεοῖο, γόνον τεὸν, υἱὸν,
ἄγγελοι ὃν τρομέουσι, τεῇς παλάμῃσι κρατοῦσα,
πρευμενέα πραπίδεσσιν ὑπὲρ μερόπων τελέουσα,
ῥύεο συντηροῦσα ἀπήμονα κόσμον ἅπαντα.

32. Εἰς τὸν ἀρχάγγελον Μιχαήλ.

Ὧδε ταλαιπαθέων χραισμήϊα θέσκελα κεῖται
ἢ δέμας ἢ κραδίην τειρομένων μερόπων·
καὶ γὰρ ἀνιάζουσα πόνων φύσις αὐτίκα φεύγει
οὔνομα σὸν, Μιχαὴλ, ἢ τύπον, ἢ θαλάμους.

33. ΝΕΙΛΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΧΟΥ.

Εἰς εἰκόνα τοῦ ἀρχαγγέλου.

Ὡς θρασὺ μορφῶσαι τὸν ἀσώματον· ἀλλὰ καὶ εἰκὼν
ἐς νοερὴν ἀνάγει μνῆστιν ἐπουρανίων.

34. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς τὴν αὐτὴν ἐν Πλάτῃ.

Ἄσκοπον ἀγγελίαρχον, ἀσώματον εἰδεῖ μορφῆς,
ἆ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀπεπλάσατο·
ἔμπης οὐκ ἀχάριστον, ἐπεὶ βροτὸς εἰκόνα λεύσσων
θυμὸν ἀπιθύνει κρέσσονι φαντασίῃ·
οὐκέτι δ' ἀλλοπρόσαλλον ἔχει σέβας, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ
τὸν τύπον ἐγγράψας ὡς παρεόντα τρέμει·
ὄμματα δ' ὀτρύνουσι βαθὺν νόον· οἶδε δὲ τέχνη
χρώμασι πορθμεῦσαι τὴν φρενὸς ἱκεσίην.

35. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτὸν ἐν τῷ Σωσθενίῳ.

Καρικὸς Αἰμιλιανὸς, Ἰωάννης τε σὺν αὐτῷ,
Ῥουφῖνος Φαρίης, Ἀγαθίης Ἀσίης,
τέτρατον, ἀγγελίαρχε, νόμων λυκάβαντα λαχόντες,
ἄνθεσαν εἰς σὲ, μάκαρ, τὴν σφετέρην γραφίδα,
αἰτοῦντες τὸν ἔπειτα καλὸν χρόνον· ἀλλὰ φανείης
ἐλπίδας ἰθύνων ἐσσομένου βιότου.

36. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Θεοδώρου Ἰλλουστρίου καὶ δὶς ἀνθυπάτου, ἐν ᾗ γέγραπται παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου δεχόμενος τὰς ἀξίας ἐν Ἐφέσῳ.

Ἵλαθι μορφωθεὶς, ἀρχάγγελε· σὴ γὰρ ὀπωπὴ

Christus et meis auxiliator erit operibus.
Christus meis laboribus auxiliatricem manum porrigat.
Christe, tu mihi mittas tuum valde-fortunatum auxilium
Christe, tuam laboribus meis gratiam ipse impertire.

30. In eundem.

Christe felix, hominum lux incorrupta, spes cunctorum,
bona tu dona egentibus, et quæ non bona procul arceas

31. In sanctissimam Deiparam.

Omnipotentem, regina, Dei, progeniem tuam, filium,
angeli quem tremunt, tuis palmis tenens,
clementem animi in mortales reddens,
tuere conservans incolumem mundum universum.

32. In archangelum Michaelem.

Hic ærumnosorum remedia divina reposita sunt
vel corpus vel mentem afflictorum mortalium:
etenim contristans laborum natura confestim fugit
nomen tuum, Michael, aut effigiem, aut domos.

33. NILI SCHOLASTICI.

In imaginem Archangeli.

Quam audax informare incorporeum! sed et imago
in intellectualem sursum-ducit memoriam cœlestium.

34. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In eandem apud Platen.

Invisibilem angelorum ducem, incorporeum specie formæ,
ah! valde audax cera effinxit. [intuens
Attamen non insuave est, quandoquidem homo imaginem
mentem dirigit præstantiore cogitatione;
nec jam ambiguam habet venerationem, sed, in se ipse
imaginem infingens, ut præsentem reformidat;
oculique incitant profundum animum: novit autem ars
coloribus transmittere mentis supplicationes.

35. EJUSDEM.

In eundem (Archangelum) in Sosthenio.

Caricus Æmilianus, Joannesque cum illo,
Rufinus ex-Pharia, Agathias ex-Asia,
quartum, Archangele, legum annum tenentes,
dicarunt tibi, beate, tuam pictam imaginem,
poscentes futurum bonum tempus: atque appareas
spes dirigens futuræ vitæ.

36. EJUSDEM.

In imaginem Theodori Illustris et bis proconsulis, qua depictus fuit ab Archangelo accipiens insignia Ephesi.

Propitius esto efformatus, Archangele; tua enim facies

ἄσκοπος· ἀλλὰ βροτῶν δῶρα πέλουσι τάδε·
ἐκ σέο γὰρ Θεόδωρος ἔχει ζωστῆρα μαγίστρου
καὶ δὶς ἀεθλεύει πρὸς θρόνον ἀνθυπάτων·
τῆς δ' εὐγνωμοσύνης μάρτυς γραφίς· ὑμετέρην γὰρ
χρώμασι μιμηλὴν ἀντετύπωσε χάριν.

invisibilis : sed mortalium dona sunt hæcce.
Ex te enim Theodorus tenet cingulum Magistri,
et bis molitur ad sedile proconsulum;
grati autem animi testis pictura; tuum enim [rem.
coloribus imitantibus-expressum vicissim-effinxit decо-

37. Εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Σάλπιγγες, στεροπαί, γαῖα τρέμει· ἀλλ' ἐπὶ μήτρην
παρθενικὴν κατέβης ἄψοφον ἴχνος ἔχων.

37. In Christi nativitatem.

Tubæ, fulgura; terra tremiscit : sed in alvum
virginalem descendisti tacitum vestigium habens.

38. Εἰς τὸ αὐτό.

Οὐρανὸς ἡ φάτνη, καὶ οὐρανοῦ ἔπλετο μείζων·
οὐρανὸς ἐργασίη τοῦδε πέλει βρέφεος.

38. In idem.

Cœlum præsepe, et cœlo erat præstantius;
cœlum opera hujusce est pueruli.

39. Εἰς τοὺς ποιμένας καὶ τοὺς ἀγγέλους.

Εἷς χορὸς, ἓν μέλος ἀνθρώποισι καὶ ἀγγελιώταις,
οὕνεκεν ἄνθρωπος καὶ θεὸς ἓν γέγονε.

39. In pastores et angelos.

Unus chorus, unum canticum hominibus et angelis,
quod homo ac deus unum factus est.

40. Εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Οὐρανὸς ἡ φάτνη, καὶ οὐρανοῦ ἔπλετο μείζων,
οὕνεκεν ὅνπερ ἔδεκτο ἄναξ πέλεν οὐρανιώνων.

40. In Christi nativitatem.

Cœlum præsepe, et cœlo erat præstantius,
quod quem suscepit rex fuit cœlestium.

41. Εἰς τοὺς μάγους.

Οὐκέτι δῶρ' ἀνάγουσι μάγοι πυρὶ ἠελίῳ τε·
ἠέλιον γὰρ ἔτευξε τόδε βρέφος, ὡς πυρὸς αὐγάς.

41. In magos.

Non jam dona afferunt magi igni solique;
solem enim fecit hicce puerulus ut ignis splendores.

42. Εἰς τὸ Βηθλεέμ.

Δέχνυσο, Βηθλεὲμ, ὃν προέειπε προφήτης ἐσθλὸς
ἔσεσθαι, λαῶν ἡγούμενον ἐκ σοῦ ἁπάντων.

42. In Bethleem.

Accipe, Bethleem, quem prædixit propheta bonus
venturum esse, gentium ducem ex te cunctarum.

43. Εἰς τὴν Ῥαχήλ.

Τίπτε, Ῥαχὴλ, γοόωσα πικρὸν κατὰ δάκρυον εἴβεις;
Ὀλλυμένην ὁρόωσα γονὴν κατὰ δάκρυον εἴβω.

43. In Rachel.

Cur, Rachel, gemens amaram lacrimam fundis? —
Pereuntem cernens progeniem, lacrimam defundo.

44. Εἰς τὸν εὐαγγελισμόν.

Χαῖρε, κόρη χαρίεσσα, μακαρτάτη, ἄφθορε νύμφη·
υἱὸν θεοῦ λαγόνεσσιν ἄτερ πατρὸς ἐμβρυον ἕξεις.

44. In Annuntiationem.

Ave, Virgo gratia-plena, felicissima, incorrupta sponsa,
filium Dei in visceribus absque patre fœtum habebis.

45. Εἰς τὸν ἀσπασμόν.

Ἔνδοθι γαστρὸς ἰὼν σκιρτήμασιν εἶδε προφήτης
σὸν γόνον ὡς θεός ἐστι, καὶ ἤνεσε πότνια μήτηρ.

45. In Visitationem.

Intra ventrem exsistens subsultationibus vidit propheta
tuum filium ut deus est; et laudavit veneranda mater.

46. Εἰς τὴν ὑπαντήν.

Πρεσβύτα, παῖδα δέχοιο, Ἀδὰμ προγενέστερον ὄντα,
ὅς σε βίου λύσει τε καὶ ἐς βίον ἄφθιτον ἄξει.

46. In Occursum.

Senex, puerum admittas, Adamo antiquiorem,
qui te vita solvet, et in vitam incorruptam ducet.

47. Εἰς τὴν βάπτισιν.

Πατρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μεγασθενὲς ἦλυθε πνεῦμα,
υἱὸς ἐπεὶ βαπτίζετ' Ἰορδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα.

47. In Baptismum.

Patre ab immortali potentissimus venit Spiritus,
Filius quando baptizabatur Jordanis in fluentis.

48. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν.

Ἀδὰμ ἠωζο..

48. In Transfigurationem.

Adam erat....

49. Εἰς τὸν Λάζαρον.

Χριστὸς ἔφη, Πρόμολ' ὧδε· καὶ ἔλλιπε Λάζαρος ἀῶ̈ν,
αὐαλέῳ μυκτῆρι πάλιν σόον ἄσθμα κομίζων.

49. In Lazarum.

Christus dixit, « accede huc », et reliquit Lazarus orcum,
arida nare rursus salvum spiritum trahens

50. Εἰς τὸν αὐτὸν ἐν Ἐφέσῳ.

Ψυχὴν αὐτὸς ἔτευξε, δέμας μόρφωσεν ὁ αὐτός·
Λάζαρον ἐκ νεκύων ἐς φάος αὐτὸς ἄγει.

50. In eundem Ephesi.

Animam ipse fecit; corpus formavit idem:
Lazarum e mortuis in lucem ipse ducit.

51. Εἰς τὸν αὐτόν.

Τέτρατον ἦμαρ ἔην, καὶ Λάζαρος ἔγρετο τύμβου.

51. In eundem.

Quartus dies aderat, et Lazarus surrexit e tumulo.

52. Εἰς τὰ Βαΐα.

Χαῖρε, Σιὼν θύγατερ, καὶ δέρκεο Χριστὸν ἄνακτα
πώλῳ ἐφεζόμενον, καὶ ἐς πάθος αἶψα κιόντα.

52. In Palmas seu Palmarum festum.

Salve, Sion filia, et contemplare Christum regem
pullo insidentem, et ad passionem confestim euntem.

53. Εἰς τὸ Πάσχα.

Ἀμνὸν ἔπαυσε νόμου καὶ ἄμβροτον ὤπασε θῦμα
Χριστὸς, ἐὼν ἱερεὺς, αὐτὸς ἐὼν θυσίη.

53. In Pascha.

Agnum abolevit legis et immortalem præbuit hostiam
Christus, qui est sacerdos, ipse qui est hostia.

54. Εἰς τὴν σταύρωσιν.

Ὦ πάθος, ὦ σταυρὸς, παθέων ἐλατήριον αἷμα,
πλῦνον ἐμῆς ψυχῆς πᾶσαν ἀτασθαλίην.

54. In Crucifixionem.

O passio, o crux! cupiditatum propulsator sanguis,
lava meæ animæ cunctam improbitatem.

55. Εἰς τὴν αὐτήν.

Παρθένου υἱὸν ἔφη τὸν παρθένον, ἄλλον ἑαυτόν.
Ἵλαθι τῆς καθαρῆς δέσποτα παρθενίης.

55. In eandem.

Virginis filium dixit virginem, alterum se:
Propitius esto, puræ possessor virginitatis.

56. Εἰς τὴν ἀνάστασιν.

Χριστὸς ἐὼν θεὸς εἷλε νέκυς ἐξ ᾅδου πάντας·
μοῦνον δὲ βροτολοιγὸν ἀκήριον ἔλλιπεν Ἀΐδην.

56. In Resurrectionem.

Christus qui est deus sustulit mortuos ex orco cunctos,
et desolatum homicidam imbecillum reliquit Orcum.

57. Εἰς τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ.

Ψυχῆς ἐν φλιῇσιν ἐμῆς σωτήριον αἷμα
ἀμνοῦ· ὀλοθρεύων, φεῦγε, μὴ ἐγγὺς ἴθι.

57. In agnum Dei.

Animæ in limine meæ *est* salutaris sanguis
agni. Exterminator, fuge; ne propius accedas.

58. Εἰς τὸν πόκον Γεδεών.

Εἷς πόκος ὄμβρον ἔχει· λεκάνη δρόσον ὤπασεν αὐτὸς,
ἄβροχος αὐτὸς ὅδε· κρύπτε νόῳ κρύφια.

58. In vellus Gedeonis.

Unum vellus rorem habet; conchæ rorem præbuit ipsum,
siccum ipsum hoc: occule mente occulta.

59. Εἰς τὸν Μωσῆν καὶ εἰς τὴν θυγατέρα Φαραώ.

Αἰγυπτίη, κρύφιόν τε βρέφος, καὶ ἐγγύθεν ὕδωρ·
ἃ προτυποῖ μούνοις εὐσεβέεσσι Λόγον.

59. In Moysen et in filiam Pharaonis.

Ægyptia, et puerulus latens, et vicina aqua:
quæ præfigurant solis piis Verbum.

60. Εἰς τὸν αὐτὸν ὅτε τὰς παλάμας ἐξέτεινε τροπούμενος τὸν Ἀμαλήκ.

Σταυροφανῶς τανύεις παλάμας τίνος εἵνεκα, Μωσῆ;
Τῷδε τύπῳ Ἀμαλὴκ ὄλλυται ἀμφότερος.

60. In eundem, quando manus extendebat fugans Amalec.

Crucis ad instar extendis palmas: cujus causa, Moyses?
Hocce typo Amalec perit uterque.

61. Εἰς τὸν αὐτόν.

Ῥύεο σὴν ἐθνικὴν νύμφην παρὰ ὕδασι, Μωσῆ,
νυμφίου ἀψευδοῦς οὕνεκεν ἐσσὶ τύπος.

61. In eundem.

Defende tuam gentilem sponsam ad puteum, Moyses,
sponsi veridici quoniam es typus.

62. Εἰς τὴν κιβωτὸν ὅτε τὸν Ἰορδάνην ἐπέρασεν.

Ἁρπακι χρυσείῃ ῥόος εἴκαθεν. Ἵλαθι, Χριστέ·
σὸς τύπος ἡ λάρναξ, τῇδε λοεσσομένου.

62. In Arcam, quando Jordanem transiit.

Arcæ aureæ fluentum decessit. Propitius sis, Christe:
tuus typus arca hac lavaturi.

63. [Εἰς τὴν Ἄγαρ.]

Ἐξ ἐθνῶν καὶ Ἄγαρ· τί δὲ ἄγγελος; ἢ τί τὸ ὕδωρ;

63. In Agar.

Ex gentibus et Agar. Quid autem angelus, vel quid aqua?

ἐξ ἐθνῶν καὶ ἐγώ· τοὔνεκεν οἶδα τάδε.

64. Εἰς τοὺς ο' φοίνικας καὶ τὰς ιϐ' πηγάς.

Ἑπτάκι τοὺς δέκα φοίνικας, δυοκαίδεκα πηγὰς
Χριστοῦ τοσσατίων ἴσθι τύπους ἑτάρων.

65. Εἰς τὸν Ἀϐραάμ.

Ἀϐραὰμ υἱὸν ἄγει θυσίην θεῷ· ἴλαθι, ποίην
νοῦς ὁράᾳ θυσίην, ἧς τόδε γράμμα τύπος.

66. Εἰς τὸν Μελχισεδὲκ διδοῦντα τῷ Ἀϐραὰμ οἶνον καὶ ἄρτους.

Μελχισεδὲκ βασιλεῦ, ἱερεῦ, ἄρτους τε καὶ οἶνον
ὡς τίς ἐὼν παρέχεις; Ὡς τύπος ἀτρεκίης.

67. Εἰς τὸν Ἀϐραὰμ ὅτε ὑπεδέξατο τὸν θεόν.

Μορφὴν ἐνθάδε μοῦνον ἔχει θεός· ὕστερον αὖτε
ἐς φύσιν ἀτρεκέως ἦλυθεν ἀνδρομέην.

68. Εἰς τὸν Ἰσαὰκ καὶ τὸν Ἰακὼϐ ὅτε αὐτὸν ηὐλόγησεν.

Πνοιὴν μὲν διὰ πνεῦμα, δέρας δὲ λάχον διὰ γράμμα·
εὐφραίνει πατέρα νοῦς θεὸν εἰσορόων.

69. Εἰς τὴν Ῥεϐέκκαν.

Νυμφίε μουνογενές, νύμφη ἐθνική σε φιλοῦσα
κάθορεν ἐξ ὕψους σώματος οὐ καθαροῦ.

70. Εἰς τὴν αὐτήν.

Τηλόθεν οὐχ ὑδάτων μνηστεύετο πότνα Ῥεϐέκκα,
νύμφης ἐξ ἐθνῶν οὕνεκεν ἐστὶ τύπος.

71. Εἰς τὴν Σωμανῖτιν.

Εὐχὴ Ἐλισσαίου, Σωμανῖτι, οἷς πόρεν υἱὸν,
πρῶτα μὲν ἐκ γαστρὸς, δεύτερα δ' ἐκ νεκύων.

72. Εἰς τὴν μηλωτὴν Ἠλίου.

Τοῦτο δέρας προλέγει ἀμνὸν θεοῦ εἵνεκα πάντων
ἀνθρώπων ζωῆς τῇδε λοεσσόμενον.

73. Εἰς τὸν Δαϐὶδ χριόμενον.

Ἐν νῷ ἔχων πέφρικα πατὴρ τίνος ἔκλυε Δαϐὶδ
οὗτος, ὃν εἰσοράᾳς ἐνθάδε χριόμενον.

74. Εἰς τὸν τυφλόν.

Οὔνομα τῇ πηγῇ Ἐσταλμένος· ἀλλὰ τίς ἐκ τοῦ
ἔσταλται νοέεις, ὅρρα τέλεια βλέποις;

75. Εἰς τὴν Σαμαρεῖτιν.

Οὐ τύπος, ἀλλὰ θεὸς καὶ νυμφίος ἐνθάδε νύμφην
σώζει, τὴν ἐθνικὴν, ὕδατος ἐγγὺς ἰδών.

76. Εἰς τὸν γάμον.

Τεῦξε μὲν ἀτρεκέως οἶνον θεός· ὅσσα δὲ κρυπτὰ

ex gentibus et ego; idcirco novi ista.

64. In LXX palmas, et XII fontes.

Septies decem palmas, duos et decem fontes
Christi tot noveris typos discipulorum.

65. In Abraham.

Abraham filium ducit sacrificium Deo. Fave! quale
mens intuetur sacrificium, cujus hæc pictura typus!

66. In Melchisedec dantem Abrahamo vinum et panes.

Melchisedec rex, sacerdos, panesque et vinum
ut quis exsistens præbes? Ut typus veritatis.

67. In Abraham, quando excepit Deum.

Formam *suam* hic tantum habet Deus; serius posthac
in naturam vere venit humanam.

68. In Isaac et Jacob, quando huic ille benedixit.

Fragrantiam ob spiritum, pelliculam vero sumserunt ob
hilarat patrem mens Deum intuens. [literam:

69. In Rebeccam.

Sponse unigenite, sponsa te gentilis amans
desiluit desuper de corpore non puro.

70. In eandem.

Non procul ab aquis quæsita-fuit-in-matrimonium vene-
sponsæ gentilis quoniam est typus. [randa Rebecca,

71. In Sunamitidem.

Supplicatio Elissæi, Sunamitis, bis dedit filium,
prius quidem ex ventre, posterius ex mortuis.

72. In pallium Eliæ.

Hæc pellis prædicit agnum Dei causa omnium
hominum vitæ hic lavaturum.

73. In Davidem qui ungitur.

In mente habens tremui pater cujusnam audiat David
hicce, quem intueris hic dum-ungitur.

74. In cæcum.

Nomen fonti Missus. Sed quis unde
missus fuit an reputas, ut perfecta cernas?

75. In Samaritanam.

Non typus, sed deus et sponsus hic sponsam
servat gentilem, aquam juxta cernens *eam*.

76. In Nuptias.

Fecit vere vinum deus: quæ autem arcana

θαύματος, εἰ Χριστοῦ πνεῦμά σ' ἔχει, νοέεις.

77. Εἰς τὴν χήραν τὴν τὸν Ἠλίαν θρέψασαν.

Βλύζει ἐλαιηρὴ κάλπις καὶ κίστη ἀλεύρου,
ἔμπεδον ἡ χήρη οὕνεκα πίστιν ἔχει.

78. Εἰς Πέτρον τὸν ἀπόστολον.

Πάντων ἀρχιερεὺς Πέτρος θεοῦ ἀρχιερήων,
ὃς θεοῦ ἐκ φωνῆς ἔλλαχε τοῦτο γέρας.

79. Εἰς Παῦλον τὸν ἀπόστολον.

Παῦλος ἐπεὶ θεῖον σέλας οὐρανοῦ ἔδρακεν ἄντην,
φωτὸς ἀπειρεσίου γαῖαν ἔπλησεν ὅλην.

80. Εἰς Ἰωάννην τὸν ἀπόστολον.

Ἀρχιερεὺς Ἐφέσοιο θεηγόρος ἐκ θεοῦ εἶπεν
πρῶτος Ἰωάννης, ὡς θεὸς ἦν ὁ λόγος.

81. Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ λαλέοντος ἄκουσε Λόγου καὶ πέφραδεν αὐτὸς
πρῶτος Ἰωάννης, ὡς θεὸς ἦν ὁ λόγος.

82. Εἰς τὸν αὐτὸν ἀπόστολον Ἰωάννην.

Οὐρανίης σοφίης θεοτερπὲς δῶμα κιχήσας
εἶπεν Ἰωάννης, ὡς θεὸς ἦν ὁ λόγος.

83. Εἰς τὸν Ματθαῖον.

Γράψε θεοῦ σαρκώσιος ἔξοχα θαύματα πάντα
Ματθαῖος σελίδεσσιν, ἐπεὶ λίπε δῶμα τελώνου.

84. Εἰς τὸν Λουκᾶν.

Ἀθανάτου βιότοιο τελεσφόρα ἔργματα Χριστοῦ
πυκτίου ἐν λαγόνεσσι σαφῶς ἐνέπασσέ γε Λουκᾶς.

85. Εἰς τὸν Μάρκον.

Οὐ κατ' ἐπωνυμίην Αἰγύπτιον ἔλλαχε λαὸν
ὄρφνη, ἐπεὶ φωνῆς Μάρκου ἔδεκτο φάος.

86. Εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον.

Παρθενίην Βασίλειος Ἰωάννου σοφίην τε
ἔλλαχεν, ἶσα λαχὼν καὶ τάδε Γρηγορίῳ.

87. Εἰς τὸν ἅγιον Πολύκαρπον.

Οἰκτίρμων Πολύκαρπος, ὃ καὶ θρόνον ἀρχιερῆος
ἔσχε καὶ ἀτρεκέως μαρτυρίης στεφάνους.

88. Εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον.

Οὐρανίων θιάσων ἱεραρχικὰ τάγματα μέλψας,
μορφοφανῶν τε τύπων κρύφιον νόον εἰς φάος ἕλκων,
ζωοσόφων λογίων θεοτερπέα πυρσὸν ἀνάπτεις.

89. Εἰς τὸν ἅγιον Νικόλαον.

Νικόλεων Πολύκαρπος ἔχει σχεδὸν, οὕνεκεν ἄμφω
εἰς ἔλεον παλάμας ἔσχον ἑτοιμοτάτας.

miraculi, si Christi spiritus te habet, intelligis

77. In viduam quæ Eliam pascebat.

Scaturit olearis lecythus et hydria farinæ,
firmam vidua quoniam fidem habet.

78. In Petrum apostolum.

Omnium summus-pontifex *est* Petrus Dei summorum
qui ex Dei ore obtinuit illud munus. [pontificum,

79. In Paulum apostolum.

Paulus, postquam divinum fulgur cœli conspexit coram,
lumine infinito terram complevit universam.

80. In Joannem apostolum.

Summus-pontifex Ephesi divina-loquens ex Deo dixit
primus Joannes, deum esse Verbum.

81. In eundem.

Et loquens audivit Verbum, et dixit ipse
primus Joannes, deum esse Verbum.

82. In eundem apostolum Joannem.

Cœlestis sapientiæ gratum-Deo palatium qui-attigit
dixit Joannes deum esse Verbum.

83. In Matthæum.

Scripsit Dei incarnationis præcipue miracula cuncta
Matthæus paginis, postquam reliquit domum telonarii.

84. In Lucam.

Immortalis vitæ perfectos actus Christi
voluminis in penetralibus perspicue intexuit Lucas.

85. In Marcum.

Non pro cognomento Ægyptium habuit populum
nox, postquam vocis Marci acceperat lumen.

86. In S. Basilium.

Virginitatem Basilius Joannis sapientiamque
obtinuit, similiter obtinens et illa Gregorio.

87. In S. Polycarpum.

Misericors Polycarpus, qui et sedem summi-pontificis
habuit et vere martyrii coronas.

88. In S. Dionysium.

Cœlestium thiasorum hierarchicos ordines qui celebrasti et
figuratorum typorum arcanum sensum in lucem protrahis,
vitam-quæ-faciunt-sapientem oraculorum Deo-gratam fa-
[cem accendis

89. In S. Nicolaum.

Nicolaum Polycarpus habet in-vicinia, quoniam ambo
in misericordiam palmas habuerunt paratissimas.

90. ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ.

Εἰς Κῦρον καὶ Ἰωάννην.

Κύρῳ, ἀκεστορίης πανυπέρτατα μέτρα λαχόντι,
καὶ τῷ Ἰωάννῃ, μάρτυσι θεσπεσίοις,
Σωφρόνιος, βλεφάρων ψυχαλγέα νοῦσον ἀλύξας,
βαιὸν ἀμειβόμενος τήνδ' ἀνέθηκε βίβλον.

91. Εἰς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ἐν Ἐφέσῳ.

Ἰουστινιανὸν καὶ ἠγαθέην Θεοδώρην
στέψεν Ἰωάννης Χριστοῦ ἐφημοσύναις.

92. [ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ.]

Ἐν Καισαρείᾳ εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Ἦν ὅτε Χριστὸς ἴαυεν ἐπ' ὀλκάδος ἔμφυτον ὕπνον,
τετρήχει δὲ θάλασσα κυδοιμοτόκοισιν ἀήταις,
δείματί τε πλωτῆρες ἀνίαχον· Ἔγρεο, σῶτερ·
ὀλλυμένοις ἐπάμυνον. Ἄναξ δὲ κέλευεν ἀναστὰς
ἀτρεμέειν ἀνέμους καὶ κύματα, καὶ πέλεν οὕτως·
θαύματι δὲ φράζοντο θεοῦ φύσιν οἱ παρεόντες.

93. Εἰς τὸν αὐτὸν ναόν.

Ζωογόνων ἀρετῶν τετρακτύος εἰκόνα λεύσσων,
σεῦε νόον πρὸς μόχθον ἑκούσιον· εὐσεβίης γὰρ
ἱδρῶτες δεδάασιν ἀγήραον ἐς βίον ἕλκειν.

94. Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου.

Νεύμασι θεσπεσίοιο μετάρσιοι ἤλυθον ἀρῆν,
ἐς δόμον ἀχράντοιο ἀμωμήτοιο γυναικὸς
κεκλόμενοι μαθηταὶ· ἀλλήλοισιν αἰγλήεντες,
οἱ μὲν ἀπ' ἀντολίης, οἱ δ' ἑσπερίοισιν γαίης,
ἄλλοι μεσημβρίης, ἕτεροι βαῖνον δ' ἀπ' ἀρκτώων,
διζήμενοι κηδεῦσαι σῶμα τὸ σωσικόσμοιο.

95. Ἐν Ἐφέσῳ.

Σοί, μάκαρ, ἐκ σέο δῶκα τάπερ πόρες ἄμμιν ἀρηῖ.

96. Εἰς σκῆπτρον.

Τοῦτο γέρας λάχεν ἐσθλὸς Ἀμάντιος, ὡς βασιλῆϊ
πιστὸς ἐὼν, Χριστὸν δὲ θεουδείῃσιν ἰαίνων.

97. Ἐν τῇ Μελίτῃ.

Νηὸς ἐγὼ κύδιστος Ἰουστίνοιο ἄνακτος,
καί μ' ὕπατος Θεόδωρος, ὁ καρτερὸς, ὁ τρὶς ὕπαρχος,
ἄνθετο καὶ βασιλῆϊ, καὶ υἱέϊ παμβασιλῆος,
Ἰουστινιανῷ, στρατιῆς ἡγήτορι πάσης.

98. Ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.

Ἔργον ὁρᾷς περίπυστον Ἰουστίνου βασιλῆος,
Ἰουστινιανοῦ τε μεγασθενέος στρατιάρχου,
λαμπόμενον στεροπῇσιν ἀμετρήτοιο μετάλλου·

90. SOPHRONII PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI.

In Cyrum et Joannem.

Cyro, artis-medicæ supremam mensuram possidenti,
et Joanni, martyribus divinis, [quum effugisset
Sophronius, palpebrarum animus-quo-cruciabatur morbum
paululum referens-gratiam huncce consecravit librum.

91. In Justinianum imperatorem, Ephesi.

Justinianum et admirandam Theodoram
coronavit Joannes Christi jussu.

92. [GREGORII NAZIANZENI.]

Cæsareæ in ecclesia S. Basilii.

Fuit ubi Christus dormiebat in navi naturali somno,
conturbabatur autem mare procelliferis ventis;
præque metu nautæ clamabant : « Expergiscere, salvator
« pereuntibus fer opem ». Dominus vero jussit surgens
quiescere ventos et fluctus : ac factum est ita.
Miraculo autem intellexerunt Dei naturam qui aderant.

93. In eadem ecclesia.

Vitalium virtutum quaternionis imaginem cernens,
incita mentem ad laborem voluntarium : pietatis enim
sudores noverunt non-senescentem ad vitam trahere.

94. In Dormitionem sanctissimæ Deiparæ.

Jussis divinis sublimes venerunt per alta,
in domum puræ inculpatæ mulieris
vocati discipuli vestimentis fulgidi,
illi quidem ab ortu, hi ab hesperia terra;
alii a meridie, alii veniebant a borealibus plagis,
cupientes sepelire corpus salvatricis mundi.

95. Ephesi.

Tibi, beate, ex te dedi quæ dedisti nobis bello.

96. In scipionem.

Hoc munus obtinuit bonus Amantius, ut imperatori
fidus exsistens, Christumque pietate exhilarans.

97. In Melita.

Ecclesia ego-celeberrima Justini imperatoris,
ac me consul Theodorus, fortis vir, ter præfectus,
dicavit et imperatori, et filio summi imperatoris,
Justiniano, exercitus duci cuncti.

98. In eodem loco.

Opus cernis late-celebre Justini imperatoris,
Justinianique magnipotentis exercituum ducis,
coruscans fulguribus immensi metalli.

τοῦτο κάμεν Θεόδωρος ἀοίδιμος, ὃς πόλιν ἄρας
τὸ τρίτον ἀμφιβέβηκεν ἔχων ὑπατηΐδα τιμήν.

99. Ἐν τῷ κίονι τοῦ ὁσίου Δανιὴλ ἐν τῷ ἀνάπλῳ.

Μεσσηγὺς γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἵσταται ἀνὴρ,
πάντοθεν ὀρνυμένους οὐ τρομέων ἀνέμους.
* * * * * *
ἴχνια ῥιζώσας κίονι διχθάδια·
λιμῷ δ' ἀμβροσίᾳ τρέφεται καὶ ἀπήμονι δίψῃ,
υἱέα κηρύσσων μητρὸς ἀπειρογάμου.

100. Εἰς Νεῖλον μοναχὸν τὸν μέγαν ἐν τοῖς ἀσκηταῖς.

Νείλου μὲν ποταμοῖο ῥόος χθόνα οἶδε ποτίζειν,
Νείλου δ' αὖ μοναχοῖο λόγος φρένας οἶδεν ἰαίνειν.

101. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΠΡΟΤΙΚΤΟΡΟΣ.

Εἰς Πέρσην μάγον, γενόμενον χριστιανὸν καὶ μαρτυρήσαντα.

Ἦν πάρος ἐν Πέρσῃσιν ἐγὼ μάγος Ἰσβοζήτης,
εἰς ὀλοὴν ἀπάτην ἐλπίδας ἐκκρεμάσας·
εὖτε δὲ πυρσὸς ἔδαπτεν ἐμὴν πόλιν, ἦλθον ἀρῆξαι,
ἦλθε δὲ καὶ Χριστοῦ πανσθενέος θεράπων·
κείνῳ δ' ἐσβέσθη δύναμις πυρός· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
νικηθεὶς νίκην ἥνυσα θειοτέρην.

102. Εἰς τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ.

Ὦ πάντων ἐπέκεινα—τί γὰρ πλέον ἄλλο σε μέλψω; —
πῶς σὲ τὸν ἐν πάντεσσιν ὑπείροχον ἐξονομήνω;
πῶς δὲ λόγῳ μέλψω σὲ τὸν οὐδὲ λόγῳ περιληπτόν;

103. Εἰς ὑπέρθυρον οἴκου ἐν Κυζίκῳ σωθέντος ἀπὸ πυρός.

Μῶμε μιαιφόνε, σός σε κατέκτανε πικρὸς ὀϊστός·
ῥύσατο γὰρ μανίης με τεῆς θεὸς ὄλβιον οἶκον.

104. Εἰς τὴν θήκην τῶν λειψάνων τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀκακίου καὶ Ἀλεξάνδρου.

Μάρτυρος Ἀκακίοιο, Ἀλεξάνδρου θ' ἱερῆος
ἐνθάδε σώματα κεῖται, τάπερ χρόνος ὄλβιος ηὗρε.

105. Εἰς Εὐδοκίαν τὴν γυναῖκα Θεοδοσίου βασιλέως.

Ἡ μὲν σοφὴ δέσποινα τῆς οἰκουμένης,
ὑπ' εὐσεβοῦς ἔρωτος ἠρεθισμένη,
πάρεστι δούλη, προσκυνεῖ δ' ἑνὸς τάφον,
ἣ πᾶσιν ἀνθρώποισι προσκυνουμένη.
Ὃ γὰρ δεδωκὼς τὸν θρόνον καὶ τὸν γάμον
τέθνηκεν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ ζῇ θεός·
κάτω μὲν ἠνθρώπιζεν· ἦν δ' ὡς ἦν ἄνω.

106. Ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ Μαζαρινοῦ.

Ἔλαμψεν ἀκτὶς τῆς ἀληθείης πάλιν,
καὶ τὰς κόρας ἤμβλυνε τῶν ψευδηγόρων·
ηὔξησεν εὐσέβεια, πέπτωκε πλάνη,
καὶ πίστις ἀνθεῖ καὶ πλατύνεται χάρις.

Id fecit Theodorus inclytus, qui urbem extollens,
tertium eam protexit tenens consularem dignitatem.

99. In columna S. Danielis in Anaplo.

In medio terræque et cœli stat vir,
undequaque ruentes non metuens ventos.
* * * * * *
vestigia radicitùs-infigens columnæ duplicia :
fame vero ambrosia nutritur et innocua siti,
filium proclamans Matris nuptiarum-expertis.

100. In Nilum monachum magnum inter ascetas.

Nili quidem fluvii unda terram novit adaquare,
Nili autem monachi sermo mentes novit demulcere.

101. MENANDRI PROTECTORIS.

In magum Persam, deinde christianum et martyrem

Eram olim inter Persas ego magus Isbozetes,
ex perniciosa fraude spes qui-suspenderam; [turus,
quum autem tæda corriperet meam urbem, veni auxilia-
venit et simul Christi omnipotentis famulus.
Per illum exstincta fuit vis flammæ; sed tamen etiam
victus victoriam perfeci diviniorem.

102. In Salvatorem et dominum nostrum Jesum Christum filium Dei.

Cunctis superior (quid enim majus aliud de te canam?)
quomodo te inter omnes supremum nominabo?
quomodo autem oratione canam te oratione minime com-
[prendendum?

103. In supero limine domus Cyzici servatæ ab incendio.

Mome sanguinarie, tuum te interfecit crudele telum :
defendit enim a furore me tuo Deus felicem domum.

104. In capsam reliquiarum S. martyris Acacii et Alexandri.

Martyris Acacii Alexandrique sacerdotis
hic corpora jacent, quæ tempus felix invenit.

105. In Eudociam uxorem Theodosii imperatoris.

Sapiens domina orbis
pio amore incensa
adest famula, adoratque unius sepulcrum
ipsa ab omnibus hominibus adorata.
Qui enim dedit thronum et torum
mortuus est ut homo, sed vivit deus.
In terra quidem homo factus, erat tamen ut erat in cœlis.

106. In Chrysotriclinio Mazarini.

Effulsit radius veritatis rursus
et oculos perstrinxit mendaciloquorum;
crevit pietas, cecidit error,
ac fides floret ac latescit gratia.

Ἰδοὺ γὰρ αὖθις Χριστὸς εἰκονισμένος
λάμπει πρὸς ὕψος τῆς καθέδρας τοῦ κράτους,
καὶ τὰς σκοτεινὰς αἱρέσεις ἀνατρέπει.
Τῆς εἰσόδου δ' ὕπερθεν, ὡς θεία πύλη,
στηλογραφεῖται καὶ φύλαξ ἡ Παρθένος,
ἄναξ δὲ καὶ πρόεδρος ὡς πλανοτρόποι
σὺν τοῖς συνεργοῖς ἱστοροῦνται πλησίον·
κύκλῳ δὲ παντὸς οἷα φρουροὶ τοῦ δόμου,
νόες, μαθηταί, μάρτυρες, θυηπόλοι,
ὅθεν καλοῦμεν χριστοτρίκλινον νέον,
τὸν πρὶν λαχόντα κλήσεως χρυσωνύμου,
ὡς τὸν θρόνον ἔχοντα Χριστοῦ κυρίου,
Χριστοῦ δὲ μητρὸς, χριστοκηρύκων τύπους,
καὶ τοῦ σοφουργοῦ Μιχαὴλ τὴν εἰκόνα.

Ecce enim denuo Christus imagine-expressus
fulget in superiore-parte throni imperialis,
et caligantes hæreses dissipat.
Introitu autem super, velut divina porta,
exhibetur et custos Virgo,
imperator vero ac præses ut erroris-domitores
cum sociis operis repræsentantur juxta;
circaque totius velut custodes domus,
spiritus, discipuli, martyres, sacerdotes,
unde vocamus Christotriclinium novum
quod prius obtinuit appellationem ab auri-nomine,
velut thronum quod-possidet Christi domini,
Christique matris, Christi præconum typos,
et sapientis-auctoris Michaelis imaginem.

107. Εἰς τὸν αὐτὸν χρυσοτρίκλινον.

Ὡς τὴν φαεινὴν ἀξίαν τῆς εἰκόνος
τῆς πρὶν φυλάττων, Μιχαὴλ αὐτοκράτωρ,
κρατῶν τε πάντων σαρκικῶν μολυσμάτων,
ἐξεικονίζεις καὶ γραφῇ τὸν δεσπότην,
ἔργῳ κρατύνων τοὺς λόγους τῶν δογμάτων.

107. In idem Chrysotriclinium.

Ut splendidum honorem imaginis
pristinæ conservans, Michael imperator,
victorque omnium carnalium macularum,
repræsentas et pictura Dominum,
re confirmans verba dogmatum.

108. Ἀδέσποτον εἰς τὸν Ἀδάμ.

Οὐ σοφίης ἀπάνευθεν Ἀδὰμ τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο,
τέσσαρα γράμματ' ἔχων εἰς τέσσαρα κλίματα κόσμου·
Ἄλφα γὰρ ἀντολίης ἔλαχεν· δύσεως δὲ τὸ Δέλτα,
Ἄλφα πάλιν δ' ἄρκτοιο, μεσημβρίης δὲ τὸ λοιπόν.

108. Anonymum in Adam.

Non absque sapientia Adam olim vocatus fuit,
quatuor literas habens ad quatuor climata mundi:
Alpha enim ab ortu obtinuit, occasu vero Delta,
Alphaque rursus ab ursa, ab meridie vero reliquam.

109. ΙΓΝΑΤΙΟΥ

τοῦ Μαγίστορος τῶν γραμματικῶν.
Εἰς τὸν ναὸν τῆς παναγίας Θεοτόκου εἰς τὴν πηγήν.

109. IGNATII

Magistri grammaticorum.
In ecclesiam Deiparæ ad fontem.

Πτωθέντα κοσμεῖ τὸν ναὸν τῆς Παρθένου
Βασίλειός τε σὺν Κωνσταντίνῳ Λέων.

Dilapsam ornat ecclesiam Virginis
Basilius et cum Constantino Leo.

110. Εἰς τὸν αὐτὸν εἰς τὸν τροῦλλον, ἐν τῇ ἀναλήψει.

Ἐκ γῆς ἀνελθὼν πατρικόν σου πρὸς θρόνον,
τὸν μητρικόν σου, σῶτερ, οἶκον δεικνύεις
πηγὴν νοητὴν κρειττόνων χαρισμάτων.

110. In eadem in trullo, in tabula Ascensionis.

E terra assurgens patrium tui ad thronum,
maternam tui, Salvator, domum ostendis
fontem intellectualem præstantiorum donorum.

111. Ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ, εἰς τὴν σταύρωσιν.

Ὁ νεκρὸς Ἅδης ἐξεμεῖ τεθνηκότας,
κάθαρσιν εὑρὼν σάρκα τὴν τοῦ δεσπότου.

111. In eadem ecclesia, in Crucifixionem.

Mortuus Orcus evomit mortuos,
purgationem qui-ceperit carnem Domini.

112. Εἰς τὸν αὐτὸν ναὸν, εἰς τὴν μεταμόρφωσιν.

Λάμψας ὁ Χριστὸς ἐν Θαβὼρ φωτὸς πλέον,
σκιὰν πέπαυκε τοῦ παλαιτάτου νόμου.

112. In eadem ecclesia, in Transfigurationem.

Resplendens Christus in Thabor luce magis
umbram abolevit veteris legis.

113. Ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ, εἰς τὴν ὑπαντήν.

Ὁρώμενος νῦν χερσὶ πρεσβύτου βρέφος
παλαιός ἐστι δημιουργὸς τῶν χρόνων.

113. In eadem ecclesia, in Occursum.

Qui cernitur nunc in manibus senis puerulus
antiquus est fabricator temporum.

114. Ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ, εἰς χαιρετισμόν.

Προοιμιάζει κοσμικὴν σωτηρίαν,

114. In eadem ecclesia, in Salutationem.

Præfatur mundi salutem

εἰπὼν τὸ Χαῖρε ταῖς γυναιξὶ δεσπότης.

115. Εἰς τὴν θεοτόκον.

Παρθένος υἱέα τίκτε· μεθ' υἱέα παρθένος ἦεν.

116. Εἰς τὸν Σωτῆρα.

Χριστὲ μάκαρ, μερόπων φάος ἄφθιτον, υἱὲ θεοῖο,
δῶρ' ἀπὸ κρυστάλλων, δῶρ' ἀπὸ σαρδονύχων
δέχνυσο, παρθενικῆς τέκος ἄφθιτον, υἱὲ θεοῖο,
δῶρ' ἀπὸ κρυστάλλων, δῶρ' ἀπὸ σαρδονύχων.

117. Εἰς τὸν τυφλόν.

Ἔβλεψε τυφλὸς ἐκ τόκου μεμυσμένος,
Χριστὸς γὰρ ἦλθεν ἡ πανόμματος χάρις.

118. Εὐκτικά.

Ἤγειρεν ἡμῖν τῶν παθῶν τρικυμίαν
ἐχθρὸς κάκιστος, πνευματώσας τὸν σάλον,
ὅθεν ταράσσει καὶ βυθίζει καὶ βρέχει
τὸν φόρτον ἡμῶν ψυχικῆς τῆς ὁλκάδος·
ἀλλ', ὦ γαλήνη καὶ στορεστὰ τῆς ζάλης,
σὺ, Χριστὲ, δείξαις ἀβρόχους ἁμαρτίας,
τῷ σῷ πρὸς ὅρμῳ προσφόρως προσορμίσας,
ἐχθρὸν δὲ τοῦτον συμφοραῖς βεβρεγμένον.

119. Ὑπόθεσις, ἀπολογία εὔφημος. Ὁμηροκέντρων.

Βίβλος Πατρικίοιο θεουδέος ἀρητῆρος,
ὃς μέγα ἔργον ἔρεξεν, ὁμηρείης ἀπὸ βίβλου
κυδαλίμων ἐπέων τεύξας ἐρίτιμον ἀοιδὴν,
πρήξιας ἀγγέλλουσαν ἀνικήτοιο θεοῖο·
ὡς μόλεν ἀνθρώπων ἐς ὁμήγυριν, ὡς λάβε μορφὴν
ἀνδρομέην, καὶ γαστρὸς ἀμεμφέος ἔνδοθι κούρης
κρύπτετο τυτθὸς ἐὼν, ὃν ἀπείριτος οὐ χάδε κύκλος·
ἠδ' ὡς παρθενικῆς θεοκύμονος ἔσπασε μαζὸν
παρθενίοιο γάλακτος ἀναβλύζοντα ῥέεθρον·
ὡς κτάνεν Ἡρώδης ἀταλάφρονας εἰσέτι παῖδας
νήπιος, ἀθανάτοιο θεοῦ διζήμενος οἶτον·
ὥς μιν Ἰωάννης λοῦσεν ποταμοῖο ῥεέθροις·
ὥς τε δυώδεκα φῶτας ἀμύμονας ἔλλαβ' ἑταίρους·
ὅσσων τ' ἄρτια πάντα θεὸς τεκτήνατο γυῖα,
νούσους τ' ἐξελάσας στυγερὰς βλεφάρων τ' ἀλαωτὺν,
ἠδ' ὅππως ῥείοντας ἀπέσβεσεν αἵματος ὁλκοὺς
ἁψαμένης ἑανοῖο πολυκλαύτοιο γυναικός·
ἠδ' ὅσσους μοίρῃσιν ὑπ' ἀργαλέῃσι δαμέντας
ἤγαγεν ἐς φάος αὖθις ἀπὸ χθονίοιο βερέθρου·
ὥς τε πάθους ἁγίου μνημήῖα κάλλιπεν ἄμμιν·
ὥς τε βροτῶν ὑπὸ χερσὶ τάθη κρυεροῖς ἐνὶ δεσμοῖς,
αὐτὸς ἑκών· οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πολεμίζοι
ὑψιμέδοντι θεῷ, ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι·
ὡς θάνεν, ὡς Ἀΐδαο σιδήρεα ῥῆξε θύρετρα,
κεῖθεν δὲ ψυχὰς θεοπειθέας οὐρανὸν εἴσω
ἤγαγεν ἀχράντοισιν ὑπ' ἐννεσίῃσι τοκῆος,
ἀνστὰς ἐν τριτάτῃ φαεσιμβρότῳ ἠριγενείῃ
ἀρχέγονον βλάστημα θεοῦ γενετῆρος ἀνάρχου.

dicens « ave » mulieribus Dominus.

115. In Deiparam.

Virgo filium genuit; post filium virgo erat.

116. In Salvatorem.

Christe beate, hominum mortalium lux incorrupta, fili
dona ex crystallis, dona ex sardonychis [Dei,
accipias, virginis progenies incorrupta, fili Dei,
dona ex crystallis, dona ex sardonychis.

117. In cæcum.

Vidit cæcus a nativitate lumen-ademptus;
Christus enim venit, oculatissima gratia.

118. Preces.

Excitabat in nos cupiditatum decumanos-fluctus
hostis pessimus, flatibus-inflans salum,
unde conturbat et demergit et inundat
onus nostrûm animalis navis.
Sed, o requies ac sopitor tempestatis,
tu, Christe, ostendas sicca peccata,
tuam ad stationem feliciter *ea* applicans,
hostem vero illum calamitatibus immersum.

119. Argumentum. Apologia probabilis. Homerocento.

Liber Patricii pii sacerdotis,
qui magnum opus effecit, Homerico ex libro
clarorum versuum componens gloriosam cantilenam,
acta nuntiantem invicti Dei:
ut venit hominum in cœtum; ut sumpsit formam
humanam, et ventrem inculpatum intra virginis
latuit parvulus, quem infinitus non capiebat orbis;
et ut virginis Deo-gravidæ traxit mammam
virginei lactis emittentem fluentum;
ut interfecit Herodes tenellos adhuc infantes
insanus, immortalis Dei quærens exitium;
ut eum Joannes lavit fluvii undis;
utque duodecim viros inculpatos sumpsit socios;
quotque-hominum integra cuncta Deus effecit membra,
morbosque pellens tristes oculorumque tenebras;
et quomodo fluentes restinxit sanguinis rivos
tangentis vestimentum mœstissimæ mulieris;
et quot fatis sævis domitos
duxit ad lucem rursus ex profundo barathro;
utque passionis sanctæ monumenta reliquit nobis;
utque hominum manibus tortus fuit crudelibus in vinculis
ipse volens: non enim aliquis mortalium decertarit
altipotenti Deo, quando non ipse quidem jusserit;
ut mortuus est, ut Orci ferreas fregit portas,
hincque animas Deo-parentes cœlos intra
duxit puris sub jussis patris,
resurgens tertia qua-mortales-illuminantur aurora
primitium germen Dei patris principio-carentis

120. Ἐν Βλαχέρναις. Ἰαμβοι.

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τοῦ θεοῦ ζητεῖς θρόνον,
ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς παρθένου·
ἡ γὰρ φέρουσα τὸν θεὸν ταῖς ἀγκάλαις,
φέρει τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ τόπου σέβας·
ἐνταῦθα τῆς γῆς οἱ κρατεῖν τεταγμένοι
τὰ σκῆπτρα πιστεύουσι τῆς νίκης ἔχειν·
ἐνταῦθα πολλὰς κοσμικὰς περιστάσεις
ὁ πατριάρχης ἀγρυπνῶν ἀνατρέπει·
οἱ βάρβαροι δὲ προσβαλόντες τῇ πόλει,
αὐτὴν στρατηγήσασαν ὡς εἶδον μόνον,
ἔκαμψαν εὐθὺς τοὺς ἀκαμπεῖς αὐχένας.

121. Εἰς τὸν αὐτὸν ναόν.

Ἔδει γενέσθαι δευτέραν θεοῦ πύλην
τῆς παρθένου τὸν οἶκον, ὡς καὶ τὸν τόκον·
κιβωτὸς ὤφθη τῆς πρὶν ἐνθεεστέρα,
οὐ τὰς πλάκας φέρουσα τὰς θεογράφους,
ἀλλ' αὐτὸν ἔνδον τὸν θεὸν δεδεγμένη.
Ἐνταῦθα κρουνοὶ σαρκικῶν καθαρσίων,
καὶ ψυχικῶν λύτρωσις ἀγνοημάτων·
ὅσαι γάρ εἰσι τῶν παθῶν περιστάσεις,
βλύζει τοσαύτας δωρεὰς τῶν θαυμάτων.
Ἐνταῦθα νικήσασα τοὺς ἐναντίους,
ἀνεῖλεν αὐτοὺς ἀντὶ λόγχης εἰς ὕδωρ·
τροπῆς γὰρ ἀλλοίωσιν οὐκ ἔχει μόνη,
Χριστὸν τεκοῦσα καὶ κλονοῦσα βαρβάρους.

122. ΜΙΧΑΗΛ ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΞ.

Εἰς τὴν Θεοτόκον βαστάζουσαν τὸν Χριστόν.

Αὕτη τεκοῦσα παρθένος πάλιν μένει·
καὶ μὴ θροηθῇς· ἔστι γὰρ τὸ παιδίον
θεὸς, θελήσας προσλαβέσθαι σαρκίον.

123. ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ.

Εἰς τὸν Κρανίου λίθον ἐν Ἱερουσαλήμ.

Πέτρα τρισμακάριστε, θεόσσυτον αἷμα λαχοῦσα,
οὐρανίη γενεή σε πυρίπνοος ἀμφιπολεύει,
καὶ χθονὸς ἐνναετῆρες ἀνάκτορες ὑμνοπολοῦσι.

120. In Blachernis. Iambi.

Si tremendum in terris Dei quæris thronum,
cernens domum admirare Virginis.
Ipsa enim ferens Deum in ulnis,
fert eundem in hanc loci majestatem.
Hic terræ qui dominari jussi-sunt
sceptra credunt victricia tenere;
hic multos mundanos casus
patriarcha vigilans avertit;
Barbarique impetu-ruentes in urbem,
ipsam exercitus-ducentem ut conspexerunt tantum,
flexerunt statim inflexibilia colla.

121. In eadem ecclesia.

Oportebat fieri alteram Dei portam
Virginis domum ut et partum.
Arca apparuit pristinâ divinior,
non tabulas gerens a-Deo-exaratas,
sed ipsum intus Deum complexa.
Hic scaturigines carnalium purgationum,
et mentalium abolitio errorum.
Quot enim sunt calamitatum casus,
effundit tot dona miraculorum.
Hic quum debellasset adversarios,
pessumdedit illos pro lancea in aquis:
transformationis enim mutationem non experitur sola,
quæ Christum peperit et fugat Barbaros.

122. MICHAEL CHARTOPHYLAX.

In Deiparam gestantem Christum.

Hæc quæ peperit virgo rursus manet.
Ac ne conturberis: est enim infans ille
deus, qui-voluit assumere carnem.

123. SOPHRONII.

In Calvariæ rupem Hierosolymis.

Rupes ter-felix a-Deo-profusum sanguinem quæ-accepisti
cœleste genus te ignem-spirans circumversatur,
ac terræ incolæ principes hymnis-concelebrant.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT I.

Capiti in Codice præmissum hoc veluti proœmium : τὰ τῶν Χριστιανῶν προτετάχθω εὐσεβῆ καὶ θεῖα ἐπιγράμματα, κἂν οἱ Ἕλληνες ἀπαρέσκωνται.

I. Notissima est S. Sophiæ ecclesia Constantinopoli. « Κιβούριον vel κιβώριον non est illud vasculum quod in ecclesiis catholicis *ciboire* dicimus; sed ædicula illa altari superimposita, tabernaculum, *tabernacle*, vulgo vocata, qua ciborium custoditur inclusum. » *B.*

II. Blachernæ, suburbium Constantinopoleos, ubi sanctæ Virginis fuit ecclesia. — 1. « Est Justinus Secundus, Justiniani successor. De quo Zonaras Annal. XIV, 10 : τὰς ἀψῖδας ἄμφω τῷ ναῷ τῷ ἐν Βλαχέρναις προσέθετο ἐκ καινῆς, ὡς εἶναι τοῦτον σταυροειδῆ. Conf. Ducang. CP. Christ. IV, p. 83, § 6. » *B.* Quod opus de plurimis esse consulendum quæ in his epigrammatibus commemorantur, semel monuisse sufficit.

III. — 1. « Non a Justino primo, sed a Pulcheria, Arcadii filia, Marciani uxore, ædificatam fuisse illam ecclesiam Zonaras narrat Annal. XIII, 24, p. 46. Magnus est scriptorum consensus, quos vide ap. Ducang. l. c. » *B.*

IV. Studius, vir patricius, monasterium et ecclesiam in honorem S. Joannis Præcursoris sive Baptistæ exstruxit Constantinopoli.

V. Amantius cubicularius imperante Anastasio ædificavit vel reædificavit S. Thomæ ædem, in eo tractu urbis qui ab domo ejus vocabatur τὰ Ἀμαντίου. Codinus : ὁ δὲ ἅγιος Θωμᾶς ὁ τὰ Ἀμαντίου καλούμενος οἶκος ἦν Ἀμαντίου.

VI. « Sphoracius fuit consul a. 452. Qui quum ex incendio salvus evasisset, Theodoro martyri, Tironi dicto, ecclesiam exstruxit; vide Ducang. p. 139, § 102. » *B.*

VII. Εἰς τὸν αὐτόν, videlicet Σφωράκιον. Additum est lemmati : ἐν ᾧ τὸ λογάριον εὑρέθη. Hoc enim monstrare videntur compendia ductuum, a Jacobsio tamen sic lecta : ἐν ναῷ τοῦ Λογαριαστοῦ εὑρέθη. « Quodsi repertum fuerit a compilatore id epigramma in Logariastæ monasterio, videtur eo fuisse serius translatum : nam inscriptum fuit Sphoracii sepulcro vel imagini in ipsa Theodori Tironis æde, ab Anatolio patrueli gratum animum testificaturo. — 3. Gratiam *aliam invenit*, scilicet apud Deum. » *B.* Fortasse ἄλλῃ invenerat vel scriptum esse opinabatur (oppositum sequentibus καὶ ἐν νηῷ) qui scholiolum exaravit lemmati additum : mirum enim ni huc ea notula sit referenda.

VIII. Justinianus ad Hormisdæ palatium duas ecclesias exstruxerat, unam Petro et Paulo, alteram Sergio et Baccho.

IX. « Archangelus est peculiariter S. Michael. Varias Archangeli ecclesias recenset Ducang. IV, p. 186, 187. » *B.* Βόθρεπτον quæ sit regio ignoratur. (*Pascua* vertit Boiss.) Ad *Bosporum* Archangeli ædem memorat Gyllius in Topogr. CP. *Jac.*

X. — 1. Ælia Eudocia, prius Athenais, Theodosii junioris uxor. — 7. « Juliana non fuit Valentiniani primi filia (ut est ap. Ducang. p. 133, § 81, ubi de Polyeucti ecclesia disserit), multo minus matrona quædam Constantinopolitana (quæ fuit Gregorii Turonensis sententia), sed Placidiæ, Eudociæ filiæ, filia. Inde τέτρατον αἷμα λαχοῦσα intelligas, quod, numerata Eudocia, gradu genealogico Juliana sit quarta, hac scilicet serie : Eudocia uxor Theodosii; Licinia Eudoxia uxor Valentiniani tertii; Placidia uxor Anicii Olybrii; Juliana Anicia, de qua nunc agitur, « cujus pietas (ait Ducang.) apud Theophanem in excitatis Constantinopoli sacris ædibus celebratur. » *B.* — 29. Huic versui in Cod. adscriptum : μένουσιν ἄριστε (error ex ἀριστοπόνων natus, quo hæc referuntur. Boissonadius ἄρτια) πάντα μέχρι τῆς σήμερον ἔτεσι πεντακοσίοις. Decimo igitur sæculo collectio hæc epigrammatum instituta est. — 31. Codex in margine : ταῦτα μὲν (a versu 30) ἐν τῷ ναῷ ἔνδοθεν κύκλῳ περιγράφονται. Ibid. ἀμετρήτοις, innumerabilibus (videlicet sanctis et martyribus) : sic Codex et Jacobsius, rejecto quod olim ediderat ἀμετρήτους. — 35 πᾶσιν non videtur integrum. — 39. Υἱεῖ. « Ex Juliana, quæ Areobindo nupsit, nati Olybrius junior et Dagalaïfus. Quorum uter respiciatur nescio. Ταῖς κούραις intelligendum de Olybrii junioris aut Dagalaïfi filiabus; sed utriusque unam tantum filiam nunc cognitam habemus. Vide Ducang. Fam. Byz. p. 74. » *B.* — 42. Cod. in marg. : ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ αὐτοῦ ναοῦ ἔξωθεν τοῦ νάρθηκος πρὸς τὴν ἀψῖδα. — 47. Marg. : ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐτελέσθη ἅπαν ἔργον τοῦ ναοῦ. Codex ἔτεσι χρόνον δ'. Jacobsius ἤδ', proponens etiam ὠδ'. Boiss. ἐτέεσσι scribere malebat. — 59 ἐμιμήσαντο Salmasius. — 60. Cod. in marg. : τέσσαρές εἰσι πίνακες ἐν οἷς ταῦτα περιγράφονται ἀνὰ στίχους πέντε ἢ καὶ ἕξ. — 62 ἀλδήσασα conjecit Boissonadius, aut ὧν (μετάλλων) φύσις. Neutrum necessarium. Active tum dicebatur ἀνθέω. — 63 ἀγλαΐην ad utrumque verbum pertinet, quasi κλέψασα ἀγλαΐην ἐφύλασσε μελάθροις θεοῦ. — 64 τελέσσῃ Jacobsius. Cod. τελέσθητι. In margine : ἑσχατός ἐστι πίναξ ὁ πρὸς τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆς εἰσόδου, ἐν ᾧ ἐπιγέγραπται ταῦτα. Nimirum versus 66 et seqq.; conf. schol. ad v. 60. — 68 δήνεα Jacobsius; Codex λίνεα. — 70. « Forsan nonnihil excidit. Aut scribendum ὀνθ'. » *Boiss.* — 72 λήθην Cod., superscripto λύσσαν.

XI. Ἀνάργυροι vocabantur SS. Cosmas et Damianus, quibus Justinus secundus et Sophia uxor ecclesiam exstruxerant Constantinopoli in loco dicto τὰ Βασιλίσκου.

XII. « De æde S. Euphemiæ ab Olybrio dictæ vide Ducang. IV, n. 6, § 13 et Morcell. ad Kalend. t. I, p. 153. — 4. Theodosii junioris filia. — 5. Placidia, Eudociæ et Valentini tertii filia, Anicii Olybrii uxor. — 8. Juliana, de qua ep. 10. — 9. Μητέρι, Placidiæ; γενέτῃ, Olybrio; μητρὶ τεκούσῃς, aviæ, Eudociæ. » *B.* Versu 7 non opus ut τήνδε scribatur. — 10 ὠδ' an ἐς δ' sit in Codice, incertum. His si adjungas tres posteriores versus epigrammatis 15, integrum esse poemation videtur. Pares versiculorum exitus ὠδ' (ἐς δ') ἐμὸν ἔργον et εὖτ' ἐμὸν ἔργον turbatum hic fuisse evidenter ostendunt; præterea epigramma 15 pro integro poematio haberi non potest, sed clausulæ est simillimum : ut primum ejus versum ὁιασκευστοῦ esse prope persuadeam mihi. Boissonadius quo-

que conjungenda esse hæc epigrammata judicat, nisi plura desint, hunc fere in modum :

κόσμον ἀεξήσασα παλαίτερον ἐς τόδε κάλλους.
Ἦν ἄρα καὶ κάλλους ἔτι κάλλιον...

Præterea tale est lemma epigrammatis 15 in Codice : καὶ ταῦτα ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Εὐφημίας ἐν τοῖς Ὀλυβρίου. Ἄλλο.

XIII. Titulus non ut lemma, sed quasi scholion in margine scriptus in Cod., et distichon superioribus continuatum, Κάλλος tamen majuscula pictum. Cum sequenti disticho (cui lemma ἄλλο in Cod.) conjunxit Jacobsius, probante Boissonadio. — 3 τηθήν, v. ad ep. 12, v. 9.

XV. Vide ad ep. 12.

XVI. Etiam hoc tetrastichon ut epigrammata duo in Cod. scriptum. — 2 μάρτυρα, S. Euphemiam. Νηοπόλος alibi de sacerdotibus vel ædituis dicitur.

XVII. Item in duo epigrammata dividit Cod. — 2. « Λίπον, id est, οὐκ ἔλιπον οἱ πρότεροι ἐν ὀψιγόνοις διὰ τέχνης εὖχος ἄσπετον, ὅσονπερ κῦδος Ἰουλιανῆς. » *Boiss.*, recte improbans conjecturam λίπεν quæ edebatur.

XVIII. « De ἀκουβίτῳ Ducang. in Gloss.; sed quid nunc sit, mutilo poematio, non facile dictu. Est forsan sedile, si versu primo κύκλος pro sedili rotundo potest accipi, quo utebatur Agathonica. Pro βαήν haud dubie legendum βαΐνην vel βαίν, pro βαΐον (quod v. in Thes. p. 47). — 2 in Cod. lacuna quattuor versuum capax, cum scholio ζήτει τὰ λείποντα τοῦ ἐπιγράμματος. Et ultimum versum ad idem epigramma pertinere, evincit Trophimi mentio : nam ad diem 13 octobris socii celebrantur Paulus, Trophimus et Carpus, vel Carpus, Papylus, Agathodorus et Agathonica; v. Morcell. ad Kalend. t. I, p. 190. » *B.*

XIX. Monet scholiasta : οὗτος ὁ Κλαυδιανός ἐστιν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζάρβου, Βηρύτου, Νικαίας. (Quæ notatio addenda Historicis Mülleri, vol. IV, p. 362.) Hunc ipsum dicere videtur Euagrius Hist. Eccl. I, 19, Κλαυδιανὸν καὶ Κῦρον τοὺς ποιητὰς sub Theodosio secundo nomen adeptos narrans. Immerito autem septem epigrammata ex Anthologia Palatina suscepta leguntur in editionibus Claudii Claudiani, latini poetæ, cujus non sunt. « Falsam opinionem peperit tum nominum paritas, tum turgida utriusque poetæ oratio. » *B.* — 5 μετὰ Jac.; μέγα Cod. 7. « Assyrium nomen, ob bella cum Judæis gesta, veri Dei hostes in universum significat; nec cogitandum de una Dea Syria. » *Jac.*

XX. « Forsan est continuatio præcedentis poematii. V. 1 Jacobsius cogitavit de πολοοῦχε, idque verisimillimum est. » *B.*

XXII. — 3 ἀγωγήν in apogr. Paris.

XXIII. « Descriptum hoc epigramma, et quod sequitur XXVIII, ex libro a Marino quodam exarato. » *Jac.* « Inserendus erit Marinus antiquarius catalogo Marinorum in Bibl. Gr. tom. IX. » *B.*

XXV. — 3. « Exspectabas ἐν ὑμετέρῃσιν ἐφετμαῖς. » *Jac.* Vide ad epigr. 36, 3.

XXVI. — 1 φωσφόρον Cod. — 3 ἐοῦσαν ὅτῳ Jac.; ουσαν οὑτω (sic) Cod.

XXVIII. Vide ad ep. 23. « Liber a Marino descriptus exposuisse videtur præcepta rhetoricæ. » *B.* — 3 χείρεσσι Jac.; χερσὶ Cod.

XXIX. — 1 προῖ ἄλλοις Cod. In quo cuique versuum sequentium adscriptum Ἄλλο.

XXX. — 2. « Ἐσθλὰ δίδου. Ductum hoc ex disticho ap. Platon. Alcib. sec. p. 143, A. Theocritus VII, 128 : τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι. » *Jac.* « Similes ethnici hominis ad Jovem preces leguntur infra X, ep. 108. » *B.*

XXXI. « Inscriptum videtur tabulæ pictæ S. Mariam exhibenti Christum infantem in ulnis gestantem. Conf. infra ep. 122. De eodem argumento versus edidi Anecd. t. 2, p. 477. — 1 vulgo θεοῖο γόνον, τεὸν υἱόν. Conf. ep. 45, 2, unde aliter distinxi. » *B.* — 3 τελέουσα Jac.; τελέθουσα Cod.

XXXII. — 1 Ὥιδε Cod. In ecclesia Archangeli. — 4. « Sunt nunc θάλαμοι ædes, ecclesiæ. » *B.*

XXXIII. — 1. « Est ἀσώματος epithetum Angelorum, quod sæpe ipsum fit eorum nomen; v. ad Psellum p. 298 seq.; Ducang. CP. Christ. IV, p. 187, § 32. Joannes Euchaitensis in eundem Archangelum, p. 15 :

Ὦ πίστις, οἷα θαυματουργεῖν ἰσχύεις!
Ὡς ῥᾷστα μορφοῖς τὴν ἀμόρφωτον φύσιν! » *B.*

XXXIV. « Est Πλάτη insula; v. Gyllium De Bosporo III, c. 12; Zonar. Ann. XVII, 14, p. 236, B. — 1. Ἄσκοπος Suidas interpretatur ᾧ μή ἐστι τύπος. » *B.* — 2 ἀπεπλάσαο malit Jac. — 7 βαρὺν Brunckius tacito.

XXXV. « Σωσθένιον locus fuit prope Byzantium, nunc quoque Ἀσωμάτῳ dictus, teste Ducangio CP. Chr. IV, p. 187, § 132. Vide *Chevalier* Iter Proponticum t. I, p. 264. Agathias ac tres ejus condiscipuli, expleto quarto in scholis juris anno, Archangeli imaginem pictam in ejus templo apponebant. » *B.*

XXXVI. Post v. 3 in nova pagina Cod. lemma sic repetitum : ταῦτα ἐν Ἐφέσῳ γέγραπται ἐν τῷ νάρθηκι τοῦ Θεολόγου. « Est *theologus* hic intelligendum de Joanne apostolo, qui fuit episcopus Ephesi (conf. ep. 80 et lemma IX, ep. 48) et cognomine theologi ornatus. Ἰλλούστριος, *Illustris*, nomen dignitatis, de quo Ducang. Gloss. — 2 ἄσκοπος, ut ep. 34, 1. — 3 ζωστῆρα, zonam Magistri officiorum. — 5 ὑμετέρῃ est pro σήν, quod apud Agathiam frequens et alios; conf. ep. 25, 3. » *B.*

XXXVII. « Hoc et sequentia epigrammata tabulis pictis subscripta fuisse suspicor, aut picturis in codice aliquo Novi et Veteris Testamenti. » *B.* — 2 παρθενικῆς in apogr. Paris.

XLII. Secundum illa Matthæi II, 6 : καὶ σὺ, Βηθλεὲμ,... οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. — 2 ἶζεσθαι Cod.

XLIII. Secundum illa Matthæi II, 18 : φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, Ῥαχὴλ

χλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι ὅτι οὐκ εἰσί.

XLIV. Verba Gabrielis ad S. Virginem, Luc. I, 28-35.

XLV. — 1. Προφήτης, S. Joannes Prodromus. Luc. I, 41. — 2 ἔστι apogr. Paris.

XLVI. *In occursum* Symeonis, Luc. II, 25 seqq. Conf. ep. 113. — 2 λύσει ε Cod.; τ add. Jac.

XLVII. Vid. Matth. III, 16.

XLVIII. « Cod. Ἀὰμ ἠῶζο, apogr. Par. ἦν ζο.., sequente lacuna. Si quis amissum epigramma desideraverit, se soletur legendis non malis de simili argumento Joannis Euchaitensis versibus p. 5. Videat et ep. 112. » *B.*

XLIX. — 1. Πρόμολ' ὧδε, Hom. Il. Σ, 392. — 2 παλίνσοον Cod., corr. Jac. Boiss. vertit *retro*.

L. Ἐν Ἐφέσῳ, conf. ad ep. 34.

LI. Τεταρταῖος γάρ ἐστι, Martha ap. Joann. XI, 39.

LII. Lemma : εἰς τὰ βαΐα ἦτουν (εἴτουν Boiss., ἤγουν Jac.) τὴν βαϊοφόρον (scil. ἡμέραν vel κυριακήν), Palmarum festum vel dominicam. Secundum Matth. XXI, 5 : εἰπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον. — 2 τε καὶ mavult Jac.

LIV. — 1 παθέων τ' mavult Jac.

LV. « Cod. εἰς τὸν αὐτόν, Jac. εἰς τὸν Σωτῆρα. Respicitur crucifixio, σταύρωσις, sermo scilicet pendentis Christi ad matrem ap. Joann. XIX, 26. — 1. Τὸν παρθένον, nam virgo fuit Joannes evangelista. Germanus In Mariæ dormit. p. 104 : Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος καὶ τὴν Παρθένον ὡς μητέρα ὁ παρθένος εἰς τὰ ἴδια διαπαραλαβὼν [corr. παραλ.] ἐξ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Hieronymus lectione 4 in officio S. Joannis ad d. 6 maii : *Joannes apostolus..., quem fides Christi virginem repererat, virgo permansit... Jesus stabat in littore, nec sciebant apostoli quem viderent : solus virgo virginem agnoscit, et dicit Petro : Dominus est.* Conf. ep. 86; XV, ep. 28, 4. Sensus : Dixit Virginis (Mariæ) filium esse virginem (Joannem). Ἔφη, scil. Christus, quo nomine verbum carere poterat; nam tabulam pictam, cui fuit id epigramma inscriptum, inspicienti quis loqueretur manifestum erat. Versus 2 poetæ sunt verba. » *B.*

LVI. — 1 ἄξου ἅπαντας malit Jacobsius. — 2. « Ἄδην, Satanam. Ἀκήριον esse puto imbecillem, jam non lædentem homines. Memini Apostoli eloquentissimi dicentis : κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος· ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ἅδη, τὸ νῖκος; » *B.*

LVII. « Ἰδὲ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, Joannes Baptista ait de Christo, ap. Joann. I, 29. — 1. Ψυχῆς ἑν φλιῇσι, respectu ad Exod. XII, 7, 13, 23, ubi narratur de agni paschalis sanguine superliminaribus domuum et postibus illito. — 2. Ὀλοθρεύων, scil. ὦ Διάβολε. Basilius Seleuc. Orat. 13, p. 74 : αἷμα προβάτου θυρῶν ἐπιχριόμενον ἔξω μένειν τὸν ὀλοθρευτὴν κατηνάγκασε, καὶ ἄγγελος θανάτῳ καθωπλισμένος πίματος θέα πρὸς φυγὴν ἀπηλαύνετο. » *B.*

LVIII. « De vellere Gedeonis miraculoso vide Judic. VI, 36-40. Αὐτόῃ, scil. ὁ πόκος ipse. — 2. (Cod. αὐτοσώδε, corr. Jac.) Κρύφια, nam ineptientes allegoristæ sub illo vellere immensa latere mysteria credunt, de Deo, de Maria virgine; conf. not. ad Anecd. mea t. 3, p. 25, n. 8. » *B.*

LIX. « Vide Exod. II. — 1. Αἰγυπτίη, scil. ὦ (?) θύγατερ Φαραῶ. — 2 Προτυποῖ, nam in multis fuisse Moysem Christi typum allegoristæ putant. In vulgato λόγοις (sic Cod.) hæreo. Forsan νόοις. Confer ep. 76, 2. Recepi Λόγον. » B. Quod haud dubie verum.

LX. Vide Exod. XVII. « Nulla facile alia Veteris Testamenti historia, ex iis quæ ad typos referuntur, frequentius commemoratur. » *Jac.* Cujus copiis Boissonadius addit Gregor. Naz. Orat. 1, p. 35; 30, p. 495; Eustath. Opusc. p. 11, 31; Theodor. Prodr. Tetrast. p. 42 ed. Suvigny.

LXI. « Respicitur Exod. II, 16-21. Quo ex loco venit verbum ῥύεο, quum ibi sit ἐρρύσατο αὐτὰς, filias nempe Jothor Moyses. Ad ἐθνικὴν νύμφην conf. epigrr. 69, 70, 75. — 2. Notum νυμφίος esse inter mystica Christi nomina. » *B.* Qui Μωσῆ; scribebat. Μωσῆι Cod.

LXII. Vide Josue IV, 10-24. — 2. Cod. λοεσσόμενον. « Recte Jacobsius λοεσσομένου, ut in Horatiano : quum *mea* nemo Scripta legat vulgo recitare *timentis.* » *B.*

LXIII. « In Codice prave lemma idem est ac sequentis epigrammatis. Jacobsius posuit Ἄλλο. Aliud feci. Ad ipsam rem vide Genes. XVI. » *B.*

LXIV. Vide Exod. XV, 27. — 1. δύο καὶ δέκα apogr. Par., quod præfert Boiss.

LXV. Vide Genes. XXII. « Frequens hujus quoque typi commemoratio. » *Jac.* — 1. « Ἴλαθι nunc fere *simile* nostræ exclamationi vernaculæ, *miséricorde!* misericors deus! » *B.*

LXVI. « Codex ἀ͞ compendio ancipiti. Quare, pro vulg. ἄρτον, dedi ἄρτους, jubente ipso poeta et Genes. XIV, 18. In Vulgata tamen versione est *panem et vinum*, et ap. Clem. Al. Str. 4, § 163, τὸν οἶνον καὶ τὸν ἄρτον. Typus erat Melchisedec Veritatis quæ est Christus. » *B.* Vide Jacobs. p. 17, qui v. 2 ἐών scripsit; ἔχων Cod., quod potest defendi.

LXVII. — 1. Sic Jacobs., vel ἐνθάδ' ἔχει μούνην. Cod. violato metro μούνην ἔχει.

LXVIII. Vide Genes. XXVII. Loquitur Isaac. — 1. « Πνοιὴν capiendum esse puto pro ὀσμήν. Genes. v. 27 : ὠσφράνθη τὴν ὀσμὴν τῶν ἱματίων αὐτοῦ. Opponuntur, ut solet, πνεῦμα καὶ γράμμα, Spiritus et Litera. » *B.* Ex epigr. 72 suspicari licet, δέρας, pellem qua indutus Jacobus patrem decepit, ad Christum a nonnullis relatum fuisse. *Jac.* — 2. Boiss. confert Proverb. X, 1 : υἱὸς σοφὸς εὐφραίνει πατέρα.

LXIX. — « Malim σε ἰδοῦσα. Legitur enim Genes. XXIV, 64 : καὶ ἀναβλέψασα Ῥεβέκκα τοῖς ὀφθαλμοῖς, εἶδε τὸν Ἰσαάκ, καὶ κατεπήδησεν ἀπὸ τῆς καμήλου. » *Chardonnus.* — 2. Σώματος οὐ καθαροῦ, cameli; v. Levit. XI, 4. Boiss. citat Philonem De agric. § 30 : τὸν κάμηλον οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἀκάθαρτόν φησιν εἶναι ζῷον ὁ νόμος, ἐπειδὴ μηρυκᾶται μέν, οὐ διχηλεῖ δὲ;

LXX. 1. Pro οὐ τῆλε ὑδάτων. « *Juxta puteum aquæ*, Genes. XXIV, 11. Non procul ab aquis uxor gentilis quæsita fuisse dicitur, scilicet, ut puto, ut esset in vicinia fons baptismalis. Conf. ep. 75. » *B.*

LXXI. Vide Regum IV, c. 4.

LXXII. In lemmate Cod. ἡλιοῦ. — 2. « Τῇδε, in Jordane, qui videlicet pictus erat in tabula. Conf. ep. 62. Jordanem Elias percussit τῇ μηλωτῇ, Reg. IV, c. 2, 8. » *B.*

LXXIII. — 1. « Τίνος, Christi nempe, qui passim dicitur filius David secundum carnem. » *B.*

LXXIV. — 1. Joannes in narratione de cæco quem Christus sanavit, IX, 7 : νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. Conf. ep. 117.

LXXV. Vide Joann. IV, 6 et seqq.

LXXVI. In nuptias Canæ, Joann. II. — 2 σ' addidit Heckerus Comm. I, p. 319 ; πνεῦμα ἔχεις Jac.

LXXVII. Vide Reg. III, c. 17. — 1. « Codex λαιψηρὴ, quod sensu caret. Legendum esse ἐλαιηρὴ demonstravi ad Theoph. Simoc. p. 268. Est ἐλαιηρὴ κάλπις in Reg. v. 14 dicta ὁ καψάκης τοῦ ἐλαίου, in Vulgata *lecythus olei*. » *B.*

LXXVIII. — 2. Θεοῦ ἐκ φωνῆς, v. Matth. XVI, 18.

LXXIX. Vide Act. Apost. IX, 3 ; XXVI, 13.

LXXX. Conf. ad ep. 36.

LXXXII. — 1. Δῶμα. « Fuisse videtur δόγμα. » *Jac.* Nihil mutem facile. Æthereas arces et ipsius Dei palatia ingressus videbatur Joannes ille Theologus. Epigramma, Maximi forsan, ante ipsius scholia in Dionysium Areop.:

Ἀγγελικῆς σοφίης ἀμαρύγματα πολλὰ κιχήσας. » *B.*

LXXXIII. — 2. « Sedebat enim Matthæus in telonio, quum eum ad se Christus vocavit, Matth. IX, 9. » *B.*

LXXXIV. — 1. Ἀθάνατοι Cod., correxit Jac. — 2. « Quam absonum illud γε ! Saltem si dedisset, ἐνέπασσεν ὁ Λουκᾶς. » *B.*

LXXXV. — 1. « Ægyptus habebatur regio caliginis. » *Jac.*, quem v. p. 18. S. Augustinus Enarr. Psalm. 77, t. IV, p. 832 : « Ægyptus in hebræa lingua *Tenebras* vel Tribulationes significat. » Boisson. : « Andreas Cretensis ap. Jacobs. : αὕτη τοίνυν (ἡ Αἴγυπτος) ὁ σκοτασμὸς πρὸς τῇ γραφῇ καλουμένη. Scribendum videtur πρὸς τῆς γραφῆς. At non succurrit Scripturæ locus, ni de eis cogitaverit locis ubi Nilus dicitur aut dici putatur *Schichor*. Plutarchus. De fluv. c. 16, 1 : Νεῖλος... ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον Μέλας, ubi v. Maussac., et intt. ad Hesych. v. Αἰγυπτῶσαι. —2. Evangelium Alexandriæ Marcus prædicavit. Vide mea Anecd. t. 5, p. 44 et 490. » (Euseb. H. E. II, 16, ibique Vales. *Jac.*)

LXXXVI. — 1. « Conf. ad epigr. 55. — 2. Γρηγορίῳ, non Nysseno, sed Nazianzeno. Gregorius Presb. in Vita Naz. : τί δ' ἂν λέγοιμι σωφροσύνην, ἣ μέχρι παντὸς αὐτοὺς τοῦ βίου ἁγνοὺς καὶ καθαροὺς συνετήρησεν; videlicet Basilium et Nazianzenum. In Cod. est dittographia Γρηγορίῳ, Γρηγόριος. Potest ambigi. Reliqui dativum qui prior scriptus fuit. Sæpe repertum ἴσα cum dativo. » *B.*

LXXXVII. « Fuit Polycarpus Smyrnæ episcopus, imperante Commodo martyrium passus. » *B.* Qui ὃ (i. e. ὅς) scripsit ; ὁ Cod.

LXXXVIII. *Dionysium* Areopagitam. — 1 « Ἱεράρχια Codex et apogr. Paris.; quod quum non bene græcum sit, de recipiendo Ἱεραρχικὰ nulla fuit cunctatio : sic codex Dionysii Florentinus ap. Bandin. I, p. 31. Et sic *Chardon de la Roch.* Miscell. t. I, p. 268, quem videas. Primo versu respicitur Dionysii liber περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας, secundo liber περὶ μυστικῆς θεολογίας. » *B.* — 3 ἀνάπτει cod. Flor.

LXXXIX. — 1. « Intelligendum ἔχει σχεδόν de imagine Nicolai quæ imagini Polycarpi vicina erat ; vel de pictis in eadem tabula ambobus sanctis ; vel de ædium utriusque vicinitate. — 2. Polycarpus fuit οἰκτίρμων dictus (epigr. 87), et Nicolaus Myrensis (nam de hoc agi omnino videtur) *viduis et orphanis pecunia, consilio, opera non defuit, oppressos sublevavit*, quod narratur in sexta ejus officii lectione. Ab Nicephoro Chumno θερμὸς τῶν ἐπιδεομένων προστάτης vocatur, in Anecd. meis t. V, p. 348, ubi v. not. » *B.*

XC. « Sophronii episcopi commemoratur panegyricus Joannis et Cyri martyrum, in Fabr. Bibl. t. X, p. 216, quem vide de Sophronio t. IX, p. 164. Tetrastichon nostrum illi panegyrico præfixum fuisse videtur. » *Jac.* Addit Boiss. : « De Cyro et Joanne multus est Morcellius ad Kalend. t. II, p. 48 et 139, Ducang. CP. Chr. IV, p. 122, § 31. — 2 καὐτῷ Codex. Quum nullus hic sit tali emphasi locus, scripsi καὶ τῷ, ad Psellum p. 197. »

XCI. « Inscriptionem fuisse opinor tabulæ adulatoriæ, qua exhibebatur Theologus Joannes ὁ παρθένος impuram Theodoram et Justinianum coronans. Conf. ep. 80. » *B.*

XCII. Lemmati additum in Cod. : ἦγουν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. Εἰς bis capiendum pro ἐν, item in sequenti lemmate, et alibi in his non raro. Epigramma legitur in Greg. Naz. Opp. t. II, p. 179. Unde nomen addidit Boiss. — 1. De Christo in navicula dormiente Matth. VIII, 24 ; Marc. IV, 38 ; Luc. VIII, 23. Vocis ὀλκάς leni spiritu scriptæ exempla dedit Jac. — 4 δ' ἐκέλευεν apogr. Par. et ed. Greg., 6 δ' ἐῤῥάζ. Greg.

XCIII. « Scriptum forsan in imaginem S. Basilii in ecclesia illa pendentem. — 1. Intellige quattuor virtutes cardinales. Vide ad Planud. epigr. 201. » *B.*

XCIV. — 1 « Apogr. Par. νεύμασι θεσπεσίοις, quod præfero alteri, titubante licet versu. Nam qui sequuntur plerique non incedunt rectius. Sunt pessimi hexametri, quales fecerunt Theodorus Metochita et recentiores nonnulli, qui quum a politico metro recedebant antiqua metra tractaturi, passim ad quantitates syllabarum turpiter offendebant. Capiendum νεύμασι θεσπεσίοις, vel θεσπεσίοιο, de jussu Christi, cui parentes B. Mariæ mox *dormituræ* ex cunctis terrarum partibus repente discipuli adstiterunt. Vide enarrantem id miraculum Germanum p. 96 et 101, coll. Anecdotis meis t. II, p. 134. — 3. Non intelligo ἀλλήλοισιν. Apogr. ἀλληλοίσιν. An ἀγγέλοις

σὺν? an ἀμφίοισιν? Hoc verti. — 4. Forsan ἐσπερίοιο. » *B.*

XCV. Argumentum videtur ex rebus Justiniani eruendum; conf. ep. 91. Chardonus adscripsit : « Vid. inscript. ap. Bandurium t. I, p. 180. »

XCVI. « An Amantius ille de quo ad epigr. 5? » *B* — 2 θεουδίησιν Cod.

XCVII, XCVIII. « Erat tunc Theodorus tertium consul, τὸ τρίτον ἔχων ὑπατηίδα τιμήν, ac Justinianus summus exercituum dux, στρατιῆς ἡγήτωρ πάσης, μεγασθενὴς στρατιάρχης. Hæc fuit, regnante Justino, Justiniani Cæsaris dignitas. Zonaras XIV, 5, p. 59 : στρατηλάτης τῶν στρατευμάτων ὁ Ἰουστινιανὸς προκεχείριστο. Constantinus Porph. Them. I, 12, p. 1441 : Ἰουστινιανὸς...μονοστράτηγος τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων, Καῖσαρ ὢν, ἐχρημάτισε. Jam quum sit in Fastis ad a. 525 consul Fl. Theodorus Philoxenus, tempus definitum puto. De loco Μελίτῃ nihil nunc memini. Fuisse puto intra Byzantii muros vel in suburbiis, propter verba πόλιν ἁρας. » *B.*

XCIX. Lemma in margine ἐν τῷ στύλῳ τοῦ ὁσ. Δ. « De S. Daniele Stylita v. Fabr. Bibl. Gr. t. X, p. 217. Est ἀνάπλους proprie Bospori littus Europæum; v. Ducang. CP. Chr. IV, p. 187, § 32. Codinus p. 58 : τότε δὲ (sub Leone Macela) καὶ ὁ ὅσιος Δανιὴλ ἐν τῷ Ἀνάπλῳ ἦν· ubi Lamb. » B. Alia Jac. p. 19. — 3. In Cod. et in apogr. unius versus lacuna. — 4 διχθαδίῳ Cod., quod correxit Boiss. : « Non in duplici columna pedum plantis quasi radicitus inhærescentibus stabat fanaticus heros, sed in una columna binis pedum plantis. » — 5. Dicebatur etiam ἡ λιμός, de quo multa in Thes.

C. « Salmasius, præf. ad Nilum Thessal. p. 12, hoc epigramma recte refert ad Nilum Cpolitanum, de quo plura Fabr. Bibl. Gr. t. X, p. 3, et Morcell. ad Kalend. t. II, p. 20. Ante Nili opera Possinus edidit e Menologio versus non valde dissimiles :

Αἴγυπτον ἀρδει Νεῖλος, ἀλλὰ καὶ κτίσιν
λόγῳ κατάρδει, καὶ θανὼν, Νεῖλος μέγας. » *B.*

CI. Menander Protector sub Mauricio imperatore floruit. « Exstat hoc epigramma inter Menandri Historiarum fragmenta p. 432, c. 24, cum præviis hisce verbis : ἔτι ὁ Ἱστορικὸς φησι Μένανδρος περὶ Ἰσαοζίτου (sic) τοῦ ἐν Περσίδι σταυρωθέντος, τραγῳδίαν θέμενος καὶ τὸν ἄνδρα ἔσοτι αγασθείς· « Ἐν νῷ ἐβαλόμην ὡς καὶ ἄξιον τῷ τοῦ θεοῦ θεραπευτῇ τῷ βαρβάρῳ ἐν ἑξαμέτρῳ ἐπίγραμμα λέξαι· καὶ δὴ λέλεκταί μοι ἐπίγραμμα τόδε· Ἦν... Ἰσαοζίτης... » B.

CII. Simillimos versus Gregorii Naz. t. II, p. 252, B, citat Jacobs.

CIII. — 1. « Μῶμος sæpe de diabolo. » *Jac.* « Ignoratur argumentum distichi. Μῶμος si sit diabolus, οἶκος fuerit ecclesia quam impius quidam homo voluit incendere. » *B.*

CIV. « Referendum videtur ad Acacium Melitenensem, de quo Ducang. CP. Chr. IV, p. 118; Fabr. Bibl. t. X, p. 187; Marcell. ad Kalend. t. I, p. 148. De Alexandro hæreo. — 2. Reliqui Codicis scripturam τάπερ, quum sæpe recentiores κεῖται pro trochæo habuerint, decepti pronunciatione κεῖτε, adeo ut sæpe etiam κεῖτε in lapidibus reperiatur. Adde notanda ad XV, ep. 31. » *B.*

CV. In altero lemmate ... γυναῖκα Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, i. e. τοῦ νέου, ut apud alios appellatur.—3. Ἑνός, Christi. — 7. Ἦν ὡς ἦν, ad suam, i. e. divinam, naturam rediit.

CVI. Sequitur in lemmate : τοῦ μεγάλου παλατίου κύκλῳ τῆς ὀροφῆς. Quæ ad versum 12 pertineret putat Jacobs. « Constantinopoli in magno palatio triclinium fuit, peculiariter dictum χρυσοτρίκλινον, de quo fuse agit Ducang. CP. Chr. II, p. 117, § 3. De illo nunc agi patet et ex lemmate, etsi nomen Μαζαρινοῦ non habeam unde illustrem, et ex v. 15. Quum fuisset ab imperatore Michaele instauratum, occasionem versuum adulatoriorum inde ceperunt poetastri aulici. Sed quis et quotus Michaelum? Michael III, Theophili filius. Scholiastes enim e regione v. 12 : ἐγράψησαν μετὰ τὴν ὀρθοδοξίαν ἐπὶ Μιχαὴλ αὐτοκράτορας υἱοῦ Θεοφίλου. Τὴν ὀρθοδοξίαν intelligo abolitam iconoclastarum hæresim et imaginum restitutionem. Fuitque inde prima quadragesima dominica ὀρθοδοξία vocata : v. Ducang. Gloss. — 2. Ψευδηγόροι sunt iconoclastæ. — 3 εὐσεβεία Cod. et apogr. — 5, 9. In Chrysotriclinio has Christi et Mariæ virginis imagines Leo Sapiens Constantino monstrabat : ἐν τῷ μέλλειν (Cedrenus ait p. 604) ἀπὸ τοῦ Χρυσοτρικλίνου ἐξιέναι τὸν Κωνσταντῖνον,... ὑποστρέψαι κελεύσας αὐτὸν, ἐνατενίσας πρὸς τὰς ἐστηλωμένας ἄνωθεν τῆς πύλης εἰκόνας τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς Θεομήτορος, ὁ βασιλεὺς...— 10. Πρόεδρος quis peculiariter nunc sit non facile dicam. Forsan patriarcha Constantinopolitanus Methodius, vel Theoctistus Patricius, ille potius. — 12. Scholion habes supra. — 13. Νόες sunt Angeli; v. Jac. p. 20, Holobolum in Anecd. meis t. v, p. 168, 169, 181, not. ad Marin. p. 94. — 15. Schol. : ἕως ὧδε τῆς χρυσοτρικλίνου. Vel τοῦ scribendum, vel καμάρας est subauditum. » *B.* — 16. χριστὸν Codex, *corr. Jac.*

CVII. — 4 γραφὴ Cod. « Τὸν δεσπότην, Dominum Christum, cujus imaginem restituerat Michael, imagini τῇ πρὶν similem, quam iconoclastæ aboleverant. » B.

CVIII. — 2. « Commentum illud de nomine Ἀδάμ tetragrammo, quod tamen hebraice tres tantum habet literas, erudite tractavit Diller. Farragine rituum sacrorum et secular. III, c. 19. » *B.*

CIX. Lemma aliud in margine : ἐν τῷ ναῷ τῆς πηγῆς. « De B. Mariæ æde Ad fontem Ducang. CP. Chr. II, p. 183, § 13. — 2. Edebatur ex Cod. Κωνσταντινωλέων. Apogr. κωνσταντίνω λέων. Agitur de tribus imperatoribus, templi instauratoribus. Est τε pro καί. Sic sæpe balbutiebant eorum temporum poetastri. Euphræmius Chron. 10134 : Ἡσυχίᾳ τε γωνίᾳ μᾶλλον πρέπων, pro καὶ γωνίᾳ. Conf. ejusd. vv. 2756, 2837, 2975, etc. » *B.*

CX. « Est τροῦλλος (antiquis θόλος) quod nos *cupolam* vocamus; v. Ducang. Gloss. et Coraen Ἀτάκτων t. I, p. 251. » *B.*

CXI. « Fuisset melius εἰς τὴν ἀνάστασιν, quod lemma fert de eodem argumento epigramma 56. » B.

CXII. — 2. Legem veterem et novam Patres figurate vocant σκιὰν et φῶς.

CXIII. Apogr. Par. ὑπαπάντην. Conf. ep. 46. — 2. Πρεσβύτου, Symeonis. — 3. In Epigr. cit., Puer Ἀδὰμ προγενέστερος ὤν.

CXIV. « Apogr. εἰς τὸ χαῖρε. Est sæpius χαιρετισμός *Annuntiatio Mariæ;* est nunc *Salutatio*, respectu ad Christum dicentem ταῖς γυναιξὶν (Mariabus duabus) χαίρετε, ap. Matth. XXVIII, 5, 9. » *B.*

CXV. — Cod. τίκτει, corr. Jac. « Μεθ' υἱέα, *post filium* scilicet genitum et ex utero prosilientem. De hoc usu præpositionis cum insigni brevitate dicam ad Plan. ep. 88. » *B.*

CXVI. « Codex εἰς τὸν αὐτόν, quod re postulante mutavi. — 3 τόκος Cod. In fine versus 4 adscriptum εὐκτικά, quod ad sequens epigramma pertinet; sequitur autem illud quod supra dedimus n. 30, cum lemmate εἰς τὸν σωτῆρα. » *Jac.*

CXVII. Vide Joann. IX, de τυφλῷ ἐκ γενετῆς, et conf. ep. 74. — 2. Christus ibi v. 5 : ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου.

CXVIII. — 7 προφρόνως malit Jac.

CXIX. « Lemma Codicis non plenum satis vel non satis planum. Cod. εὐρ^{n}. Apogr. Par. εὔρημος. Nonnihil fuerat apologiæ ab auctore Homerocentonis, quod librarius omisit. Superest argumentum narrationum. — 1. De Pelagio Patricio, qui Homerocentones ante Eudociam composuit, vide Fabr. Bibl. t. I, p. 554 seq. — 7. Conf. similia in Anecd. meis t. V, p. 161, n. 11. — 23. Forsan ὅτι μή. » *B.* — 24 ῥῆξα: Cod.

CXX. Hos versus et sequentes n. 121 tanquam Georgii Pisidæ edidit Ducang. ad Zonar. p. 65, « *ex cod. Reg.*, quem esse puto n. 1630, ubi leguntur p. 166, 1. » *B.* De Blachernis v. ad epigr. 2. — 3 τὸν θεὸν Cod. et apogr. ap. Dorvill. ad Charit. p. 332 = 401. Ap. Ducang. ἡ γὰρ φέρουσα τὸν θεὸν ἐν ἀγκάλοις, ut solent esse dodecasyllabi illi iambi; secundum antiquiorem mensuram τὸν θεὸν ἐν ταῖς ἀγκ. in Append. nova Corp. Scriptt. Byz. (Rom.-1777) p. 384. — 9 δὲ ὑπερβάλλοντες (ὑπερβαλόντες App.) τῇ πόλει Ducang. « Qui male fuit usus codice in quo legi δὲ προσβαλόντες τῇ πόλει. Atque sic reformandam puto codicis Palatini lectionem editam. [Qui περιλαβόντες τὴν πόλιν, etiam solutione quam istiusmodi versus ægerrime admittunt.] Barbari illi sunt Avares; vide Ducang. l. c. — 10 μόνον Ducang. ex cod., rectius quam μόνην Palatini. » *B.*

CXXI. Vide ad epigr. præcedens. « Codex 1630 lemma exhibet ἄλλοι, non ἄλλως; quod scripsit Duc. Ad ἄλλοι subaudi στίχοι vel ἴαμβοι. — 1. Ἔδει idem cod., non δεῖ ut Duc. Idemque πύλιν. Conf. ep. 106, 8. — 3 τῆς πρίν, scil. arcæ fœderis. Allegorice B. Maria sæpius est arcæ comparata; v. Anecd. mea t. III, p. 23. — 7 ψυχικῶν λύτρωσις edidi ex cod. 1630. Male Duc. ψυχικαὶ λυτρώσεις. Codex Palat. βλύζουσιν (pro λύτρωσις), quod ex interpretatione videtur irrepsisse. — 8 ὅσαι γὰρ εἰσι προσβολαὶ παθημάτων Ducang. [Hoc quoque melius. Accedat hic locus aliis non paucis qui interpolationem collectionis Palatinæ arguunt.] — 9 τοσαύτων (sic) Duc., qui si diligentior fuisset, poterat in codice legere τοσαύτας. — 10 τῶν ἐναντίων cod. Pal., in margine correctum. — 11. Videntur in aquis barbari periisse. — 12 μόνην cod. Pal.; μόνη Duc., quod recepit Jac. Sensus erit quem expressi versione; sed quæ sententiarum est connexio? Vertit Fabricius in Bibl. Gr. t. 10, p. 615 : *Nec enim vicem fugæ experitur sola quæ Deum genera-vit et fugavit barbaros.* Forsan scribendum τρόποις, sono eodem : moribus et indole non mutatur, semper est bona et propitia. » *B.* Chardonus adscripsit : « Editi μόνη, quod minus rectum : innuit enim poeta non unum Deiparæ inesse hostes fugandi modum. »

CXXII. Conf. epigr. 31, 2. — 2. Codicis lectionem μὴ θροηθῇς cum Reiskio recte tuetur Boissonadius : « Sensus est : ne turberis nimium paveasque audito tam stupendo ostento; sed potius bono sis animo, quum deus sit infans, ad homines descendens homo factus. » Jac. de conj. ediderat καὶ μητροήθης, *virgo quidem, sed materno animo prædita.*

CXXIII. Κρανίου λίθος est qui apud evangelistas Γολγοθᾶ, Κρανίου τόπος, Calvariæ locus.

CAPUT II.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ

Θηβαίου Κοπτίτου

Ἔκφρασις τῶν ἀγαλμάτων τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ ἐπικαλουμένου Ζευξίππου.

CHRISTODORI POETÆ

Thebani ex urbe Copto

Descriptio statuarum quæ exstant in publico gymnasio quod a Zeuxippo nomen habet.

Δηΐφοβος μὲν πρῶτος ἐϋγλύπτῳ ἐπὶ βωμῷ
ἵστατο, τολμήεις, κεκορυθμένος, ὄβριμος ἥρως,
τοῖος ἐὼν, οἷός περ ἐπορνυμένῳ Μενελάῳ
πρθομένων ἤντησεν ἑῶν προπάροιθε μελάθρων.
Ἵστατο δὲ προβιβῶντι παρείκελος· εὖ δ' ἐπὶ κόσμῳ
ὀχμιος ἦν, μανίῃ δὲ κεκυφότα νῶτα συνέλκων
ὀριμὺ μένος ξυνάγειρεν· ἑλισσε δὲ φέγγος ὀπωπῆς,
οἷά τε δυσμενέων μερόπων πεφυλαγμένος ὁρμήν.
Λαιῇ μὲν σάκος εὐρὺ προΐσχετο, δεξιτερῇ δὲ
ῥάσγανον ὑψόσ' ἄειρεν· ἐμελλε δὲ μαινομένη χεὶρ
ἀνέρος ἀντιβίοιο κατὰ χροὸς ἆορ ἐλάσσαι·
ἀλλ' οὐ χαλκὸν ἔθηκε φύσις πειθήμονα λύσσῃ.
Κεκροπίδης δ' ἤστραπτε, νοήμονος ἄνθεμα Πειθοῦς,
Αἰσχίνης· λασίης δὲ συνείρυε κύκλα παρειῆς,
οἷα πολυτροχάλοισιν ἀεθλεύων ἀγορῇσιν·
στείνετο γὰρ πυκινῇσι μελῃδόσιν. Ἄγχι δ' ἐκείνου
ἦεν Ἀριστοτέλης, σοφίης πρόμος· ἱστάμενος δὲ
χεῖρε περιπλέγδην συνεέργαθεν, οὐδ' ἐνὶ χαλκῷ
ἀφθόγγῳ φρένας εἶχεν ἀεργέας, ἀλλ' ἔτι βουλὴν
σκεπτομένῳ μὲν ἔϊκτο· συνιστάμεναι δὲ παρειαὶ
ἀνέρος ἀμφιέλισσαν ἐμαντεύοντο μενοινὴν,

Deiphobus quidem primus in bene-exsculpta ara
stabat, audax, galeatus, validus heros,
talis, qualis ingruenti Menelao
ante ædes dum-vastabantur suas obviam-ivit.
Stabat autem procedenti similis, et decore
obliquus erat, furioseque curvatum tergum contrahens
acrem vim colligebat, et volvebat lumina visûs,
quasi ab inimicorum mortalium impetu cavens.
Sinistra quidem scutum latum ante-se-tenebat, dextra
ferrum attollebat, rabiosaque manus in-eo-erat [autem
ut viri hostilis corpus ense transfoderet,
sed gladium non fecit natura obedientem sævitiæ.
Cecropida fulgurabat, prudentis donarium Suadæ,
Æschines, et villosæ tollebat genæ ambos-orbes,
velut cum mobilissimis certans concionibus :
urgebatur enim multiplicibus curis. Prope hunc autem
erat Aristoteles, scientiæ princeps, stabatque
manus junctas et implicatas-tenens; neque in ære
muto mens viri quiescebat, sed adhuc cogitationem
meditari videbatur, genæque contractæ
viri anceps studium vaticinabantur,

HUGONIS GROTII TRANSLATIO.

I. *De Deiphobo.*

Primus stat galeam vibrans fortissimus heros
Deiphobus, cælo sculptam super arduus aram,
Qualis in Atridæ sese tulit arma minoris
Obvius, ante suos, dum flagrant igne, penates.
Jam dicas inferre gradum; nam corpore curvo
Cernuus adstiterat, dorsum citus erigit ardor,
Conglomeratque minas; ardentia lumina circum
En rotat, incautum ne qua ferus opprimat hostis.
Scutum læva tenet, gladiumque attollit in altum
Dextra : per infestum corpus quin protinus ensem
Transigeret lymphata manus; natura sed æris
Obstat, magnanimoque negat parere furori.

II. *De Æschine oratore et Aristotele.*

Atticus eloquio multum florente coruscat
Æschines; velutique foro certaret in ipso
Impiger, hirsutos malarum contrahit orbes.
Tanta est cura viro bene dicere. Proximus illi
Adstat Aristoteles, sapientum primus honore.
Consertas tenet ecce manus, nec in ære quietem
Mens habet; in muta meditatur imagine magnum
Nescio quid : stantesque genæ nutantia produnt
Pondera, et ambiguum quo se sententia vertat

καὶ τροχαλαὶ σήμαινον ἀολλέα μῆτιν ὀπωπαί.

Καὶ Παιανιέων δημηγόρος ἔπρεπε σάλπιγξ,
ῥήτρης εὐκελάδοιο πατὴρ σοφὸς, ὁ πρὶν Ἀθήναις
Πειθοῦς θελξινόοιο νοήμονα πυρσὸν ἀνάψας.
Ἀλλ' οὐχ ἠρεμέων διεφαίνετο, πυκνὰ δὲ βουλὴν
ἐστρώφα, πυκινὴν γὰρ ἐείδετο μῆτιν ἑλίσσειν,
οἷα κατ' εὐόπλων τεθωμένος Ἡμαθιήων.
Ἦ τάχα κεν κοτέων τροχαλὴν ἐφθέγγετο φωνὴν,
ἄπνοον αὐδήεντα τιθεὶς τύπον· ἀλλά ἑ τέχνη
χαλκείης ἐπέδησεν ὑπὸ σφραγῖδα σιωπῆς.

Ἵστατο δ' Εὐρίποιο φερώνυμος· ὡς δὲ δοκεύω,
λάθρη ὑπὸ κραδίην τραγικαῖς ὡμίλεε Μούσαις,
ἔργα σαοφροσύνης διανεύμενος· ἦν γὰρ ἰδέσθαι
οἷά τέ που θυμέλῃσιν ἐν Ἀτθίσι θύρσα τινάσσων.

Δάφνῃ μὲν πλοκαμῖδα Παλαίφατος ἔπρεπε μάντις
στεψάμενος, δόκεεν δὲ χέειν μαντώδεα φωνήν.

Ἡσίοδος δ' Ἀσκραῖος ὀρειάσιν εἴδετο Μούσαις
φθεγγόμενος, χαλκὸν δὲ βιάζετο θυιάδι λύσσῃ,
ἔνθεον ἱμείρων ἀνάγειν μέλος. Ἐγγύθι δ' αὐτοῦ
μαντιπόλος πάλιν ἄλλος ἔην φοιβηΐδι δάφνῃ
κοσμηθεὶς Πολύειδος· ἀπὸ στομάτων δὲ τινάξαι
ἤθελε μὲν κελάδημα θεοπρόπον· ἀλλά ἑ τέχνη
δεσμῷ ἀφωνήτῳ κατερήτυεν. Οὐδὲ σὺ μολπῆς
εὔνασας ἄβρὸν ἔρωτα, Σιμωνίδη, ἀλλ' ἔτι χορδῆς
ἱμείρεις, ἱερὴν δὲ λύρην οὐ χερσὶν ἀράσσεις.
Ὤφελεν ὁ πλάσσας σε, Σιμωνίδη, ὤφελε χαλκῷ
συγκεράσαι μέλος ἡδύ· σὲ δ' ἂν καὶ χαλκὸς ἀναυδὴς
αἰδόμενος, ῥυθμοῖσι λύρης ἀντήχεε μολπήν.

Ἦν μὲν Ἀναξιμένης νοερὸς σοφός· ἐν δὲ μενοινῇ
δαιμονίης ἐλέλιζε νοήματα ποικίλα βουλῆς.

Θεστορίδης δ' ἄρα μάντις ἐΰσκοπος ἵστατο Κάλχας,

et volubiles visus significabant grave consilium.

Et Pæanensium popularis fulgebat tuba (DEMOSTHENES), bene-sonantis orationis pater sapiens, qui pridem Athenis Suadæ flexanimæ prudentem facem accendit.
At minime tranquillus apparuit, sed frequenter cogitationem *animo* versabat, solidum consilium volventi similis, velut in bellicosos Macedones invectus.
Fortasse iratus citam emisisset vocem, eum cassam-spiritu imaginem reddens loquentem; verum ars devinxit ahenei sub sigillo silentii. opinor,

Adstabat cui ab Euripo nomen fuit (EURIPIDES); ut autem clam corde cum tragicis Musis conversabatur, opera castitatis percensens : adspectus enim erat velut thyrsos vibrantis in Atticis theatris.

Laurea coronatis crinibus splendebat PALÆPHATUS vates, et fatidicam vocem fundere videbatur.

HESIODUS Ascræus similis fuit montanas Musas alloquenti, vimque æri afferebat insano furore, divinum cupiens carmen expromere. Prope illum rursus alius erat vaticinator Phœbea laurea ornatus, POLYIDUS; ab ore quidem vibrare cogitabat vaticinii sonum; sed ars ipsum vinculo muto cohibuit. Neque tu carminum dam sopivisti tenerum amorem, SIMONIDES, sed adhuc chor desideras, lyram vero sacram manibus haud pulsas. Debebat, qui te finxit, Simonides, debebat æri immiscere melos dulce; te vero etiam æs sine-voce reveritum, rhythmis citharæ tuæ respondisset cantu.

Fuit ANAXIMENES sapiens philosophus, et in animo divinæ volvebat multiplices cogitationes mentis.

Thestoris hinc filius, propheta sagax, adstitit CALCHAS,

Velocesque oculi sollers testantur acumen.

III. *De Demosthene.*

Ex Pæaniadis populi tuba surgit in usum,
Qui pater eloquii cum majestate sonantis
Lumina Suadelæ mediis accendit Athenis :
Nulla quies animo, nunc huc nunc versat et illuc
Consilium, tales agitans sub pectore curas,
Qualis erat, Macetum cum non exhorruit arma.
Forsan et in voces audax perrumperet ira,
Exprimeretque sono quod volvit corde, sed artis
Imperio tacet æs, et jussa silentia servat.

IV. *De Euripide.*

Euripi qui nomen habet mirare poetam :
Nunc quoque cum tragicis loquitur, sed corde, Camœnis
Casti moris amans; talis tantusque videri
Attica vibravit qualis per pulpita thyrsum.

V. *De Palæphato.*

Cæsariem lauri sibi fronde Palæphatus ornat :
Fatidicis sonitura putes jam vocibus æra.

VI. *De Hesiodo et Polyido vate et Simonide.*

Disserere Hesiodum Musis habitantibus Ascræ
Summa putes : ipsum quin æs quoque cogere tentat
Edendos ad voce sonos. Stat proximus illi
Frondis Apollineæ Polyidus honore superbus,
Oraque conatur fatis aperire canendis :
Ars vetat; adstringunt captivam vincula linguam.
Nec tibi cantandi decessit blanda cupido,
O Musis adamate Simonida : nunc quoque cordi
Est lyra, sed digiti nervos pulsare recusant;
Atque utinam dulces fictor potuisset in ære
Admiscere modos : tamen æs tibi se approbat ipsum,
Et sonitum mota quavis testudine reddit.

VII. *De Anaximene.*

Mentis Anaximenes sapientis acumine pollens
Versabat varios divino pectore sensus.

VIII. *De Calchante.*

Egregius vatum natus de Thestore Calchas

οἷά τε θεσπίζων, ἐδόκει δέ τε θέσφατα κεύθειν,
ἢ στρατὸν οἰκτείρων Ἑλλήνιον, ἢ ἔτι θυμῷ
δειμαίνων βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης.

Δέρκεό μοι σκύμνον πτολιπόρθιον Αἰακιδάων,
Πύρρον Ἀχιλλείδην, ὅσον ἤθελε χερσὶν ἑλίσσειν
τεύχεα χαλκήεντα, τὰ μή οἱ ὤπασε τέχνη·
γυμνὸν γάρ μιν ἔτευξεν· ὁ δ' ὑψόσε φαίνετο λεύσσων,
οἷά περ ἠνεμόεσσαν ἐς Ἴλιον ὄμμα τιταίνων.

Ἧστο δ' Ἀμυμώνη ῥοδοδάκτυλος· εἰσοπίσω μὲν
βόστρυχον ἀκρήδεμνον ἑῆς συνέεργεν ἐθείρης·
γυμνὴν δ' εἶχε μέτωπον· ἀναστέλλουσα δ' ὀπωπὰς
εἰνάλιον σκοπίαζε μελαγχαίτην παρακοίτην.

Ἐγγύθι δ' εὐρύστερνος ἐφαίνετο Κυανοχαίτης
γυμνὸς ἐών, πλόκαμον δὲ καθειμένον εἶχεν ἐθείρης,
καὶ διερὸν δελφῖνα προΐσχετο, χειρὶ κομίζων
δῶρα πολυζήλοιο γάμων μνηστήρια κούρης.

Πιερικὴ δὲ μέλισσα λιγύθροος ἕζετο Σαπφὼ
Λεσβιάς, ἠρεμέουσα· μέλος δ' εὔϋμνον ὑφαίνειν
σιγαλέαις δοκέεσκεν ἀναψαμένη φρένα Μούσαις.

Φοῖβος δ' εἱστήκει τριποδηλάλος· ἦν δ' ἄρα χαίτης
εἰσοπίσω σφίγξας ἄδετον πλόκον· ἀλλ' ἐνὶ χαλκῷ
γυμνὸς ἔην, ὅτι πᾶσιν ἀνειρομένοισιν Ἀπόλλων
γυμνῶσαι δεδάηκεν ἀληθέα δήνεα Μοίρης,
ἢ ὅτι πᾶσιν ὁμῶς ἀναφαίνεται· ἠέλιος γὰρ
Φοῖβος ἄναξ, καθαρὴν δὲ φέρει τηλέσκοπον αἴγλην.

Ἄγχι δὲ Κύπρις ἔλαμπεν· ἕλειβε δὲ νώροπι χαλκῷ
ἀγλαΐης ῥαθάμιγγας· ἀπὸ στέρνοιο δὲ γυμνὴ
φαίνετο μὲν, φᾶρος δὲ συνήγαγεν ἄντυγι μηρῶν,
χρυσείῃ πλοκαμῖδας ὑποσφίγξασα καλύπτρῃ.

Κλεινιάδην δὲ τέθηπα, περιστίλβοντα νοήσας

velut vaticinans; videbatur autem oracula celare,
sive exercitum miseratus Græcum, sive adhuc apud-se
metuens regem auro-abundantis Mycenes.

Specta mihi prolem urbium-expugnatricem Æcidarum,
Pyrrhum Achilliden, quasi vellet manibus versare
arma ænea, quæ non præbuit ei ars,
nudum enim finxit. Tollens autem oculos cernebatur,
quasi ventosum in Ilium vultum tendens.

Sedebat Amymone roseis-digitis; a-tergo quidem
crines suos colligaverat sine fascia;
nudamque frontem habuit; et oculos tollens
marinum speculabatur atricapillum conjugem.
Prope autem apparebat lato-pectore Neptunus,
nudus, et comæ cincinnos promissos habebat,
madidumque delphinum ante-se-agebat, manu afferens
dona nuptialia puellæ a-multis-expetitæ.

Pierica clara-voce apis sedebat Sappho
Lesboa, quieta; melos autem canorum texere
videbatur, animo ad silentes Musas intento.

Stabat autem e-tripode-loquens Phœbus, a tergo
alligatis crinibus solutis; sed in ære
nudus erat, quia omnibus ad-ipsum-referentibus Apollo
nudare scit vera Parcæ consilia;
vel quia omnibus simul apparet: quippe sol *est*
Phœbus rex, puramque fert facem late-conspicuam.

Prope nitebat Cypris, instillabatque splendido æri
fulgores venustatis: pectore autem nuda
cernebatur, sed vestem contraxit bullâ femorum,
aureo capillos subligans velo.

Cliniæ filium (Alcibiaden) admiratus sum, forma splen-[dentem

---

Lymphato similis, tamen intus fata recondit:
Seu Danaûm miserans mala ob impendentia gentem,
Sive Mycenæi metuens sibi regis ab ira.

IX. *De Pyrrho qui et Neoptolemus.*

Aspice qui patrem factis imitatur Achillem,
Magnanimum Æaciden: hostilia mœnia flagrant
Ecce manus æquare solo: prohibentur ab arte
Quæ nudum statuit: sursum tamen arduus acre
Spectat, in Iliacas oculos ceu dirigit arces.

X. *De Amymone Danai filia.*

Hic sedet, et manibus roseis a vertice retro
Stringit Amymone sparsos sine lege capillos:
Fronte sed intecta longe sua lumina mittit,
Si videat dominum maris adventare maritum.

XI. *De Neptuno.*

Nec procul ipse Jovis nudo cum corpore frater,
Horrida velatus demissis crinibus ora,
Advenit, æquoreo vectus delphine per undas,
Et sibi dilectæ fert dona jugalia Nymphæ.

XII. *De Sappho.*

Hic apis Aonidum nil moto corpore Lesbis
Docta sedet vates; quantumque ex ore videre est,
Dulce parat carmen taciturnis enthea Musis.

XIII. *De Apolline.*

Stat Phœbus tripodum custos, retroque solutum
Ipse tenet crinem: nudusque apparet in ære;
Vel quia fatorum quicquid secreta recondunt
Consilia, id populo nudat consultus Apollo:
Vel quia sol, idem Phœbi quoque nomine dictus,
Irradiat terras, et puro lumine lustrat.

XIV. *De Venere.*

Huic vicina Venus fulgenti stillat in ære
Dulce decus formæ: spectandaque pectore toto
Nuda, toros femorum contracto tegmine velat;
Aurea contortos adstringit spira capillos.

XV. *De Alcibiade.*

Cliniaden miror: tanta illi gratia formæ,

ἀγλαΐῃ· χαλκῷ γὰρ ἀνέπλεκε κάλλεος αὐγὴν,
τοῖος ἐὼν, οἷός περ ἐν Ἀτθίδι, μητέρι μύθων,
ἀνδράσι Κεκροπίδῃσι πολύφρονα μῆτιν ἀγείρων.

Χρύσης δ' αὖθ' ἱερεὺς πέλας ἵστατο, δεξιτερῇ μὲν
σκῆπτρον ἀνασχόμενος Φοιβήϊον, ἐν δὲ καρήνῳ
στέμμα φέρων· μεγέθει δὲ κεκασμένος ἔπρεπε μορφῆς,
οἷά περ ἡρώων ἱερὸν γένος· ὡς δοκέω δὲ,
Ἀτρείδην ἱκέτευε· βαθὺς δέ οἱ ἤνθεε πώγων,
καὶ ταναῆς ἄπλεκτος ἐσύρετο βότρυς ἐθείρης.

Καῖσαρ δ' ἐγγὺς ἔλαμπεν Ἰούλιος, ὅς ποτε Ῥώμην
ἀντιβίων ἔστεψεν ἀμετρήτοισι βοείαις.
Αἰγίδα μὲν βλοσυρῶπιν ἐπωμαδὸν ἦεν ἀείρων,
δεξιτερῇ δὲ κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
οἷα Ζεὺς νέος ἄλλος ἐν Αὐσονίοισιν ἀκούων.

Εἱστήκει δὲ Πλάτων θεοείκελος, ὁ πρὶν Ἀθήναις
δείξας κρυπτὰ κέλευθα θεοκράντων ἀρετάων.

Ἄλλην δ' εὐπατέρειαν ἴδον χρυσῆν Ἀφροδίτην,
γυμνὴν παμφανόωσαν· ἐπὶ στέρνων δὲ θεαίνης
αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο χυθεὶς ἐλελίζετο κεστός.

Ἵστατο δ' Ἑρμαφρόδιτος ἐπήρατος, οὔθ' ὅλος ἀνὴρ,
οὐδὲ γυνή· μικτὸν γὰρ ἔην βρέτας· ἦ τάχα κοῦρον
Κύπριδος εὐκόλποιο καὶ Ἑρμάωνος ἐνίψεις·
μαζοὺς μὲν σφριγόωντας ἐδείκνυεν, οἷά τε κούρη·
σχῆμα δὲ πᾶσιν ἔφαινε φυτοσπόρον ἄρσενος αἰδοῦς,
ξυνῆς ἀγλαΐης κεκερασμένα σήματα φαίνων.

Παρθενικὴ δ' Ἤριννα λιγύθροος ἕζετο κούρη,
οὐ μίτον ἀμφαφόωσα πολύπλοκον, ἀλλ' ἐνὶ σιγῇ
Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης.

Μήτε λίπῃς Τέρπανδρον ἐΰθροον, οὗ τάχα φαίης
ἔμπνοον, οὐκ ἄφθογγον ἰδεῖν βρέτας· ὡς γὰρ οἴω,
κινυμέναις πραπίδεσσιν ἀνέπλεκε μύστιδα μολπὴν,

videns : æri enim admiscebat pulchritudinis radium,
talis stans, qualis in Attica, matre sermonum,
viris Cecropidis prudens consilium serens.

Chryses rursus sacerdos prope stetit, dextra quidem
sceptrum tenens Phœbeum, in capite autem
coronam gestans (grandi ille forma eminebat,
quali sacrum heroum genus); utque opinor,
Atriden implorabat; prolixa autem ei florebat barba,
et longæ incomta trahebatur uva cæsariei.

Julius Cæsar prope splendebat, qui aliquando Romam
hostium innumeris decoravit coriis bubulis.
Ægida quidem horribilem humero gestabat,
dextra vero manu fulmen exsultabat ferens,
quasi alter Jupiter novus dictus inter Ausonios.

Adstitit Plato quoque divinus, qui pridem Athenis
occultas monstravit vias cœlestium virtutum.

Aliam inde videbam, claro-patre-natam, auream Venenudam, totam-nitentem; sed in pectore deæ [rem,
ex summa cervice fusus concutiebatur cestus.

Stabat ibi et Hermaphroditus amabilis, neque totus vir,
neque mulier : mixta enim erat imago : sane facile puerum
Cypridis mammosæ et Mercurii dices :
mammas quidem turgentes monstrabat, ut puella;
sed formam generantem virilis pudendi omnibus ostende-
communis speciei mixta signa monstrans. [bat.

Virgo autem Erinna sedebat, canora puella,
non fila tractans multipliciter-nexa, sed silentio
Pieriæ guttas apis destillans. [dicas

Neve transeas Terpandrum suaviloquum, cujus facile
spirantem, non mutam, videre imaginem : ut enim opinor
commotis præcordiis fingebat mysticum cantum,

Membrorumque vigor juvenilis in ære coruscat.
Talis adest, qualis spectatus in Atthide turba
Consilio prudente tribus linguaque trahebat.

XVI. *De Chryse.*

Non procul inde gerit Chryses Phœbea sacerdos
Sceptra manu, sacra crines velante corona :
Tantus frontis honor, tanto se corpore tollit :
Heroum patet esse genus : ni fallor, Atridæ
Supplicat; ad pectus demittitur hispida barba,
Et gravis inculto pendet de crine corymbus.

XVII. *De Julio Cæsare.*

Julius hos sequitur Cæsar, quo præside Roma
Hostibus ereptos scutorum vidit acervos :
Torva tuens humeris ingentibus insidet ægis :
Fulminis horrisonum minitatur dextera telum :
Alter hic est patriæ Latialis Juppiter urbi.

XVIII. *De Platone.*

Stat Plato par Superis, qui, quod sub nocte latebat,
Divinæ virtutis iter præluxit Athenis.

XIX. *De Venere alia.*

Altera conspecta est etiam Venus aurea nobis,
Digna Jovis soboles, formoso corpore toto
Nuda, sed ex tenera cestus cervice fluebat.

XX. *De Hermaphrodito.*

Hermaphroditus adest, nec vir, nec femina totus,
Mixta sed effigies : conspectu corporis ipsum
Mercurio dices et pulchra Cypride natum.
Monstrat virgineo turgentes more papillas,
Monstrat ab inguinibus partes sine veste paternas,
Mixta gerens gemino de sexu signa decoris.

XXI. *De Erinna.*

Hic Erinna sedet, virgo cantare perita :
Pensa manu non tractat; apis sed sedula more
Pierium tacito destillat pectore nectar.

XXII. *De Terpandro.*

Sed neque Terpander tibi prætereundus; in ipso
Ære virum spirare putes : ita vividus ecce
Dulcia divinis meditatur carmina curis :

ὥς ποτε δινήεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥοάων
μυστιπόλῳ φόρμιγγι κατεπρήϋνεν ἀείδων
ἀγχεμάχων κακότητας Ἀμυκλαίων ναετήρων.
Ἠγασάμην δ' ὁρόων σε, Περίκλεες, ὅττι καὶ αὐτῷ
χαλκῷ ἀναυδήτῳ δημηγόρον ἦθος ἀνάπτεις,
ὡς ἔτι Κεκροπίδῃσι θεμιστεύων πολίηταις,
ἢ μόθον ἐντύνων Πελοπήϊον. Ἱστάμενος δὲ
ἔπρεπε Πυθαγόρας, Σάμιος σοφός, ἀλλ' ἐν Ὀλύμπῳ
ἐνδιάειν ἐδόκευε, φύσιν δ' ἐβιάζετο χαλκοῦ,
πλημμύρων νοερῇσι μελημόσιν· ὡς γὰρ οἴω,
οὐρανὸν ἀχράντοισιν ἐμέτρεε μοῦνον ὀπωπαῖς.
Στησίχορον δ' ἐνόησα λιγύθροον, ὃν ποτε γαῖα
Σικελικὴ μὲν ἔφερβε, λύρης δ' ἐδίδαξεν Ἀπόλλων
ἁρμονίην, ἔτι μητρὸς ἐνὶ σπλάγχνοισιν ἐόντα·
τοῦ γὰρ τικτομένοιο καὶ ἐς φάος ἄρτι μολόντος
ἔκποθεν ἠερόφοιτος ἐπὶ στομάτεσσιν ἀηδὼν
λάθρη ἐφεζομένη λιγυρὴν ἀνεβάλλετο μολπήν.
Χαῖρέ μοι Ἀβδήρων Δημόκριτε κῦδος ἀρούρης,
ὅττι σὺ καλλιτόκοιο φυῆς ἐφράσσαο θεσμούς,
λεπτὰ διακρίνων πολυΐδμονος ὄργια Μούσης·
αἰεὶ δὲ σφαλερὰς ἐγέλας βιότοιο κελεύθους,
εὖ εἰδὼς ὅτι πάντα γέρων παραμείβεται αἰών.
Ἡρακλέης δ' ἀνίουλον ἐδείκνυε κύκλον ὑπήνης,
μῆλα λεοντοφόνῳ παλάμῃ χρύσεια κομίζων,
γαίης ὄλβια δῶρα Λιβυστίδος. Ἐγγύθι δ' αὐτοῦ
Παλλάδος ἀρήτειρα παρίστατο, παρθένος Αὐγή,
φᾶρος ἐπιστείλασα κατωμαδόν· οὐ γὰρ ἐθείρας
κρηδέμνῳ συνέεργεν· ἑὰς δ' ἀνετείνετο χεῖρας,
οἷά τε κικλήσκουσα Διὸς γλαυκώπιδα κούρην,
Ἀρκαδικῆς Τεγέης ὑπὸ δειράδος. Ἵλαθι, γαίης
Τρωϊάδος βλάστημα σακεσπάλον, ἵλαθι, λάμπων
Αἰνεία Τρώων βουληφόρε· σαῖς γὰρ ὀπωπαῖς

sicut aliquando fluctuantis Eurotæ apud undas
festa cithara placabat canens
prope-pugnantium inimicitias incolarum Amyclæorum.
Tum te admiratus sum videns, PERICLES, quod ipsi
æri elingui concionantis naturam inducis,
quasi adhuc jus dicens Cecropidis civibus,
aut bellum instruens Peloponnesiacum. — Stans autem
nitebat PYTHAGORAS, Samius sapiens; sed in Olympo
versari videbatur, vimque faciebat naturæ æris,
cogitabilibus curis abundans: ut enim opinor,
cœlum intemeratis oculis metiebatur solum.
STESICHORUM quoque vidi clarisonum, quem olim terra
Sicilia nutriebat, citharæ vero Apollo docuit
harmoniam, quum etiamnum esset matris in visceribus:
modo enim nati et in lucem editi
undecunque veniens-per-aerem labiis luscinia
clam insidens clarum cantum ordiebatur.
Salve mihi, DEMOCRITE, Abderitanæ gloria telluris,
quia tu pulchra-parientis naturæ leges exploravisti,
tenuia discernens multisciæ orgia Musæ.
Semper autem lubricos ridebas vitæ tramites,
bene gnarus, annosum tempus omnia præterire.
HERCULES barbæ circulum ostendebat sine-lanugine,
dextrâ, quæ-leonem-occiderat, aurea mala ferens,
beata dona terræ Libystidis. Prope illum
Palladis sacerdos stabat, AUGE virgo,
vestem humeris induens; nequedum enim capillos
fascia collegerat; et manus suas tendebat,
quasi Jovis cæsiam-oculis gnatam invocans,
Arcadicæ Tegeæ sub jugo. Propitius esto, terræ
Trojanæ germen scutigerulum! propitius esto, qui splendes
ÆNEA, inter Troum senatores: tuis enim luminibus

Qualis ad Eurotæ respersas vortice ripas,
Arcana moderans nervos testudinis arte,
Corruptas vitiis ad recta reduxit Amyclas.

XXIII. *De Pericle et Pythagora.*

Multum te, Pericles, miror, quod in ære videndus
Hic etiam servas vultumque habitumque diserti,
Qualis eras quondam vel legum suasor Athenis
Vel belli in Pelopis populos. Cui proximus adstat
Pythagoras Samius. Vultus decet iste; videtur
Naturam contra æris in ipso vivere cælo:
Sic animum curis, hominem superantibus, implet
Sic puris ingentem oculis metitur olympum.

XXIV. *De Stesichoro.*

Stesichorum agnosco Siculæ telluris alumnum,
Viscera cujus adhuc intra materna latentis
Ingenium ad citharæ cantus formavit Apollo:
Unde etiam, lucis cum primum venit in oras,
Daulias infantis tenero consedit in ore,
Præsago tremulos immulgens gutture cantus.

XXV. *De Democrito.*

Abderæ decus eximium, Democrite, salve;
Tu namque æternas Naturæ pandere leges
Ausus es, et minimas animo discernere partes.
Non injusta tibi vitam ridere voluptas,
Quando longa dies vi turbinis omnia versat.

XXVI. *De Hercule, de Auge et de Ænea.*

Alcides investis adhuc, quibus ante leonem
Perculerat, manibus telluris dona Libyssæ
Aurea mala gerit. Juxta formosa videri
Stat sacra belligeræ servans Tritonidos Auge,
Dejiciens humero vestem, nam tota soluti
Colla tegunt crines: at palmas tollit in altum,
Tamquam vota ferens ad magnæ Pallados aras
Fumantes Tegeæa super juga. Tu quoque salve,
Iliados terræ germen, patriæque fidele
Consilium, Ænea, bellis celeberrime, cujus

ἀγλαΐης πνείουσα σοφὴ περιλείβεται αἰδὼς,
θέσκελον ἀγγέλλουσα γένος χρυσῆς Ἀφροδίτης.

Ἠγασάμην δὲ Κρέουσαν ἰδὼν πενθήμονι κόσμῳ,
σύγγαμον Αἰνείαο κατάσκιον· ἀμφὶ γὰρ αὐταῖς
ἀμφοτέραις κρήδεμνον ἐφελκύσσασα παρειαῖς,
πάντα πέριξ ἐκάλυψε ποδηνεκέϊ χρόα πέπλῳ,
οἷά τε μυρομένη· τὰ δὲ χάλκεα δάκρυα νύμφης
Ἄρεϊ δουρίκτητον ἐμαντεύοντο τιθήνην,
Ἴλιον Ἀργείοισιν ἑελμένον ἀσπιδιώταις.

Οὐδ' Ἕλενος κοτέων ἀπεπαύετο· πατρίδι νηλὴς
φαίνετο δινεύων ἔτι που χόλον· ἦν μὲν ἀείρων
δεξιτερῇ φιάλην ἐπιλοίβιον· ὡς δοκέω δὲ,
ἐσθλὰ μὲν Ἀργείοις μαντεύετο, καδδὲ τιθήνης
ἀθανάτοις ἠρᾶτο πανύστατα πήματα φαίνειν.

Ἀνδρομάχη δ' ἕστηκε ροδόσφυρος Ἠετιώνη,
οὔτι γόον σταλάουσα πολύστονον· ὡς γὰρ οἴω,
οὔπω ἐνὶ πτολέμῳ κορυθαίολος ἤριπεν Ἕκτωρ,
οὐδὲ φερεσσακέων ὑπερήνορες υἷες Ἀχαιῶν
Δαρδανίην ξύμπασαν ἐληίσαντο τιθήνην.

Ἦν δ' ἐσιδεῖν Μενέλαον ἀρήϊον, ἀλλ' ἐπὶ νίκῃ
γηθόσυνον· σχεδόθεν γὰρ ἐθάλπετο χάρματι πολλῷ
δερκόμενος ροδόπηχυν ὁμόφρονα Τυνδαρεώνην.

Ἠγασάμην δ' Ἑλένης ἐρατὸν τύπον, ὅττι καὶ αὐτῷ
χαλκῷ κόσμον ἔδωκε πανίμερον· ἀγλαΐη γὰρ
ἔπνεε θερμὸν ἔρωτα καὶ ἀψύχῳ ἐνὶ τέχνῃ.

Πυκναῖς δὲ πραπίδεσσιν ἀγάλλετο δῖος Ὀδυσσεύς·
οὐ γὰρ ἔην ἀπάνευθε πολυστρέπτοιο μενοινῆς,
ἀλλ' ἔτι κόσμον ἔφαινε σοφῆς φρενός· ἦν δ' ἐνὶ θυμῷ
καγχαλόων· Τροίην γὰρ ἐγήθεε πᾶσαν ὀλέσσας
ἧσι δολοφροσύνῃσι. Σὺ δ' Ἕκτορος ἔννεπε μῆτερ,
τίς σε, πολυτλήμων Ἑκάβη, τίς δάκρυα λείβειν
ἀθανάτων ἐδίδαξεν ἀφωνήτῳ ἐνὶ κόσμῳ;

decorem spirans, prudens circumfunditur pudor,
divinum aureæ Veneris nuntians genus.

Et Creusam admiratus sum, conspectam cultu lugubri,
Æneæ conjugem, obumbratam: circa ipsas enim
genas ambas deduxerat velum et
omne corpus circumtexit-ad-pedes demisso peplo,
ut dolens; æneæque lacrimæ mulieris
Marte expugnatam vaticinabantur nutricem(*patriam*),
Ilium pressum ab Argivis scutiferis.

Neque Helenus cessabat ab ira: in patriam immisericors
apparebat etiamnum volutans stomachum. Tollebat quidem
dexterâ pateram ad libandum, et, sicut opinor,
fausta vaticinabatur Argivis, adversus nutricem vero
precabatur immortales ut postrema mala afferrent.

Andromache autem roseis-pedibus stabat, Eetionis filia,
non stillans querelam multum-gementem; ut enim suspicor,
nondum in bello galeatus ceciderat Hector,
nec scutatorum superbi filii Argivorum
Dardaniam totam deprædabantur nutricem.

Spectare poteras etiam martium Menelaum, sed victoriâ
lætum: prope enim incalescebat magno gaudio
conspiciens unanimam Tyndaridem roseis-ulnis.

Admiratus sum Helenæ amabilem formam: quippe ipsi
æri decorem dabat desideratissimum: venustas enim
calidum amorem spirabat etiam inanima in arte.

Callidis præcordiis gaudebat dius Ulysses:
neque enim erat sine illa cogitatione summe-versatili,
sed adhuc decus monstrabat doctæ mentis; et apud se
ridebat, gaudens videlicet omnem se Trojam perdidisse
suis astutiis. Tu vero dic, Hectoris mater,
quis te, miserrima Hecuba, quis immortalium
lacrimas effundere docuit in hac muta imagine?

Ex oculis pariter pudor et prudentia manant,
Divinumque almæ Veneris genus esse loquuntur.

XXVII. *De Creusa.*

Suspicio cultu luctum testante Creusam,
Æneæ dignam thalamo: sic occulit ora,
Purpureasque genas tenui sibi velat amictu,
Nullaque demissam vestem pars corporis extra est.
Quam sævus dolor est! apparet fletus in ære.
Nam gemit hostili patriam sub Marte teneri
Ilion, et Priami Danaos per tecta vagari.

XXVIII. *De Heleno.*

Priamiden Helenum neque nunc trux ira relinquit;
Sævus adhuc patriæ est; en ut libamine plenam
Dextra tenet pateram. Si quid mihi credis, Achivos
Omine prosequitur læto, superosque precatur,
Signa laboranti dent exitialia Trojæ.

XXIX. *De Andromache.*

Adstat et Andromache regum nurus Eetione,
Nec flet, nec gemitum ducit de pectore: nondum,
Ut reor, Æmonius raptaverat Hectora currus;
Nondum Dardaniæ campos vastarat, et urbes
Victor in Argolicis fulgens exercitus armis.

XXX. *De Menelao.*

Vis micat in vultu Menelai Martia, sed sunt
Gaudia mixta simul, quoniam victoris ad ulnas
Spectatur veniens pulcherrima Tyndarione.

XXXI. *De Helena.*

At facies Helenæ vere mirabilis; ipsi
Namque æri dedit illa decus; naturaque in arte est,
Et labor exanimis flagrantes spirat amores.

XXXII. *De Ulysse et Hecuba.*

Multiplices inter curas exsultat Ulysses,
Consilii vacuus numquam: se monstrat in ore
Majestas animi: taciturno pectore lætus
Ridet adhuc, Trojana suis cecidisse triumphans
Mœnia vasta dolis. Sed te, mœstissima mater
Hectoris, in muta cum stes spectanda figura,
Quis Superûm docuit tantos emittere fletus?

οὐδέ σε χαλκὸς ἔπαυσεν ὀϊζύος, οὐδέ σε τέχνη
ἄπνοος οἰκτείρασα δυσαλθέος ἔσχεθε λύσσης·
ἀλλ' ἔτι δακρυχέουσα παρίστασαι· ὡς δὲ δοκεύω,
οὐκέτι δυστήνου μόρον Ἕκτορος, οὐδὲ ταλαίνης
Ἀνδρομάχης βαρὺ πένθος ὀδύρεαι, ἀλλὰ πεσοῦσαν
πατρίδα σήν· φᾶρος γὰρ ἐπικρεμὲς ἀμφὶ προσώπῳ
πήματα μὲν δείκνυσιν, ἀπαγγέλλουσι δὲ πέπλοι
πένθος ὑποβρύχιον κεχαλασμένοι ἄχρι πεδίλων·
ἄλγεϊ γὰρ πυμάτῳ δέδεσαι φρένα, καδδὲ παρειῆς
δάκρυα μὲν σταλάεις, τὸ δὲ δάκρυον ἔσβεσε τέχνη,
ἄπλετον ἀγγέλλουσα δυσαλθέος αὐχμὸν ἀνίης.
Κασσάνδρην δ' ἐνόησα θεοπρόπον, ἀλλ' ἐνὶ σιγῇ
μεμφομένη γενετῆρα, σοφῆς ἀνεπίμπλατο λύσσης,
οἷά τε θεσπίζουσα πανύστατα πήματα πάτρης.
Πύρρος δ' ἄλλος ἦην πτολιπόρθιος· οὐκ ἐπὶ χαίτης
ἱππόκομον τρυφάλειαν ἔχων, οὐκ ἔγχος ἐλίσσων,
ἀλλ' ἄρα γυμνὸς ἔλαμπε, καὶ ἄχνοον εἶχεν ὑπήνην·
δεξιτερὴν δ' ἀνέτεινεν ἑὴν, ἐπιμάρτυρα νίκης,
λοξὰ Πολυξείνην βαρυδάκρυον ὄμματι λεύσσων.
Εἰπὲ, Πολυξείνη δυσπάρθενε, τίς τοι ἀνάγκη
χαλκῷ ἐν ἀφθόγγῳ κεκρυμμένα δάκρυα λείβειν;
πῶς δὲ τεῷ κρήδεμνον ἐπειρύσσασα προσώπῳ
ἵστασαι, αἰδομένῃ μὲν ἀλίγκιος, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
πένθος ἔχεις; μὴ δή σε τεὸν πτολίεθρον ὀλέσσας
λῃΐδα Πύρρος ἔχοι Φθιώτιος; οὐδέ σε μορφὴ
ῥύσατο τοξεύσασα Νεοπτολέμοιο μενοινὴν,
ἥ ποτε θηρεύσασα τεοῦ γενετῆρα φονῆος
εἰς λίνον αὐτοκέλευστον ἀελπέος ἦγεν ὀλέθρου.
Ναὶ μὰ τὸν ἐν χαλκῷ νοερὸν τύπον, εἴ νύ σε τοίην
ἔδρακε Πύρρος ἄναξ, τάχα κεν ξυνήονα λέκτρων
ἦγετο, πατρῴης προλιπὼν μνημήϊα μοίρης.
Ἠγασάμην δ' Αἴαντα, τὸν ὀβριμόθυμος Ὀϊλεὺς

neque æs finivit lamenta tua, neque ars [hibuit;
non-spirans, commiserata, te ab ægre-sanabili furore co-
sed adhuc lacrimans adstas. Ut autem opinor,
nondum infelicis Hectoris fatum, nec miseræ
Andromachæ gravem luctum deploras, sed lapsam
patriam tuam : quippe velum vultui circumpendens
damna quidem ostendit, sed nunciant pepla
usque ad plantas demissa luctum in-profundo-*animi* :
dolor enim extremus animum tuum-vinxit, de genaque
lacrimas destillas, at lacrimam ars exstinxit,
immensum significans vix-ferendæ squalorem mœstitiæ.
Cassandram quoque vidi vatem; sed, silentio
patrem objurgans, sapiente replebatur insania,
velut prædicens ultimas patriæ calamitates.
PYRRHUS alius erat urbium-vastator. Non habebat[brabat,
in capite crinibus-equinis-ornatam galeam, nec hastam vi-
sed nudus splendebat, et sine-lanugine habuit superius-
dextram vero tetendit suam, testem victoriæ, [labrum;
oblique spectans oculo Polyxenam graviter-lacrimantem.
Dic, Polyxena, infelix-virgo, quænam tibi necessitas
in muto ære occultas lacrimas effundendi?
et cur velo tuam in faciem deducto
stas, pudenti quidem similis, in animo autem
luctum habes? an ne tua urbe perdita,
prædam te habeat Pyrrhus Phthiotius? nec tamen forma te
servavit feriens Neoptolemi animum,
qua pridem captus genitor tui percussoris
in rete spontaneum insperati exitii agebatur.
Næ per sollertem in ære effigiem, si te talem
conspiceret rex Pyrrhus, cito lecti participem
duceret, paterni fati memoria omissa.
Suspexi etiam Ajacem, quem fortissimus Oïleus

Finitus nec in ære dolor tibi, muta nec artis
Effigies mœstos fecit cessare furores :
Stas miserum plorans heu nunc quoque. Non tibi luctus
Causa jacens Hector, tantoque orbata marito
Andromacha infelix, sed Achivis ignibus hausta
Patria. Quippe latens obducto tegmine vultus
Grande malum loquitur, tormentaque sæva sub alto
Corde pedes dejecta fluit quæ vestis ad imos.
Nil dolor hic, quo crescat, habet : cadit orbe genarum
Lacryma, sed docta subito sorbetur ab arte,
Ut pateat quanto luctus gravis ardeat æstu.

XXXIII. *De Cassandra.*

Cassandram video vatem : tacet atque tacendo
Multa patrem culpat sapienti plena furore,
Quæ patriæ ventura super, præsaga malorum.

XXXIV. *De Pyrrho.*

Ecce ferox Pyrrhus captis modo mœnibus, hastam
Non vibrat, aut pennis cristata cassside fulget.
Armis corpus habet, malas lanugine nudas;
Attollensque (placet tantum victoria) dextram
Aspicit obliquo te, mœsta Polyxena, vultu.

XXXV. *De Polyxena.*

Quæ tandem te causa, Polyxena, cogit in ære
Sic positam lacrymis rorare latentibus ora?
Cur obtecta genas vis erubuisse videri?
Sed mœres magis, et condis sub corde dolorem,
Indignans si te patriæ tot causa malorum
Phthiam Pyrrhus agat : sed non crudelia quivit
Corda Neoptolemi dulcis tua forma domare,
Ipsius ut quondam, cui tu fis victima, patrem
Traxerat in minime speratæ retia mortis;
Juro sed hanc ipsam, quæ fulget in ære, figuram :
Si talis conspecta fores, te conjuge ducta
Pyrrhus Achilleæ monitus contemneret umbræ.

XXXVI. *De Ajace Locro.*

Juvit et Ajacem generosum visere, sevit

Λοκρίδος ἐσπέρμηνε πελώριον ἕρκος ἀρούρης.
Φαίνετο μὲν νεότητι κεκασμένος· οὐδὲ γὰρ ἦεν
ἄνθεϊ λαχνήεντι γενειάδος ἄκρα γαράξας·
γυμνὸν δ' εἶχεν ἅπαν στιβαρὸν δέμας· ἠνορέῃ δὲ
βεβριθὼς ἐλέλιζε μαχήμονος οἶστρον Ἐνυοῦς.
Οἰνώνη δὲ χόλῳ φρένας ἕζεεν, ἕζεε πικρῷ
ζήλῳ θυμὸν ἔδουσα, Πάριν δ' ἐδόκευε λαθοῦσα
ὄμματι μαινομένῳ· κρυφίην δ' ἤγγειλεν ἀπειλήν,
δεξιτερῇ βαρύποτμον ἀναινομένη παρακοίτην.
Αἰδομένῳ μὲν ἔοικεν ὁ βουκόλος, εἶχε δ' ὀπωπὴν
πλαζομένην ἑτέρωσε δυσίμερος· αἴδετο γάρ που
Οἰνώνην βαρύδακρυν ἰδεῖν, Κεβρηνίδα νύμφην.
Αὐαλέῳ δὲ Δάρης ἐζώννυτο χεῖρας ἱμάντι,
πυγμαχίης κήρυκα φέρων χόλον· ἠνορέης δὲ
ἔπνεε θερμὸν ἄημα πολυστρέπτοισιν ὀπωπαῖς.
Ἐντελλος δὲ, Δάρητος ἐναντίον ὄμμα τιταίνων,
γυιοτόρους μύρμηκας ἐμαίνετο χερσὶν ἑλίσσων·
πυγμαχίης δ' ὤδινε φόνον διψῶσαν ἀπειλήν.
Ἦν δὲ παλαισμοσύνην δεδαημένος ὄβριμος ἀνήρ·
εἰ δὲ Φίλων ἤκουε πελώριος, εἴτε Φιλάμμων,
εἴτε Μίλων Σικελῆς ἕρυμα χθονὸς, οἶδεν Ἀπόλλων·
οὐ γὰρ ἐγὼ δεδάηκα διακρῖναι καὶ ἀείσαι
οὔνομα θαρσαλέου κλυτὸν ἀνέρος, ἀλλὰ καὶ ἔμπης
ἔπνεεν ἠνορέης· λάσιος δέ οἱ εἴλκετο πώγων,
καὶ φόβον ἠκόντιζον ἀεθλητῆρα παρειαὶ,
καὶ κεφαλῆς ἔφρισσον ἐθειράδες· ἀμφὶ δὲ πυκνοῖς
μυῶνες μελέεσσιν ἀνοιδαίνοντο ταθέντες
τρηχαλέοι, δοιοὶ δὲ, συνισταμένων παλαμάων,
εὐρέες ἐσφηκῶντο βραχίονες, ἠΰτε πέτραι,
καὶ παχὺς ἀλκήεντι τένων ἐπανίστατο νώτῳ,
αὐχένος εὐγνάμπτοιο περὶ πλατὺν αὐλὸν ἀνέρπων.
Δέρκεό μοι Χαρίδημον, ὃς Ἀτθίδος ἡγεμονεύων

seminavit, Locridis terræ ingens vallum.
Apparebat quidem juventute decorus : neque enim
lanuginis flore summa menti signaverat ;
nudumque habebat omne validum corpus ; sed virtute
gravis volvebat bellicosæ furorem Bellonæ. [mascula
Œnone irâ æstuabat animo, æstuabat acerbâ
zelotypiâ animum suum comedens ; et furtim speculabatur
oculo furente ; clam autem nuntiabat minas, [Paridem
dextra infortunatum recusans conjugem. [tem
Pudenti quidem similis fuit bubulcus (Paris), visum au-
vagantem alio direxit infelix-amator ; verebatur enim
plorantem Œnonen aspicere, Cebrenidem nympham.
At Dares sicco loro circumligabat-sibi manus,
pugilatus præconem adducens iram, et roboris
calentem halitum spirabat volubilissimis oculis.
Entellus vero, adversum Dareti visum tendens, [saniebat,
membra-forantes formicas (*cæstus*) manibus versans in-
et pugilatus movebat cædis sitientem minationem.
Erat et *alius* palæstræ doctus vir validus ;
utrum autem Philo audierit immanis, an Philammon,
an Milo Siculæ telluris munimentum, scit Apollo :
non enim ego didici dignoscere et canere
nomen celebre audacis viri ; sed prorsus
spirabat fortitudinem ; villosaque trahebatur ei barba,
et terrorem certaminis jaculabantur genæ,
capitisque horrebant crines ; et circum solida
membra tensi turgebant musculi
duri, duo autem, junctis *in pugnum* manibus,
lati constringebantur lacerti, *exstantes* velut petræ,
et crassus robustum nervus tergum insistebat,
cervicis flexibilis circa latam fistulam ascendens.
Specta mihi Charidemum, qui Atticæ dux,

Quem fortis, tutela Locræ telluris, Oïleus :
Integer, in primo vernabat flore juventæ,
Vestitus tenera nondum lanugine malas.
Arma procul ; sed sic etiam (fiducia tanta
Corporis) ingenti bellum clamore vocabat.

XXXVII. *De Œnone.*

Œnones sub corde graves accenderat iras
Spretus amor : furtim violenta furentibus ecce
Luminibus spectat Parin, et sine voce minatur,
Rejicit infidum manus indignata maritum.

XXXVIII. *De Paride.*

Ecce pudens alio divertit lumina pastor
Captus amore novo ; nec sustinet ore tueri
Oenonen madidam lachrymis Cebrenida nympham.

XXXIX. *De Darete.*

Cruda boum sumit duro nigrantia plumbo
Terga Dares, jactansque manus vim suscitat ira,
Et calidum spirans huc lumina torquet et illuc.

XL. *De Entello.*

Impiger Entellus contra tenet ora Daretem,
Exploratque furens immani pondere cæstus,
Vulneribusque cupit pasci, cædemque minatur.

XLI. *De luctatore incertum quo.*

Ecce vir invictus duro certamine luctæ,
Sive ille est valido Philo corpore, sive Philammon,
Seu Siculæ telluris honos Milo, norit Apollo :
Nam neque nosse mihi nomen, neque dicere promptum est,
Eximii virtute viri : quicumque sed ille est,
Ingens instar habet ; mento cadit hispida barba,
Debellant terrore genæ ; stat vertice toto
Horrens sylva comæ ; turgent ingentia vastis
Membra toris, validosque artus exstantia tendunt
Vincula : de geminis manibus funduntur in amplum
Brachia, ceu scopuli pelago cœloque minantes,
Robustosque humeros inter se tollit obesus
Flexibilique locat colli se limite nervus.

XLII. *De Charidemo.*

Hic Charidemus hic est, dux missus ab Atthide terra,

Κεκροπίδην στρατὸν εἶχεν ἑῆς πειθήμονα βουλῆς.
Ἦ κεν ἰδὼν ἀγάσαιο Μελάμποδα· μαντιπόλου μὲν
ἱερὸν εἶδος ἔφαινεν, ἔοικε δὲ θέσπιδος ὀμφῆς
σιγηλοῖς στομάτεσσι θεοπρόπον ἄσθμα τιταίνων.
Πάνθοος ἦν Τρώων βουληφόρος, ἀλλ' ἔτι δεινὴν
οὔπω μῆτιν ἔπαυσε κατ' Ἀργείων στρατιάων.
Δημογέρων δὲ νόημα πολύπλοκον εἶχε Θυμοίτης
ἀμφασίης πελάγεσσιν ἐελμένος· ἦ γὰρ ἐῴκει
σκεπτομένῳ τινὰ μῆτιν ἔτι Τρώεσσιν ὑφαίνειν.
Λάμπων δ' ἀχνυμένῳ ἐναλίγκιος ἦεν ἰδέσθαι·
οὐ γὰρ ἔτι φρεσὶν εἶχε κυλινδομένοιο κυδοιμοῦ
τειρομένοις Τρώεσσι τεκεῖν παιήονα βουλήν.
Εἱστήκει Κλυτίος μὲν ἀμήχανος· εἶχε δὲ δοιὰς
χεῖρας ὁμοπλεκέας, κρυφίης κήρυκας ἀνίης.
Χαῖρε φάος ῥήτρης Ἰσόκρατες, ὅττι σὺ χαλκῷ
κόσμον ἄγεις· δοκέεις γὰρ ἐπίφρονα μήδεα φαίνειν,
εἰ καὶ ἀφωνήτῳ σε πόνῳ χαλκεύσατο τέχνη.
Ἕστενε δ' Ἀμφιάρηος ἔχων πυριλαμπέα χαίτην
στέμματι δαφναίῳ· κρυφίην δ' ἐλέλιζεν ἀνίην,
θεσπίζων, ὅτι πᾶσι βοόκτιτος ἀνδράσι θήβη
ἀνδράσιν Ἀργείοισιν ὑπότροπον ἦμαρ ὀλέσσει.
Ἄγλαος εἱστήκει χρησμηγόρος, ὄντινα φασὶν
μαντιπόλου γενετῆρα θεοφραδέος Πολυείδου·
εὐπετάλῳ δὲ κόμας ἐστεμμένος ἔπρεπε δάφνῃ.
Εἶδον ἀκερσεκόμην Ἕκατον θεὸν, εἶδον ἀοιδῆς
κοίρανον, ἀδμήτοισι κεκασμένον ἄνθεσι χαίτην·
εἶχε γὰρ ἀμφοτέροισι κόμης μεμερισμένον ὤμοις
βόστρυχον αὐτοέλικτον· ἕλισσε δὲ μάντιν ὀπωπὴν,
οἷά τε μαντοσύνῃ μεροπήϊα πήματα λύων.

Cecropidarum exercitum obedientem habuit suis consiliis.
Sane, si vidisses, admirareris Melampum. Prophetæ
sacram speciem monstrabat, et videbatur fatidicæ vocis
silenti ore divinum spiritum intendere.
Panthous fuit Troum senator, sed nondum a formidandis
cessavit consiliis in Argivorum copias. [tabat
Populi-consiliator Thymoetes implicatum quiddam cogi-
silentii undis mersus : sane enim videbatur [texendam.
meditari etiamnum aliquam machinationem pro Trojanis
Lampon autem similis visu erat lugenti :
non enim adhuc mente sua, volvente tumultu-belli, potuit
afflictis Trojanis parere salubre consilium.
Adstitit Clytius perturbatus; habebat autem ambas
manus junctas, occultæ præcones ægritudinis.
Salve, eloquentiæ lumen Isocrates, quod tu æri
decus affers : videris enim prudentia promere consilia,
etsi ars muto te labore procudit.
Gemebat Amphiaraus, continens rutilum capillitium
laurea corona; clam autem versabat mœrorem,
vaticinans Thebas bovis-augurio-structas omnibus
viris Argivis reditus diem perdituras esse.
Aglaus adstiterat propheta, quem dicunt
divini genitorem vatis Polyidi;
foliosa autem capillos coronatus laurea nitebat. [cantus
Vidi comis-intonsum Hecatum deum (Apollinem), vidi
dominum, libero ornatum flore cæsariei :
habuit enim ambobus humeris divisos comæ
per-se-crispos cincinnos; spectabatque fatidico visu,
velut vaticinio mortalia damna solvens.

Agmina Cecropidûm facili qui rexit habena.

XLIII. *De Melampode.*

Hunc quoque gaudebis spectare Melampoda; vatem
Casta notat facies : quin, quamvis ore tacente,
Nuntia venturi depromere verba videtur.

XLIV. *De Panthu.*

Consilio Panthus Trojam sapiente juvabat;
Nunc quoque nescio quid contra meditatur Achivos.

XLV. *De Thymœte.*

Vafra senatori versatur cura Thymœtæ;
Alta virum mersere silentia : texere credas
Illum aliquos et nunc Trojæ queis consulat actus.

XLVI. *De Lampone.*

Tristitiam Lampon vultu præferre videtur,
Quod Phrygiis tanto bellorum in turbine rebus
Consilio medicam non possit ferre salutem.

XLVII. *De Clytio.*

Consilii stat inops Clytius, dextramque sinistræ
Conserit, ostendens quanto mœrore coquatur.

XLVIII. *De Isocrate oratore.*

Isocrates salve suadæ flos integer : æri
Tu decus es; præfersque animi molimina magna,
Quamlibet elingui damnatus ab arte labori.

XLIX. *De Amphiarao.*

Gestans laurea serta super caput Amphiaraus
Triste gemit, tacitumque tenet sub corde dolorem,
Præscius a structa sonitu testudinis urbe
Omnibus Argivis redeundi jura negari.

L. *De Aglao.*

Aglaus hic adstat fatorum gnarus et ipse,
Quem celebrat vatis Polyidi fama parentem,
Quam bene frondenti redimitus tempora lauro.

LI. *De Apolline.*

Visus et arcitenens nobis intonsus Apollo,
Carminis arte potens : vernat coma floribus ex se
Progenitis; humeros namque ornat duplice cirro
Plexo sponte sua : fatorum conscia torquet
Lumina, tamquam hominum generi solatia portet.

Γυμνὸς δ' ὁβριμόθυμος ἔην Τελαμώνιος Αἴας,
μήπω πρῶτον ἴουλον ἔχων· ἐκέκαστο δὲ μορφῆς
ἄνθεσι πατρῴης· πλοκάμους δ' ἐσφίγγετο μίτρῃ·
οὐ γὰρ ἔην τρυφάλειαν ἔχων, οὐκ ἔγχος ἐλίσσων,
οὐ σάκος ἑπταβόειον ἐπωμαδὸν, ἀλλὰ τοκῆος
θαρσαλέην ἀνέφαινεν ἀγηνορίην Τελαμῶνος.

Ἵστατο Σαρπηδὼν, Λυκίων πρόμος· ἠνορέῃ μὲν
φρικτὸς ἔην· ἁπαλοῖς δὲ νεοτρεφέεσσιν ἰούλοις
οἴνοπος ἄκρα χάρασσε γενειάδος· ἀμφὶ δὲ χαίταις
εἶχε κόρυν· γυμνὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλ' ἐνὶ μορφῇ
σπέρμα Διὸς σήμαινεν· ἀπ' ἀμφοτέρης γὰρ ὀπωπῆς
μαρμαρυγὴν ἀπέπεμπεν ἐλευθερίου γενετῆρος.

Καὶ τρίτος εὐχαίτης τριποδηλάλος ἦεν Ἀπόλλων,
καλὸς ἰδεῖν· πλόκαμος γὰρ ἑλιξ ἐπιδέδρομεν ὤμοις
ἀμφοτέροις· ἐρατὴ δὲ θεοῦ διεφαίνετο μορφὴ,
χαλκῷ κόσμον ἄγουσα· θεὸς δ' ἐτίταινεν ὀπωπὴν,
οἷά τε μαντιπόλοισιν ἐπὶ τριπόδεσσι δοκεύων.

Καὶ τριτάτην θάμβησα πάλιν χρυσῆν Ἀφροδίτην,
φάρεϊ κόλπον ἔχουσαν ἐπίσκιον· ἀμφὶ δὲ μαζοῖς
κεστὸς ἕλιξ κεχάλαστο, χάρις δ' ἐνενήχετο κεστῷ.

Αἰχμητὴς δ' ἀνίουλος ἐλάμπετο δῖος Ἀχιλλεὺς,
γυμνὸς ἐὼν σαγέων· ἐδόκευε μὲν ἔγχος ἐλίσσειν
δεξιτερῇ, σκαιῇ δὲ σάκος χαλκεῖον ἀείρειν,
σχήματι τεχνήεντι· μόθου δ' ἀπέπεμπεν ἀπειλὴν
θάρσεϊ τολμήεντι τεθηγμένος· αἱ γὰρ ὀπωπαὶ
γνήσιον ἦθος ἔφαινον ἀρήϊον Αἰακιδάων.

Ἦν δὲ καὶ Ἑρμείας χρυσόῤῥαπις· ἱστάμενος δὲ
δεξιτερῇ πτερόεντος ἀνείρυε δεσμὰ πεδίλου,
εἰς ὁδὸν αἶξαι λελιημένος· εἶχε γὰρ ἤδη
δεξιὸν ὀκλάζοντα θοὸν πόδα, τῷ ἔπι λαιὴν
χεῖρα ταθεὶς ἀνέπεμπεν ἐς αἰθέρα κύκλον ὀπωπῆς,
οἷά τε πατρὸς ἄνακτος ἐπιτρωπῶντος ἀκούων.

Nudus fuit magnanimus Ajax Telamonius,
nondum prima lanugine, decorus formæ
floribus paternæ, crinibusque mitra vinctis;
neque enim galeam habebat, neque hastam vibrabat,
nec scutum septemplex-bubulum in humeris, sed parentis
audacem ostendebat fortitudinem Telamonis.

Stabat Sarpedon, Lyciorum princeps: virtute quidem
horrendus fuit; sed tenera recens-nutrita lanugine
summa vinicoloris barbæ signabat; circa comas autem
habebat cassidem, et nudus quidem erat corpore, sed formâ
Jovis semen monstrabat: quippe ex utroque lumine
radios emittebat nobilis genitoris.

Et tertius bene-comatus erat in-tripode-loquens Apollo,
pulcher adspectu: crispi enim capilli circumfluebant hu-
utrumque; amabilisque apparebat dei figura, [merum
æri decus afferens; deusque tendebat visum,
velut vaticinis super tripodibus speculans.

Tertiam quoque rursus miratus sum auream Venerem,
pectus veste obumbrantem; ac circum mammas
laxe-volutus-erat cestus, et gratia innatabat cesto.

Hastatus sine-lanugine splendebat dius Achilles,
nudus armis: speculabatur quidem gladium vibrare
dextra, sinistra vero scutum æneum erigere
schemate artificiali; pugnæ autem minas edebat,
animo audaci stimulatus: oculi enim
genuinam indolem bellicosam ostendebant Æacidarum.

Fuit ibi etiam Mercurius aurea-virga; stans autem
dextrâ alati attrahebat sandalii vincula,
in viam evolare cupiens: jam enim
citum pedem dextrum habebat inflexum, cui sinistram
manum intendens in ætherem erexit circulum visûs,
velut patrem dominum jussa-dantem audiens.

LII. *De Ajace Majore.*

Fortibus est nudus membris Telamonius Ajax,
Nondum pube genas pictus; sed in ore paterna
Forma viget: cohibet formosos mitra capillos:
Non hastam tenet ille manu, non vertice conum,
Non humero septem taurorum terga; sed arma
Sunt genitor Telamon, animusque hoc semine dignus.

LIII. *De Sarpedone.*

Ductor adest Lycius Sarpedon, robore jam nunc
Terribilis, quamquam prima lanugine nigræ
Velantur malæ: crinem premit ærea cassis,
Cætera nudus agit: vultu sub teste probatur
Certa Jovis soboles; geminis namque acre coruscat
Luminibus, patriique imitatur fulminis ignes.

LIV. *De Apolline.*

Tertius en etiam, gratissima forma videri,
Phœbus adest. Humeros tortus se cirrus in ambos
Dejicit: ambrosio vultus fulgescit honore
Æri grande decus. Sic torquet lumina, tamquam
Fata super tripodas reserans arcana sederet.

LV. *De Venere.*

Tertia se nobis etiam Venus aurea monstrat
Veste levi velata sinus; fluit ubera circum
Cestus, et in summo diffusa est gratia cesto.

LVI. *De Achille.*

Fulget flore genas nondum velatus Achilles,
Armis absque levis, sed dextra protinus hastam
Tollere conatur, clypeumque ex ære sinistra,
Artis ab imperio; bellumque immane minatur
Audaci fidens animo: spirantia Martem
Lumina demonstrant verum genus Æacidarum.

LVII. *De Mercurio.*

En tibi Mercurius, de fulvo virga metallo
Quem gestata decet, dextra talaria nectit
Intentus celerare viam: jam poplite dextro
Nititur incumbens, manus est protenta sinistra.
Ipse oculos tollit templa ad cœlestia, tamquam
Auribus hausurus magni mandata parentis.

Καὶ νοερῆς ἄρθεγκτα Λατινίδος ὄργια Μούσης
ἄζετο παπταίνων Ἀπολήϊος, ὄντινα μύστην
Αὐσονὶς ἀῤῥήτου σοφίης ἐθρέψατο Σειρήν.
Φοίβου δ' οὐρεσίφοιτος ὁμόγνιος ἵστατο κούρη
Ἄρτεμις, ἀλλ' οὐ τόξον ἑκηβόλον, οὐδὲ φαρέτρην
ἰοδόκην ἀνέχουσα κατωμαδόν· ἦν δ' ἐπὶ γούνων
παρθένιον λεγνωτὸν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα,
καὶ τριχὸς ἀκρήδεμνον ἀνιεμένη πλόκον αὔραις.
Ἔμφρονα χαλκὸν Ὅμηρος ἐδείκνυεν, οὔτε μενοινῆς
ἄμμορον, οὔτε νόου κεχρημένον, ἀλλ' ἄρα μούνης
φωνῆς ἀμβροσίης, ἀνέφαινε δὲ θυιάδα τέχνην.
Ἦ καὶ χαλκὸν ἔχευεν ὁμῆ θεὸς εἰδεῖ μορφῆς·
οὐ γὰρ ἐγὼ κατὰ θυμὸν οἴομαι ὅττι μιν ἀνὴρ
ἐργοπόνος χάλκευσε παρ' ἐσχαρεῶνι θαάσσων,
ἀλλ' αὐτὴ πολύμητις ἀνέπλασε χερσὶν Ἀθήνη
εἶδος ἐπισταμένη τόπερ ᾤκεεν· ἐν γὰρ Ὁμήρῳ
αὐτὴ ναιετάουσα σοφὴν ἐφθέγγετο μολπήν.
Σύννομος Ἀπόλλωνι πατὴρ ἐμὸς, ἰσόθεος φὼς
ἵστατο θεῖος Ὅμηρος· εἶκτο μὲν ἀνδρὶ νοῆσαι
γηραλέῳ· τὸ δὲ γῆρας ἔην γλυκύ· τοῦτο γὰρ αὐτῷ
πλειοτέρην ἔσταζε χάριν· κεκέραστο δὲ κόσμῳ
αἰδοίῳ τε φίλῳ τε· σέβας δ' ἀπελάμπετο μορφῆς.
Αὐχένι μὲν κύπτοντι γέρων ἐπεσύρετο βότρυς
χαίτης, εἰσοπίσω πεφορημένος, ἀμφὶ δ' ἀκουὰς
πλαζόμενος κεχάλαστο· κάτω δ' εὐρύνετο πώγων
ἀμφιταθεὶς, μαλακὸς δὲ καὶ εὔτροχος· οὐδὲ γὰρ ἦεν
ὀξυτενὴς, ἀλλ' εὐρὺς ἐπέπτατο, κάλλος ὑφαίνων
στήθεϊ γυμνωθέντι καὶ ἱμερόεντι προσώπῳ.
Γυμνὸν δ' εἶχε μέτωπον, ἐπ' ἀπλοκάμῳ δὲ μετώπῳ
ἧστο σαοφροσύνη κουροτρόφος· ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀφρῦς
ἀμφοτέρας προβλῆτας ἐΰσκοπος ἔπλασε τέχνη,
οὔτι μάτην· φαέων γὰρ ἐρημάδες ἦσαν ὀπωπαί.
Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀλαῷ ἐναλίγκιος ἀνδρὶ νοῆσαι·

Et sapientis muta Latinæ Musæ orgia
venerabatur spectans Apulejus, quem mystam
ineffabilis sapientiæ Ausonia educavit Siren.
Phœbi cognata montivaga adstitit virgo
Diana, sed neque arcum longe-ferientem, nec pharetram
recipiendis-sagittis habens in humero; verum ad genua
adductam-habebat virginalem tunicam virgatam,
criniumque textum sine-vitta permittebat auris.
Intelligens ostendebat æs Homerus, neque cogitationis
expers, nec mente privatum, sed sola
voce humana, exhibuitque bacchicam (*poeticam*) artem.
Sane etiam æs fudit deus perinde-ac finxit corporis formam:
non enim ego opinor animo, virum eam
operarium procudisse ad focum sedentem,
sed ipsa prudens formavit manibus Minerva
scienter speciem, quam incolebat: nam in Homero
ipsa inhabitans sapientem edebat cantum.
Apollinis socius pater meus, vir diis-æqualis,
astabat divinus Homerus. Similis quidem fuit viro
senili; at senectus erat suavis: hæc enim in ipsum
majorem effundebat gratiam, ornatum decore
venerabili et grato, majestasque splendebat-ex forma.
Cervici curvatæ innatabat vetus corymbus retrorsum
capillitii rejectus erat et circum aures
errans laxatus erat; inferius vero dilatabatur barba
ambiens, verum mollis et rotunda: neque enim erat
acuminata, sed lata extendebatur, venustatem texens
pectori nudato et amabili faciei.
Nudam habuit frontem, et in calva fronte [cilia
sedebat temperantia juvenes-alens; circùm autem super-
ambo prominentia finxit ars perspicax,
nec temere: nam cava-oculorum carebant luminibus.
Attamen visu non erat similis viro cæco:

LVIII. *De Apulejo Mago.*

Ausoniæ Musæ nulli vulganda profano
Orgia conspexit sapiens Apulejus, alumnum
Imbuit arcanis studiis quem Romula Siren.

LIX. *De Diana.*

Stat Phœbi germana, jugis assueta ferisque,
Non arcum Diana gerens, non tela tenentem
Ex humeris pharetram: genibus sed nititur alte
Virgineam cingens, ambit quam fimbria, vestem,
Datque rapi ventis nulla sub lege capillos.

LX. *De Homero.*

Æs vita vegetum nobis ostendit Homerum:
Non animus, non sensus abest, sed solius ille
Vocis eget: mirum quo vis processerit artis.
Quis deus hoc nobis dedit æs, et in ære figuram?
Non etenim, si quid dignum est me judice credi,

Hoc vir opus faciens aliquis desedit ad iguem
Diva sed ipsa suis manibus Tritonia finxit
Corporis insessi quondam non immemor: ipsa
Quippe per os magni cantus edebat Homeri
Consors, Phœbe, tibi. Sic quem vice patris adoro
Mæonides stetit hic. Senium præferre videtur,
Dulce sed hoc senium est, et ab illo ditior ori
Gratia; conveniunt gravitas et amabile quiddam.
Blanda verecundo majestas lucet in ore:
Innatat in curva canus cervice corymbus
Vertice descendens et circumfunditur aures.
Mento barba cadens spatio dispescitur amplo,
Mollibus illa pilis multoque volumine, nec se
Cogit in angustum, sed late excurrit, et infra
Et vestis simul est ea pectoris et decus oris.
Nuda comis frons est: et adest sapientia fronti
Unde sibi mores ducat puer: exstat utrimque
Umbra supercilii: namque ars hoc provida vallum
Addiderat, vacui suberant quia luminis orbes.
Adspiciens cæcum non posses credere; tanta

ἔζετο γὰρ κενεοῖς χάρις ὄμμασιν· ὡς δὲ δοκεύω,
τέχνη τοῦτο τέλεσσεν, ὅπως πάντεσσι φανείη
φέγγος ὑπὸ κραδίην σοφίης ἄσβεστον ἀείρων.
Δοιαὶ μὲν ποτὶ βαιὸν ἐκοιλαίνοντο παρειαὶ,
γήραϊ ῥικνήεντι κατάσχετοι· ἀλλ' ἐνὶ κείναις
αὐτογενὴς, Χαρίτεσσι συνέστιος, ἵζανεν Αἰδώς·
Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ στόμα θεῖον ἀλᾶτο,
κηρίον ὠδίνουσα μελισταγές. Ἀμφοτέρας δὲ
χεῖρας ἐπ' ἀλλήλαισι τιθεὶς ἐπερείδετο ῥάβδῳ,
οἷά περ ἐν ζωοῖσιν· ἑὴν δ' ἔκλινεν ἀκουὴν
δεξιτερὴν, δόκεεν δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἀκούειν,
ἢ καὶ Πιερίδων τινὸς ἐγγύθεν. Ἐν δ' ἄρα θυμῷ
σκεπτομένῳ μὲν ἔϊκτο, νόος δέ οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα
ἐξ ἀδύτων πεφόρητο πολυστρέπτοιο μενοινῆς,
Πιερικῆς Σειρῆνος ἀρήϊον ἔργον ὑφαίνων.

Καὶ Σύριος σελάγιζε σαοφροσύνῃ Φερεκύδης
ἱστάμενος· σοφίης δὲ θεουδέα κέντρα νομεύων,
οὐρανὸν ἐσκοπίαζε, μετάρσιον ὄμμα τιταίνων.

Καὶ σοφὸς Ἡράκλειτος ἔην, θεοείκελος ἀνὴρ,
ἔνθεον ἀρχαίης Ἐφέσου κλέος, ὅς ποτε μοῦνος
ἀνδρομέης ἔκλαιεν ἀνάλκιδος ἔργα γενέθλης.

Καὶ τύπος ἁβρὸς ἔλαμπεν ἀριστονόοιο Κρατίνου,
ὅς ποτε δημοβόροισι πολισσούχοισιν Ἰώνων
θυμοδακεῖς ἐθόωσεν ἀκοντιστῆρας ἰάμβους,
κῶμον ἀεξήσας, φιλοπαίγμονος ἔργον ἀοιδῆς.

Εἱστήκει δὲ Μένανδρος, ὃς εὐπύργοισιν Ἀθήναις
δπλοτέρου κώμοιο σελασφόρος ἔπρεπεν ἀστήρ·
πολλάων γὰρ ἔρωτας ἀνέπλασε παρθενικάων,
καὶ Χαρίτων θεράποντας ἐγείνατο παῖδας ἰάμβους,
ἅρπαγας οἰστρήεντας ἀεδνώτοιο κορείης,
μίξας σεμνὸν ἔρωτι μελίφρονος ἄνθος ἀοιδῆς.

Ἀμφιτρύων δ' ἤστραπτεν, ἀπειρογάμῳ τρίχα δάφνῃ
στεψάμενος· πᾶσιν μὲν ἐΰσκοπος εἴδετο μάντις·

quippe vacuis insidebat gratia oculis; utque opinor,
ars hoc ita perfecit, ut omnibus ille appareret
lucem sub corde sapientiæ inextinguibilem efferens.
Duæ quidem genæ paululum cavabantur,
senectute rugosa occupatæ; sed illis
ingenitus, Gratiarum contubernalis, insidebat Pudor.
Pieria autem apis circa os divinum errabat,
quæ favum parit mellifluum. Ambabus vero
manibus altera-alteri impositis innitebatur virgæ,
velut inter viventes; auremque suam inclinabat
dextram, ita ut videretur Apollinem audire,
vel etiam Pieridum aliquam, ex propinquo. In animo autem
meditanti similis fuit; et mens illi huc atque illuc
ex adytis ferebatur agilis cogitationis,
Pieriæ Sirenis martium opus texens.

Et Syrius temperantia splendebat Pherecydes
qui-adstat: nam sapientiæ divinos regens stimulos,
cœlum observabat, sublimem oculum tendens.

Etiam sapiens ibi fuit Heraclitus, vir divinus,
inspiratum antiquæ Ephesi decus, qui pridem solus
humani generis facta invalidi deplorabat.

Formaque delicata effulgebat probissimi Cratini,
qui aliquando populum-vorantibus Ionum ductoribus
mordaces acuit, jaculis-similes, iambos,
comœdiam augens, ludum-amantis opus poeseos.

Et Menander ibi stetit, qui bene-turritis Athenis
junioris comœdiæ fulgens excellebat astrum:
multarum enim puellarum amores finxit,
et Gratiarum ministros genuit iambos,
raptores furiosos virginitatis indotatæ,
venerabili flore dulcis cantûs amori admixto.

Amphitryo fulgurabat, innupta crinem laurea
coronatus, omnino perspicaci similis vati,

Obscuris oculis admixta est gratia: felix
Hoc vitium est, labesque oculorum profuit arti,
Ut magis ex imo veniens lux corde pateret.
Nonnihil introrsum sese cavat utraque mala,
Utraque sulcatur rugis: sed utrique venustus
Est decor, in socia recipit qui sede pudorem.
Errat apis circum divino vatis in ore,
Pierios paritura favos. Manus altera palmam
Alterius portat; baculus sustentat utramque,
Viventi mos qualis erat: sed et arrigit auris
Dextera se, Phœbum cupiens audire loquentem,
Aut de Pierio Nympham grege: volvere secum
Multa animo manifesta fides: namque edita cura
Ex adyto mentis, nunc huc nunc vertitur illuc,
Texat ut armisonæ Sirenis nobile carmen.

LXI. *De Pherecyde.*

Stat Syrius sancti Pherecydes moris in ore
Signa ferens, pascitque animi sapientis acumen,
Templaque sublimi spectat cœlestia vultu.

LXII. *De Heraclito.*

Par Superis animus magno fuit Heraclito,
Unde Epheso clarum surgit decus; unus hic olim
Humanos flevit tenera pietate labores.

LXIII. *De Cratino, comœdiarum scriptore.*

Ingenio pulchri pulchra est et forma Cratini,
Qui male rem Cecropis populi tractantibus asper
Torsit iambeo circumlita tela veneno,
Et coluit solitas in scena ludere Musas.

LXIV. *De Menandro, comœdiarum scriptore.*

Hic Pandioniæ stat gentis fama Menander,
Quo ceu lucifero nova se comœdia jactat.
Ille puellarum varios effinxit amores,
Et Venerum famulos ex se generavit iambos
Ignea furtivæ rapientes gaudia noctis,
Lusibus Idaliis recti præcepta maritans.

LXV. *De Amphitryone.*

Fulget et Amphitryon redimitus virgine lauru
Cæsariem: poterat vates hac teste videri,

ἀλλ' οὐ μάντις ἦην· Ταφίης δ' ἐπὶ σήματι νίκης
στέμμα πολυστρέπτοισιν ἐπάρμενον εἶχεν ἐθείραις,
Ἀλκμήνης μενέχαρμος ἀριστοτόκου παρακοίτης.
Θουκυδίδης δ' ἐλέλιξεν ἑὸν νόον· ἦν δὲ νοῆσαι
οἷά περ ἱστορίης δημηγόρον ἦθος ὑφαίνων·
δεξιτερὴν γὰρ ἀνέσχε μετάρσιον, ὡς πρὶν ἀείδων
Σπάρτης πικρὸν Ἄρηα καὶ αὐτῶν Κεκροπιδάων,
Ἑλλάδος ἀμητῆρα πολυθρέπτοιο τιθήνης.
Οὐδ' Ἁλικαρνησοῦ με παρέδραμε θέσπις ἀηδών,
Ἡρόδοτος πολύϊδρις, ὃς ὠγυγίων κλέα φωτῶν,
ὅσσα περ ἠπείρων δυὰς ἤγαγεν, ὅσσα περ αἰὼν
ἕδρακεν ἑρπύζων, ἑνάταις ἀνεθήκατο Μούσαις,
μίξας εὐεπίῃσιν Ἰωνίδος ἄνθεα φωνῆς.
Θήβης δ' Ὠγυγίης Ἑλικώνιος ἵστατο κύκνος,
Πίνδαρος ἱμερόφωνος, ὃν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
ἔτρεφε Βοιωτοῖο παρὰ σκοπιὴν Ἑλικῶνος,
καὶ μέλος ἁρμονίης ἐδιδάξατο· τικτομένου γὰρ
ἑζόμεναι λιγυροῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μέλισσαι
κηρὸν ἀνεπλάσσαντο, σοφῆς ἐπιμάρτυρα μολπῆς.
Ξεινοφόων δ' ἤστραπτε, φεράσπιδος ἀστὸς Ἀθήνης,
ὃς πρὶν Ἀχαιμενίδαο μένος Κύροιο λιγαίνων,
εἵπετο φωνήεντι Πλατωνίδος ἤθεϊ Μούσῃ,
ἱστορίης φιλάεθλον ἀριστῴδινος ὀπώρην
συγκεράσας ῥαθάμιγξι φιλαγρύπνοιο μελίσσης.
Ἵστατο δ' Ἀλκμάων κεκλημένος οὔνομα μάντις·
ἀλλ' οὐ μάντις ἦην ὁ βοώμενος, οὐδ' ἐπὶ χαίτης
δάφνης εἶχε κόρυμβον· ἐγὼ δ' Ἀλκμᾶνα δοκεύω,
ὃς πρὶν ἐϋφθόγγοιο λύρης ἠσκήσατο τέχνην,
Δώριον εὐκελάδοισι μέλος χορδῇσιν ὑφαίνων.
Καὶ πρόμος εὐκαμάτων Πομπήϊος Αὐσονιήων,
φαιδρὸν ἰσαυροφόνων κειμήλιον ἠνορεάων,
στειβομένας ὑπὸ ποσσὶν Ἰσαυρίδας εἶχε μαχαίρας,

sed non erat vates; verum in signum Taphiæ victoriæ
infulam aptam cincinnis crinium multis habebat,
Alcmenæ bellicosus heroes-enixæ maritus.
Thucydides vibrabat mentem suam; cerni poterat
tanquam historiæ concionatoriam indolem fingens:
nam dextram extollebat sublimem, utpote olim canens
Spartæ amarum martem et ipsorum Cecropidarum,
messorem Græciæ multorum-alumnorum nutricis.
Neque Halicarnassi me præteriit divina luscinia,
Herodotus doctissimus, qui veterum clara-facta virorum,
quæ duplex continens adduxit, quæ ævum
serpens aspexit, novem dedicavit Musis,
Ionicæ vocis flores sua suaveloquentia miscens.
Stabat et Ogygiarum Thebarum Heliconius cygnus,
Pindarus dulcissima-voce, quem Apollo arcu-argentea-
alebat ad speculam Bœotici Heliconis, [insignis
et cantum modulatissimum docuit; nascentis enim
in labellis sonoris sedentes apes
favum finxerunt, testem docti cantus.
Xenophon fulgebat, bellicosæ civis Athenes,
qui primum Achæmenidæ Cyri fortitudinem cecinit,
deinde Platonicæ Musæ disertum ingenium sequebatur,
historiæ heroes-producentis bellicosam messem
miscens cum fulgoribus apis lucubrantis.
Stabat et Alcmæon dictus nomine vates;
sed non erat vates famigeratus, neque in crine
lauri habebat coronam; verum ego Alcmanem suspicor,
qui olim vocalis lyræ exercuerat artem,
Doricum carmen texens chordis sonoris.
Tum et princeps bene-operantium Ausonum Pompæus,
lætum Isauros-cædentium virtutum decus,
sub pedibus calcabat Isaurorum gladios,

Nec tamen est vates: Taphii sed signa triumphi
Flexilibus gestat Phœbeïa serta capillis
Inclytus Alcmenæ felicis prole maritus.

LXVI. *De Thucydide.*

Thucydides animi torquet molimina, tamquam
Inserat historiæ sermonis verba diserti:
Dextram quippe manum sic tollere cernitur, ut cum
Spartæ Cecropidis contraria scriberet arma,
Arma quibus juvenum detonsa est Græcia frugem.

LXVII. *De Herodoto.*

Non Halicarnassi bona laus mea nomina fugit
Herodotus, veterum prudens qui facta virorum,
Quos terræ genuere duæ, quos ordine longo
Sæcula viderunt, Musis fert sacra novenis,
Ionio dulcem contexens flore loquelam.

LXVIII. *De Pindaro.*

Adstat et Ogygia Thebarum olor editus urbe,
Pindarus argutum cantans, quem nutriit ipse
Arcitenens inter colles Heliconis Apollo,
Concordesque modos docuit. Cum prodiit alvo
Matris, apes tenero pueri super ore sedentes
Mella laborarunt docti præsagia cantus.

LXIX. *De Xenophonte.*

Fulget et armigeris Xenophon prognatus Athenis,
Maxima Achæmenidæ qui Cyri facta celebraus
Æmula composuit facundo scripta Platoni,
Et gravis historiæ partu nascentia poma
Condivit liquidis ab Hymetti nectare guttis.

LXX. *De Alcmæone.*

Fatidico stat et hic Alcmæon nomine clarus;
At non fatidicus tamen est, nec laurea crinem
Serta premunt. Alcmana puto, qui pollice quondam
Mulcebat doctæque sono testudinis aures,
Doricaque argutis aptabat carmina nervis.

LXXI. *De Pompejo.*

Pompejum spectate ducem, qui tela gubernans
Ausonidûm, domitis peperit sibi nomen Isauris.
Hinc pede barbaricas calcat victore machæras.

σημαίνων ὅτι δοῦλον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα Ταύρου
εἵρυσεν, ἀῤῥήκτῳ πεπεδημένον ἄμματι Νίκης.
Κεῖνος ἀνὴρ, ὃς πᾶσιν ἔην φάος, ὃς βασιλῆος
ἠγαθέην ἐῤύτευσεν Ἀναστασίοιο γενέθλην.
Τοῦτο δὲ πᾶσιν ἔδειξεν ἐμὸς σκηπτοῦχος ἀμύμων,
δηώσας σακέεσσιν Ἰσαυρίδος ἔθνεα γαίης.

Ἵστατο δ' ἄλλος Ὅμηρος, ὃν οὐ πρόμον εὐεπιάων
δέσκελον υἷα Μέλητος ἐϋῤῥείοντος οἴω,
ἀλλ' ὃν Θρηϊκίῃσι παρ' ἠόσι γείνατο μήτηρ
Μοιρὼ κυδαλίμη Βυζαντιάς, ἣν ἔτι παιδνὴν
ἔτρεφον εὐεπίης ἡρωΐδος ἴδμονα Μοῦσαι·
κεῖνος γὰρ τραγικῆς πινυτὴν ἠσκήσατο τέχνην,
κοσμήσας ἐπέεσσιν ἑὴν Βυζαντίδα πάτρην.

Καὶ φίλος Αὐσονίοισι λιγύθροος ἔπρεπε κύκνος
πνείων εὐεπίης Βεργίλλιος, ὃν ποτε Ῥώμης
Θυμβριὰς ἄλλον Ὅμηρον ἀνέτρεφε πάτριος Ἠχώ.

significans, sub jugum servile se Tauri cervicem traxisse, infragili catenatam vinculo Victoriæ.
Vir ille est, lumen tunc omnibus, qui regis Anastasii nobile genus procreavit.
Hoc vero cunctis ostendit meus sceptuchus egregius, clipeis gentes Isauricæ terræ populatus. [corum

Adstitit etiam alius Homerus, quem non principem Epidivinum, Meletis bene-fluentis filium, puto, sed quem Thraciis prope littoribus peperit mater celebris Mœro Byzantina, quam adhuc infantem educabant heroicæ facundiæ peritam Musæ: ille enim tragicæ poeseos ingeniosam artem exercuit, carminibus ornans Byzantinam patriam suam.

Et Ausonidis gratus conspiciebatur clarisonus olor eloquentiam spirans Virgilius, quem olim Romæ Tiberina alterum Homerum alebat Echo patria.

Hic famulare jugum magnis cervicibus alti
Imposuit Tauri, legesque inscripsit heriles.
Hic quondam jubar orbis erat, de sanguine cujus
Fluxit Anastasii divinus principis ortus:
Rem dedit auctorem magna se gente creatum
Sceptriger, ipse etiam nam vim confregit Isauram.

LXXII. *De Homero.*

Alter Homerus adest, non, ut reor, ille Melete
Progenitus, cujusque bibunt de fonte poetæ,
Sed quem Threïcii Myro prope littora ponti
Edidit in lucem Byzantia, quam modo natam
Heroos ipsæ numeros docuere Camœnæ;
Ille etenim cecinit sublimi digna cothurno,
Nobilitans tragicis patriam Byzantida Musis.

LXXIII. *De Virgilio.*

Auribus hic olor est cecinit qui dulce Latinis
Virgilius felix animi, quem, maxime Tibris,
Lingua tibi Romana novum produxit Homerum.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT II.

Christodorus, Panisci filius, sub Anastasio imperatore vixit. Schol. ad v. 402 : ὁ θαυμαστὸς οὗτος Χριστόδωρος ἐπὶ Ἀναστασίου ἦν βασιλέως τοῦ διαδεξαμένου τὸν Ζήνωνα· et schol. ad VII, ep. 698. Oriundus erat ex urbe Copto. Quæ quum ad nomum Thebaicum pertineret, dictus est poeta Θηβαῖος Κοπτίτης. In lemmate cod. Planud. γυμνάσιον τὸ ἐπικαλούμενον τὸ Ζευξίππου. « Quod plerumque λουτρὸν audit. Quum memorasset τὸν Ζεύξιππον Gregorius Naz. Orat. 25, p. 436, annotat Basilius scholiis ineditis hæc : ἢ τὸν ἐν ᾧ τοὺς ἵππους ζευγνύουσι τόπον αἰνίττεται, ἤγουν τὸ ἱπποδρόμιον, ἢ τὸ θρυλλούμενον τοῦ Ζευξίππου λοετρὸν, τὸ τῆς περιωνύμου Χαλκῆς ἐγγυτάτω, πάλαι μὲν καὶ μεγέθει καὶ κάλλει πολλῶν ὑπερφέρον, νῦν δὲ ὀνόματι μόνον γνωριζόμενον. Multus est de illo splendidissimo ædificio Ducang. CP. Chr. I, p. 88. » *B.* Zeuxippi a Severo conditi magnificentiam laudat Cedrenus, anno quinto Justiniani, quo anno, seditione orta, igne consumptus est : τότε ἐνεπρήσθη τὸ λεγόμενον Ζεύξιππος, ἐν ᾧ ποικίλη τις ἦν θεωρία καὶ λαμπρότης τεχνῶν, τῶν τε μαρμάρων καὶ λίθων καὶ ψηφίδων καὶ εἰκόνων διὰ χαλκοῦ πεποιημένων, τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀνδρῶν ἔργα, μόνον τὸ μὴ παρεῖναι αὐταῖς ψυχὰς τῶν εἰς οὓς ἐγένοντο. Deinde addit : στῆλαι δὲ ἦσαν ἐκ χαλκοῦ πεποιημέναι τῶν σοφῶν ἁπάντων, τῶν ὑψηλῶν καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων, καὶ ὅσοι ἐπ' ἀνδρείᾳ ἐγένοντο διαβόητοι. In carmine autem Christodori (Heynius inquit) non tam artis notationes deprehendas, quam potius versificatoris studium ornandi singula poetica licentia; ordo narrandi nihil habet certæ rationis; potest itaque videri adumbratus ex ipso statuarum ordine in Zeuxippo. *Jac.*

1—12. *Deiphobi* statua, in ipso introitu, ut videtur, Zeuxippi posita. Cod. in marg. : εἰς τὸ ἄγαλμα Δηΐφοβου. Tum : οὗτος ὁ Δηΐφοβος υἱὸς Πριάμου, ἀδελφὸς Ἕκτορος καὶ Ἀλεξάνδρου. — 1. ὑ Βωμῷ dictum est pro βάσει. Hom. Od. 7, 100 : ἐὐδμήτων ἐπὶ βωμῶν Ἕστασαν· schol., ἐπὶ βάσεων. — 4. Capta Troja, Deiphobi domum Ulyssem ac Menelaum summa vi oppugnavisse Demodocus canit Odyss. 8, 517. » *B.* — 5. Variavit homericum εὖ κατὰ κόσμον. — 6. Δόχμιος, ut Amycus ap. Theocr. 22, 120 : δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς. Ex eodem poeta fortasse sequentia adumbrata. *Jac.* « Non recte Grotius : *dorsum citus erigit ardor.* Imo incurvatum dorsum quasi contrahebat, quod sæpius faciunt qui stant in procinctu, nec vel progrediens se erigebat. » *B.* Μανίῃ dictum ut μανικῶς. —11 ἐλάσσειν Plan.

13-16. *Æschines.* Lemma : εἰς τὸ ἄγαλμα Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος. — 13 δ' ex Plan. sumptum, qui ἄνθεα, ut Pal. cod., sed hic superscripto μ. « Ἄνθεμα cum Jacobsio (quem v. p. 24) pro ἀνάθεμα habeo, ut ipsa Suada oratorem dedicaverit. Sic v. 316 dicit poeta non artificem, sed ipsam Minervam finxisse Homeri statuam. » *B.*

17-22. *Aristoteles.* Lemma : εἰς τὸ ἄγαλμα Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου. « Aristotelis statuæ descriptionem gallice vertit et illustravit Visconti Iconogr. gr. t. I, c. 4, p. 188. » *B.* — 21. Conf. Wernick. ad Triphiod. 667.

23-31. *Demosthenes.* Lemma : εἰς τὸ ἄγαλμα Δημοσθένους τοῦ μεγάλου ῥήτορος τοῦ Παιανιέως. De metaphora vocis σάλπιξ vide citata a Boiss. ad Psellum p. 284. — 26. Bothius malebat δὴ ἐφαίνετο. — 28. Stephanus Byz. : Ἡμαθία, . . . ἡ νῦν Μακεδονία. — 29. Apud Homerum Menelaus ἐπιτροχάδην ἀγόρευε.

32-35. *Euripides.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Εὐριπίδου τοῦ τραγικοῦ. — 32. Δοκεύω, v. Thesaur. — 34. Διανεύμενος, quod solet dici διερχόμενος. « Respiciuntur casti Euripidis mores, quos in tragœdiis suis adumbrans, scenam sanctimoniæ et pudicitiæ disciplinam reddidit. » *Jac.*

36, 37. *Palæphatus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Παλαιφάτου. « De Palæphato vate vide editionem Palæphati Fischerianam p. LVI, LXIII. Ceterum vix puto ignorabilem vatem fuisse ab aliquo sculptore statua ornatum. Christodorus vatis statuæ aut poetæ alicujus, lauro coronati et anonymi, Palæphati nomen conjectura vanissima dederit. Ἔπρεπε, *conspicuus erat*, etiam v. 88, 121, 265, 362. » *B.* —37 στεφόμενος; Plan.; στεψόμενος; apogr. Fabric. Bibl. t. I, p. 182.

38-40. *Hesiodus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἡσιόδου. Hesiodum sub Helicone agnos pascentem alloquuntur Musæ in Theog. 23. — 39 δ' ἐβιάζετο Plan. « et apogr. Par. Vide Wernick. ad Tryphiod. 448. Alia est ratio v. 122, ubi δ' ἐβιάζετο non mutandum. » *B.*

41-44. *Polyidus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Πολυείδου. « Vates Polyidus in fabulis celebratus, jam ap. Hom. Il. E, 148, ubi v. Heyn. et ad Apollodor. p. 544 seqq., Bœckh. ad Pind. Explic. p. 218. Conf. infra 264. » *B.* — 42 τινάξαι Plan.; τινάξας Pal.

44-49. *Simonides.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Σιμωνίδου. — 46 οὐ χερσίν. « Digitis in lyram intentis fictus esse videtur, fere ut Amphion ap. Philostr. jun. Icon. X, p. 778 : ἡ ἑτέρα χεὶρ τείνει τὸν νοῦν εἰς τὴν πηκτίδα. » *Jac.* — 48 seq. ἀναιδὴς αὐδόμενος. . . ἀνήχει Codex, ter lapso librario; postremum etiam Plan., a Brunckio correctum.

50, 51. *Anaximenes* physicus. Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἀναξιμένους.

52-55. *Calchas.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Κάλχαντος.—52 δ' ex Plan. Θεστ., Hom. Il. A, 69.—54. « Οἰκτείρων, prævidens quippe simultatem regum et mala inde imminentia exercitui Græco. Christodorus ei silentii causæ, quam ex Iliade sumpsit A, 78-83, 109 seqq., gloriosiorem alteram addidit. » *Jac.*

56-60. *Pyrrhus* Achillis. Lemma : εἰς ἄγαλμα Πύρρου. Alia Pyrrhi statua describetur v. 192. — 58 τὰ μή οἱ Planud. (v. Jacobs. præf. I, p. XXVIII, n. 39); τά μιν οἱ Pal. et apogr. Par.

61-64. *Amymone.* Quattuor versus omissi in cod. Pal. — 64. Μελαγχαίτην, qui Homero κυανοχαίτης, Neptunum.

65-68. *Neptunus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ποσειδῶνος. — 67. Hyginus Poet. Astron : 17 : *Qui Neptuno simulacra faciunt, delphinum aut in manu aut sub pede ejus constituere videmus, quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur.* « Hujusmodi imagines Neptuni indicat Welcker. ad Philostr. Imag. I, 8. » *B.*

69-71. *Sappho.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Σαπφοῦς τῆς λυρικῆς. — 70 ὑφαίνει, 71 ἀναψαμένην Pal.

72-77. *Apollo.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου. Alias Apollinis statuas duas describet infra 266, 283. — 75 δίνεα Pal. — 77 τηλεσκόπος vult Bothius.

78-81. *Venus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης. Aliæ Veneris statuæ duæ describentur v. 99, 288. — 78 ἔλειβε. « Ab ære venustas videbatur destillare. — 80. Ἀντυξ μηρῶν nove dictum de femoribus formoso tumore surgentibus et sese rotundantibus. » *Jac.*

82-85. *Alcibiades*, Cliniæ filius. Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἀλ-

χιδιάδου τοῦ ἐρωμένου Σωκράτους. — 84. Μύθων, eloquentiæ. — 85 ἐγείρων scribit Bothius.

86-91. *Chryses.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Χρύσου τοῦ ἱερέως. Conf. initium Iliadis. — 88. « Patet ex hoc loco Christodorum in Homero non legisse στέμματ' ἔχων, pluralem (nam et ipse id poterat scribere), sed singularem στέμμα. Jam, non servato τε, verbum mutare oportuit. — 89. Hesiod. Op. 158 : Ἀνδρῶν ἡρώων ἱερὸν θεῖον γένος. » *B.*

92-96. *Julius Cæsar.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἰουλίου Καίσαρος. — 93. Βοείαις, scutis (victorum hostium), ut Il. E, 452, al. — 94 ἀγείρων Pal., alterum Plan. Βλοσ., v. Il. A, 36. — 96 νέος in marg. habet Pal.

97, 98. *Plato.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ φιλοσόφου Πλάτωνος. — 97 εἱστήκει Jac., ut supra 72. Codex fere ἑστ.

99-101. *Venus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα ἄλλης Ἀφροδίτης. Conf. 78, 288. — 101. « *Cestus* describi videtur similis loro, unde milites gladium suspensum gerunt. » *Jac.*

102-107. *Hermaphroditus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἑρμαφροδίτου. — 103 οὐδὲ nunc Jacobs. ex Pal.; vulgo οὔτε ex Plan. — 107 φαῖνον Plan.

108-110. *Erinna.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἡρίννης (sic).

111-116. *Terpander.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Τερπάνδρου. — 111 μή με λίπῃς Pal., μήτε Plan. — 112. Conf. 123. — 113 κινουμένας Pal. — 115. « Terpandrum ad seditionem musices ope sedandam a Lacedæmoniis advocatum fuisse narrat Plutarch. Mor. p. 1146, B, et Diodorus in fragm. p. 639, 16 Wess. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. XII, 50. » *Jac.* — 116 Ἀμυκλέων Pal. Ex hoc loco Amyclæenses seditionem illam excitasse suspicabatur Jacobsius. Sed Boiss. : « In nomine Ἀμυκλαίων nihil forsan eruditius est quærendum, et potest de ipsis Lacedæmoniis intelligi. »

117-120. *Pericles.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Περικλέους.

120-124. *Pythagoras.* Lemma : εἰς ἄγαλμα φιλοσόφου Πυθαγόρου. — 124. « Ἀχράντοισιν ad mentis et corporis puritatem referendum videtur, quam Pythagoræ disciplina commendabat. » *Jac.* « Μοῦνον non nitide dictum est : oculis tantum ad metienda vasta cœli spatia utebatur. Fere malim μοῦνος. » *B.* Imo dicit, cœlum solum et harmoniam mundi, nihil de terrenis et quotidie pereuntibus.

125-130. *Stesichorus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Στησιχόρου. — 126 σικελίη codd. « Corrige Σικελική, adjectivum enim necessario requiritur. » *Hecker.* Correxit etiam L. Dindorf. in Thes. — 128 μολόντος Plan. Quare μολοῦντος, quod est in Pal., removimus, etsi seriores ea forma usi sunt.

131-135. *Democritus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Δημοκρίτου φιλοσόφου. — 133. « Ὄργια Μούσης ipsum philosophiæ studium esse videtur, nisi malis accipere de illis artibus quas veteres *musicas* appellare solebant; eas et calluisse et scriptis illustrasse Democritum constat. » *Jac.* Vide Mullach. Philosophorum fragm. I, p. 336 seqq. — 134 ἐγέλαις Pal.

136-138. *Hercules.* Lemma : εἰς τὸ ἄγαλμα Ἡρακλέους. — 138 λιβύτιδος codd.

139-143. *Auge,* Telephi mater ex Hercule. Lemma : εἰς ἄγαλμα τῆς Αὔγης. — 140 ἐπιστείλασα. « Hermannus corrigebat ὑποστείλασα, sed postea aliter sensit. (Conf. infra 183, φᾶρος ἐπικρεμές.) Grotius : *Dejiciens humero vestem.* Mihi placet Schæferi versio, *componens vestem.* Scilicet, post vim quam passa est, vestem quæ fluxerat ab humeris componit, nondum reposito capillorum vinculo. Brunckius scripsit οὐδ' ἀρ', citra necessitatem, ut opinor. Mirum videri potest quod Hercules nunc poma Hesperidum manu teneat. Sed forsan poetæ falsa est interpretatio, et mulier, quam pro Auge habuit, una fuit Hesperidum. Vel non erant eidem basi impositæ statuæ Herculis et Auges, fuitque Auge tantum Herculi proxima. Sic 16, 40, ἄγχι, ἐγγύθι de vicinia tantum. » *B.* Ib. ἐθείραις Pal. — 143 ἀπὸ δειράδος malit Boiss.; ὑπὸ δειράδας Plan.

143-147. *Æneas.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Αἰνείου. — 144 λάμπων Pal. — 146 σοφὴ αἰδώς, nimirum σὺν σοφίᾳ αἰδώς vel αἰδὼς καὶ σοφία. Recte cepisse video Grotium. Male Both. σαφής.

148-154. *Creusa.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Κρεούσης. — 149. « Omnino displicet αὐταῖς. An αὐτή? an αὗαις, *siccis?* Sunt in descriptione similis habitus Hecubæ v. 183—7 quæ hanc conjecturam firment. » *B.* Perperam Both. αὐτῆς. — 150 ἀφελκ. Pal., uterque codex simplici σ. — 153. Τιθήνην, *patriam,* ut mox 158, 164, 376.

155-159. *Helenus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἑλένου. « De Heleno vate quædam collegi ad Philostr. Her. p. 581, plura Schraderus Emend. p. XI, in quibus et quæ ad hanc Heleni in Græcos propensionem faciunt. — 155 πατρὶ δὲ νηλής codices, in quo merito hæret Jacobsius, quum de Heleni cum Priamo simultate nemo tradiderit. Scripsi πατρίδι, Grotii secutus latina. » *B.* Ib. ἀνεπαύετο Plan. — 159 πήματα Heckerus, coll. v. 191. Perperam edebatur σήματα.

160-164. *Andromacha.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἀνδρομάχης. Hom. Il. Z, 395 : Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος. — 162 κορυθαιόλος Pal.

165-167. *Menelaus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Μενελάου. — 166. « Lætatur, utrum de victis Trojanis ac recuperata Helena, an de victis procis et ducta pulchra virgine? Hæc potior videtur sententia, propter ὁμόφρονα, quod Helenæ, post Paridis et Deiphobi amores Menelao redditæ, vix convenire videtur. » *B.*

168-170. *Helena.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἑλένης.

171-175. *Ulixes.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ὀδυσσέως — 174 ἐγέγηθεν Pal.

175-188. *Hecuba.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἑκάβης τῆς γυναικὸς Πριάμου, μητρὸς δὲ Ἕκτορος. — 117. Κόσμῳ, statu vel habitu decoro; nisi usus est tanquam synonymo vocis ἀγάλματι. — 179 δυσαλγέος Plan. « Forsan ἄπνοον. Major sic esset vis. » *B.* Λύσσης de vehementissimo dolore, quo quæ abripiuntur, cum Bacchabus et Mænadibus comparantur, ut Andromache in Il. X, 460. *Jac.* — 182 πεσοῦσα Pal.

189-191. *Cassandra.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τῆς Κασάνδρας (sic etiam in versu).—190. « Fato Trojano imperio instante, Priamus Cassandram, ut furibundam, in carcerem conjici jussit; v. Tzetz. ad Lycophr. 350. » *Jac.*

192-196. *Pyrrhus* Achillis. Lemma : εἰς ἄγαλμα ἑτέρου (meliús ἕτερον) Πύρρου. Alia statua ejus descripta fuit v. 56. — 195. ἑὴν om. Pal. « Heynius censet Pyrrhum sublata manu non victoriam testari, sed Polyxenæ inferiis destinatæ fatum denuntiare. » *Jac.* — 196 ὄμμασι Plan.

197-208. *Polyxena.* Lemma : εἰς τὸ ἄγαλμα Πολυξένης τῆς ἀδελφῆς Ἕκτορος. Et paullo inferius : ταύτης ἠράσθη Ἀχιλλεύς· διὸ καὶ ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ ἔσφαγίασαν αὐτὴν Ἕλληνες ἐν τῷ ἀπόπλῳ. — 200. Interrogationis signum cum Grotio Boissonadius, non post ἔχεις, sed post ἀλίγκιος ponit, μὴ jungens cum πένθος. — 202 ἔχοι Jacobs. et Boiss.; ἔχει codd.; ἔχῃ Bothius. — 204. Notum est Neoptolemum Polyxenam immolari jussisse in tumulo Achillis. « Cujus in Polyxenam amorem et inter sponsalia mortem narrat Philostr. Her. p. 738. » *B.* — 207 ξυνήϊον Pal.

209-214. *Ajax Oilei.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ μικροῦ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. — 210 πελώριος Plan. « Sed displicet ὀβριμόθυμος Οἰλεὺς πελώριος. Planudea lectio nata ex loco Homeri Il. H, 211, quem imitatus est Christodorus : τοῖος ἄρ' Αἴας ὦρτο πελώριος, ἔρκος Ἀχαιῶν. At Homerus πελώριος de Ajace, Planudes male de Oileo. — 212. Conf. 279, et infra Plan. epigr. 344. » *B.* — 214. « Ἐλέλιζε, circumvolvebat, i. e. huc et illuc inferebat. » *Both.*

215-218 (quæ in Plan. leguntur post v. 221). *Œnone.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τῆς Οἰνώνης γυναικὸς Ἀλεξάνδρου τοῦ

Πάριδος. — 216. Zelotypiæ in Helenam. Uterque codex δ' ἐκέλευε, quod correxit Heckerus; ἐπέλευσσε post Huetium Brunckius. — 217 ἤγγελλεν mavult Both. — 218. « Βαρύποτμον. Hoc referendum ad ea tempora, quum Paris, morti proximus, Œnones auxilium frustra implorabat. » *Jac.*

219-221. *Paris.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἀλεξάνδρου. — 221. Cebrenis, fluvii Phrygii, filiam. *Cebrenida* etiam Ovid. Met. XI, 769.

222-227. *Dares et Entellus*, notissimi ex Virgilio Æn. V. Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ πυγμάχου Δάρητος. Nimirum Palatini codicis librarius a versu 222 aberravit in versum 225 : Αὐαλέῳ δὲ Δάρητος ἐναντίον, omissis mediis. — 222. Αὐαλέῳ ἱμάντι, cæstu. — 223. « Κήρυκα, *nuntium*, quo sensu ἄγγελον frequentius ponunt poetæ. Pindarus Nem. 8 init. : Ὥρα πότνια, κάρυξ Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων. (Conf. mox 255.)— 224. Compositio ἔπνευεν ὀπωπαῖς sæculum, quo Christodorus scripsit, vehementer redolet. » *Jac.* — 226. Μύρμηκες Hesychio sunt, ἔξω τοῦ ζώου, καὶ οἱ πυκτικοὶ ἱμάντες. Conf. Pollux III, 150. Boissonadius citat Burett. in *Mémoires de l'Acad. des inscr.* t. III, p. 266. — 227 φόνον διψόωσαν Pal.; φόνου διψῶσαν Plan. Hoc ediderat et tuebatur p. 29 Jacobsius, postea prætulit φόνον coll. Philippi epigr. in Plan. 137, v. 3.

228-240. *Vir pugil* incertus, cujus nomen basi statuæ insculptum distincte legi non poterat. Lemma : εἰς ἀγαλμα τοῦ ἀθλητοῦ Φίλωνος, μᾶλλον δὲ Μίλωνος τοῦ Κροτωνιάτου. — 229. Philo, Corcyrensis pugil, a Simonide memoratur in Appendice epigr. 85; Philammon Atheniensis a Demosthene in Orat. de corona p. 331, et Themistio Or. 21, p. 249, ubi v. Harduin. p. 503. Milo notissimus. — 240. « Παρειαί hic sunt ἀντὶ τοῦ ὀφθαλμοί, ut sæpe *genæ* pro oculis apud Latinos poetas; conf. Serv. ad Virg. Æn. VI, 686. » *B.* —236 μυῶνες Jac.; μυιῶνες codd. His versibus tribus imitatur Theocritum XXII, 48 seq. — 240 εὐγνάμπτοιο Plan., probante Wernick. ad Triphiod. 205; ἐγγνάπτοιο Pal. « Ἀὐλός de angusto tramite usurpatur. » *Jac.*

241, 242. *Charidemus*, orator et dux Atheniensium. Lemma : εἰς ἄγαλμα Χαριδήμου. — 242 ἐῆς π. βουλῆς codd.; ἑαῖς π. βουλαῖς Wernick. ad Triph. p. 111.

243-245. *Melampus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ μάντεως Μελάμποδος. — 245 τιταίνειν Plan.

246, 247. *Panthus* Trojanus. Hic et tres qui sequuntur δημογέροντες in Iliade Γ, 146, 147. Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Πάνθου. — 247 μῆτιν vana hariolatio Bothii.

248-250. *Thymœtes.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Θυμοίτου. — 249. « Confusus sive compulsus in dubitationes, i. e. Nescius quid diceret. » *H. Steph.* in Thes. v. Ἕλω. Veriora habet Grotius in latinis.—250 ἐνὶ Τρώεσσι suspicatur Heynius, comparans Virg. Æn. II, 30, ubi Thymœtes Trojanos, ut equum durateum intra urbem ducerent, primus hortatur.

251-253. *Lampo.* « In Iliade Λάμπος, sed Λάμπων idem vocatur ap. Apollodor. III, 12, 3. » *Jac.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Λάμπωνος.

254, 255. *Clytius.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Κλυτίου. — 254 ἑστήκει et εἶσχε Pal.

256-258. *Isocrates.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ ῥήτορος Ἰσοκράτους. — 258. Ἀφωνήτῳ πόνῳ sonat laborem quo eloquentissimus vir fingeretur mutus.

259-262. *Amphiaraus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ μάντεως Ἀμφιαράου. — 261 βοάκτιτος Græfius, collato Nonno Dion. XXV, 415. Nota fabula vel ex Ovidio Metam. III. Cod. Pal. βιόκτιτος, Plan. λυρόκτιτος (quod reddit Grotius). — 262 ὑπότρομον Pal. Alterum utrum ἀνδράσι haud dubie vocis alius locum obtinet.

263-265. *Aglaus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ μάντεως Ἀγλάου. « Ἀγλαός codd., sed Ἄγλαος scripsi secundum regulam in nominibus propriis. Omnes tamen patrem Polyidis vatis *Cœranum* appellare solent. Quare Christodorum epitheton per errorem pro nomine proprio habuisse suspicatur Heynius. » *Jac.* Codd. ἑστήκει. — 264 μαντιπόλον Pal.

266-270. *Apollo.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλλωνος. — 267 ἀτμήτοισι Plan., quod editur. « Ego prætuli Palatinam scripturam. Esse ἄνθεσι non de floribus proprie dictis capiendum monstrat sequens conjunctio γάρ. Sunt mihi ἄνθεα ipsi comarum cincinni. Servato ἀτμήτοισι, male post ἀκερσεκόμην ejusdem rei imago exhibetur. Intelligo ἀδμήτοισι de capillis quos calamistra et pectines non domuerunt in cirros et helices, sed qui sunt natura, non arte, ornati. » *B.* Brunckius χαίτης. Boissonadiana in hoc caput reliqua intercidisse videntur. — 270 πλήματα Pal.

271-276. *Ajax* Telamonius. Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ μεγάλου Αἴαντος τοῦ Τελαμωνιάδου τοῦ ἐκ Σαλαμῖνος. Falsum nomen æri adscriptum fuisse suspicatur Heynius. — 273 δ' om. Pal.

277-282. *Sarpedon.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Σαρπηδόνος τοῦ Αυκίου, ὃς ἦλθεν ἐν Τροίᾳ μετὰ Γλαύκου. — 282 ἀνεπ. Plan.

283-287. *Apollo.* Lemma : εἰς ἄγαλμα ἑτέρου Ἀπόλλωνος.

288-290. *Venus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα ἑτέρας Ἀφροδίτης. — 290. « Ex hoc loco Heynius judicat diversum fuisse *cestum* a cingulo quo vestis circa latera constringebatur. » *Jac.*

291-296. *Achilles.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Ἀχιλλέως. — 292 σακέων codd.; σαγέων (i. e. ὅπλων) restituit Boisson. ad Theoph. Sim. p. 310. — 294 ἀνέπ. Plan. — 295 οὐ γὰρ Pal.

297-302. *Mercurius.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ. — 297 Ἑρμείης, 302 ἐπιτροπόωντος Plan.

303-305. *Apuleius.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Ἀπολήϊου. — 303 ὄργια Μούσης, conf. 133. Ἄφθεγκτα Brodæus ad magicam scientiam Apuleii referebat. — 304 Ἀπυλήϊος Plan. — 305. *Siren* de Musa, ut infra 350.

306-310. *Diana.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος. — 308 Ἰοδόκον κατέχουσα Plan. — 309. « Ducta hæc ex Callimacho, Hymn. in Dian. 11 : ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα Ζὼν νυσθαι λεγνωτὸν, ἵν' ἄγρια θηρία καίνω· ubi v. Spanhem. Erat vestis virgata, virgulis aureis aut purpureis utrimque in veste adsutis aut intextis; v. Polluc. VII, 14. » *Jac.* — 310 ἀνειεμένη πλοκάμου αὔρῃ Pal.

311-350. *Homerus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Ὁμήρου. Cui infra additum : ἔκφρασις τοῦ ἤθους καὶ τοῦ σχήματος αὐτου. — 313. « Θυιὰς τέχνη, facultas poetica; quia male sani poetæ. De Hesiodo v. 39, χαλκὸν ἐβιάζετο θυιάδι λύσσῃ. » *Jac.* — 314 ἠὶ et ὁμὴ (sic) Pal.; ὁμοῦ Plan. ineptissime; ὁμῆ hic est pro ὁμῶς, similiter vel perinde ac corporis Homeri formam effinxerat. — 318 τό τ' ἐώκειν Plan. *Minerva bene noverat formam viri, in quo ipsa habitabat*, Jac. Malim ἐπισταμένη jungere cum ἀνέπλασε, ut solet ἐπισταμένως. — 320 δ' ἐμὸς Plan. Schol. : ἠράσθης, ὦ φίλος, τοῦ κάλλους καὶ τῶν λόγων Ὁμήρου, καὶ τοῦτον πατέρα σὸν ἐκάλεσας διὰ τὴν σὴν εὐμουσίαν, καὶ ναὶ μὰ τοὺς λόγους, οὐ μακρὰν εἰ τῆς ἐκείνου ψυχῆς καὶ τῶν ἐκείνου χαρίτων. — 323 ἔσταξε Plan. — 325 βότρυς, v. 91. — 328 μαλακός τε καὶ εὔτριχος Bothius, postremum male. — 332 κουροτρόφος, nam pueri Homericorum carminum lectione instituebantur. — 334. Schol. : τυφλὸς ἦν ὁ πλάσας αὐτὸν, ἐπεὶ Ὅμηρος πολλῶν ἀνδρῶν ἔβλεπε κρεῖττον. Sic Velleius I, 5 : *Homerum si quis cæcum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.* — 336. Pro ἐνέζετο. — 339. In prosa πρὸς ὀλίγον. — 342 seq. « Cogitasse puto Chri-

stodorum de fabula quæ de Pindaro infante circumferebatur, et ab ipso refertur v. 387 seqq., apes in ejus ore mellificasse. » *Jac.* — 344. Schol. : ὡς θαυμαστὸν τὸ τῆς εἰκόνος σχῆμα. — 346. *Apollinem* versus dictantem.

351-353. *Pherecydes.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ φιλοσόφου Φερεκύδους. — 352. « Imago ducta videtur ab auriga vel agricola, stimulo jumenta regente, et dici : vir in philosophia regnans. Cœlum spectat tanquam sedem sapientiæ. » *Jac.* Bothius adscripsit : « κέντρα, astronomorum apices. »

354-356. *Heraclitus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ φιλοσόφου Ἡρακλείτου. — 356 ἀνδρομένης Pal.

357-360. *Cratinus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Κρατίνου τοῦ κωμικοῦ. — 358. Intelliguntur demagogi Atheniensium, qui origine sunt Ἴωνες.

361-366. *Menander.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ. Codd. ἑστήκει. — 365. Significat novæ comœdiæ argumentum prope solitum, vitiatas virgines. Haud insulsum epitheton, quum virginitas auferatur tam ἑδνωτή quam ἀέδνωτος, ante nuptias sive post nuptias. — 366 μελίφρονι malebat Bothius.

367-371. *Amphitruo.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Ἀμφιτρύωνος. — 367. Lauro (cujus epitheton ex nota fabula) coronati vates. — 369. Nota ex Plauto illa victoria de Taphiis vel Telebois. — 370 πολυστέπτοισιν ἐφάρμ. Pal., ut modo 367 ἥσταπτεν in eodem. — 371. Alcmenes nuptiæ pretium erant illius victoriæ.

372-376. *Thucydides.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ ἱστορικοῦ Θουκυδίδου. — 374 ἀνίσχε Bothius. Rhapsodi sublata manu recitabant.

377-381. *Herodotus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ ἱστορικοῦ Ἡροδότου. — 377 ἀοιδὸς Plan. — 379 δοιὰς Pal. A veteribus nonnullis totus orbis terrarum in duas partes sive continentes dividebatur. — 380 om. Pal.

382-387. *Pindarus.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ λυρικοῦ Πινδάρου.

388-392. *Xenophon.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ Ξενοφῶντος. Pal. Ξενοφόων. — 389 λιγαίνειν Pal. De Cyropædia potius quam de Anabasi accipiendum. — 392. « Φιλάργυρος μέλισσα sapientiæ studium esse videtur. Philosophiæ igitur cum historia conjunctionem miratur in Xenophontis opere. » *Jac.*

393-397. *Alcman.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ λυρικοῦ Ἀλκμάωνος. — 393 Ἀλκμαίων Plan. Alcmæon, Amphiarai vatis filius, et ipse vates habebatur Thebis. — 394. οὐ ἐπὶ Pal.

398-406. *Pompeius.* Lemma : εἰς ἄγαλμα Πομπηίου, cui additum Καίσαρος, quod aut ex errore natum est, aut mutilum, si Anastasius imperator respicitur. « Poeta Pompeii Magni laudem cum laude Anastasii connectit. Fictus erat ille gladios pedibus calcans, quod de victoria de Isauris interpretatur noster, ut inde occasionem caperet laudandi Anastasii, qui de Isauria triumphaverat. Attingebat Isaurica regio Pamphyliam et Ciliciam, cujus provinciæ partem Isauri, gens bello et latrociniis dedita, invaserant. Jam quum Pompeius de piratis Cilicibus triumphaverit, idem a Christodoro victoriam de Isauris reportasse dicitur. A Pompeio autem descendisse Anastasium, commentum est sive poetæ sive aulicorum. Nam obscura erat hujus imperatoris origo, de qua v. Ducang. Fam. Byz. 85. » *Jac.* — 406 ἔθεα Pal.; ἦθεα conj. Jac.

407-413. *Homerus* Byzantius. Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ ποιητοῦ Ὁμήρου. — 409 παρήϊος γείν. Pal. — 410 Μυρὼ Plan.; καλαλίμη a pr. m. et ἔτι πεδνὴν Pal. De hoc Homero vide Fragmenta Tragicorum ed. Didot. p. 149, Meinek. Com. II, p. 585 seq. Matris epigrammata quædam supersunt in Anthologia.

414-416. *Virgilius.* Lemma : εἰς ἄγαλμα τοῦ ποιητοῦ Βιργιλίου τοῦ γράψαντος τῇ τῶν Ῥωμαίων διαλέκτῳ τὴν καλουμένην Αἰνεάδα ἐν ἔπεσι θαυμασίοις. — 415 Βεργ. Pal., Βιργ. Plan. — 416 θυβριὰς Pal. Ὀμβριὰς, Umbrica, Bothius, nescias quare.

CAPUT III.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΝ ΚΥΖΙΚΩ.

Ἐν τῷ Κυζίκῳ εἰς τὸν ναὸν Ἀπολλωνίδος, τῆς μητρὸς Ἀττάλου καὶ Εὐμένους, Ἐπιγράμματα, ἃ εἰς τὰ στυλοπινάκια ἐγέγραπτο, περιέχοντα ἀναγλύφους ἱστορίας, ὡς ὑποτέτακται.

CYZICENA EPIGRAMMATA.

Cyzici in templo Apollonidis, matris Attali et Eumenis, epigrammata tabulis columnaribus inscripta, exhibentibus sculptas historias, ut infra ponitur.

1. Εἰς Διόνυσον, Σεμέλην τὴν μητέρα εἰς οὐρανὸν ἀνάγοντα, προηγουμένου Ἑρμοῦ, Σατύρων δὲ καὶ Σιληνῶν μετὰ λαμπάδων προπεμπόντων αὐτούς.

Τάνδε Διὸς δμαθεῖσαν ἐν ὠδίνεσσι κεραυνῷ,
καλλίκομον Κάδμου παῖδα καὶ Ἁρμονίης,
ματέρα θυρσοχαρὴς ἀνάγει γόνος ἐξ Ἀχέροντος,
τὰν ἄθεον Πενθεῦς ὕβριν ἀμειβόμενος.

1. In Bacchum, Semelen matrem in cœlum ducentem, anteambulone Mercurio, et Satyris Silenisque cum tædis prosequentibus eos.

Hanc in puerperii-doloribus domitam Jovis fulmine,
pulcricomam Cadmi filiam et Harmoniæ,
matrem thyrso-gaudens proles reducit ex Acheronte,
impiam Pentheï contumeliam rependens.

2. Ὁ Β κίων ἔχει Τήλεφον ἀνεγνωρισμένον τῇ ἑαυτοῦ μητρί.

Τὸν βαθὺν Ἀρκαδίης προλιπὼν πάτον εἵνεκα μητρὸς
Αὔγης, τᾶσδ' ἐπέβην γᾶς Τευθραντιάδος,
Τήλεφος, Ἡρακλέους φίλος γόνος αὐτὸς ὑπάρχων,
ὄφρα μιν ἂψ ἀγάγω ἐς πέδον Ἀρκαδίης.

2. Altera columna habet Telephum agnitum a matre sua.

Profundum Arcadiæ callem quum reliquissem ob matrem
Augen, hanc sum ingressus terram Teuthrantidem,
Telephus, Herculis proles cara ipse qui sim,
illam ut retro abducam in campum Arcadiæ.

3. Ὁ Γ ἔχει τυφλουμένων Φοίνικα ὑπὸ πατρὸς Ἀμύντορος, καὶ κωλύουσαν Ἀλκιμέδην τὸν οἰκεῖον ἄνδρα.

Ἀλκιμέδη ξύνευνον Ἀμύντορα παιδὸς ἐρύκει,
Φοίνικος δ' ἐθέλει παῦσαι χόλον γενέτου,
ὅττι περ ἤχθετο πατρὶ σαόφρονος εἵνεκα μητρὸς,
παλλακίδος δούλης λέκτρα προσιεμένῳ·
κεῖνος δ' αὖ δολίοις ψιθυρίσμασιν ἤχθετο κούρῳ,
ἦγε δ' ἐς ὀφθαλμοὺς λαμπάδα παιδολέτιν.

3. Tertia habet Phœnicem, dum excæcatur a patre Amyntore, quem retinet uxor Alcimede.

Alcimede conjugem Amyntorem a nato arcet,
inque Phœnicem vult sedare iram genitoris,
quippe infensus erat patri castæ causa matris,
pellicis servæ cubile non-aspernato;
ille vero dolosis susurrationibus *fidens* infensus erat juveni
admovebatque oculis facem naticidam.

4. Ὁ Δ ἔχει Πολυμήδην καὶ Κλυτίον τοὺς υἱοὺς Φινέως τοῦ Θρᾳκὸς, οἵτινες τὴν Φρυγίαν γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἐφόνευσαν, ὅτι τῇ μητρὶ αὐτῶν Κλεοπάτρᾳ αὐτὴν ἐπεισῆγεν.

Μητρυιὰν Κλυτίος καὶ κλυτόνοος Πολυμήδης
κτείνουσι Φρυγίην, ματρὸς ὑπὲρ σφετέρας.
Κλειοπάτρη δ' ἐπὶ τοῖσιν ἀγάλλεται, ἣ πρὶν ἐπεῖδεν
τὰν Φινέως γαμετὰν δαμναμένην ὁσίως.

4. Quarta habet Polymedem et Clytium, filios Phinei Thracis, qui Phrygiam uxorem patris interfecerunt, quod ipsorum matri Cleopatræ ille eam superinduxerat.

Novercam Clytius et inclytus-animi Polymedes
interimunt Phrygiam, matris gratia ipsorum.
Cleopatra autem super his lætatur, quæ ante videbat
Phinei nuptam interemptam pie.

5. Ὁ Ε ἔχει Κρεσφόντην ἀναιροῦντα Πολυφόντην τοῦ πατρὸς τὸν φονέα· ἔστι δὲ καὶ Μερόπη βάκτρον κατέχουσα καὶ συνεργοῦσα τῷ υἱῷ πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκδημίαν.

Κρεσφόντου γενέτην πέφνες τὸ πάρος, Πολυφόντα,
κουριδίης ἀλόχου λέκτρα θέλων μιάναι·
ὀψὲ δέ σοι παῖς ἦκε φόνῳ γενέτῃ προσαμύνων,
καί σε κατακτείνει ματρὸς ὑπὲρ Μερόπας.
Τοὔνεκα καὶ δόρυ πῆξε μεταφρένῳ, ἃ δ' ἐπαρήγει,
βριθὺ κατὰ κροτάφων βάκτρον ἐρειδομένα.

5. Quinta habet Cresphontem, qui interficit Polyphontem, patris occisorem; adest etiam Merope, scipionem tenens et adjuvans filium in viri peremptione.

Cresphontis genitorem interfecisti prius, Polyphontes,
legitimæ sponsæ lectum volens temerare;
sed tandem tibi venit filius cæde genitorem ulciscens,
et te necat pro matre Merope.
Propterea et hastam infixit dorso; hæc vero fert-auxilium
gravem temporibus baculum impingens.

6. Ὁ ς ἔχει Πυθῶνα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἀναιρούμενον, καθότι τὴν Λητὼ πορευομένην εἰς Δελφοὺς ἐπὶ τὸ κατασχεῖν [τὸ] μαντεῖον ἐπιφανεὶς διεκώλυσεν.

Γηγενέα Πυθῶνα, μεμιγμένον ἑρπετοῦ ὀλκοῖς,
ἐκνεύει Λατὼ, πάγχυ μυσαττομένη·
σκυλᾶν γὰρ ἐθέλει πινυτὰν θεόν· ἀλλά γε τόξῳ
θῆρα καθαιμάσσει Φοῖβος ἀπὸ σκοπιῆς
Δελφῶν, οὗ θήσει τρίπον ἔνθεον· ἐκ δ' ὀδὸ' ὀδόντων
πικρὸν ἀποπνεύσει ῥοῖζον ὀδυρόμενος.

6. Sexta habet Pythonem ab Apolline et Diana occisum, propterea quod Latonam Delphos proficiscentem ad occupandum oraculum, apparens impedivit.

Terrigenam Pythonem, mixtum serpentis spiris,
devitat Latona, prorsus abominata:
spoliare enim volebat prudentem deam; verum arcu
feram cruentat Phœbus ex specula
Delphorum, ubi ponet tripodem divinum: at ille de dentibus
acerbum exspirabit sibilum gemens.

7. Ὁ Ζ ἔχει, περὶ τὰ ἀρκτῷα μέρη, Ἀμφίονος καὶ Ζήθου ἱστορίαν· προσάπτοντες ταύρῳ τὴν Δίρκην, ὅτι τὴν μητέρα αὐτῶν Ἀντιόπην, διὰ τὴν φθορὰν Λύκῳ ἀνδρὶ αὐτῆς ὑπὸ Νυκτέως τοῦ πατρὸς αὐτῆς [παραδοθεῖσαν], ὀργῇ ζηλοτύπῳ ἐνσχεθεῖσα, ἀμέτρως ἐτιμωρήσατο.

Ἀμφίων καὶ Ζῆθε, δύο σκυλακεύματα, Δίρκην
κτείνατε τάνδ' ὀλέτιν ματέρος Ἀντιόπας,
δέσμιον ἣν πάρος εἶχε διὰ ζηλήμονα μῆνιν·
νῦν δ' ἱκέτις αὐτὴ λίσσετ' ὀδυρομένη.
Ἄγε καὶ ἐκ ταύροιο καθάπτετε δίπλακα σειρὴν,
ὄφρα δέμας σύρῃ τῆσδε κατὰ ξυλόχου.

7. Septima habet circa septentrionales partes Amphionis et Zethi historiam, qui tauro alligant Dircen, quia matrem ipsorum Antiopen, ob furtivum concubitum (*cum Jove*) Lyco marito ejus (*Dirces*) a Nycteo patre ejus (*Antiopes*) traditam, ira zelotypa possessa, immodice puniverat.

Amphion et Zethe, duo juvenculi, Dircen
hanc occidite, perditricem matris Antiopæ,
quam prius in-vinculis habuit ob zelotypam iram;
nunc autem supplex ipsa precatur gemens.
Eia etiam ex tauro deligate duplicem funem,
quo illa trahatur hocce per fruticetum.

8. Ἐν τῷ Η ἡ τοῦ Ὀδυσσέως νεκυομαντεία· καθέστηκε τὴν ἰδίαν μητέρα Ἀντίκλειαν περὶ τῶν κατὰ τὸν οἶκον ἀνακρίνων.

Μᾶτερ Ὀδυσσῆος πινυτόφρονος Ἀντίκλεια,
ζῶσα μὲν εἰς Ἰθάκην οὐχ ὑπέδεξο παΐν·
ἀλλά σε νῦν Ἀχέροντος ἐπὶ ῥηγμῖσι γεγῶσαν
θαμβεῖ, ἀνὰ γλυκερὰν ματέρα δερκόμενος.

8. In octava inest Ulyssis necyomantia: adest matrem suam Anticleam de rebus domesticis interrogans.

Mater Ulyssis intelligentis, Anticlea,
viva quidem in Ithacam non recepisti gnatum;
sed nunc te Acherontis in litoribus degentem
miratur, dulcem matrem revisens.

9. Ἐν τῷ Θ Πελίας καὶ Νηλεὺς ἐνελάξευνται, οἱ Ποσειδῶνος παῖδες, ἐκ δεσμῶν τὴν ἑαυτῶν μητέρα ῥυόμενοι, ἣν πρώην ὁ πατὴρ μὲν Σαλμωνεὺς διὰ τὴν φθορὰν ἔδησεν· ἡ δὲ μητρυιὰ αὐτῆς Σιδηρὼ τὰς βασάνους αὐτῇ ἐπέτεινεν.

Μητέρα τρηχείοισιν ἐπὶ * σπείρημα σιδήρῳ
Σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷδ' ὑποτασσομένῳ·
. . . . . .
οὐκέτι γὰρ δουλώσει ἐν ἕρκεσιν, ἐγγύθι λεύσσων
Νηλέα καὶ Πελίαν τούσδε καθεξομένους.

9. In nona Pelias et Neleus incisi sunt, Neptuni filii, matrem ipsorum vinculis exsolventes, quam pridem pater Salmoneus vinxerat propter furtivum concubitum, et noverca ejus Sidero etiam tormenta illi intendebat.

Matrem asperis in vinculis Sidero tenet
Salmoneo patri huic subditam (?)
. . . . . .
Neque enim amplius servitio addicet in vinculis, prope vi-
Neleum et Peliam hosce *ipsum* cohibituros. [dens

10. Ἐν δὲ τῷ κατὰ δύσιν πλευρῷ ἐστὶν ἐν ἀρχῇ τοῦ Ι πίνακος Εὔνοος γεγλυμμένος καὶ Θόας, οὓς ἐγέννησεν Ὑψιπύλη, ἀναγνωριζόμενοι τῇ μητρὶ, καὶ τὴν χρυσῆν δεικνύντες ἄμπελον, ὅπερ ἦν αὐτοῖς τοῦ γένους σύμβολον, καὶ ῥυόμενοι αὐτὴν τῆς διὰ τὸν Ἀρχεμόρου θάνατον παρ' Εὐρυδίκῃ τιμωρίας.

Φαῖνε, Θόαν, Βάκχοιο φυτὸν τόδε· ματέρα γάρ σου

10. In occidentali latere est, initio decimæ tabulæ, Eunous sculptus et Thoas, quos peperit Hypsipyle; agnoscuntur a matre, et ostendunt vitem auream, symbolum generis ipsorum, illamque ab irrogata ob Archemori mortem pœna apud Eurydicen vindicant.

Ostende, Thoa, hanc Bacchi plantam: quippe matrem tuam

ῥύσῃ τοῦ θανάτου, ὀ'κέτιν Ὑψιπύλαν·
ἃ τὸν ἀπ' Εὐρυδίκας ἔτλη χόλον, ἦμος ὀρούσας
ὕδρος ὁ γᾶς γενέτας ὤλεσεν Ἀρχέμορον.
Στεῖχε δὲ καὶ σὺ λιπὼν Ἀσωπίδος * νέαν κούραν,
γειναμένην ἄξων Λῆμνον ἐς ἠγαθέην.

servabis a morte, famulam Hypsipylen,
quæ Eurydices iram passa est, quum proruens
hydrus terrigena perdidit Archemorum.
Vade et tu, relinquens Asopidis, Eunoe, campum,
matrem ducturus in Lemnum beatam.

11. Ἐν τῷ ΙΑ Πολυδέκτης ὁ Σεριφων βασιλεὺς ἀπολιθούμενος ὑπὸ Περσέως τῇ τῆς Γοργόνος κεφαλῇ, διὰ τὸν τῆς μητρὸς αὐτοῦ γάμον ἐκπέμψας τοῦτον ἐπὶ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν, καὶ ὃν καθ' ἑτέρου θάνατον ἐπενόει γενέσθαι, τοῦτον αὐτὸς κατὰ τὴν πρόνοιαν τῆς Δίκης ἐδέξατο.

11. In undecima Polydectes, Seriphiorum rex, Gorgonis capite in lapidem mutatus a Perseo, propter matris ejus (*Danaes*) connubium miserat eum ad afferendum Gorgonis caput; itaque, qua morte alterum afficere meditabatur, eam ipse Justitiæ providentia subiit.

Ἔτλης καὶ σὺ λέχη Δανάης, Πολύδεκτα, μιαίνειν,
δυσφήμοις εὐναῖς τῷ Διὶ μεμψαμένης·
ἀνθ' ὧν ὄμματ' ἔλυσε τὰ Γοργόνος ἐνθάδε Περσεὺς,
γυῖα λιθουργήσας, μητρὶ χαριζόμενος.

Ausus tu quoque es, Polydecta, lectum Danaes temerare
ob probrosas nuptias Jovi conviciatæ:
quapropter hic oculos Gorgonis solvit (*retexit*) Perseus,
membra in-silicem-convertens, matri gratificatus.

12. Ἐν τῷ ΙΒ Ἰξίων Φόρβαντα καὶ Πολύμηλον ἀναιρῶν διὰ τὸν εἰς τὴν μητέρα τὴν ἰδίαν Μέγαραν γεγενημένον φόνον· μηδοπότερον γὰρ αὐτῶν προελομένη γῆμαι, ἀγαναχτήσαντες ἐπὶ τούτῳ ἐφόνευσαν.

12. In duodecimo est Ixion Phorbantem et Polymelum interficiens ob occisam ab iis matrem ipsius Megaram: irati enim propterea, quod neutri horum nubere voluit, eam interfecerunt.

Φόρβαν καὶ Πολύμηλον δ' Ἰξίων βάλε γαίῃ,
ποινὰν τᾶς ἰδίας ματρὸς ἀμυνόμενος.

Phorbantem et Polymelum hic Ixion afflixit solo,
pœnas has in ultionem propriæ matris reposcens.

13. Ὁ δὲ ΙΓ Ἡρακλέα ἄγοντα τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἀλκμήνην εἰς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, συνοικίζοντα αὐτὴν Ῥαδαμάνθυϊ, αὐτὸν δὲ εἰς θεοὺς δῆθεν ἐγκρινόμενον.

13. Decima autem tertia *exhibet* Herculem qui matrem Alcmenam ad Elysium campum ducit, Rhadamantho eam nuptum collocans, et ipsum inter deos scilicet adoptatum.

Ἀλκίδας ὁ θρασὺς Ῥαδαμάνθυϊ ματέρα τάνδε,
Ἀλκμήναν, ὅσιον πρὸς λέχος ἐξέδοτο.

Alcides audax Rhadamantho matrem hanc *suam*
Alcmenam sanctum ad cubile tradidit.

14. Ἐν δὲ τῷ ΙΔ Τιτυὸς ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος τοξευόμενος, ἐπειδὴ τὴν μητέρα αὐτῶν Λητὼ ἐτόλμησεν ὑβρίσαι.

14. In decima quarta Tityus Apollinis et Dianæ sagittis perit, quia matri eorum Latonæ vitium offerre ausus fuerat.

Μάργε καὶ ἀφροσύνῃ μεμεθυσμένε, τίπτε βιαίως
εἰς εὐνὰς ἐτράπης τᾶς Διὸς εὐνέτιδος;
ὅς σε δὴ αἵματι φύρσε κατάξια, θηρσὶ δὲ βορρὰν
καὶ πτανοῖς ἐπὶ γᾷ εἴασε νῦν ὁσίως.

Vesane et dementiâ ebrie, quid violenter
ad cubile accessisti Jovis conjugis?
qui te sanguine *tuo* perfudit sane merito, et feris pabulum
volatilibusque in terra nunc reliquit juste.

15. Ἐν δὲ τῷ ΙΕ Βελλεροφόντης ὑπὸ τοῦ παιδὸς Γλαύκου σωζόμενος, ἡνίκα κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ Πηγάσου εἰς τὸ Ἀλήϊον πεδίον, ἔμελλεν ὑπὸ Μεγαπένθους τοῦ Προίτου φονεύεσθαι.

15. In decima quinta Bellerophon a filio Glauco servatus, quum, dejectus a Pegaso in Aleïum campum, in eo esset ut a Megapenthe, Prœti filio, occideretur.

* Οὐκέτι Προίτου παιδὸς φόνον ἔσχεθε Βελλεροφόντης,
τοῦδ' * ἐκ τοῦ παιδὸς τειρομένου θάνατον.
Γλαύκου * κρανταγένους Ἰοβάτου δ' ὑπαλύξει,
οὕτως γὰρ Μοιρῶν * ἐπέκλωσε λίνα.
Καὶ σὺ πατρὸς φόνον αὐτὸς ἀπήλασας ἐγγύθεν ἐλθὼν,
καὶ μύθων ἐσθλῶν μάρτυς ἐπεφράσαο.

Non amplius, Prœti fili, cædem a se avertisset Bellero-
hocce absque nato defendente *ipsum* a morte [phontes,
Glauco. Et Anteæ dolum Iobatæque effugiet:
sic enim Parcarum ipsi nevere fila.
Et tu a patre cædem solus repulisti propius accedens,
et fabularum egregiarum testis *eas* in-mente-reposuisti.

16. Κατὰ δὲ τὰς θύρας τοῦ ναοῦ προσιόντων ἐστὶν Αἴολος καὶ Βοιωτὸς, Ποσειδῶνος παῖδες, ῥυόμενοι ἐκ δεσμῶν τὴν μητέρα Μελανίππην τῶν περιτεθέντων αὐτῇ διὰ τὴν φθορὰν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῆς.

16. Ad fores autem templi accedentibus spectantur Æolus et Bœotus, Neptuni filii, matrem Melanippen liberantes a vinculis, impositis ei a patre ob stuprum quod passa erat.

Αἴολε καὶ Βοιωτὲ, σοφὸν φιλομήτορα μόχθον
πρήξατε, μητέρ' ἑὴν ῥυόμενοι θανάτου·
τοὔνεκα γὰρ καὶ [κάρτα] πεφήνατε ἄλκιμοι ἄνδρες,
ὃς μὲν ἀπ' Αἰολίης, ὃς δ' ἀπὸ Βοιωτίης.

Æole et Bœote, scitum plenam-pietatis-in-matrem laborem
perfecistis, matrem vestram liberantes a morte:
propterea etiam valde strenui esse apparuistis viri,
hic quidem ex Æolia, ille vero ex Bœotia.

17. Ἐν δὲ τῷ ΙΖ Ἄναπις καὶ Ἀμφίνομος, οἳ ἐκραγέντων τῶν

17. In decima septima Anapis et Amphinomus, disruptis Siciliæ

κατὰ Σικελίαν κρατήρων διὰ τοῦ πυρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς βαστάσαντες ἔσωσαν.

crateribus, per flammas nihil aliud quam parentes suos aspor tantes servarunt.

Πυρὸς καὶ γαίης * * *

Incendio * * *

18. Ἐν δὲ τῷ ΙΗ Κλέοβις ἐστὶ καὶ Βίτων, οἳ τὴν ἑαυτῶν μητέρα Κυδίππην ἱερωμένην ἐν Ἄργει Ἥρας, αὐτοὶ ὑποσχόντες τοὺς αὐχένας τῷ ζυγῷ διὰ τὸ βραδῦναι τὸ σκεῦος τῶν βοῶν, ἱερουργῆσαι ἐποίησαν, καὶ ἡσθεῖσα, φασὶν, ἐπὶ τούτῳ ἐκείνη ηὔξατο τῇ θεῷ εἴ τι ἐστὶ κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις, τοῦτο τοῖς παισὶν αὐτῆς ὑπαντῆσαι· καὶ τοῦτο αὐτῆς εὐξαμένης ἐκεῖνοι αὐτονυκτὶ θνήσκουσιν.

18. In decima octava est Cleobis et Biton, qui matrem suam Cydippen Junonis Argivæ sacerdotem, tardante apparatu boum, quum sacrificare vellet, collis jugo suppositis ipsi eo traxerunt : qua re gavisa illa, ut ajunt, a dea filiis precata est id quod pulcherrimum sit in hominibus ; ad quas preces matris illi eadem ipsa nocte moriuntur.

Οὐ ψευδὴς ὅδε μῦθος, ἀληθείῃ δὲ κέκασται,
Κυδίππης παίδων εὐσεβίης θ' ὁσίης.
Ἡδυχαρὴς γὰρ ἔην κόπος ἀνδράσι χ' ὥριος οὗτος,
μητρὸς ἐπ' εὐσεβίῃ κλεινὸν ἔθεντο πόνον.
Χαίροιτ' οὖν ἱεροῖσιν ἐπ' εὐσεβίῃ κλυτοὶ ἄνδρες,
καὶ τὸν ἀπ' αἰώνων μῦθον ἔχοιτε μόνοι.

Non mendax ille mythus, sed veritate decorus,
de Cydippes filiis et sancta pietate :
Lætabilis enim viris et tempestiva fuit fatigatio ista,
matris ob pietatem gloriosum suscepere laborem.
Quare gaudete sacris ob pietatem celebres viri,
et perennis per sæcula sit fabula de vobis solis !

19. Ἐν δὲ τῷ ΙΘ Ῥῆμος καὶ Ῥωμύλος ἐκ τῆς Ἀμολίου κολάσεως ῥυόμενοι τὴν μητέρα Σερβιλίαν ὀνόματι· ταύτην γὰρ ὁ Ἄρης φθείρας ἐξ αὐτῆς ἐγέννησεν, καὶ ἐκτεθέντας αὐτοὺς λύκαινα ἔθρεψεν. Ἀνδρωθέντες οὖν τὴν μητέρα τῶν δεσμῶν ἔλυσαν, Ῥώμην δὲ κτίσαντες Νομήτορι τὴν βασιλείαν ἀπεκατέστησαν.

19. In decimo nono Romulus et Remus matrem, Serviliam nomine, Amulii punitione liberant, quippe hac corrupta illos genuit Mars, et expositos lupa nutrivit. Adolescentes igitur facti matris vincula solverunt, Romaque condita, regnum Numitori restituerunt.

Τόνδε σὺ μὲν παίδων κρύφιον γόνον Ἄρεῖ τίκτεις,
Ῥῆμόν τε ξυνῶν καὶ Ῥωμύλον λεχέων,
θὴρ δὲ λύκαιν' ἄνδρωσεν ὑπὸ σπήλυγγι τιθηνὸς,
οἵ σε δυσηκέστων ἥρπασαν ἐκ καμάτων.

Hanc tu quidem filiorum clandestinam sobolem Marti paris,
Remum communi et Romulum lecto,
feraque lupa nutrix in spelunca *eos* roboravit,
qui te ægre-medicabilibus eripuerunt ex laboribus.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT III.

Clara fuit Apollonidis sive Apolloniadis, Attali regis Pergami uxoris, et filiorum pietas, de qua sic narrant Polybius et Plutarchus. Prior Hist. XXIII, 18 (huc pertinentia excerpimus latine) : « Apollonias Cyzico oriunda erat mulier plurimas ob causas memoria et laude digna. Plebeia quum esset, tamen regina adscita est, idque fastigium usque ad exitum vitæ retinuit optimis artibus, modestia, morum gravitate quadam civili et probitate, in filios autem, quos peperit quattuor, incredibilem benevolentiam et amorem ad extremum usque spiritum conservavit, quamvis diuturno tempore marito superstes vixerit. Ceterum Attalus cum Eumene fratre, in illo adventu in urbem Cyzicum, obsequio atque honore matri (ut par erat) præstito, maximam laudem adeptus est. Matrem enim ambo mediam utraque manu deducentes, templa et cetera urbis loca cum comitatu regio perlustrarunt. Proinde omnes qui aderant, spectaculo vehementer delectati, adolescentes summopere laudabant, et Cleobidis ac Bitonis factum memoria repetentes, studia utrorumque inter se conferebant (conf. epigr. 18). » Plutarchus autem, in libello De fraterno amore (§ 5, p. 480, B) : « Apollonidem Cyzicenam, Eumenis regis matrem ac trium præterea filiorum, Attali, Philetæri et Athenæi, prædicasse subinde se beatam diisque egisse aiunt gratias, non propter divitias vel imperium, sed quod tres filios videret natu maximi esse satellites, eumque in medio ipsorum gladios hastasque gerentium absque metu versari. » Huic igitur filii templum struxerunt Cyzici et anaglyphis exornarunt, pietatis liberorum in parentes, inprimis matres, exempla e fabulis petita exhibentibus. Anaglypha columnis (στύλοις) inserta, unde στυλοπινάκια vocata, his versibus describuntur, quorum partem ferme dimidiam gallice vertit et eleganti commentario explicuit Chardonus de la Rochette, *Mélanges* vol. II, p. 272 seqq., post Jacobsium, qui primus ediderat a. 1797, in Exercitationibus criticis, vol. II. Nos ea tantum ponimus quæ necessaria sunt ad intelligenda epigrammata, de mythis autem si qua sunt reconditiora. Anonymi poetæ voluntatem et studium potius laudabis quam ingenium et facultatem. Multa in his peccavit librarius, sedulo tamen cavimus ne a poeta abstergeamus sæculi sui notas. — In marg. Cod. : ταῦτα ἐν Κυζίκῳ ἐν τῷ θαυμαζομένῳ ναῷ τῆς μητρὸς Ἀττάλου καὶ Εὐμενοῦς (sic etiam in lemm.) τῶν Περγαμηνῶν. — His scriptis reperta est Boissonadii nota accuratior : « Scripsit Jacobsius Εὐμένους. Sed temerarium in talibus est accentum mutare a codice exhibitum. Corayus Plutarchum edens ejusdem nominis accentum retraxit, quod non probandum. — Est στυλοπινάκιον nomen obscurum. Vertit Viscontius ad Inscr. Triop. p. 122 : *epigrammi iscritti nelle cartelle delle colonne*. Fuerunt tabulæ lapideæ (vide lemma epigrammatis noni) ex ipso columnæ scapo exstantes et opere anaglypho ornatæ vel oneratæ. Nam tales columnarum appendices puram artis severitatem violare videntur. De στυλοπιναχίοις dixit et Letronnius *Appendice à la lettre d'un antiquaire* p. 104. Sed potuerunt anaglypha Cyzicena etiam in columnarum stylobatis sculpta fuisse, quæ fuit opinio grammatici qui alterum lemma tertii et quarti epigrammatis scripsit. Cui anaglyphorum positioni et ipsi conveniet nomen στυλοπινάκιον. In ipso anaglyphi spatio collocatas fuisse inscriptiones non est credendum, quum nec oratio felici et antiquæ ætati respondeat, et repugnet varius versuum numerus. In tali opere poetâ ipse, non minus quam sculptor, legibus debuit symmetriæ parere et æquale in unoquoque anaglypho versibus spatium dare; nam inæqualitas oculos valde læsisset. Puto serius fuisse composita hæc epigrammata, ac libello forsitan collecta quem ædituus visitoribus divendebat. » Commode animadvertit Heckerus, epigrammata Cyzicena videri in usum Constantini Cephalæ descripta fuisse Cyzici ab illo Gregorio, quem commemorat scholiasta ad epigr. 334 capitis VII.

I. In lemm. σιλήνων Cod. — 2 παῖδα κάδμου καὶ ἁρμονόης (sic) Cod., corr. Jac. — 4 Πενθεῦς Chardonus, ionice contractum ex Πενθέος. Cod. πενθεύς. Intelligenda est contumelia qua Pentheus affecerat Semelen, non Bacchum, qui apud Eurip. sic loquitur, v. 41 : ἐεῖ...

> Σεμέλης τε μητρὸς ἀπολογήσασθαί μ' ὑπερ
> φανέντα θνητοῖς δαίμον', ὃν τίκτει Διί.

II. — 1. Βαθὺν πάτον, periphrastice de *vallibus*. — 2 τευθρ. Cod. Regio a Teuthrante regnata, Mysia. — 3 φίλιος Wakefieldus, frustra. Ita mox ξύνευνον longo υ, et alias διχρόνους ob accentum productas habebis in hoc poeta. Neque tangenda dialectorum mira confusio. — 4. ἀνγάγω ἐς πεδίον Cod., corr. Jac., improbans quod in tertia editione posuerat ἀνάγω.

III. Τυφλούμενον, scilicet καταψευσαμένης φθορὰν Φθίας, τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος, ut loquitur Apollodorus III, 13. « In marg. Cod. : ὁ τρίτος πίναξ τοῦ τρίτου στυλοβάτου. Videntur itaque illa anaglypha columnarum basibus, τοῖς στυλοβάτοις, inserta fuisse. » *Jac.* — 1. « Prima longa nominis ξύνευνον, non raro exemplo. Monui ad Theocr. 28, 25 ed. sec. » *B.* — 2 Φοίνικος ἥδ' vel ὁδ' ἐθέλει Cod., corr. Chardonus. Frustra Bothius παῦσαι ἔριν. « Est παῦσαι trochæus, nec id raro malorum poetarum exemplo : v. infra ad XV, ep. 31 (et supra ad I, ep. 104). » *Boiss.* Est χόλος γενέτου, Phœnicis ira in patrem, ob injuriam Alcimedæ matri illatam. Videndus Hom. Il. I, 448 seqq. (ubi v. 459 et illa, παῦσε χόλον). » *Jac.* ad quæ Boissonadius : « Malui eam syntaxin ad genitivum Φοίνικος adhibere : *iram patris in Phœnicem*, atque sic olim fere sentiebat ipse Jacobs. Possit γενέτου jungi cum Φοίνικος, *iram in Phœnicem filium*, quum et sæpe inveniatur γενέτης ἀντὶ τοῦ υἱός (sicut infra, ep. 10, 4). Etenim nunc de sedanda Phœnicis ira non agebatur, sed de vi ab eo propulsanda. Cur iratus fuerit Phœnici Amyntor, declarat versus tertius : Phœnix videlicet matrem despectam fuisse ob servulam formosiorem non patienter ferebat, et male ferre narrabatur, et, ut fit, mixta cum veris commenta senem inflammaverant. » — 4. προϊεμένω, 6 παιδολέτην Cod., corr. Heynius. Heckerus præfert παιδολετῆρ.

IV. In marg. ὁ τέταρτος πίναξ τοῦ αὐτοῦ στυλοβάτου.

« Id est τοῦ τετάρτου στυλοβάτου. Quod moneo ab Paulssenium, qui p. 6 de tertio stylobate intellexit putavitque in una columnæ basi fuisse plura anaglypha. » *B.* — 1. In κλυτόνοος post Κλυτίος Chardonus recte vidit alliterationem; υ productum ut in quadrisyllabo. — 2 πατρὸς Cod., lapsu. — 3 ἢ πρὶν « ineptum est, sed fortasse non depravatum, quamvis aut ἤπερ aut cum Chardono ἥτις corrigi possit. » *Jac.* Voluisse videtur : antequam ipsa mali quid pateretur. Bothius conjiciebat ᾗ, *qua ratione*, his allitis : « Utrumque libens adspexisse dicitur Cleopatra, simplex mulier, et novercam occisam et antea compressam a Phineo, sed sancte, id est legitime, uxorem, non pellicem. » — 4 γαμέταν Cod.

47. In margine Cod. : τοῦ αὐτοῦ. Sunt turgida potius quam ἐπηρμένα. Ibi ἐπαυχενίοιο Huschkius et Nækius, quo modo veteres sanius, et defendit Hecker. p. 19 seq. — 48 « βιημάχον (pro βιήμ.) scripsi, subindicante Dindorfio in Thes. — 49 μὴ δέ τι apogr. Par. Malim μηδέ τι. » *B.* — 50 ὄρθιων (sic) Cod.; ὄρθριον apogr.; γαίη Cod. « Malim ὑπολιζουσα. Paulus Sil. in Ecphrasi 112 : δεξιτερὴν ὦμεξεν ὑποκλάζουσαν ἐγείρων. Conf. ib. 278. » *Chardon.* — 51 θούλλην Codex.— 55. « Ἀμοιβαίων, *sibi succedentium*. Intelligendi videntur successores Theodorici, cum quibus Justinianus per viginti fere annos bella gessit, quibusque devictis, Italia sub Romanorum imperatorum potestatem rediit. » *Jac.* Nescio an sint Totilas et Teias, qui uno eodemque anno 553 occubuerunt. *Huschk.* — 56. « Μετρήσασα pro ἀριθμήσασα, ut ap. Theocr. XVI, 60. » *Jac.* At quum non sit facile metiri aut numerare capita abscondita, κρυφθέντα, propono equidem ῥιφθέντα. *Boiss.* Agathias intellexit quos dejectos et neglectos sensim pulvis obruit. — 57. Ῥώμην novam, Constantinopolim. — 58 Κυταίη Salmasius et Viscontius pro νυκταίη. Est Κύτα, vel Κύταια potius, urbs Colchica, « Medeæ patria, » inquit Steph. Byz., unde adj. Κυταῖος et Κυταΐς. Noto usu præpositio alteri de duobus nominibus apposita, ad prius quoque refertur. — 59, 60. De Iasone tauris χαλκόποσιν arvum arante, Apollon. Arg. III, 1331 seqq. — 61. « Jacobs. edidit Ἀδριάδεσσιν, intelligens, ut videtur, nymphas Hadriæ, de quibus et Huschkius cogitat. Reliqui Codicis scripturam ἀδρυάδεσσιν, apogr. ἀδρυάδ., de nymphis Hamadryadibus. » *B.* Imo Viscontii est illud ita scribentis : « Phasida nympham ad choreas cum Hadriæ nymphis nectendas invitat, utpote quæ regiones ejusdem principis imperio subjectas incolant. Jam amplæ de Colchis et Jasonis fabulis digressionis origo forte ad Justinianiani de Alanis qui eum tractum tenebant, victoriam referenda; forte etiam poetam, ut hic paulo diutius immoraretur, alliciebant fabulæ Argonauticæ, quæ regiones hasce tot Græcis carminibus nobilitaverant. » Quibus addit Huschkius : « Digressio illa spectat ad bella in Lazica, regione Colchidis, gesta contra Persas; v. Procop. II, c. 10 et 15-29; Euagr. IV, 25, 26. » — 62 φασίας et νύμφη Cod. — 63. Justiniani. — 64. Γιγαντείου, de progenie draconis, quam γηγενέων ἀνδρῶν στάχυν appellat Apollon. l. c. 1339. Conf. mox 67 seq. — 65. Ἄργο; Cod., corr. Viscontius, probantibus Huschkio et Boiss. — 66. Pagasa, Magnesiæ urbs, unde solvit Iason cum Argonautis. — 70 οὐχ ὁσίη τέχνη, magica ars. Deinde Cod. λῦσσαν ἐλοῦσαν, corr. Jac. — 73. Βάκτριος γίγας vocantur Parthi. « Viscontius ἡμετέροισι, quod est in Cod., probabiliter mutavit in ὑμετέροισι. » *B.* Qui sequenti versu mavult Οὐκέτι σοι. — 80 κατοργάδος Cod., quod corr. Jacobs. in not. mss., cum Viscontio. Hom. Il. Ω, 81, Quintum VI, 50 confert Hecker.—81 ὕασπιν Cod., corr. Viscontius. Boiss. comparat Claudian. Ruf. II, 243 : *auriferum veniam poturus Hydaspen.* — 83. Columnas Herculis. Per abusum, nam κύρβεις sunt columnæ quibus leges inscriptæ. — 86. Κεραίη, duplex promontorium, Europæ et Africæ. — 87. Βατῆς. Commode meminit Huschkius loci a Suida servati ex ignoto scriptore, v. Γάδειρα : Μέχρι τούτων ἐλθὼν ὁ Ἡρακλῆς καὶ μὴ δυνάμενος διελθεῖν, στήλας παρὰ τῶν ἐγχωρίων λαβὼν ἱδρύσατο, δηλῶν δι' αὐτῶν, ἄχρι τῶν τῇδε βατὴν εἶναι τὴν γῆν καὶ θάλασσαν. — 88. Conf. VII, ep. 626, 1. — 91. « Apogr. ὑπερρηγμῖνι. Distinxi post ὑπέρ. Reverberabatur mare super arenam, quæ vel cum ἀμπώτιδι non profunda est et fere arida, ita ut litus vadosum et velut natans, ἁλίπλοον, possit sine navi esse iter viatoribus. De nomine ἄμπωτις vide ad Anecd. mea t. 2, p. 428. » *B.* « Jacobs. *vadosum* vertens citat Hesychium : Ἁλίπλοα, ὑποβρύχια, οἷς ἡ θάλασσα ἐπιπολάζει. Sed ei glossæ fidem detrahendam esse patet ex Hom. Il. M, 26 : ὄφρα κε θάσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη, i. e. *mari innatantia*, ut dicitur ἁλίπλοος de piscibus, navibus, nautis. Totum autem locum egregie illustrant versus Apollonii Rh. IV, 1232 seqq. Eadem Agathias quoque in hac Syrtios descriptione dicere debuit : « Tutus peragres, o viator, recessus Libyæ et terram Syrti adjacentem, ubi mare repulsum ab australibus Boreæ procellis ad siccum refluxum, nautas cogit iter marinum relinquere et terra redire. » Hinc locum Agathiæ ita constituam :

καὶ παρὰ Σύρτιν, ὅπῃ νοτίῃσι θυέλλαις
ἐς κλίσιν ἀντίπρωρον ἀνακλασθεῖσα Βορῆος
καὶ ψαφαρὴν ἄμπωτιν, ὑπὲρ ῥηγμῖνος ἁλίπλοις
ἀνδράσι δῖα θάλασσα πόρον χερσαῖον ἀνοίγει,

i. e. θάλασσα ἀνακλασθεῖσα θυέλλαις Βορῆος ἐς κλίσιν ἀντίπρωρον καὶ ἄμπωτιν ψαφαρήν. Sic περικλασθεῖσα θάλασσα idem Agathias X, ep. 14, 3. » *Hecker.* Quæ vera esse loci sententia et scriptura videtur. Nos cum nota Boissonadiana etiam latina ejus reliquimus. — 96 κοιρανίη Cod., quod servat Boiss. Recte Huschkius ἤπειρον intelligit Asiam : « Inprimis Asia, qua late patet, Ἤπειρος dicitur Herodoto IV, 81, et aliis. Eximie Persis ita designatur apud oratores et Xenophontem, sicut Ἠπειρῶται sunt gentes Asiaticæ regi Persarum obnoxiæ, monente ad Harpocrationem Valesio p. 87.... Plenius loquitur Dionysius Perieg. 14 :

Εὐρώπην δ' Ἀσίης Τάναϊς διὰ μέσσον (al μέσσος) ὁρίζει·
ὃς ῥά θ', ἑλισσόμενος γαίης δία Σαυροματάων,
συρεται ἐς Σκυθίην τε καὶ ἐς Μαιώτιδα λίμνην. »

— 99 ξένοιο Cod. — 104. Μιῇ σύζυγι, vult « uno volumine comprehensam. » — 105. « Μέλισσα πολύξενος, apes multæ et hospitæ, multi poetæ peregrini (?). Infra v. 131 μέλισσα sensu non facile obvio ponitur pro libro carminum. » *B.*— 106 τοσὸν, 107 καλλιοπίης, 111 ἄληκτον Cod.—113. « Valde mihi placet lectio Vavassoris, Πρῶτα δὲ συλλέξαιμι. » *B.*— 115. « Προτέροις μακάρεσσι, Diis gentilium. Antiquitatis reverentia se morem hunc servasse profitetur, a Christiano homine alienum scilicet. Intelligitur ex his et seqq. talem institutum fuisse ab Agathia novorum epigrammatum in septem libros descriptionem : *primus* complectebatur carmina dedicatoria; *secundus*, regionum, statuarum, tabularum, aliorumque artis operum descriptiones; *tertius*, sepulcralia; *quartus*, carmina in varios vitæ humanæ casus; *quintus*, epigrammata satyrica; *sextus*, amatoria; *septimus*, ea quæ ad vitæ fructum et lætitiam exhortantur. » *Jac.* — 117 εὖχος ἀρήγει Codex et apogr., inter lin. γρ. ἀγείρει. « Εὖχος videtur positum pro ἀνάθημα, de libro ἀνατεθέντι Θεοδώρῳ. V. Huschk. Anal. crit. p. 133. Deinde fort. τὸ δεύτερον εὖχος ἀγείρει. » *Jac.* Ego velim scribi παλαίτερα τεῦχος (volumen) ἀγείρει. *Boiss.* Huschkius εὖχος ἐγείρει. « Nam veterum (inquit) laudis contentio non ἀγείρει ea quæ recentiores in eo genere scripserunt, sed ἐγείρει, *excitat* ea, in memoriam revocat, colligere jubet per æmulationem. » Heckerus ἀείρει, coll. IX, ep. 401, 3 : ἠνορέῃ ὑπέρτερον εὖχος ἀείρω, et παλαίτερον εὖχος Nonn. Dion. XXVII, 340. — 118 χαραξαμένῃ τινὶ χώρῳ Cod., corr. Jacobs. Γραφίδεσσιν, *in* pictas tabulas, ut mox v. 120 ἀέθλοις, 124 κελεύθοις. « Ἄλλης τέχνης ἀέθλοι referri possunt ad gemmas sculptas. » *Huschk.* — 122. « Distinxi, nescio an melius, Ὅσσα θέμις· τύμβοισι (quæ jungebantur). » *B.* — 123. Hærere me fateor in hoc versu. Huschkius : « ... *quæ quidem deus tum versibus perficere annuerit, tum revera* sive *accurate persequi*; ut fere cepit Vavassor, legens διώκειν. Recte. Ceterum totam hanc epigrammatum in septem libros vel classes distributionem Agathias ita describit, ut in animo habuisse videatur

missum certaminis curulis; de quo vix dubitabit qui hos versus comparaverit cum Hom. Il. Ψ, 257 seqq. Fingit enim auctor se cum antiquioribus epigrammatum scriptoribus et Anthologiarum conditoribus de principatu contendere et in eodem stadio decurrere. Hinc ἐρίζων 113, βαλβίδα 121, κρηπῖδα 126, quod de Circi *crepidine* sive *spina* vel *Euripo* dicitur; 127, πέμπτος ἀεθλος, *quintus missus*. » — 127 θέλξειέ σ' conj. Jacobsius, valde probabiliter. — 128 « Suavius foret ἐπεσβόλου ἠχοῦ ἀοιδῆς, et sic Agathiam scripsisse existimo. — 129, 130. Sensus : Venus, quæ sibi sextum librum vindicavit, elegiacos numeros ad amatorios sermones dulcesque convertat cupidines. Ἐλέγοιο πορείη, ut ἐπέων οἶμος et similia. » *Jac.* — 131. Vide ad v. 105.

IV.— « Immortalitatem, quam quis virtute et bonis libris edendis consequatur, omnibus statuis et imaginibus esse præferendam. — 1. Κύρβιες hoc loco sunt tabulæ publice propositæ cum titulis et honoribus inscriptis. — 4. De συμφέρεται vide Hermannum ad Soph. Phil. 1074. » *Jac.* — 5. Scholium in Codice : ὅτι μόνη ἀρετὴ καὶ σοφία ἐπακολουθεῖ (ἐπακολουθοῦσι apogr. Par.) τοῖς ἔχουσιν (ἐχομένοις Ap.) αὐτὰς ἐντεῦθεν ἀποιχομένοις (ἀπεσχομένοις Ap., voluit ἀπερχ.). Sensim κεῖθι etiam pro ἐκεῖσε in usum venit, et vice versa ἐς pro ἐν, quarum exempla memorat Jac. p. 49. — 6 μνήστι, 7 οὔτε ὄμηρος Cod. Hiatum sustulit Jacobs.; Brunck. οὔτε γ'. — 10. Ἐς, v. ad 5.

CAPUT V.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΡΩΤΙΚΑ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ.

1. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Νέοις ἀνάπτων καρδίας σοφὴν ζέσιν,
ἀρχὴν Ἔρωτα τῶν λόγων ποιήσομαι·
πυρσὸν γὰρ οὗτος ἐξανάπτει τοῖς λόγοις.

2. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὴν καταπλεξίπολιν Σθενελαΐδα, τὴν βαρύμισθον,
τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσοῦ ἐρεττομένην,
γυμνήν μοι διὰ νυκτὸς ὅλης παρέκλινεν ὄνειρος
ἄχρι φίλης ἠοῦς προῖκα χαριζομένην.
Οὐκέτι γουνάσομαι τὴν βάρβαρον, οὐδ' ἐπ' ἐμαυτῷ
κλαύσομαι, ὕπνον ἔχων κεῖνα χαριζόμενον.

3. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ὄρθρος ἔβη, Χρύσιλλα, πάλαι δ' ἠῷος ἀλέκτωρ
κηρύσσων φθονερὴν Ἠριγένειαν ἄγει.
Ὀρνίθων ἔρροις φθονερώτατος, ὅς με διώκεις
οἴκοθεν εἰς πολλοὺς ἠϊθέων ὀάρους.
Γήρασκεις, Τιθωνέ· τί γὰρ σὴν εὐνέτιν Ἠῶ
οὕτως ὀρθριδίην ἤλασας ἐκ λεχέων;

4. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Τὸν σιγῶντα, Φιλαινὶ, συνίστορα τῶν ἀλαλήτων
λύχνον ἐλαιηρῆς ἐκμεθύσασα δρόσου,
ἔξιθι· μαρτυρίην γὰρ Ἔρως μόνος οὐκ ἐφίλησεν
ἔμπνουν· καὶ πηκτὴν κλεῖε, Φιλαινὶ, θύρην.
Καὶ σὺ φίλει, Ξανθώ, με· σὺ δ', ὦ φιλεράστρια κοίτη,
ἦδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

EPIGRAMMATA AMATORIA DIVERSORUM POETARUM.

1. ANONYMI.

Juvenibus accendens corda docto fervore,
initium Amorem sermonum faciam:
ignes enim hic accendit sermonibus.

2. ANONYMI.

Cives-incendentem Sthenelaïdem, grave-pretium-poscen-
quæ a volentibus pro-auro subigitur, [tem,
nudam mihi per noctem totam acclinavit somnium
usque ad caram auroram gratis præbentem.
Jam non procumbam-ad-genua barbaræ, nec me ipse
deflebo, somnum qui-habeam illa gratificantem.

3. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Diluculum venit, Chrysilla, dudumque matutinus gallus
præconem-agens invidiosam Auroram ducit.
Avium tu invidiosissimus, pereas, qui me pellis
domo in multos juvenum sermones!
Senescis, Tithone: quid enim concubinam tuam Auroram
adeo matutinam pepulisti e cubili?

4. PHILODEMI.

Silentem, Philæni, consciam secretorum
lucernam oleario rore postquam-inebriaveris,
exi; (testimonium enim solus Amor non amat
spirans;) et tabulis-compactam claude, Philæni, januam.
Atque tu osculare me, Xantho! tu vero, o amantium
jam Paphiæ scias quæ sunt reliqua. [amans lectule,

HUGONIS GROTII VERSIO.

2. INCERTI.

Uxere quæ totas urbes Sthenelais amabat
Ingenti pretio sueta licere viris,
Hanc tota mihi nocte novum jubar usque dederunt
Somnia: nec merces ulla petita fuit.
Non ego crudeli supplex ero, non ego flebo,
Tam facilis veniat cum mihi leno sopor.

3. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Lucescit, Chrysilla: suis jam cantibus ales
Invidus Auroræ prævia signa dedit.
Ah pereas generis pennati pessime, qui me
Pellis, et ad juvenum cogis abire choros.
Fis Tithone senex: nam cur ita lutea conjunx
Matutina tuo pellitur e thalamo?

4. PHILODEMI.

Actibus arcanis testem sine voce lucernam
Palladio nobis rore, Philæni, rigans,
Egreditor: vivens nam conscius omnis Amori
Est odio: atque ipsas claude, Philæni, fores.
Intactam quæso sine me, Philerastria. Quin tu
Fœdere de Paphio disce quod est reliquum.

5. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Ἀργύρεον νυχίων με συνίστορα πιστὸν ἐρώτων
οὐ πιστῇ λύχνον Φλάκκος ἔδωκε Νάπῃ,
ἧς παρὰ νῦν λεχέεσσι μαραίνομαι, * τῆς ἐπιόρκου
παντοπαθῆ κούρης αἴσχεα δερκόμενος.
Φλάκκε, σὲ δ' ἄγρυπνον χαλεπαὶ τείρουσι μέριμναι·
ἄμφω δ' ἀλλήλων ἄνδιχα κατόμεθα.

6. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ὤμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μήποτε κείνης
ἔξειν μήτε φίλον κρέσσονα μήτε φίλην.
Ὤμοσεν· ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
Νῦν δ' ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί· τῆς δὲ ταλαίνης
νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος οὐδ' ἀριθμός.

7. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Λύχνε, σὲ γὰρ παρεοῦσα τρὶς ὤμοσεν Ἡράκλεια
ἥξειν, κοὐχ ἥκει· λύχνε, σὺ δ', εἰ θεὸς εἶ,
τὴν δολίην ἀπάμυνον· ὅταν φίλον ἔνδον ἔχουσα
παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι φῶς πάρεχε.

8. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Νὺξ ἱερὴ καὶ λύχνε, συνίστορας οὔτινας ἄλλους
ὅρκοις, ἀλλ' ὑμέας, εἰλόμεθ' ἀμφότεροι·
χὠ μὲν ἐμὲ στέρξειν, κεῖνον δ' ἐγὼ οὔ ποτε λείψειν
ὠμόσαμεν· κοινὴν δ' εἴχετε μαρτυρίην.
Νῦν δ' ὁ μὲν ὅρκια φησὶν ἐν ὕδατι κεῖνα φέρεσθαι,
λύχνε, σὺ δ' ἐν κόλποις αὐτὸν ὁρᾷς ἑτέρων.

9. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Ῥουφῖνος τῇ ἐμῇ γλυκερωτάτῃ Ἐλπίδι πολλὰ
χαίρειν, εἰ χαίρειν χωρὶς ἐμοῦ δύναται.
Οὐκέτι βαστάζω, μὰ τὰ σ' ὄμματα, τὴν φιλέρημον
καὶ τὴν μουνολεχῆ σεῖο διαζυγίην·

5. STATYLLII FLACCI.

Argenteum me, nocturnorum fidelem conscium amorum,
lychnuchum infideli Flaccus dedit Napæ,
cujus nunc apud lectum conficior-ægritudine, perjuræ
puellæ omnifariam-libidinosa flagitia intuens.
Te autem, Flacce, insomnem duræ conterunt sollicitudines,
amboque alter-ab-altero procul urimur.

6. CALLIMACHI.

Juravit Callignotus Ionidi, nunquam se illâ
habiturum-esse amicum potiorem neque amicam.
Juravit; sed vere dicunt, amantium
juramenta non penetrare in aures immortalium.
Nunc ille quidem virili calefit igne; miseræ autem
nymphæ, ut Megarensium, « nec ratio nec numerus. »

7. ASCLEPIADÆ.

Lucerna, per te enim ter juravit præsens Heraclea
se venturam, neque venit. Tu vero, lucerna, si dea es,
dolosam ulciscere : quando amicum intus habens
ludit, tu exstincta ne lucem præbe amplius!

8. MELEAGRI.

Nox sacra, et tu, lumen, conscios alios nullos
præter vos juramentis *nostris* sumpsimus ambo;
et ille quidem me amaturum, egoque illum nunquam reli-
juravimus, et commune habebatis testimonium. [cturam
Nunc vero ille jurajuranda ista dicit in aqua ferri,
lumen; tu autem in sinibus cum aliarum vides!

9. RUFINI.

Rufinus meæ dulcissimæ Elpidi multum
gaudere, si gaudere sine me potest.
Non fero diutius, per tuos oculos, solitudinis-amantem
et secubitûs disjunctionem abs te;

---

6. CALLIMACHI.

Callignotus amans jurarat Ionidi : Non te
Carior ulla mihi, non puer ullus erit.
Jurarat : vere sed dicitur, id quod amanti
Juratum est, aures non penetrare Deûm.
Jam puerum perit : at tamquam Megarensibus, illi
Heu miseræ, non est aut locus, aut pretium.

7. ASCLEPIADÆ.

Ter mihi te jurans mox Heraclea venire
Dixit : abest : at tu si qua, lucerna, dea es,
Sume doli pœnas; et cum colludet amico,
Tu face ut exstincto lumine nil videat.

8. MELEAGRI.

Testibus est vobis, o nox sacra, tuque lucerna,
Jurando inter nos jure sacrata fides.
Ille mei fore semper amans, ego fallere numquam,
Polliciti (testes estis uterque) sumus.
Raptari sed aquis nunc fœdera dicit, et ipsum
In gremio alterius tute lucerna vides.

9. RUFINI.

Spes mea, Rufinus tibi vivere dulciter optat,
Vivere si sine me dulciter ipsa potes.
Juro tuos oculos, instar mihi numinis, ultra
Dissidium lecti non queo ferre tui.

ἀλλ' αἰεὶ δακρύοισι πεφυρμένος ἢ 'πὶ Κορησσὸν
ἔρχομαι ἢ μεγάλης νηὸν ἐς Ἀρτέμιδος.
Αὔριον ἀλλὰ πάτρη με δεδέξεται· ἐς δὲ σὸν ὄμμα
πτήσομαι, ἐῤῥῶσθαι μυρία σ' εὐχόμενος.

sed, lacrimis semper fœdatus, vel ad Coressum abeo, vel magnæ ad templum Dianæ.
Cras vero patria me recipiet, ad tuumque oculum advolabo, millies valere te optans.

10. ΑΛΚΑΙΟΥ.

Ἐχθαίρω τὸν Ἔρωτα· τί γὰρ βαρὺς οὐκ ἐπὶ θῆρας
ὄρνυται, ἀλλ' ἐπ' ἐμὴν ἰοβολεῖ κραδίην;
Τί πλέον, εἰ θεὸς ἄνδρα καταφλέγει; ἢ τί τὸ σεμνὸν
ἐγώσας ἀπ' ἐμῆς ἄθλον ἔχει κεφαλῆς;

10. ALCÆI.

Odi Amorem : cur enim *ille* gravis non in feras ingruit, sed meum sagittat cor?
Quid porro, si deus exurit virum? aut quod magnificum certaminis-præmium de meo capite devicto habet?

11. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰ τοὺς ἐν πελάγει σώζεις, Κύπρι, κἀμὲ τὸν ἐν γᾷ
ναυαγὸν, φιλίη, σῶσον ἀπολλύμενον.

11. ANONYMI.

Si in mari navigantes servas, Cypri, me quoque in terra naufragum, amica, serva pereuntem.

12. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Λουσάμενοι, Προδίκη, πυκασώμεθα, καὶ τὸν ἄκρατον
ἕλκωμεν, κύλικας μείζονας αἰρόμενοι.
Βαιὸς ὁ χαιρόντων ἐστὶν βίος· εἶτα τὰ λοιπὰ
γῆρας κωλύσει, καὶ τὸ τέλος θάνατος.

12. RUFINI.

Postquam-laverimus, Prodice, coronemur, et merum ducamus, pocula capientes majora.
Brevis gaudentium est vita; dein cetera senectus impediet, et tandem mors.

13. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ἑξήκοντα τελεῖ Χαριτὼ λυκαβαντίδας ὥρας,
ἀλλ' ἔτι κυανέων σύρμα μένει πλοκάμων,
κἦν στέρνοις ἔτι κεῖνα τὰ λύγδινα κώνια μαστῶν
ἕστηκεν, μίτρης γυμνὰ περιδρομάδος,
καὶ χρὼς ἀῤῥυτίδωτος ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθὼ
πᾶσαν, ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων.
Ἀλλὰ πόθους ὀργῶντας ὅσοι μὴ φεύγετ' ἐρασταὶ,
δεῦρ' ἴτε, τῆς ἐτέων ληθόμενοι δεκάδος.

13. PHILODEMI.

Sexaginta exigit Charito annua *tempora*,
sed adhuc cyaneorum syrma manet crinium,
et in pectore adhuc illi candidi mammarum coni stant, mitra nudi ambigente;
cutisque non rugosa adhuc ambrosiam, adhuc suadam omnem, adhuc stillat gratiarum myriadas.
Agite-igitur, quotquot turgentia desideria non fugitis amantes, huc ite, hujus annorum decadis obliti!

14. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Εὐρώπης τὸ φίλημα, καὶ ἦν ἄχρι χείλεος ἔλθῃ,

14. RUFINI.

Europæ osculum, et quum usque ad labium pervenit,

Semper eunt lacrymæ. Cupio perjurus haberi,
Cras nisi Dianæ limina sancta peto.
Patria me accipiet. Citus ad tua limina curram,
Et repetam centum vocibus illud ave.

10. ALCÆI.

Est odio mihi sævus Amor. Cur nulla ferarum
Corpora, sed telis cor petit usque meum?
Quid tam grande, virum si scit deus urere, vel quæ
Exspectat nostro præmia de capite?

11. INCERTI.

Alma Venus, servas si quos mare jactat, amoris
Naufragus in terris quin tibi servor ego?

12. RUFINI.

Sumamus, Prodice (nam lavimus ambo), coronas
Plenaque ducamus grandia pocla meri.
Gaudia quæ patitur vita est brevis : inde senectus
Impedit, et finem mors inimica facit.

13. PHILODEMI.

Sex decies Charito jam jamque peregerat annos:
Et tenor est nigræ, qui fuit ante, comæ.
Stant etiam rectæ niveo sub pectore mammæ,
Cum strophium nullum, quo teneantur, habent.
Nec rugosa cutis : suadelaque durat et oris
Cinnama, et innumeris Gratia culta jocis.
Ite rudes, nullus quos ignis adussit, amantes,
Queis facile annorum non meminisse decem.

14. RUFINI.

Europes equidem sunt oscula dulcia, tantum

ἡδύ γε, κἂν ψαύσῃ μοῦνον ἄκρου στόματος·
ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν, ἀλλ' ἐρίσασα
τὸ στόμα τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει.

15. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ποῦ νῦν Πραξιτέλης; ποῦ δ' αἱ χέρες αἱ Πολυκλείτου,
αἱ ταῖς πρόσθε τέχναις πνεῦμα χαριζόμεναι;
τίς πλοκάμους Μελίτης εὐώδεας, ἢ πυρόεντα
ὄμματα καὶ δειρῆς φέγγος ἀποπλάσεται;
ποῦ πλάσται; ποῦ δ' εἰσὶ λιθοξόοι; ἔπρεπε τοίῃ
μορφῇ νηὸν ἔχειν, ὡς μακάρων ξοάνῳ.

16. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Μήνη χρυσόκερως, ὅέρκευ τάδε, καὶ περιλαμπεῖς
ἀστέρες, οὓς κόλποις Ὠκεανὸς δέχεται,
ὥς με μόνον προλιποῦσα μυρόπνοος ᾤχετ' Ἀρίστη·
ἕκταίην δ' εὑρεῖν τὴν μάγον οὐ δύναμαι.
Ἀλλ' ἔμπης αὐτὴν ζητήσομεν· ἦ ῥ' ἐπιπέμψω
Κύπριδος ἰχνευτὰς ἀργυρέους σκύλακας.

17. ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Ἀγχιάλου ῥηγμῖνος ἐπίσκοπε, σοὶ τάδε πέμπω
ψαιστία καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης·
αὔριον Ἰονίου γὰρ ἐπὶ πλατὺ κῦμα περήσω,
σπεύδων ἡμετέρης κόλπον ἐς Εἰδοθέης·
οὔριος ἀλλ' ἐπίλαμψον ἐμῷ καὶ ἔρωτι καὶ ἱστῷ,
δεσπότι καὶ θαλάμων, Κύπρι, καὶ ἠϊόνων.

18. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Μᾶλλον τῶν σοβαρῶν τὰς δουλίδας ἐκλεγόμεσθα,
οἱ μὴ τοῖς σπατάλοις κλέμμασι τερπόμενοι.
Ταῖς μὲν χρὼς ἀπόδωδε μύρου, σοβαρόν τε φρύαγμα,
καὶ μετὰ κινδύνου * ἑσπομένη σύνοδος·
ταῖς δὲ χάρις καὶ χρὼς ἴδιος, καὶ λέκτρον ἑτοῖμον,
δώροις ἐν σπατάλοις οὐκ * ἀλεγιζόμενον.
Μιμοῦμαι Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέος, ὃς προέκρινεν
Ἑρμιόνης ἀλόχου τὴν λάτριν Ἀνδρομάχην.

19. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκέτι παιδομανὴς ὡς πρίν ποτε, νῦν δὲ καλοῦμαι

dulce *est*, et quum tangit extremum modo os :
sed *Europe* non tangit extremis labiis, verum impresso
ore animam ex unguibus sursum-trahit.

15. EJUSDEM.

Ubi nunc Praxiteles? et ubi *sunt* Polycleti manus,
quæ antiquis operibus-artis spiritum largiuntur?
quis comas Melites suaveolentes, aut ardentia
lumina et colli splendorem effinget?
ubi fictores, et ubi sunt lapicidæ? decuit talem
formam templum habere, ut immortalium imaginem.

16. MARCI ARGENTARII.

Luna cornibus-aureis, hæc vide, et *vos*, circum-lucentia
astra, quæ sinibus excipit Oceanus,
ut me solo relicto unguenta-spirans abiit Ariste;
sexto-jam-die invenire magam non possum.
Nihilominus tamen quæremus eam : profecto immittam
Cypridis vestigatores canes argenteos.

17. GÆTULICI.

Maritimi littoris inspectrix, *Venus*, tibi has mitto
placentulas et tenuis dona sacrificii :
cras enim Ionii *maris* vastos fluctus trajiciam
properans nostræ in sinum Idotheæ.
Secunda vero affulge meo et amori et malo,
domina et thalamorum, Cypri, et littorum!

18. RUFINI.

Potius quam superbas *matronas* eligimus servas, nos
qui luxuriosis furtis non delectamur.
Illis quidem cutis olet unguentum, arrogansque *est* ferocia
et cum periculo furtivus concubitus;
his vero *est* gratia, et propria cutis, et lectus paratus,
pretiosis donis non insanientium.
Imitor Pyrrhum Achillis *filium*, qui præferebat
Hermionæ uxori ancillam Andromachen.

19. EJUSDEM.

Non amplius puerorum-amator, ut olim, sed nunc vocor

Summa licet tangat labra vel ora tibi :
At non sic tamen illa : sed os ita ductat, ut ipsam
Extrahat ex imis unguiculis animam.

15. EJUSDEM.

Nunc ubi Praxiteles ille inclitus, et Polycleti
Viva potens olim ponere signa manus?
Nam quis odoratos Melites in imagine crines,
Ignitosque oculos, pulchraque colla dabit?
Marmoris artifices ceræque ubi? debuit aris
Hæc facies, superùm ceu simulachra, coli.

16. MARCI ARGENTARII.

Luna vides et vos flammantia sidera cœli,
Oceani refugo quos capit unda sinu :
En nectar redolens solum me linquit Ariste :
Improba sex totos non mihi visa dies.
Scrutari certum tamen est : mittemus in illam
Cypridos, argenti pondera cusa, canes.

19. RUFINI.

Ante quidem pueri, sed nunc mea cura puellæ;

θηλυμανὴς, καὶ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον·
ἀντὶ δέ μοι παίδων ἀδόλου χροὸς ἥρεσε γύψου
χρώματα, καὶ φύκους ἄνθος ἐπεισόδιον.
Βοσκήσει δελφῖνας ὁ δενδροκόμης Ἐρύμανθος,
καὶ πολιὸν πόντου κῦμα θοὰς ἐλάφους.

mulierum, et nunc discus mihi *est* crepitaculum;
ac pro puerorum non-dolosa cute mihi placuerunt gypsi
colores, et fuci flos, *formæ* interpolatio.
Pascet delphinos arborum-coma-decorus Erymanthus,
et canus ponti fluctus veloces cervos.

20. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Οὔτε με παρθενικῆς τέρπει γάμος, οὔτε γεραιῆς·
τὴν μὲν ἐποικτείρω, τὴν δὲ καταιδέομαι.
Εἴη μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφὶς· ἡ δὲ πέπειρος
ἐς Κύπριδος θαλάμους ὥρία καλλοσύνη.

20. ONESTI.

Neque virginis me delectant nuptiæ, neque anuis :
illius me miseret, hanc revereor.
Sit neque præcox-uva, neque passa, sed matura
venustas Cypridos thalamis *est* tempestiva.

21. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Οὐκ ἔλεγον, Προδίκη, « γηράσκομεν »; οὐ προεφώνουν·
« ἥξουσιν ταχέως αἱ διαλυσίφιλοι »;
Νῦν ῥυτίδες καὶ θρὶξ πολιὴ καὶ σῶμα ῥακῶδες,
καὶ στόμα τὰς προτέρας οὐκέτ' ἔχον χάριτας.
Μή τις σοὶ, μετέωρε, προσέρχεται, ἢ κολακεύων
λίσσεται; ὡς δὲ τάφον νῦν σε παρερχόμεθα.

21. RUFINI.

Nonne dicebam, Prodice, « Senescimus? non prænun-
« Venient cito quæ amicos-disjungunt, *rugæ* »? [tiabam,
Nunc rugæ, et canus crinis, et lacerum corpus,
et os prioribus jam carens gratiis.
Num quis, superba, ad te venit, aut adulans
precatur? *Non*, sed velut sepulcrum, nunc te præterimus.

22. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σοί με λάτριν γλυκύδωρος Ἔρως παρέδωκε, Βοῶπι,
ταῦρον ὑποζεύξας εἰς πόθον αὐτόμολον,
αὐτοθελῆ, πάνδουλον, ἑκούσιον, αὐτοκέλευστον,
αἰτήσοντα πικρὴν μήποτ' ἐλευθερίην
ἔγχρι, φίλη, πολιῆς καὶ γήραος· ὄμμα βάλοι δὲ
μήποτ' ἐφ' ἡμετέραις ἐλπίσι βασκανίη.

22. EJUSDEM.

Tibi me ministrum suavium-donator Amor tradidit, Boopi,
taurum subjugans in amorem spontaneum,
voluntarium, penitus-servum, libentem, proprio-jussu,
nunquam posciturum acerbam libertatem,
amica, usque ad canitiem ac senectutem; oculum autem
conjiciat in spes nostras invidia. [ne unquam

23. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Οὕτως ὑπνώσαις, Κωνώπιον, ὡς ἐμὲ ποιεῖς
κοιμᾶσθαι ψυχροῖς τοῖσδε παρὰ προθύροις·
οὕτως ὑπνώσαις, ἀδικωτάτη, ὡς τὸν ἐραστὴν
κοιμίζεις· ἐλέου δ' οὐδ' ὄναρ ἠντίασα.
Γείτονες οἰκτείρουσι· σὺ δ' οὐδ' ὄναρ. Ἡ πολιὴ δὲ
αὐτίχ' ἀναμνήσει ταῦτά σε πάντα κόμη.

23. CALLIMACHI.

Ita tu dormias, Conopion, ut me facis
dormire ad frigida hæc vestibula;
ita dormias, injustissima, ut amatorem [expertus sum.
sopis : nam misericordiam ne in-somnio quidem *a te*
Vicini miserantur, tu vero ne in-somnio quidem. Sed cana
aliquando admonebit horum te omnium coma.

Discus erat cordi tunc mihi, nunc crotalum.
Pro tenera vacuaque doli cute, nunc mihi gypsus
Incipit atque emtum forma placere bonum.
Delphinas jam fronde virens Erymanthus habebit,
Et celeres cervos æquora cana ferent.

20. ONESTÆ.

Sit mihi juncta toro nec anus, nec cruda puella :
Hæc miseranda mihi est, illa verenda nimis.
Ad Venerem nec acerba facit, nec passula, sed quæ
Matura in medio tempore forma viget.

21. RUFINI.

Non monui, Prodice, te, nostra, Senescimus? et non
Dixi, Dissidii semina jam venient,
Rugæ cumque comis pannucea pectora canis,
Quique ægre fracto truditur ore sonus.
Nemo fores adit ecce tuas, neque supplicat ullus
Jam tibi : transimus te quasi busta viri.

22. EJUSDEM.

Ampla oculis, tibi me famulum dedit ipse Cupido :
Transfuga qui fueram, sub juga missus eo.
Sponte mea servus tibi sum cupiensque volensque :
Libertas valeat : non placet illa mihi.
Constitui tuus esse, tuus canescere : tantum,
Ne spes, oro, malus fascinet has oculus.

23. CALLIMACHI.

Sit talis somnus, Conopion, et tibi, qualem
Me super hoc gelidum limen habere facis.
Sic injusta cubes, ut me requiescere cogis.
Quippe nec umbra levis de pietate tibi est.
Vicinos miseret, sed te nihil. Advenit alba,
Quæ te horum immemorem non sinit esse, coma.

24. * ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ψυχή μοι προλέγει φεύγειν πόθον Ἡλιοδώρας,
δάκρυα καὶ ζήλους τοὺς πρὶν ἐπισταμένη.
Φησὶ μέν· ἀλλὰ φυγεῖν οὔ μοι σθένος· ἡ γὰρ ἀναιδὴς
αὐτὴ καὶ προλέγει, καὶ προλέγουσα φιλεῖ.

25. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁσσάκι Κυδίλλης ὑποκόλπιος, εἴτε κατ' ἦμαρ,
εἴτ' ἀποτολμήσας ἦλυθον ἑσπέριος,
οἶδ' ὅτι πὰρ κρημνὸν τέμνω πόρον, οἶδ' ὅτι ῥιπτῶ
πάντα κύβον κεφαλῆς αἰὲν ὕπερθεν ἐμῆς.
Ἀλλὰ τί μοι πλέον ἐστί; τί γάρ; θρασὺς, ἠδ' ὅταν ἕλκῃ
πάντοσ' Ἔρως, ἀρχὴν οὐδ' ὄναρ οἶδε φόβον.

26. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἴτε σε κυανέῃσιν ἀποστίλβουσαν ἐθείραις,
εἴτε πάλιν ξανθαῖς εἶδον, ἄνασσα, κόμαις,
ἴση ἀπ' ἀμφοτέρων λάμπει χάρις. Ἦ ῥά γε ταύταις
θριξὶ συνοικήσει καὶ πολιῇσιν Ἔρως.

27. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Ποῦ σοι κεῖνα, Μέλισσα, τὰ χρύσεα καὶ περίοπτα
τῆς πολυθρυλήτου κάλλεα φαντασίης;
ποῦ δ' ὀφρύες, καὶ γαῦρα φρονήματα, καὶ μέγας αὐχὴν,
καὶ σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη;
Νῦν πενιχρῇ ψαφαρή τε κόμη, παρὰ ποσσὶ * τραχεῖα,
ταῦτα τὰ τῶν σπαταλῶν τέρματα παλλακίδων.

28. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νῦν μοι «χαῖρε» λέγεις, ὅτε σου τὸ πρόσωπον ἀπῆλ-
κεῖνο, τὸ τῆς λύγδου, βάσκανε, λειότερον· [θεν
νῦν μοι προσπαίζεις, ὅτε τὰς τρίχας ἠφάνικάς σου,
τὰς ἐπὶ τοῖς σοβαροῖς αὐχέσι πλαζομένας.

24. PHILODEMI.

Anima mihi præcipit fugere amorem Heliodoræ,
lacrimarum ac studiorum memor priorum.
Dicit quidem; sed fugiendi non *est* mihi vis; quippe impu-
ipsa et præcipit *hoc*, et præcipiens amat. [dens

25. EJUSDEM.

Quoties Cydillæ sub-sinum, seu die,
sive audentior veni vespertinus,
novi me juxta præcipitium inire viam, novi me jacere
omnes talos de capite semper meo. [trahit
Sed quid me juvat? quid enim? audax Amor, et quando
q[illegible]ovis, p[illegible]orsus ne in-somnio quidem novit metum.

26. ANONYMI.

Sive te cyaneis splendentem crinibus,
sive rursus flavis, domina, videbam comis,
par ab utrisque fulget gratia. Sane cum hisce
crinibus habitabit etiam canis Amor.

27. RUFINI.

Ubi sunt tibi, Melissa, istæ aureæ et valde-consp cuæ
celebris speciei venustates?
et ubi supercilia, et fastosi spiritus, et elata cervix,
superborum pedum auratum-gestans luxuria?
Nunc pauperculæ *est* et sordida coma et ante pedes...
hic luxuriosarum finis concubinarum.

28. EJUSDEM.

Nunc mihi « Salve » dicis, quum tua facies abiit
illa, illa lygdo, o invidiose, lævior;
nunc mihi alludis, quum crines abstulisti tuos,
qui superbas cervices circumerrant.

---

24. PHILODEMI.

Mens ab amore mihi caveam monet Heliodoræ,
Conscia quos æstus senserit et lacrymas.
Recta monet: sed nulla fuga est: namque absque pudore
Et monet et contra quam monet ipsa facit.

25. EJUSDEM.

Sum quoties ausus Cydilles, tempore lucis,
Tempore vel furvæ noctis, adire sinus;
In scopulos recta ferri scio, jactaque nostro
Quin sit *non* dubium est alea de capite.
Sed quid agam? fera res amor et simul undique cœpit
Flare, nec in somnis novit habere metum.

26. INCERTI.

Sæpe mihi nigris visa es regina capillis,
Sæpe etiam flava conspicienda coma.
Dispare sub cultu par est tibi gratia: crines
Hos, ego, nec canos, credo, relinquet Amor.

27. RUFINI.

Fortunæ radians ubi fulgor et inclita forma,
Fundorum pretiis culta, Melissa, tibi?
Cumque superciliis fastidia, rectaque cervix,
Et circum niveos aurea vincla pedes?
Pauper es et squallens subter, calvastra superque:
Iste sequi finis scorta superba solet.

28. EJUSDEM.

Invida, dicis *ave* mihi *nunc*, cum vultus abivit,
Marmore qui Pario purior ante fuit.
Arrides eadem mihi nunc, cum cernere non est
Amplius effusas per tua colla comas.

Μηκέτι μοι, μετέωρε, προσέρχεο, μηδὲ συνάντα· ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι.

Ne amplius, o celse, ad me accede, neu veni-obviam : pro rosa enim ego rubum non accipio.

29. ΚΙΛΛΑΚΤΟΡΟΣ.

Ἁδὺ τὸ βινεῖν ἐστί· τίς οὐ λέγει; ἀλλ' ὅταν αἰτῇ χαλκὸν, πικρότερον γίνεται ἑλλεβόρου.

29. CILLACTORIS.

Suave est futuere; quis negat? sed quando poscit æra, amarius fit helleboro.

30. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Πάντα καλῶς, τό γε μήν, χρυσῆν ὅτι τὴν Ἀφροδίτην, ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ Μαιονίδας.
Ἦν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς, φίλος, οὔτε θυρωρὸς ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται·
ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος. Ὦ πλεονέκται, οὐ πλοῦτον, πενίην δ' ὡς ἀδικεῖτε μόνον.

30. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Cuncta pulchre, hoc vero, auream quod Venerem *dixit*, eximie præ omnibus dixit Mæonides.
Quum enim signatum fers, *es* amicus, neque janitor impedit, neque canis *tibi* in vestibulis alligatus est;
sin autem aliter venisti, ipse Cerberus *ibi est*. O avari, non opes, sed pauperiem solum quanta afficitis injuria!

31. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χρύσεος ἦν γενεὴ καὶ χάλκεος ἀργυρέη τε πρόσθεν· παντοίη δ' ἡ Κυθέρεια τανῦν,
καὶ χρυσοῦν τίει, καὶ χάλκεον ἄνδρ' ἐφίλησεν, καὶ τοὺς ἀργυρέους οὔ ποτ' ἀποστρέφεται.
Νέστωρ ἡ Παφίη. Δοκέω δ' ὅτι καὶ Δανάῃ Ζεὺς οὐ χρυσὸς, χρυσοῦς δ' ἦλθε φέρων ἑκατόν.

31. EJUSDEM.

Aureum fuit genus et æneum argenteumque antehac; omnigena vero *est* Cytherea nunc,
et aureum honorat et æneum virum osculatur, et argenteos nunquam aversatur.
Nestor Paphia *est*. Puto autem, ad Danaen quoque Jovem non aurum, sed aureos centum ferentem venisse

32. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ποιεῖς πάντα, Μέλισσα, φιλανθέος ἔργα μελίσσης· οἶδα καὶ ἐς κραδίην τοῦτο, γύναι, τίθεμαι.
Καὶ μέλι μὲν στάζεις ὑπὸ χείλεσιν ἡδὺ φιλεῦσα· ἢν δ' αἰτῇς, κέντρῳ τύμμα φέρεις ἄδικον.

32. MARCI ARGENTARII.

Facis omnia, Melissa, opera florum-amantis *melissæ* [(apis),
scio, et in pectus, o mulier, hoc demitto :
Et mel quidem stillas sub labiis suaviter osculans; sed quando poscis, aculeo ictum infers iniquum.

33. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Ἐς Δανάην ἔῤῥευσας, Ὀλύμπιε, χρυσὸς, ἵν' ἡ παῖς ὡς δώρῳ πεισθῇ, μὴ τρέσῃ ὡς Κρονίδην.

33. PARMENIONIS.

In Danaen fluxisti aurum, Olympie, ut puella velut dono moveatur, non tremat ut *te* Saturnium.

34. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ Ζεὺς τὴν Δανάην χρυσοῦ, κἀγὼ δὲ σὲ χρυσοῦ· πλείονα γὰρ δοῦναι τοῦ Διὸς οὐ δύναμαι.

34. EJUSDEM.

Juppiter Danaen auro *habuit*, et ego quoque te auro : plus enim dare quam Juppiter non possum.

35. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Πυγὰς αὐτὸς ἔκρινα τριῶν· εἵλοντο γὰρ αὐταὶ,

35. RUFINI.

Pygas ipse judicavi trium : ceperant enim ipsæ *judicem*,

Stulta nec accedas, moneo, nec te obvia monstres : Pro tenera spinam non ego sumo rosa.

30. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Omnia Mæonides cecinit bene : nil tamen umquam Tam bene, quam quando est aurea dicta Venus.
Si tuleris nummos, nullus te janitor intus Ire vetat, vinctus nec canis ante fores.
Si nihil, ipse fugat vos Cerberus. O perniciuæ Divitiæ, facitis quot mala pauperibus!

33. PARMENIONIS.

Aureus in Danaen fluxti, ne territa tamquam A Jove, sed tamquam munere flexa daret.

34. EJUSDEM.

Ut Danaen auro quæsivit Juppiter, auro Sic ego te. Possem qui dare plura Jove?

δείξασαι γυμνὴν ἀστεροπὴν μελέων.
Καί ῥ' ἡ μὲν τροχαλοῖς σφραγιζομένη γελασίνοις
λευκῇ ἀπὸ γλουτῶν ἤνθεεν εὐαφίῃ·
τῆς δὲ διαιρομένης φοινίσσετο χιονέη σὰρξ,
πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθροτέρη·
ἡ δὲ γαληνιόωσα χαράσσετο κύματι κωφῷ,
αὐτομάτῃ τρυφερῷ χρωτὶ σαλευομένη.
Εἰ ταύτας ὁ κριτὴς ὁ θεῶν ἐθεήσατο πυγὰς,
οὐκέτ' ἂν οὐδ' ἐσιδεῖν ἤθελε τὰς προτέρας.

monstrantes nudum fulgorem membrorum.
Et una quidem, rotundis signata gelasinis,
candido natium florebat mollique-contactu;
illius autem divaricatæ rubescebat nivea caro,
purpurea rosa magis rubicundior;
tertia tranquilla-in-superficie sulcabatur fluctuatione muta,
sponte delicata cute palpitans.
Si hasce judex ille dearum spectavisset clunes,
ne aspicere quidem amplius vellet priores.

36. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἤρισαν ἀλλήλαις Ῥοδόπη, Μελίτη, Ῥοδόκλεια,
τῶν τρισσῶν τίς ἔχει κρείσσονα μηριόνην,
καί με κριτὴν εἵλοντο· καὶ ὡς θεαὶ αἱ περίβλεπτοι
ἔστησαν γυμναὶ, νέκταρι λειβόμεναι.
Καὶ Ῥοδόπης μὲν ἔλαμπε μέσος μηρῶν πολύτιμος
οἷα ῥοδῶν πολλῷ σχιζόμενος Ζεφύρῳ.....
Τῆς δὲ Ῥοδοκλείης ὑάλῳ ἶσος, ὑγρομέτωπος,
οἷα καὶ ἐν νηῷ πρωτογλυφὲς ξόανον.
ἀλλὰ σαφῶς ἃ πέπονθε Πάρις διὰ τὴν κρίσιν εἰδὼς,
τὰς τρεῖς ἀθανάτας εὐθὺ συνεστεφάνουν.

36. EJUSDEM.

Certarunt inter se Rhodope, Melite, Rhodoclea,
quænam ex tribus habeat potiorem lumbum;
ac me judicem elegerant; et ut deæ illæ speciosæ,
steterunt nudæ, nectare delibutæ. [spectabilis,
Et Rhodopes quidem effulgebat medius inter-femora
velut rosarium valido scissum zephyro.....
Rhodocleæ autem vitro similis, uda-fronte,
velut in templo recens-sculpta imago.
At bene gnarus eorum quæ Paris perpessus-est ob judi-
tres immortales illas *ego* statim simul-coronavi. [cium,

37. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μήτ' ἰσχνὴν λίην περιλάμβανε, μήτε παχεῖαν·
τούτων δ' ἀμφοτέρων τὴν μεσότητα θέλε.
Τῇ μὲν γὰρ λείπει σαρκῶν χύσις, ἡ δὲ περισσὴν
κέκτηται· λεῖπον μὴ θέλε, μηδὲ πλέον.

37. EJUSDEM.

Neque macilentam nimis amplectere, neque pinguem,
illarum vero ambarum quod est-medium cupias.
Illi enim deest carnis copia, hæc vero nimiam
habet. Quod-deficit ne cupias, neu nimium.

38. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Εὐμεγέθης πείθει με καλὴ γυνὴ, ἄν τε καὶ ἀκμῆς
ἅπτητ', ἄν τε καὶ ᾖ, Σιμύλε, πρεσβυτέρη.
Ἡ μὲν γάρ με νέα περιλήψεται· ἢν δὲ παλεύῃ
γραῖά με καὶ ῥυσὴ, Σιμύλε, λειχάσεται.

38. NICARCHI.

Procera pellicit me formosa mulier, seu flore-ætatis
gaudeat, seu sit etiam, Simule, senior.
Juvenis enim me circumplectetur; si vero allicit
anus me et rugosa, Simule, fellabit.

39. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ἀποθνήσκειν δεῖ με; τί μοι μέλει, ἢν τε ποδα-
ἢν τε δρομεὺς γεγονὼς εἰς Ἀΐδην ὑπάγω; [γρὸς
πολλοί γάρ μ' ἀροῦσιν. Ἔα χωλόν με γενέσθαι·
τῶνδ' ἕνεκεν γὰρ ἴδ' ὡς οὔποτ' ἐῶ θιάσους.

39. EJUSDEM.

Non est moriendum mihi? Quid ad me, sive podagricus
sive cursor ad Inferos pergo?
multi enim *tum* me tollent. Sine claudum me fieri:
ob hoc quidem vide me minime jam renunciare thiasis.

---

35. RUFINI.

* * * * * *

Cui patuere deæ, clunes si cerneret istas,
Numquam respiceret quas habuere deæ.

36. EJUSDEM.

Certabant Rhodope, Melite, Rhodoclea puellæ,
Cui femoris pulchri gratia prima foret.
Judice me steterunt spectandæ more dearum,
Quodque illis deesset, nil nisi nectar erat.
Arbitrium Paridis me terruit: hinc tribus illis
Cœlitibus per me cuique corona data est.

39. NICARCHI.

Quidquid agam, mors certa manet. Refertne podager,
An cursor Ditis limina nigra petam?
Multi me tollent. Fiam sine claudus: ob illud
Ne dulces thiasos sit mihi deserere.

40. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῆς μητρὸς μὴ ἄκουε, Φιλουμένη· ἦν γὰρ ἀπέλθω
καὶ θῶ ἅπαξ ἔξω τὸν πόδα τῆς πόλεως,
τῶν καταπαιζόντων μὴ σχῇς λόγον, ἀλλά γ' ἐκείνοις
ἐμπαίξασ', ἄρξαι πλεῖον ἐμοῦ τι ποεῖν·
πάντα λίθον κίνει. Σαυτὴν τρέφε, καὶ γράφε πρός με
εἰς ποίην ἀκτὴν εὐφρόσυνον γέγονας.
Εὐτακτεῖν πειρῶ· τὸ δ' ἐνοίκιον, ἤν τι περισσὸν
γίνηται, καὶ ἐμοὶ φρόντισον ἱμάτιον.
Ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃς, τέκε, ναὶ τέκε· μὴ θορυβηθῇς·
εὑρήσει πόθεν ἔστ', ἐλθὸν ἐς ἡλικίην.

41. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Τίς γυμνὴν οὕτω σε καὶ ἐξέβαλεν καὶ ἔδειρεν;
τίς ψυχὴν λιθίνην εἶχε, καὶ οὐκ ἔβλεπε;
Μοιχὸν ἴσως ηὗρηκεν ἀκαίρως κεῖνος ἐσελθών.
Γινόμενον· πᾶσαι τοῦτο ποοῦσι, τέκνον.
Πλὴν ἀπὸ νῦν, ὅταν εἴς τις ἔσω, κεῖνος δ' ὅταν ἔξω,
τὸ πρόθυρον σφήνου, μὴ πάλι ταὐτὸ πάθῃς.

42. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μισῶ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν·
ἡ μὲν γὰρ βραδέως, ἡ δὲ θέλει ταχέως.

43. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκβάλλει γυμνήν τις, ἐπὴν εὕρῃ ποτὲ μοιχὸν,
ὡς μὴ μοιχεύσας, ὡς ἀπὸ Πυθαγόρου;
Εἶτα, τέκνον, κλαίουσα κατατρίψεις τὸ πρόσωπον,
καὶ παραριγώσεις μαινομένου προθύροις;
ἔκμαξαι, μὴ κλαῖε, τέκνον· χεῦρήσομεν ἄλλον,
τὸν μὴ καὶ τὸ βλέπειν εἰδότα καὶ τὸ δέρειν.

44. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λέμβιον, ἡ δ' ἑτέρα Κερκούριον, αἱ δύ' ἑταῖραι
αἰὲν ἐφορμοῦσιν τῷ Σαμίων λιμένι.

40. EJUSDEM.

Matri ne ausculta, Philumena. Quando enim abiero,
et posuero semel pedem extra urbem,
irridentium ne habeas rationem, sed tu illis
illudens, incipe plus quam ego proficere :
omnem lapidem move. Nutri te, et scribe mihi,
in quanam acta lætitiis-plena adfueris.
Modestiam-præferre tenta; sed mercedem-habitationis,
fit, et mihi prospice vestem. [si quid reliqui,
Si ventrem ferre-incipias, pare, pare inquam : ne sis anxia :
inveniet *ille* ex-quo sit, quum pervenerit-ad pubertatem.

41. RUFINI.

Quis ita nudam te ejecit ac verberavit?
quis animam lapideam habuit, nec videbat-oculis?
Mœchum fortasse reperit ille, intempestive ingressus :
Fit hoc; omnes-mulieres hoc faciunt, filia.
Verum ab hodierno-die, si quis intus est, et ille si foris,
vestibulo pessulum-injice, ne rursus idem patiaris.

42. EJUSDEM.

Odi facilem, odi castam nimis :
hæc enim tarde, illa autem vult cito.

43. EJUSDEM.

Ejicitne quisquam *uxorem* nudam, si quando mœchum
invenerit, quasi nunquam mœchatus, quasi Pythago-
Tum tu, filia, plorans pessumdabis faciem, [reus?
et algebis-apud insani vestibula?
Absterge *lacrimas*, ne plora, filia; et inveniemus alium,
qui haud sciat et videre et mulcare.

44. EJUSDEM.

Lembion, atque altera Cercurion, duæ meretrices,
semper stationem-habent in Samiorum portu.

---

40. EJUSDEM.

* * * * * * * * *

Ut tu temet alas? nihil umquam parce movere,
Euphrosynum, et quo sis littore, scribe mihi.
Composite gere te : fac possit pensio solvi :
Tum si quid superest, et mihi tegmen eme.
Si capias utero, secura fer et pare : ad annos
Venerit, unde loci venerit, inveniet.

41. RUFINI.

Ille quis est, nudam qui te expulit atque cecidit?
Qui facere hoc potuit, saxeus ille fuit.
An reperit veniens alieno tempore mœchum?
Humanum est, fieri denique, nata, solet.
Sed posthac intus quoties erit ille, vir extra,
Claude fores; rursus ne patiaris idem.

42. EJUSDEM.

Nec nimium simplex mihi sit, nec casta puella :
Hæc nimium tarde nam dat, et illa cito.

43. EJUSDEM.

Estne ob adulterium nudam qui eliminet, ipse,
Pythagorista velut, purus adulterii?
Tune ideo plorans lacerabis, filia, vultum,
Frigoraque insani pro fore dura feres?

Ἀλλὰ, νέοι, πανδημὶ τὰ λῃστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης φεύγεθ'· ὁ συμμίξας καὶ καταδὺς πίεται.

45. ΚΙΛΛΑΚΤΟΡΟΣ.

Παρθενικὰ κούρα τὰ ἃ κέρματα πλείονα ποιεῖ, οὐκ ἀπὸ τᾶς τέχνας, ἀλλ' ἀπὸ τᾶς φύσιος.

46. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

α. Χαῖρε σύ. β. Καὶ σύ γε χαῖρε. α. Τί δεῖ σε καλεῖν; [β. Σὲ δέ; α. Μή πω τοῦτο φιλόσπουδος. β. Μή γε σύ. α. Μή τιν' ἔχεις; β. Ἀεὶ τὸν φιλέοντα. α. Θέλεις ἅμα σήμερον ἡμῖν δειπνεῖν; β. Εἰ σὺ θέλεις. α. Εὖγε· πόσου παρέσῃ; β. Μηδέν μοι προδίδου. α. Τοῦτο ξένον. β. Ἀλλ' [ὅσον ἄν σοι κοιμηθέντι δοκῇ, τοῦτο δός. α. Οὐκ ἀδικεῖς. [ἦξεις; Ποῦ γίνῃ; πέμψω. β. Καταμάνθανε. α. Πηνίκα δ' β. Ἥν σὺ θέλεις ὥρην. α. Εὐθὺ θέλω. β. Πρόαγε.

47. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Πολλάκις ἠρασάμην σε λαβὼν ἐν νυκτὶ, Θάλεια, πληρῶσαι θαλερῇ θυμὸν ἐρωμανίῃ·
νῦν δ' ὅτε [μοι] γυμνὴ γλυκεροῖς μελέεσσι πέπλησαι, ἔκλυτος ὑπναλέῳ γυῖα κέκμηκα κόπῳ.
Θυμὲ τάλαν, τί πέπονθας; ἀνέγρεο, μηδ' ἀπόκαμνε· ζητήσεις ταύτην τὴν ὑπερευτυχίην.

48. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄμματα μὲν χρύσεια, καὶ ὑαλόεσσα παρειὴ, καὶ στόμα πορφυρέης τερπνότερον κάλυκος,
δειρὴ λυγδινέη, καὶ στήθεα μαρμαίροντα, καὶ πόδες ἀργυρέης λευκότεροι Θέτιδος.
Εἰ δέ τι καὶ πλοκαμῖσι διαστίλβουσιν ἄκανθαι, τῆς λευκῆς καλάμης οὐδὲν ἐπιστρέφομαι.

49. ΓΑΛΛΟΥ.

Ἡ τρισὶ λειτουργοῦσα πρὸς ἓν τάχος ἀνδράσι Λύδη, τῷ μὲν ὑπὲρ νηδὺν, τῷ δ' ὑπὸ, τῷ δ' ὄπιθεν,
εἰσδέχομαι φιλόπαιδα, γυναικομανῆ, φιλυβριστήν. Εἰ σπεύδεις, ἐλθὼν σὺν δυσὶ, μὴ κατέχου.

50. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Καὶ πενίη καὶ ἔρως δύο μοι κακά· καὶ τὸ μὲν οἷσω

At vos, o juvenes, cunctim prædatorias-naves Veneris fugite : qui accessit etiam mersus *mare* bibet.

45. CILLACTORIS.

Virgo puella suos nummulos multiplicat, non ab arte, sed a natura.

46. PHILODEMI.

a. Salve tu. *b.* Et tu quidem salve. *a.* Quo oportet te [vocare? *b.* Ac te? *a.* Nondum hoc nimis propera. *b.* Ne tu certe. *a.* Nunquem habes? *b.* Semper eum qui amet. *a.* Visne una hodie nobiscum cœnare? *b.* Si tu vis. *a.* Euge! quanti aderis? *b.* Nihil mihi in-antecessu-des. *a.* Hoc novum. *b.* Sed, [quantum tibi post-concubitum videbitur, hoc da. *a.* Non injuria es. Ubi habitas? mittam. *b.* *En!* disce. *a.* Quando autem ve- [nies? *b.* Qua tu vis hora. *a.* Statim volo. *b.* Præi.

47. RUFINI.

Sæpe votis-expetivi ut te amplexus per noctem, Thalia, explerem animum florente amoris-insania :
nunc autem, quum nuda mihi dulcibus membris accubas, solutus veternosa langueo lassitudine.
Miser anime, quid passus es? expergiscere, neu fatiscas : quæres *aliquando* hanc supremam-felicitatem!

48. EJUSDEM.

Lumina *sunt* aurea, et vitrea gena, et os purpurea delectabilius calyce (*rosâ*),
collum lygdineum, et pectus splendens, et pedes argentea albiores Thetide.
Quodsi paullum inter-capillos tralucent dumi (*cani*), albam stipulam minime curo.

49. GALLI.

Tribus inserviens ad unum lectum (?) viris Lyde, huic supra ventrem, illi subter, alii a postico, [rem.
« Admitto, *inquit*, pædiconem, mulierosum, irrumato- Etiamsi festinas, ingressus cum duobus, ne abstineas. »

50. ANONYMI.

Et paupertas et amor duo mihi mala; et alterum feram

Invenies alium (deterge et comprime fletus) Qui nec te cædat, filia, nec videat.

48. RUFINI.

Aureus est oculis decor, et gena proxima vitro, Et rubor est ori qui solet esse rosis.
Pectus habet radios, et vincit marmora cervix, Sunt, Thetidos quales vix reor esse, pedes.
Quod si per medios fundit se spina capillos, Hac ego nil alba terreor a stipula.

κούφως· πῦρ δὲ φέρειν Κύπριδος οὐ δύναμαι.

51. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἠράσθην, ἐφίλουν, ἔτυχον, κατέπραξ', ἀγαπῶμαι·
τίς δὲ, καὶ ἧς, καὶ πῶς, ἡ θεὸς οἶδε μόνη.

52. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Εἰς Ἀρσινόην ἑταίραν Σωσιπάτρου.

Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν· ὅρκος ὁ πιστὴν
Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ φιλίην.
Ἀλλ' ἡ μὲν ψευδὴς κενὰ δ' ὅρκια, τῷ δ' ἐφυλάχθη
ἵμερος· ἡ δὲ θεῶν οὐ φανερὴ δύναμις.
Θρήνους, ὦ Ὑμέναιε, παρὰ κληῖσιν ἀκούσαις
Ἀρσινόης, παστῷ μεμψάμενος προδότῃ.

53. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡ πιθανή μ' ἔτρωσεν Ἀριστονόη, φίλ' Ἄδωνι,
κοψαμένη τῇ σῇ στήθεα πὰρ καλύβῃ.
Εἰ δώσει ταύτην καὶ ἐμοὶ χάριν, ἣν ἀποπνεύσω,
μὴ πρόφασις, σύμπλουν σύμμε λαβὼν ἀπάγου.

54. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μήποτε γαστροβαρῆ * πρὸς σὸν λέχος ἀντιπρόσωπον
παιδογόνῳ κλίνῃς Κύπριδι τερπόμενος.
Μεσσόθι γὰρ μέγα κῦμα καὶ οὐκ ὀλίγος πόνος ἔσται,
τῆς μὲν ἐρεσσομένης, σοῦ δὲ σαλευομένου.
Ἀλλὰ πρὶν στρέψας ῥοδοειδεῖ τέρπεο πυγῇ,
τὴν ἄλοχον νομίσας ἀρσενόπαιδα Κύπριν.

55. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δωρίδα τὴν ῥοδόπυγον ὑπὲρ λεχέων διατείνας
ἅψεσιν ἐν χλοεροῖς ἀθάνατος γέγονα.
Ἡ γὰρ ὑπερφυέεσσι μέσον διαβᾶσά με ποσσὶν,
ἧνυσεν ἀκλινέως τὸν Κύπριδος δόλιχον,
ὄμμασι νωθρὰ βλέπουσα· τὰ δ' ἠΰτε πνεύματι φύλλα,
ἀμφισαλευομένης, ἔτρεμε πορφύρεα,
μέχρις ἀπεσπείσθη λευκὸν μένος ἀμφοτέροισιν,
καὶ Δωρὶς παρέτοις ἐξεχύθη μέλεσι.

56. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκμαίνει χείλη με ῥοδόχροα, ποικιλόμυθα,
ψυχοτακῆ στόματος νεκταρέου πρόθυρα,
καὶ γλῆναι λασίαισιν ὑπ' ὀφρύσιν ἀστράπτουσαι,
σπλάγχνων ἡμετέρων δίκτυα καὶ παγίδες,

facile, sed Cypridis ignem ferre non possum.

51. ANONYMI.

Amavi, osculabar, consecutus sum, patravi, amor:
sed quænam, et cujus, et quomodo, dea scit sola.

52. DIOSCORIDIS.

In Arsinoen, Sosipatri amicam.

Juramentum commune Amori dedicavimus; juramentum
Arsinoes spondens Sosipatro amicitiam. [fidelem
At illa mendax, vanaque jurejuranda; sed ab hoc custo-
amor; deorum autem non conspicua potestas. [ditus est
Gemitus, o Hymenæe, pro foribus audias
Arsinoes, thalamum incusans proditorem.

53. EJUSDEM.

Suada me vulneravit Aristonoe, care Adoni,
plangens tuam pectora ad pergulam.
Si præstabit hanc etiam mihi gratiam, quum exspiravero,
haud mora, convectorem tecum me sumens abduc.

54. EJUSDEM.

Ne unquam utero-gravidam, accedens lectum, adversam
inclines liberûm-procreatrice venere te-oblectans:
in-medio enim ingens fluctuatio nec parvus labor erit,
remigante illa, teque jactato.
Sed antea conversæ roseis gaude natibus,
uxorem reputans masculam *esse* venerem.

55. EJUSDEM.

Doridem roseis-natibus super cubile ubi-distendi,
membris in virentibus immortalis sum-factus. [bus
Illa enim pulcherrimis medium varicitus-inscendens pedi-
absolvit recta Veneris stadium,
oculis languidum tuens; hi autem, velut vento folia,
dum-crebra-subsilit, tremebant purpurei,
donec effusum est album robur ambobus,
et Doris solutis fusa-jacuit membris.

56. EJUSDEM.

Insanire-faciunt labra me rosea, variorum-sermonum,
animam-resolventia oris nectarei vestibula,
et pupulæ crinitis sub superciliis fulgurantes,
viscerum nostrorum retia et laquei,

51. INCERTI.

Exarsi, petii, tenui, successit, amat me.
Quis, quæ, quove modo? scit dea sola Venus.

56. DIOSCORIDÆ.

Me furiant, animumque liquant arguta labella,
Oris nectarei limina picta rosis:
Quique superciliis rutili cohibentur ocelli,
Subdola visceribus retia tensa meis:
Lacteolæque pares tumidæ, res blanda, papillæ,
Major purpureis queis decor est foliis.
Sed quid nos canibus juvat ossa ostendere? quam nil
Celatum maneat, testis arundo Midæ.

καὶ μαζοὶ γλαγόεντες, ἐΰζυγες, ἱμερόεντες,
εὐφυέες, πάσης τερπνότεροι κάλυκος.
Ἀλλὰ τί μηνύω κυσὶν ὀστέα; μάρτυρές εἰσιν
τῆς ἀθυροστομίης οἱ Μίδεοι κάλαμοι.

mammæque lacteæ, bene-jugatæ, gratia-plenæ,
formosæ, omni suaviores *floris* calyce.
At cur indico canibus ossa? testes sunt
garrulitatis illi Midæ calami.

57. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Τὴν πυρὶ νηχομένην ψυχὴν ἂν πολλάκι καίῃς,
φεύξετ', Ἔρως· καὐτὴ, σχέτλι', ἔχει πτέρυγας.

57. MELEAGRI.

Flammæ innatantem (?) animam si sæpius uras,
fugiet, Amor; et ipsa, miselle, habet alas.

58. ΑΡΧΙΟΥ.

Νήπι' Ἔρως, πορθεῖς μὲ τὸ κρήγυον· εἰς μὲ κένωσον
πᾶν σὺ βέλος, λοιπὴν μηκέτ' ἀφεὶς γλυφίδα,
ὡς ἂν μοῦνον ἕλοις ἰοῖς ἐμὲ, καί τινα χρῄζων
ἄλλον ὀϊστεῦσαι, μηκέτ' ἔχοις ἀκίδα.

58. ARCHIÆ.

Parvule Amor, vastas me ex vero : in me exhauri
omne tu telum, reliquam minime linquens sagittam,
ut solum conficias spiculis meme, et quendam cupiens
alium ferire, jam non habeas cuspidem.

59. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φεύγειν δεῖ τὸν Ἔρωτα; κενὸς πόνος· οὐ γὰρ ἀλύξω
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

59. EJUSDEM.

Fugere oportet Amorem? vanus labor : non enim effugiam
pedes alatum, usque persequentem.

60. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Παρθένος ἀργυρόπεζος ἐλούετο, χρύσεα μαζῶν
χρωτὶ γαλακτοπαγεῖ μῆλα διαινομένη·
πυγαὶ δ' ἀλλήλαις περιηγέες εἱλίσσοντο,
ὕδατος ὑγροτέρῳ χρωτὶ σαλευόμεναι.
Τὸν δ' ὑπεροιδαίνοντα κατέσκεπε πεπταμένη χεὶρ
οὐχ ὅλον Εὐρώταν, ἀλλ' ὅσον ἠδύνατο.

60. RUFINI.

Virgo argenteis-pedibus lavabat, aurea mammarum
cute lacti-alligato-simili poma irrigans;
clunesque invicem rotundæ torquebantur,
undis undosiore cute agitatæ.
Extuberantem vero obtegebat expansa manus
Eurotam, non totum, sed quantum poterat.

61. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῇ κυανοβλεφάρῳ παίζων κόνδακα Φιλίππῃ,
ἐξ αὐτῆς κραδίης ἡδὺ γελᾶν ἐπόουν·
« Δώδεκά σοι βέβληκα, καὶ αὔριον ἄλλα βαλῶ σοι,
« ἢ πλέον, ἠὲ πάλιν δώδεκ' ἐπιστάμενος. »
Εἶτα κελευομένη ἦλθεν· γελάσας δὲ πρὸς αὐτήν·
« Εἴθε σε καὶ νύκτωρ ἐρχομένην ἐκάλουν. »

61. EJUSDEM.

Cum nigra-oculis ludens condacem Philippa,
ex ipso corde suaviter ridere *eam* feci :
« Duodecim tibi jactus-misi, et cras alios mittam tibi,
aut plus, aut rursus duodecim, peritus. »
Dein jussa venit; ridensque *ego* ad eam,
« Utinam te etiam noctu venientem invitassem! »

62. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔπω σου τὸ καλὸν χρόνος ἔσβεσεν, ἀλλ' ἔτι πολλὰ
λείψανα τῆς προτέρης σώζεται ἡλικίης,
καὶ χάριτες μίμνουσιν ἀγήραοι, οὐδὲ τὸ κάλλος
τῶν ἱλαρῶν μήλων ἢ ῥόδου ἐξέφυγεν.
Ὦ πόσσους κατέφλεξε τὸ πρὶν θεοείκελον ἄνθος,
[ἡνίκα πρωτοβόλων λάμπεν ἀπὸ βλεφάρων.]

62. EJUSDEM.

Nondum tibi pulchritudinem tempus exstinxit, sed adhuc
reliquiæ prioris servantur ætatis; [multæ
et gratiæ manent non senescentes, neque venustas
e lætis mammis aut rosario evanuit.
Oh! quot-viros adussit pristinus ille divinus flos,
[quando prima-tela-jaculantibus fulgebat ex oculis!]

63. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἀντιγόνη, Σικελὴ πάρος ἦσθά μοι· ὡς δ' ἐγενήθης
Αἰτωλὴ, κἀγὼ Μῆδος ἰδοὺ γέγονα.

63. MARCI ARGENTARII.

Antigone, Sicula prius eras mihi; ut vero facta es
Ætola, et ego Medus en sum factus.

---

59. ARCHIÆ.

A Veneris puero nulla est fuga. Quo miser ibo,
Perpetuo peditem cum premat ales Amor?

64. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Νῖφε, χαλαζοβόλει, ποίει σκότος, αἶθε, κεραύνου,
πάντα τὰ πορφύροντ' ἐν χθονὶ σεῖε νέφη.
Ἢν γάρ με κτείνῃς, τότε παύσομαι· ἢν δέ μ' ἀφῇς ζῆν,
καὶ διαθεὶς τούτων χείρονα, κωμάσομαι·
Ἕλκει γάρ μ' ὁ κρατῶν καὶ σοῦ θεὸς, ᾧ ποτε πεισθεὶς,
Ζεῦ, διὰ χαλκείων χρυσὸς ἔδυς θαλάμων.

65. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αἰετὸς ὁ Ζεὺς ἦλθεν ἐπ' ἀντίθεον Γανυμήδην,
κύκνος ἐπὶ ξανθὴν μητέρα τὴν Ἑλένης.
Οὕτως ἀμφότερ' ἐστὶν ἀσύγκριτα· τῶν δύο δ' αὐτῶν
ἄλλοις ἄλλο δοκεῖ κρεῖσσον, ἐμοὶ τὰ δύο.

66. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Εὐκαίρως μονάσασαν ἰδὼν Προδίκην ἱκέτευον,
καὶ τῶν ἀμβροσίων ἁψάμενος γονάτων,
« Σῶσον, ἔφην, ἄνθρωπον ἀπολλύμενον παρὰ μικρὸν,
« καὶ φεῦγον ζωῆς πνεῦμα σύ μοι χάρισαι. »
Ταῦτα λέγοντος ἔκλαυσεν· ἀποψήσασα δὲ δάκρυ,
ταῖς τρυφεραῖς ἡμᾶς χερσὶν ὑπεξέβαλεν.

67. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ.

Κάλλος ἄνευ χαρίτων τέρπει μόνον, οὐ κατέχει δὲ,
ὡς ἄτερ ἀγκίστρου νηχόμενον δέλεαρ.

68. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ, οἱ δὲ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΟΝΤΙΚΟΥ.

Ἢ τὸ φιλεῖν περίγραψον, Ἔρως, ὅλον, ἢ τὸ φιλεῖσθαι
πρόσθες, ἵν' ἢ λύσῃς τὸν πόθον, ἢ κεράσῃς.

69. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Παλλὰς ἐσαθρήσασα καὶ Ἥρη χρυσοπέδιλος

64. ASCLEPIADIS.

Ninge, grandina, fac tenebras, fulgura,
obscurantia omnia terræ incute nubila.
Si enim me occidis, tunc desinam; sed si me sinis vivere,
XXX. Lemma : ὅτι πόρναι τὸν χρυσὸν μᾶλλον ἢ τοὺς ἐραστὰς ἀσπάζονται. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 445. Sunt quæ faciant ad epigrammatis sententiam in Duporti Gnomologia p. 274. » *B.* — 2 μαιωνίδας Cod. — 3 sic Plan.; φέρεις Cod. Χάραγμα, i. e. τὸ κεχαραγμένον, monetam, numos. Conferenda cum his Tibulliana II, el. 4, 29 seqq., quæ Jac. citat. — 5 ὁ Κέρβερος, repete ἐν προθύροις δέδεται. — 6 οἱ πλούτου Plan.; οἱ πλούτοι, hac terminatione a correctore in ov vel ou mutata, Codex. Hinc Heckerus οἱ πλοῦτοι, quod pro οἱ πλουτοῦντες, οἱ πλούσιοι dici persuasit sibi exemplis minime similibus p. 32 seq. Meinekius p. 208 ἁπλουτον πενίην (quocum O. Schneiderus comparat ἀκτήμων πενία Theocr. XVI, 33). Piccolos τῷ πλούτῳ. Mehlhornius ad Anacr. p. 176 ὦ πλοῦτος. His omnibus probabilior Jacobsiana emendatio : οὐ πλοῦτον, πενίην δ' (hoc de suo addit) ὡς ἀδικεῖτε, « *quanta injuria afficitis non tam divitias* (dum divites pecunia emungitis) *quam paupertatem*, quam ab aditu prohibetis. » Quibus addit Boiss. : « Non poterat omnino μόνοι (sic Cod. et edd.) servari, quum πλεονέκται sint πόρναι. Hoc dicit : O avaræ et cupidæ feminæ, non divitias, paupertatem tantum quanta afficitis injuria! Bis intelligendum ἀδικεῖτε : οὐ πλοῦτον ἀδικεῖτε ὡς πενίαν ἀδικεῖτε μόνοι. » Nimirum δ' haud admittebat, quo ægre careas in Jacobsii scriptura. Schneiderus quoque μόνον desiderabat. Denique Ungerus *Beitræge* p. 36 : οἱ πλούτῳ πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνοι. Quibus explicationis aliquid adjectum velles ab optimo viro. An intelligendum : divitiis ad sublevandam paupertatem aliorum natis, quantum vos soli abutimini ad deprimendam!

XXXI. Lemma : ὅτι πάσας τὰς ὕλας ἡ ἡδονὴ ἀσπάζεται καὶ χωρὶς χρυσοῦ ἑταίρα οὐχ ἁλίσκεται. « Epigrammatis ἰδέα nata videtur ex epitheto homerico Veneris, χρυσέη, quod diverso, quam a poeta fuit positum, sensu acceptum effecit ut etiam de ἀργυρέᾳ et χαλκέᾳ Venere cogitaretur. — 3. Χρυσοῦν ἄνδρα de bene nummato accipe, quum alibi sint bene morati, quales fuerunt sæculi aurei homines. — 5. Sensus : Nestorî similis hodierna Venus, quæ tres ætates et ipsa, auream, ferream argenteamque, simul complectitur. — 6. Danaes fabulam in eundem modum interpretantur Horatius Carm. III, od. 16, et Ovidius Amor. III, el. 8, 30. » *Jac.* Conf. ep. 33, 34; XII, 219. *B.*

XXXII. Lemma : εἰς Μέλισσαν τὴν ἑταίραν. Ludit in nomine amicæ. — 4. Vide ep. 29.

XXXIII. Παρμενίονος Cod. — 1 Εἰς Plan. — 2. « Μὴ τρέσῃ. Ap. Lucian. D. deor. 2 conqueritur Juppiter quod mulieres mortales, quas amat, τὸν μὲν ταῦρον ἢ κύκνον φιλοῦσιν, ἐμὲ δὲ ἦν ἴδωσι, τεθνᾶσιν ὑπὸ τοῦ δέους. » *Jac.*

XXXIV. Lemma : τοῦ αὐτοῦ ὅμοιον. — 1. Χρυσοῦ, scilicet εἶχε.

XXXV. Lemma : εἰς πόρνας, ἀναίσχυντον καὶ σαπρὸν καὶ ὅλον γέμον ἀναίδειαν. « Recentiorum est illa syntaxis verbi γέμειν. Georgides initio Gnomologii a me editi : γνῶσιν γέμον. Conf. lemma 116, 255. » *B.* Similis de pygarum præstantia certaminis mentionem fecerunt Athenæus XII, p. 554, C, et Alciphron I, ep. 39. *Jac.* Ad Choricium p. 44 hæc narrat Boissonadius : « Hoc epigramma Gallico sermone conversum fuit a Larchero ad Charitonem p. 153; cujus petulantiæ quum serius optimum virum pœniteret, noluit notam paulo proteriorem in altera editione repeti, quæ lucem vidit anno 1797, et scripsit misitque commentationis aliquid novæ. Sed qui illam curabat Chardo Rochettius, homo librorum ab omni obscœnitate expurgatorum osor, pudorem senecionis risit meticulosioris, et posteriorem notæ recensionem, quam dixit ad se delatam serius, appendici inseruit; qua quidem appendice exemplaria carent plurima. » — 1 αὐταί Brunckius; αὗται Cod. — 3. « Hinc Suidas : Γελασίνοις, γραμμαῖς ταῖς ἐκ τοῦ γελᾶν γινομέναις. Erant illæ fossulæ, non in genis, sed in natibus. » *B.* Conf. Pseudo-Lucian. Amor. c. 14. — 4 sic Salmasius; λευκὴ et εὐαφίην Cod. et Suidas. — 5. « Rosarum cum nive conjunctio passim occurrit in floridi coloris descriptione. Sic Musæi v. 58 : ἄκρα δὲ χιονέων

φοινίσσετο κύκλα παρειῶν, ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον, ubi v. Heinrich. p. 63. » *Jac.* — 6. « Μᾶλλον ἐρυθροτέρη, pleonasmo adverbii, de quo v. ad Simoc. p. 277, ad Æneam p. 176. » *B.* — 7. Γαληνιόωσα, ap. Alciphr. l. c. ὑπομειδιῶσα. Tertiæ puellæ pyga similis tranquillo mari, quod lenibus ventis crispatur. — 9 ἐθεάσατο Plan., ubi hoc solum distichon.

XXXVI. Lemma : ὅμοιον, ἀναίσχυντον καὶ σαπρότατον. — 2 ἔχει κάλλος ἀρειότερον Plan. « Ludit in nomine herois Homerici Μηριόνης dicti, vocabulum obscœne detorquens ad μηροὺς et interfeminium. Conf. Antipatrum XII, ep. 97. » *B.* — 4 μούνῳ vel, ut in cod. Barber., οἴῳ (pro γυμναί) Plan., qui omisit quattuor sequentes versus. « Jacobsius conjecit λειβόμεναι. Codicis scriptura λειπόμεναι sensum fundit exiliorem : *ut deæ essent, tantum nectar deerat.* Sic Aristænetus I, ep. 2 : μόνῳ γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων, quanquam hac explicatione admissa articulum additum velis. Sed illi emendationi imprimis favet Nossis VI, ep. 275. » *Heck.* — 6 ῥόδων πολιῶι Codex. « Jacobsius olim οἷα ῥοδῶν λείῳ, quod postea repudiavit, quia de una rosa, non de rosario hic agatur, et ῥόδων κόλπος proposuit. In rosario singulæ rosæ afflatu Zephyri huc illuc vergunt; quæ comparatio hic aptissima, et scribendum ῥοδῶν πολλῷ. Pro λείῳ præstabat ἀπαλῷ [quod Jac. proposuit in notis mss.]. Poeta autem nostro loco μηρὸν cum rosario comparans, paululum a priori sententia deflectens, in voce ῥοδών sine dubio respexit ad nequiorem significationem, de qua Hesych. : Ῥόδον, Μιτυληναῖοι τὸ τῆς γυναικός. Sic et ῥοδωνιά, schol. Theocr. XI, 10. » *Hecker.* Eadem sententia Boissonadii, qui Heckeri librum non viderat. Addit notulæ : « Sic Molierii Jordanus : *Madame, je vous souhaite toute l'année votre* rosier *fleuri.* » Post hunc versum excidisse distichon de Melite dudum observavit Jacobsius. — 7. « Vitri similitudo ad lævitatem referenda est (conf. ep. 48, 1), quo pertinet etiam comparatio cum recente simulacro. » *Jac.* — 8. Post hunc versum legitur distichon extremum epigrammatis 60, nescias quomodo huc delatum. — 10 sic Plan.; εὐθὺς Cod., etiam Barberinus Plan.

XXXVII. Lemma : τοῦ αὐτοῦ, ὁμοίως.

XXXVIII. Lemma : ὅτι τὰς εὐμεγέθεις μᾶλλον δεῖ φιλεῖν. — 3 ἦν (sic) μὲν Cod., in marg. γρ. η (sic) μέν. Deinde ἡ δὲ παλ. Brunck. — 4 λειχάσεται Toupius, a λειχάζω, *fello.* Sic enim, non λικάσεται, Jacobsius refert in nott. mss. et Chardo. Quod haud dubie verum. Codex δικάσεται. Brunckius λιχμάσεται. Abreschius et Heckerus συκάσεται, allata gl. Hesychii : Συκάζειν, τὸ κνίζειν ἐν ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις. Sed παλαιή quoque, utpote nimium et per se et post πρεσβυτέρη, merito offendit O. Schneiderum, qui ingeniose conjecit ἦν δὲ παλεύῃ Γραῖά με, coll. Lycophr. 405. Quod verum est. Sero cognitum stereotypicis formis inferendum curavi.

XXXIX. Lemma : πρὸς ἔρωτα καὶ τοὺς θιάσους. — 3 μ' ἀροῦσιν Meinek. p. 179, « quod prima producta dici adhuc nonnisi Atticorum poetarum exemplis constabat. » Jacobs. in nott. mss. : « lege μ' ἀναροῦσιν. » Cod. αἱροῦσιν. Plan. ἐρέουσιν. « Efferent ad sepulturam. Vide Jacobs. Lectt. Stob. p. 13. » *B.* Sententia causalis priore loco orationis enunciata; qua de re vide Matth. Gramm. p. 906. *Both.* — 4 γὰρ ἴσως Cod. et Plan.; χαρτοὺς vel γ' ἑτάρων conj. Jacobs. « Potuisset fortasse lenius Χαρίτων, nisi id pro persona dicentis paullo verecundius esset. Itaque vide an ita scribendum sit : τῶνδ' ἕνεκεν γὰρ ἴδ' ὡς; οὔποτ' ἐῶ θιάσους, quo modo Diotimus locutus est ep. 106 : τὴν ἰδικὴν οἶμον ἴδ' ὡς φέρομαι, et alii ap. Jac. ad Plan. 182. » *Meinek.* Quod recepi. Boissonadius tentabat « ἴσους, epitheto sumpto ex formula homerica δαιτὸς ἐΐσης. » Bothius vidit sententiam haud ferre pluralem, et τοῦδ' ἕνεκεν esse scribendum. Graviora movit Ungerus *Stud.* VII, alterum distichon observans non satis aptum esse priori, et talia potius exspectari : « Nonne aliquando ad inferos devenire oportet, sive podagricus sim sive cursor? Voluptatibus ergo fruar vitæ, etiamsi me claudum sint reddituræ. »

Πῶλοι γάρ μ' αἴρουσιν· ἔα χωλόν με γενέσθαι
τῶνδ' ἕνεκεν, Χάρι, σοὺς οὔποτ' ἐῶ θιάσους

scribit, πώλους intelligens ἑταίρας, coll. Hesych. v. Πῶλος, et θιάσους Χάριτος ut Ἔρωτος, de ἀφροδισίῳ χάριτι; fortasse respexisse poetam etiam ad *claudi* Vulcani uxorem Gratiam. Neque hæc sine offensione esse satis apparet, et fatendum est ignorari hodie ipsam rem quæ salem olim, ut probabile est, adspergebat huic epigrammati.

XL. Lemma : πρὸς ἑταίραν Φιλουμένην παραίνεσις. Immo uxorem viri nequam, qui loquitur. Quattuor priores versus omisit Plan. — 2 ἅπαξ Cod. — 3 ἀλλά γ' ἐκείνοις; Reiskius, probante Boiss.; idem etiam ἀλλ' ἐς ἐκείνους, probante Bothio. Cod. ἀλλεκείνους (sic). Jacobs. ἀλλὰ σὺ κείνοις. « Οἱ καταπαίζοντες videntur esse cognati et vicini, qui mœcham, viri absentia fruentem, dicteriis incessant. » *Jac.* — 4. « Tenui Codicis ποεῖν. Hic scribendi modus ex Aristophane notus in tali epistolio placebat. Conf. ep. 41, 4; 61, 2; XI, ep. 160, 4. Πλεῖον ποιεῖν illustretur ex epigr. 45. Conf. Græv. Lectt. Hesiod. c. 15, ad v. 602. » *B.* Sensus : incipe plura lucrari, quam equidem poteram. *Jac.* — 5. « De proverbio πάντα λίθον κινεῖν vide ad Anecd. mea IV, p. 232. Adde Plin. Epist. I, 20, § 15. — 6. Præpositio εἰς cum verbo quiescendi γέγονας exemplis firmatur similibus, ac notione ipsa motus quo utendum fuit ὥστε γεγονέναι ἐν ἀκτῇ. » *B.* Dicuntur ἀκταί, in quibus luxuriosi homines convivari solebant, de locis luxuriæ et voluptati destinatis. *Jac.* Brunckius posuit εὐφρόσυνος, quod minus aptum. Grotius pro nomine proprio cepit. — 7. « Maritus, uxoris leno, monet ut honestam modestamque speciem præ se ferat, quæ ad inflammandos adulteros non minimum confert. » *Jac.* Qui literam δ' addidit. Supple φρόντισον. Codex τὸ ἐνοίκιον ἄν τι. — 9 τέκε καὶ τέκε Cod., corr. Salmasius. « Conf. not. ad Nicet. Eug. p. 361. » B. Edebatur ex Piersoni conj. τέκε καὶ τρέφε. In Plan. λάβε καὶ τέκε. — 10. Verum patrem aliquando inveniet.

XLI. Lemma : πρὸς τινὰ πόρνην, χλευαστικόν. « Mulierem formosam, quam maritus nudam et male mulcatam ejecerat, consolatur, salubri consilio addito. Hoc quoque carmen, ut haud pauca istorum poetarum, et sophistarum epistolæ plurimæ, ex comœdiæ quadam scena ductum videtur. » *Jac.* — 2. Tibullus I, el. 10, 59 :

Ah, lapis est ferrumque suam quicumque puellam
Verberat.

« Καὶ οὐκ ἔβλεπεν; *et oculis caruit? et cæcus fuit?* Conf. ep. 43, 6. Alia promam ad XII, ep. 189. » *B.* — 4. Γινόμενον (ἐστί), *fieri hoc solet;* at Boiss. : « Ita scilicet evenit; ita esse factum concedo. » De qua dicendi formula dubitantes Jacobsius μοιχὸν... κρυπτόμενον, *latere volentem;* Heckerus κλινόμενον, coll. ep. 54, 2. « Τέκνον, ut vernacula dicimus *mon enfant, ma fille.* Conf. ep. 43, bis. Ac sic Latini. Apuleius Met. IX, p. 196 : *Nihil triste de me tibi, fili, meluas.* » *B.* — 5 εἴ τι; Heckerus; ἤ τι; Jacobsius. Codex solœce ὅταν ἐστίν.

XLII. Lemma : εἰς πόρνας (πόρναν Cod.). — 1. « Τὴν ἀφελῆ Suidas interpretatur τὴν ἀπόνηρον καὶ δωσίπυγον. Conf. ad XII, ep. 200. » *B.* Ausonius epigr. 39 :

Hanc volo quæ non volt; illam quæ volt ego nolo.

XLIII. Lemma : τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως (ut ep. 41). — 1 ἐπὴν Plan.; ἐπ' ἂν Cod. — 2. « Quasi germanus Pythagoræ discipulus. Pythagoras enim οὐδεπώποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν, οὔτε ἀφροδισιαζων, οὔτε μεθυσθείς, ut Suidas ex Diog. L. VIII, 19. Præsertim autem Rufini ætate ii qui se Pythagoræ successores et discipulos existimari volebant, commercium cum mulieribus turpe putabant. V. Porphyr. De abstin. IV, 20. » *Jac.* — 3 κατατρίψεις Cod., quod nunc præfert Jac. in nott. mss., itemque Bothius. Edebatur ex Plan. καταδρύψεις. — 6 τὸν μὴ κέτι βλ. Cod.; μηκέτι τὸν τὸ βλ. Plan., corr. Jacobs., qui annotat : « Indulgentem illi optat maritum et ad uxoris flagitia conniventem, qualem Juvenalis descripsit Sat. I, 56. »

XLIV. Lemma : εἰς τὰς ἑταίρας (Cod. τὴν ἑταίραν) Λέμβιον καὶ Κερκούριον· εἰσὶ δὲ ταῦτα τὰ ὀνόματα μικρῶν καραβίων, τῶν παρ' ἡμῖν σανδαλίων. Navicularum species. « In codice Philaræ bis scribitur hoc epigramma, et primum Nicarcho tribuitur, deinde vero Rufino. » *Chardon.* — 3. Imitatur pseudo-Simonidem infra ep. 161, 5.

XLV. — 1 τὰ ἃ κέρμ. Brunckius; τὰ κέρμ. Cod. — 2. « Lusus est in nomine φύσιος, quæ intelligi potest natura arti opposita, intelligi nunc debet natura seu loca naturalia. De quo sensu H. Stephanus De latin. falso susp. p. 21, Elmenhorst. in Indice Apuleii. » *B.*

XLVI. Lemma : πρὸς ἑταίραν κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. « In hoc epigramma commentatus sum ad Nicet. Eug. p. 158. Conf. ep. 101. » *B.* — 1, 2. Reiskii, Brunckii, Jacobsii explicationes aut conjecturas minime esse probabiles recte observat Heckerus, ipse hæc tentans : β. σὲ δέ; α. μή πω Τοῦτο· φίλος που δός. β. μήτε (sic Cod.) σύ. « Quum rogasset Philodemus mulierem, quo nomine appellanda esset, hæc non respondet, sed vicissim poetæ nomen scire cupit, ad quæ ille : « Ne me nomine meo appelles, amici nomen des », cui μήτε σύ optime convenit. Quum καλεῖν sit ὄνομα διδόναι, omnino recte τοῦτο simpliciter verbo δός adjicitur, substantivo e καλεῖν repetito. » Rectissime μήπω τοῦτο dat poetæ; reliqua non nauci. Boiss. : « Olim φιλόσπουδος mihi significare videbatur, Impatiens sum moræ; scilicet volebam scribere φιλόσπευδος, vocabulum valde suspectum. » Qui deinde μή γε σύ, pro μήτε σύ. Aptius μηδὲ σύ præcedentibus μήπω τοῦτο (ἐρωτήσῃς) φιλόσπουδος, quæ Chardo quoque poetæ tribuit, vertens : « Nondum de hac re (scil. de nomine meo) sollicita sis. Gallice : *ne vas pas si vite en besogne sur cet article.* » — 4 εἶτα πόσου π. Valckenar. Diatr. Eur. p. 286. — 7. « Καταμάνθανε Reiskius ita accipit quasi puella amanti domicilium suum digito indicet. Si res Londini Parisiisve ageretur, meretriculam viro tabellam porrigere dixeris, in qua et nomen et mansio perscripta esset. » *Jac.* — 8. « Velim θέλῃς vel θέλοις. » *B.*

XLVII. Lemma : εἰς Θάλειαν τὴν ἑαυτοῦ ἑταίραν. — 2. « Scripto θαλερῇ poeta ludere voluit in nomen Θαλείας. — 3 μοι addidit Reiskius. Πέπλησαι a πελάω, πελάζω. Participium ejus perfecti exstat in Od. 12, 108 : Σκύλλης σκοπελῷ πεπλημένος. » *B.* — 5 τάλασ superscripto ν Cod.

XLVIII. Lemma : εἰς κόρην ἔπαινος τοῦ κάλλους αὐτῆς. — 3. Αυγδινέη, conf. ad ep. 13, 3. Varro ap. Jac. : *Collum procerum, fictum lævi marmore.* — 4. « Primum hujus breviloquentiæ exemplum fuerit ap. Hom. Od. B, 121 : τάων οὔτις ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείῃ ἤδη. » *Jac.*, plura addens p. 66. Boiss. citat VII, ep. 407, 9; IX, ep. 190, 3; Psellum Opusc. p. 51 : τὸν ἄνδρα τοῖς Αυσιακοῖς καὶ Θουκυδιδείοις συγγράμμασι παραβάλλοντες, et multa alia, etiam latina Ovidii Trist. V, el. 5, 43; Martial. XII, 44; Orosium III, 18 : *sua opera patri præponentem.* — 5 πλοκάμοισι Plan.; ἀκανθας (sic) Cod. « Notanda metaphora de canis. Est enim vocis ἀκάνθης usus in omnibus rebus, quæ, ut minus gratæ, animum pungunt et sollicitant. » *Jac.* — 6 οὐδὲ Cod. a pr. m.

XLIX. Lemma : τοῦ δικαίου Γάλλου ἐπίγραμμα ἀδικώτατον. « Nomen fuit forsan poetæ Αλλίου vel Διδίου Γάλλου [Reiskii ea conjectura], quod male scriptum male legit δικαίου glossator et addito articulo lusit opponens τοῦ δικαίου et ἀδικώτατον. Sic lusit in lemmate epigrammatis 55. Plurima similia collecta vide in mea nota ad Psellianum Μάνεντος τοῦ μανέντος p. 194. — 1. Chardo Rochett. qui hoc epigramma tractat Miscell. t. II, p. 328-331, habet τάχος pro τάχιστα (conf. ep. 184, 6) : ἡ τάχος τρισὶ λειτουργοῦσα πρὸς ἕν. Quod vix placet; nam quis illa legens non jungat statim adjectivo ἓν nomen τάχος? Jacobsii conjectura τέλος est probabilis; probabilis et Toupii legentis λέχος, probabilior forsan mea, scilicet νάκος. Est νάκος, δέρμα, σισύρα, pellis, lodix. » *B.* Ἡ δυσὶ λ. Reiskius et Brunck. « Sed tres sunt : primus φιλυδριστής (irrumator), qui partes superiores, τὰ ὑπὲρ τὴν νηδὺν, petit; alter legitimæ veneri litat ὑπὸ τῆς νηδύος; tertius denique τὰ ὄπιθεν sibi vindicat. » *Jac.* — 2 τῶι ὄπιθεν Cod., corr. Tyrwhittus, et ante eum Salmasius, unde legitur etiam in Philaræ codice. — 4. « Obscurum est μὴ κατέχου. Si festinas et, cum duobus veniens, metuis ne nimium circa vos tres morer, noli metuere; ne abstineas. Nam tribus non longiore tempore quam uni gratificari queo. Sunt verba Apuleii huc conferenda, Met. IX, p. 196 : *ut sine ulla controversia vel dissensione tribus nobis in uno conveniat lectulo.* » *B.* Est idem quod μὴ κάτεχε σεαυτόν : minime opus, etiamsi veneris tertius.

L. Tribuitur *Rufino* in adjectis Planudeæ codici Barberino. — 1 μοι in Codice recentiore m. supra versum. — Bis hoc epigramma vertit Claudianus, ep. 89 :

Paupertas me sæva domat, dirusque Cupido :
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

Et ep. 90 :

Esuriens pauper telis incendor Amoris.
Inter utrumque malum diligo pauperiem.

LI. — « In nuptias clandestinas cum puella ipsi amanti ignota. Argumentum in dictionis gratiam fictum, qualia multa apud grammaticos. Quæsivit auctor elegantiam in eo, quod primum versum ex singulis verbis, iisque trisyllabis præter ultimum, composuit; alterum autem hemistichium ex monosyllabis. » *Jac.* — 2. Ἡ θεός, Venus.

LII. Ex lemmate, εἰς Ἀρσινόην ἑταίραν Σωσιπάτρου, male intellecto *Sosipater* inter epigrammatographos relatus erat, de qua re narrat Chardo Roch. Miscell. I, p. 114-116. — 1. De jurejurando loquitur ut de donario, nove, si sana est scriptura. Heckerus ὅρκον κοινὸν Ἔρωτας ἐθήκαμεν, collato θεῶν v. 4. Dativus Ἔρωτ' non addubitatus a Meinekio p. 78. Hermannus ad Orph. p. 767

Ὅρκῳ κοινὸν ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν. Nominativus qui sequitur vim habet et affectum majorem quam qui esset in appositione ὅρκον. — 3 κενά θ' Bothius. — 4. « Οὐ φανερή, quandoquidem nulla *juris pejerati pœna* Arsinoæ *nocuit*, ut Horatius loquitur in simili re Carm. II, 8. Conf. Ovid. Amor. III, 3. — 5. Inauspicatas Arsinoæ nuptias precatur, in quibus non carmina et voces bene auspicatæ, sed lamentationes audiantur, futura novis maritis mala præsagientes. » *Jac.* Κληῖδες, *fores*, auctoritatem aliam habere non videtur præter Hesychii glossam : ἐνίοτε δὲ κληῖδες αἱ θύραι παρὰ τὸ ἐπικλείεσθαι. Heckerus (post Jacobsium in Add. t. XII, p. 448 extrema) παρὰ φλιῇσιν, qui θρήνους Sosipatri intelligere videtur ad postes Arsinoes excubantis, sicuti Boissonadius, qui sequenti versu μεμψαμένου scripsit, de Sosipatro. Edebatur μεμψαμένους e Reiskii conj., sed aptissimum μεμψάμενος Codicis.

LIII. Lemma : εἰς Ἀριστονόην. Conf. ep. 193. « De puella in festo Adonidis inter plangentes eum mulieres visa. Jacebat enim Adonidis simulacrum ἐν καλύβῃ, pergula in thalami speciem exornata, mulieribus circa planctum edentibus, κοπτομέναις, quod proprium in hac re verbum. Aristoph. Lys. 395 : ἡ γυνὴ κόπτεσθ' Ἄδωνίν φησιν. » *Jac.* — 1. Πιθανή, conf. ep. 158, 1. Aspirate φίλ' Ἄδωνι Meinekius, quem v. p. 160, ut Codex alibi. — 4. Σύμπλουν in Charonis cymba. Deinde « σύν metri causa divulsum a λαβών pronomini adhæsit, more satis antiquo, de quo Dorvill. ad Charit. I, 4, p. 228 Lips. » *Chardo.* Bothius σοί με, « ob tautologiam, » inquit. Codex ἄπαγον, quod correxit Jac. Adde quæ dicentur in epigrammate 193, iisdem fere verbis concepto.

LIV. Lemma : φλυαρία πρὸς ὁμοίους αὐτοῦ, πῶς δεῖ μετὰ γυναικὸς ἐγκύμονος συγκαθεύδειν. « Ὁμοίους αὐτῷ apogr. Paris., quod habet etiam Chardo, quem vide Miscell. I, p. 115. » *B.* — 1. Versus depravatus. Jacobsius γαστροβαρὲς προσορῶν λέχος, « quod vereor ut sufficiat. » *Meinek.* Heckerus versu 2 κλινθῇς, omnes λέχος de conjuge accipientes, quod in tali loco durissimum non aptis exemplis defensum ivit Heck. p. 40. Lenissime corrigi poterat πρὸς σὸν hoc modo : προσιὼν λέχος, quod est homericum λέχοσδε κιών. His scriptis repperi in schedis Jacobsii : « Fort. Μήποτε γαστροβαρεῖ προσιὼν, λέχος ἀντιπρ. », ita quidem distincta. — 3. Rectissime Boissonadius : « Non puto κῦμα esse pro κύημα, ob metaphoram sequentem, ἐρεσσομένης, σαλευομένου. Conf. epigr. sequentis versum 6. » Codex ὀλίγοος (sic), et vocem μέγα inter lin. — 5. Nescias quare πρίν (etiam Meinekio probatum) offenderit plures, qui Salmasianum πάλιν, vel Toupii περιστρέψας revocant. Etiam Boiss. : « Πάλιν, proscripto πρίν, est optima emendatio. »

LV. Lemma : εἰς Δωρίδα τὴν πόρνην, πορνικώτατον. — 2 ἄψεσιν optime Heckerus, et recipere non dubitavi ob simillima illa Ὀαριστύος Theocriteæ, 65 :

> Ὡς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν
> ἀλλήλοις ψιθύριζον· ἀνίστατο φώριος εὐνά.

Codex ἄνθεσιν, « quod non proprio sensu accipiendum; in toro enim res agitur; sed referendum ad ῥοδόπυγον : in ipsis, puta, Doridis artubus, floribus comparandis. » *Jac.* Ἀθάνατος, conf. ep. 94. — 3. Διαβᾶσα, ut eques. Describitur schema quod κέλητα appellant, « et turpis Apuleius (Metam. II, p. 32) dixit *pendulam venerem*. Cui quum contraria sit in primo versu facta descriptio : ὑπὲρ λεχέων διατείνας, tenendum est primum distichum circa præludia quædam ac velitationem amatoriam versari. » *B.* — 4 ἤνυσεν Codex; edebatur ἤνυεν. « Δόλιχον, stadium. Ruhnkenius (qui totum carmen illustravit Epist. crit. I, p. 71) comparat Lucret. IV, 1196 : *communia quærens Gaudia sollicitat* spatium *decurrere amoris*. Ap. Machonem Athen. XIII, p. 581, E, meretrix κέλητος schemate usa καθιππάζειν dicitur. Ἀκλινέως, Hesychio interprete ἀρρεπῶς, in neutram partem inclinata, quippe firmiter equo inhærens. » *Jac.* Boiss. vertit *recta*. — 5. « Jungo φύλλα πορφύρεα, ut Reiskius et olim Jacobs., non ὄμματα. Sunt φύλλα πορφύρεα, rosæ folia. Conf. ep. 36, 6. » *B.* Nimirum in Palatina Jac. : « Ὄμματα πορφύρεα, *nigri ocelli*. Φύλλα, *flores*; v. Theocr. XI, 26. » Hermannus tentabat γυῖα pro φύλλα. — 6 ἀμφὶ σαλ. Cod. — 7. Tertullianus De anima c. 27 : *In illo ipso ultimo voluptatis æstu, quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de anima quoque sentimus exire, atque adeo marcescimus atque devigescimus, cum lucis detrimento.* Boiss. laudat Tafel. Dilucidd. Pindar. p. 663.

LVI. Lemma : ποίῳ κάλλει θηρεύεται, καὶ τίσιν ἁλίσκεται ἀνὴρ ὑπὸ τῶν γυναικῶν. — 3 λασίῃσιν Plan. Sed in *hirsutis* superciliis puellæ fere omnes offenderunt. Jacobsius conj. γαλεραῖσιν, « *serenis*. Etym. M. : Γαλερόν, ἱλαρὸν, ἡδὺ, πρᾶον. τάσσεται δὲ ἐπὶ βλεμμάτων· καὶ γαλερωπός, ὁ γαλερὸν καὶ ἐπιτερπὲς βλέπων. Serenitas autem præcipue circa supercilia sedet. Pindar. Pyth. 9, 65 : ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάξας ὀφρύϊ. » Heckerus λαραῖσι, Geelius ῥαδιναῖσι. Piccolos λιπαραῖσι vel λαμυραῖσι. Denique hæc Boissonadius : « Mirum encomium in puella λάσιαι ὀφρύες. Sed non audio glossatorem, qui de feminis in genere agi putat; puto equidem peculiarem ac sibi amicam poetam laudare puellam, quæ spissa habebat supercilia. » Etiam Piccolos defendit : « *On peut supposer que, dans la pensée de l'auteur, ce mot avait un sens adouci, peut-être même louangeur, tel, par ex., que celui de* riche, bien nourri. *On sait, du reste, qu'aujourd'hui même les sourcils épais sont regardés dans le Levant comme une beauté; aussi les femmes qui les ont trop fins tachent-elles d'y suppléer par la peinture.* » — 5. Ἑόζυγες, quæ Plauto *sorortantes*. — 7 ὡστέα Cod. Proverbialis locutio, e Platonis, ut videtur, ducta epigrammate VII, 100, 3. Junium Adag. IX, 33, citat Boiss. — 8. Μίδεοι, ion. et æol. pro Μίδειοι, de qua re Jac. p. 66. Meinek. Del. p. 165 seq.

LVII. Lemma : πρὸς τὸν Ἔρωτα. « Hoc distichon fragmentum esse majoris carminis non dubito. » *Hecker.* — 1 τηκομένην Salmasius; Jacobsius χηραμένην, in notis mss. γ' ἡδομένην, ut πυραύστης χαίρει τῇ λαμπηδόνι τοῦ πυρὸς καὶ προσπέτεται τοῖς λύχνοις (Ælian. XII, 8), unde μωρὸς πυραύστου μόρος apud Æschylum. Marcellus Comes τὴν πυρὶ τυφομένην. Heckerus τὴν περινηχομένην, quod velim explicuisset. Si sanum est νηχομένην, hærebis in πολλάκι, pro quo *magis etiam, vehementius usque* postulat sententia. De re multis disputat Græfius p. 91 seqq., unde hæc habeto : « Notum est animam sub forma papilionis repræsentatam in artis operibus frequentari. Talem igitur ψυχὴν, veluti vivum animæ simulacrum, cogita ab Amore subjecta face torreri, et totam in igne natare : quæ imago non raro in antiquis monumentis occurrit. Ita illud φεύξεται bene convenit. Nescio an huc pertineat signum pueri alati, abjectis arcu et pharetra, et demissa face, sub cujus igne papilio prorepit, apud Sponium Miscell. p. 7, fig. 9. In eo signo evenit illud quod apud Meleagrum ψυχὴ minatur. Deus ita eam flammis petiit, ut jam aufugerit : id est, qui eo sepulcro contegitur, infelici amore consumptus periit. Ceterum ut in

nostro epigrammate Amor papilionem, quæ anima est, igne torret, ita alibi per lusum torquet. » — 2 ἔχεις Cod., corr. Reisk.

LVIII. Lemma : εἰς Ἔρωτα. — 1 τὸ κρίγυον Cod., corr. Reisk. Superscriptum vocabulo γρ. τὸ κήρινον, emendandi conatu infelici, qualibus abundat Planudea. Est pro κρηγύως, i. e. ἀληθῶς. « Πορθεῖν de personis illustrat Lobeck. ad Sophoclea Aj. 1187 : κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους. Euripides Peliasin fr. 5 : φίλους τε πορθεῖν. Pindar. Nem. IV, 42 et Dissen. Explic. ad Nem. III, 37. — Εἰς μὲ κένωσον, conf. ep. 198, 7; 268, 2, et quæ attuli similia ad Nicet. Eugen. p. 101. Lebrun, III, od. 24 : *O Vénus, puis-je aimer sans cesse? Dois-je seul de ton fils épuiser le carquois?* Waller : *Here Love takes stand, and, while she charms the ear, Empties his quiver on the list'ning deer.* In sanctiore argumento Joannes Chrys. t. I, p. 10 Matth. : μυρία βέλη δεχόμενος (Jobus), οὐκ ἐνεδίδου, ἀλλ' ἐκένωσε μὲν τοῦ διαβόλου τὴν βελοθήκην. » *B.* — 4 ἔχεις Cod., corr. Jac.

LIX. Lemma : ὁμοίως. Incerti est in Plan. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Bion. p. 87=396; illustravit Menag. ad Tassum p. 262. » *B.* — 1 δεῖ Codex, et sic Meinek., recte verba distinguens p. 201. Vulgo ex Plan. : Φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κενὸς πόνος. Δὴ tenere malit Piccolos p. 3.

LX. Lemma : εἰς παρθένον λουομένην. — 1. « Χρύσεα, *pulchra*, ut in χρυσέη Ἀφροδίτη, quocum arcte jungendum χρωτὶ γαλακτοπαγεῖ, tenello ut *massa lactis modo alligati*, Martial. VIII, 64. » *Jac.* Aristænetus II, 7 : τοῦ στέρνου τὰ μῆλα. Conf. ep. 62, 4. *Boiss.* — 3 εἰλ. Cod. Fateor me hærere in ἀλλήλαις. — 4. « Conf. ep. 35, 8. Hæ imagines nihil habent venusti. Fuit virginis illius corpus obesa pinguitie completum, ferensque ad turpitudinem. — 5. Apuleius Metam. II, p. 32 : *paulisper etiam glabellum feminal rosea palmula potius obumbrans de industria quam tegens verecundia.* » *B.* — 6. Conf. ad epigr. 36, 8. « Falso Suidas : περὶ αἰδοίου ἀνδρὸς ὁ λόγος. In nomine Εὐρώτας respicitur ad originem vocis, repetendæ ab εὐρύς. Adduntur hæc a poeta in vituperium puellæ, ceterum formosæ, sed a nimio veneris usu εὐρυτιώσης. De Ulysse similiter, sed in laudem, ut de viro, in Lusib. priap. LXX, 17 :

> Hujus et Alcinoi mirata est filia membrum
> Frondenti ramo vix potuisse tegi. » *Jac.*

LXI. Lemma : εἰς Φιλίππην τὴν ἑταίραν. — 1 κονδάκα Cod. « In lusu κόνδαξ sive κόνταξ dicto palus ita jaciebatur, ut summo capite in terra humectata et emollita figeretur, idemque sic depactus alio deinde palo dejiciendus erat. Vincebat, ut par est, is qui palum et rectius defixerat et defixum citius everterat. Sic certe Pollux IX, 120, describit τὸν κυνδαλισμόν, quem a κόνδακι nihil discrepasse verisimile est. Κύνδαλοι enim paxilli sunt, sicut κόντοι. In ea voce nequiores ludunt, ut in πάσσαλος Aristoph. Eccl. 1012, Eq. 374 seqq. » *Jac.* De ipso ludo poterit consuli Adryus Dict. ludorum in v. *Contomonobole. Boiss.* Παίζων dictum videtur pro συμπαίζων, cujus usus exemplum aliud non habeo; durissimum certe est in his mente supplere λέγων. — 2 ἐπόουν, ut ποεῖν ep. 40, 4. Apographa quædam ἐδόκουν, quod posuit Both. — 4 ἐπισταμένως præferam cum Heckero. Sequens distichon quum a tribus viris sagacibus consensu judicaretur alienum ab hoc carmine, idem Heckerus ejusque ignarus Boissonadius sententiam explicantes recte defenderunt. Ille : « Gloriatur se, quum jam duodecies cum Philippa Veneri operatus esset, rursus postero die eundem numerum expleturum; sed quum hæc postero die venisset, se vel eadem nocte illud facere potuisse dixit. » Boiss. : « Quandoquidem condacis ictus lusura et visura venis, utinam te ad alios alius conti ictus noctu feriundos invitavissem. » Vides ubi dissentiant duumviri optimi; nequior Rufinus Heckeri. — 5 κελευομένη γ' in apogr. Guyeti. Vix ferendus hiatus. « Conf. Horat. Sat. I, 2, 121 : *neque cunctetur, quum est jussa, venire.* Dura initio verbi ἔλεγον omissio hic iterum occurrit, haud dubie ab ipso profecta Rufino. » *Heck.*

LXII. Lemma : εἰς ἀνώνυμόν τινα γυναῖκα. — 1 τὸ καλὸν ὁ χρόνος Cod., corr. Salmas. — 2 σώιζεται Cod., ut antiqui et probi fere omnes. — 3 τὸ κάλλος Jacobsius; τὸ καλὸν Codex, qui versu 5 κάλλος præbet ubi metrum obstat, ut ex hoc versu videri possit irrepsisse. Quare recipere non dubitavi. — 4 ἡ ῥόδου Heckerus p. 35; vide ad ep. 36, 6. Codex ἡ ῥόδον, « quod omnino non scripsit Rufinus. Melius est οὐ ῥόδον · an verum, dubitari potest. — 5 ὦ scripsi; ὧ Codex; apographa quod editur ἄ. In fine Cod. κάλλος, quod cum Brunckio mutavi in ἄνθος. — 6 lacuna in Codice, addito ζτ (ζήτει). Ad marginem recentiore manu ponuntur versus duo : primum,

> ὁππότε πρωτόπλουν ἔτρεχες ἡλικίην,

deinde, cum ἄλλως, ille quem recepi. Vix videtur esse Rufini, sed nolui lectorem lacuna remorari properantem. » *B.* Versu 3-4 Bothius hariolabatur τὸ κοῖλον τῶν ἰδανῶν μήλων, in quibus non inficetum ἰδανῶν, i. e. εὐειδέων, Callimachea vox.

LXIII. — 2. « Αἰτωλή quasi αἰτοῦσα, et Μῆδος quasi μηδούς. Conf. XII, ep. 174, 3. Id manifestum est, et fere facetum; sed esse etiam in Σικελὴ lusum, quasi σιοῖς ἱκέλη, σιϊκέλη, i. e. θεοείκελος, id mihi non persuasit vir doctus (Bothius ap. Jac. p. XXXIII) : nam lusus longius quæsitus est difficilior, et quem nemo fere intelligat, de quo saltem nemo fere possit cogitare. » *B.*

LXIV. Lemma : πρὸς τὸν Δία περὶ τοῦ Ἔρωτος. « Poeta amans, ut alter Prometheus, se Jovis arma contemnere ait præ Amoris potentia. » *Jac.* — 1 νεῖφε Cod., etiam alibi, et edidit Meinek. — 2. « Pro ἔνσειε χθονί. Πορφύροντα, *atras* nubes. Cogitandum de Jove νεφεληγερέτῃ. » *Jac.* — 3, 4 μ' ἀφείης καὶ διαθῇς Plan.; ἀφῇς ζῆν καὶ διαθῇς Suidas. « Si sanum est διαθείς, locus ejusmodi exemplis tutandus qualia attuli Comic. Græc. vol. IV, præf. p. 10. Nescio tamen an præstet κἂν διαθῇς. » *Meinek.* p. 106. — 5, 6. « Gallicis versibus hæc reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 299. » *B.*

LXV. — 2 τῆς Ἑλένης Plan. Margo Pal. τὴν λίδ' (i. e. Λήδην). « Nunc *flava* dicitur, sed *Leda fuit nigra conspicienda coma*, si fides Ovidio Am. II, 4, 42. » *B.* — 3. Αὐτῶν pro τούτων.

LXVI. Lemma : εἰς Προδίκην ἐρωμένην. « Poeta quum puellam supplice prece ad lacrimas concitasset, et se jam voti damnatum iri existimaret, a lacrimante domo ejectus est. » *Jac.* Idem alibi observaverat ἐν τῷ παραδόξῳ inesse acumen hujus poematii. Aliter sentiebat Heckerus, cujus en ipsa verba : « Ultimum vocabulum sine dubio corruptum; nam quum sensus requirat significationem *amplectendi*, illo contrarium plane dicitur. Fortasse ὑπεξέλαβον sufficit, ex confusione frequentissima verbis

mutatis, sed lubentius reponerem ἡμᾶς χερσὶ πέρι ξ ἔλαβεν. »

LXVII. Lemma : εἰς κάλλος. In Plan. *Nicarcho* tribuitur.

LXVIII. Lemma in codice Parisino ap. Chardon. : εἰς Ἔρωτα. Plan. *Lucillio* soli inscribit. — 1. « Περίγραψον. Schol. Wech. ἐξάλειψον. Καὶ περιγράψαι, ἀποκτεῖναι· ἐπεὶ οἱ ἀποθανόντες περιγράφονται ἢ ἐξαιροῦνται τῶν ἀρχαίων. Conf. Ruhnk. ad Tim. p. 82, hoc ipsum epigramma tractans. » *B.* Simile Ausonii epigr. LXXIX :

Hoc quod amare vocant, misce aut dissolve, Cupido :
Aut neutrum flammis ure, vel ure duos.

LXIX. Lemma : εἰς Μαιονίδα κόρην. — 2 Μαιονὶν Plan. — 3 γυμνούμεθα Pal. — 4. « In verbis οὐ καλόν et περὶ καλλοσύνης acumen a poeta quæsitum. » *Jac.*

LXX. Lemma : εἰς ἑταίραν εὔμορφον. — 2 εἰαριανῶν, 4 φίλαι Codex, utrumque recte in Plan. « Rhianus fr. 1, 14 dixit εὔπηχυν Ἀθήνην. Callimachus Lav. Pall. 5 : Οὔ ποχ' Ἀθαναίη μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις. Ibi Spanh., coll. Euelio Synt. de Minerva p. 124, et epigr. 94. In fine scripsi φίλη, non, ut Grotius et alii, Φίλη. Et glossatoris mihi favet lemma. Conf. ep. 21. » *B.*

LXXI. Lemma : σκωπτικὸν εἰς γυναῖκα Ζήνωνος. « Rufino tribuit Brunckius; mihi magis Palladæ ingenium spirare videtur. » *Jac.* Et Boiss. : « Cum iis facio qui epigramma Palladæ potius tribuunt; nam sic circa nomina ludere amabat. » — 3. Ἀυσίμαχον, qui huic domestico bello finem faciat. — 4. « Nomina propria nunc sunt pro epithetis sumenda, uxoris quæ pugnam inchoat et viro decertat, quæ est πρώτη ἐν μάχῃ, καὶ ἀνδρὶ μάχεται. » *B.*

LXXII. Lemma : τοῦ αὐτοῦ ἐπαινοῦντος τὸν ἡδὺν καὶ ἄνετον βίον. « Hoc certe Palladæ est. » *Jac.* — 1 τρυφὴ βίος Salmasius; Codex τρυφῆς βίος, quod revocabat Boiss., et Chardonem quoque tenuisse video. — 3. Bothius distinguit ἄρτι χοροὶ στέφανοί τε, φιλανθέες ἄρτι γυναῖκες. — 4. Πάθω esse ut in φέρ' ἴδω, semet cohortantis, recte observat Jac. « Πάθω pro futuro, quo sensu sæpissime id tempus adhibent recentiores. Vid. not. ad Aristæn. I, 2, p. 258; Has. ad Lyd. p. 316. » *B.*

LXXIII. Lemma : εἰς Ῥοδόκλειαν τινὰ ἑταίραν ὡραίαν. καὶ τοῦτο δὲ τὸ ἐπίγραμμα Ῥουφίνου. « Puellam lavantem conspicatus, pro Venere eam habens, iram deæ deprecatur. » *Jac.* — 1 ἡ omissum in Cod. — 4 μνήσῃς et ἰδοῦσα Cod., utrumque corr. Salmas. « Tiresiam, adspecta Minerva quæ lavabat, oculis fuisse orbatum narrat Callimachus Hymno in lavacra Palladis. Servius ad Virg. Ecl. VIII, 102 : *nolunt se videri numina nisi ex nimia necessitate.* In Euripidis Ione, adveniente Minerva, Φεύγωμεν, ὦ τεκοῦσα, Ion ait, μὴ τὰ δαιμόνων Ὁρῶμεν, εἰ μὴ καιρός ἐσθ' ἡμᾶς ὁρᾶν. Ibi Barnes., Musgrav. et Jodrell. Adde Borger. in Epist. ad Galatas p. 222. Conf. IX, ep. 606, 625. » *B.* — 6 ἐνδέδυκας in quibusdam apographis.

LXXIV. Lemma : τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτὴν Ῥοδόκλειαν. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 132. » *B.* — 1 ἄνθεσι πλέξας, 2 δρεψάμενος Plan.; αὐτὸς Pal. « Abundat præpositio ante dativum ablativi vim habentem. » *Jac.* — 3. « Illos flores in descriptionibus jungere amabant. Libanius t. IV, p. 203 : ῥόδων ὀλίγων καὶ ἴων καὶ κρίνων. Hom. Hymn. Cer. 6. Adde mea ad Anecd. t. IV, p. 451. » *B.*

LXXV. Lemma : τοῦ αὐτοῦ Ῥουφίνου εἰς τινα παρθένον φθαρεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ. — 1 Ἀφροδίτῃ Scaliger et Huetius; Ἀμυμώνην Ἀφροδίτην Codex et Plan., quod vertit Grotius, et tenebat Chardo Roch., collato epigr. 102. — 2 ἔφλεξεν Cod. — 3 προσέπαιζε et ἑτόλμα Plan., male. Initio Bothius αὐτή, quod fortasse verum. Εἴ ποτε καιρός, scil. ἦν. Mireris Chardonem, palatinæ lectionis ubique tenacissimum, hic annotare : « Reposui εἴ ποτε καιρὸν ἐτόλμων. Soph. Aj. 32 : καιρὸν ἐφήκεις. Eur. Hel. 487 : καιρὸν γὰρ οὐδὲν (sic) ἦλθες. Pindar. Pyth. I, 57 : καιρὸν εἰ φθέγξαιο. » Infra ep. 112, 5 : καὶ παίζειν ὅτε καιρός, sc. ἦν. — 4. τὸν πόνον Grotius et Jacobsius de amore accipiunt quem puella sentiebat. Legens equidem intelligebam quod statim sequitur, πολλὰ καμών. — 6. De indicativis vide Jacobs. p. 69. Non eadem latini sermonis velocitas.

LXXVI. Lemma : εἰς πόρνην γηράσασαν, σκωπτικόν. — 1. Bothius conj. Αὔγη. — 3 πολιῇσι Plan., omittens ultimum distichon. — 5 ῥυτῶδες Cod. et τὸ inter lin.; corr. Jacobs.

LXXVII. Lemma : εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὁμιλίας. — 2 κόρον ἔσχεν Jacobsius ante Meinekium p. 223; χρονέεσκεν Cod. Perperam Salmas. φρονέεσκεν.

LXXVIII. Lemma : εἰς Ἀγάθωνα τὸν μαθητὴν αὐτοῦ. Habet etiam Diog. L. III, 32, et Gellius N. A. XIX, 11. « Gallice vertit Chardo Roch. Miscell. I, p. 209. » *B.* Bothius : « Cave ob Agathonis mentionem hæc profecta putes a Platone Socratico, quo sunt indigna. » De hac quæstione vide Bergk. Lyric. p. 489 seq. et quos citat. — 1 εἶχον Diog. — 2 ἦλθε γὰρ ἡδὺς ἔρως (ἡ δυσέρως Bergk.) ὡς διαβησομέναν (-νη) cod. Cram. Anecd. Par. IV, p. 384. « Multa sunt huc facientia in notis ad Aristæn. II, 19, p. 720. Adde Barth. ad Claudian. p. 790; Gronov. Observ. III, 21; Medenb. Amœn. p. 4, et quem de ea re non putes consulendum, Sched. De diis Germ. p. 319. Conf. ep. 255, 4. » *B.*

LXXIX. Lemma : εἰς ἑταίραν τινὰ δυσπιθῆ (δυσπειθῆ). Item ap. Diog. L. III, 32. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 204. — 1. Malorum jactus in amoris significationem vel e Virgilio notissimus. Notavi multa ad Aristæn. I, 25, p. 563 et ad Philostr. Epist. 66, p. 171. Conf. ep. 80, 96; IX, 606; Plan. 144. » *B.* Non memorat quod ad eund. Philostratum scripserat p. 105 : « Vix placet ἐκοῦσα. Forsan ἔχουσα, noto idiotismo, λῃρεῖς ἔχων, φιλεῖς ἔχων, » ut postea rejecisse videatur. Bene factum. Alleverat Piccolos : « Nil mutandum. Babrius : ἧς τίς οὐχ ἑκὼν ἥρα; » — 3. Pro εἰ δὲ μισεῖς με, attico euphemismo dixit εἰ δὲ νοεῖς ὃ μὴ γίγνοιτο, *at si sentis id quod deus a me avertat* (odium tuum). Ita Cod. a pr. m. et Diog.; recens corrector Codici intulit μισεῖς, quod fervide amplexus est Chardo, « νοεῖς insulsum atque inficetum » esse pronuncians. Sed Heckerus quoque non esse sanum locum existimat, quo jure ab ipso percipe : « Verbo μισεῖς reclamat metrum. Sed νοεῖς, quod Menagio corruptum visum est, æque minus aptum est; nam ὃ μὴ γίγνοιτο, ὃ μὴ τύχοι, sunt avertendi formulæ, quibus semper (!) ipsius infortunii, quod deprecatur aliquis, adjicitur mentio. (Sequuntur exempla.) Ab eo igitur, qui Codicis lectionem adulteravit, non tam νοεῖς quam aliud quoddam verbum, cujus μισεῖς est interpretamentum, est obliteratum, fortasse ἔχθεις : εἰ δ' ἄρ', ὃ μὴ γίγνοιτ', ἔχθεις. Geelius, cui hoc longius a νοεῖς recedere vide-

batur, conjecit ὄνοσαι, sed requiritur *odii* significatio amori opposita, non *reprehendendi*, nec *vituperandi*. »

LXXX. Apud Diog. L. ibidem. In Plan. *Philodemo* tribuitur. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 204. » *B.* Malum loquitur ab amante in Xanthippam missum. — 2. Clemens Alex. ap. Jac. : ἅμφω γὰρ μαραίνεσθον καὶ τὸ ἄνθος καὶ τὸ κάλλος.

LXXXI. — 1. Ἢ τὰ ῥόδα, supplent πωλοῦσα, rectius fortasse ἔχουσα, φέρουσα, eleganti usu accusativi græci. — 2 ἢ τὰ ῥόδ', ἢ σαυτὴν Hermannus, probante Jac. « Punctum posui post τὰ ῥόδα, ut fiat legentis mora. Verba ἢὲ συναμφότερα pronunciat emptor non continuo, sed relicto pauxillo intervallo. Sic brevitas syllabæ ultimæ, et hiatus, quod vitium gravius est, habebunt excusationem. » *B.*

LXXXII. Lemma : ἀδέσποτον εἰς βαλάνισσαν. Hoc epigramma cum sequentibus duobus in Plan. *Dionysio Sophistæ* tribuuntur. — 1 δήποτε om. Cod. Bothius ἔμπυρα. — 2 πρὶν δ' ἀπ. Plan.

LXXXIII. Lemma : ἀδέσποτον εἰς ἐρωμένην. — 1 δὴ addidit Jac.; σὺ δέ γε Plan.; καὶ σὺ στ. schol. Dionis Chrys. II, p. 556 Reisk. Deinde omnes παρ' αὐγάς, quod correxerunt Schneidewinus et Ungerus; vide Thes. I, p. 289—90. Præiverat Meinekius p. 229, παρ' ἀκτάς scribens, « in littore maris obambulans et frigoris captandi gratia sinum auræ recipiendæ denudans. » Hermannus conjiciebat πρὸς αὐγάς, coll. πρὸς φῶς ἴτε Æsch. Eum. 991. — 2 πλείοντα Cod., alterum Plan.

LXXXIV. Lemma : ἀδέσποτον ὁμοίως. — 2 ἁραμένη Plan. et schol. Dionysii l. c. — In Grotianis adjunctum epigramma 35 capitis XV.

LXXXV. Lemma : εἰς τινὰ παρθένον μὴ πειθομένην. Adespoton ap. Planud. — 4 ὁστέα Cod.

LXXXVI. — 2. Ferendam puto repetitionem præpositionis, ab ipso forsan poeta quæsitam. Boiss. : « Cui non displicebit repetita præpositio? Fortasse ἀπ' Ἔρωτος, quod proposui ad Psellum. Heinsius (vel Allatius) ἐπ' Ἔρ., pejus. » Brunckius ἐν ὠκυπ.

LXXXVII. Lemma : εἰς Μελισιάδα (sic) τὴν ἑταίραν. In puellam flammas pectore conceptas male celantem. — 1 Μελισσιὰς Plan.; μελησιὰς Cod. — 2 κέκραγ' Blomfield in Gloss. ad Æsch. Prom. 768, et alii; κέκραγεν libri. — 3. « Displicuit Brunckio ἄστατος post verbum ἀστατέουσα. Miror tacuisse de nomine repetito βάσις, βάσιες. » *B.* Bothius ponebat ἀκρατέουσα. « Sensui aptissimum ἄστατος. Ducta imago a ventis ἀστάτοις, quæ ad dubium animi statum significandum adhibetur ap. Philonem p. 54, A : σαλεύων καὶ κλονούμενος ἀεὶ καὶ πνεύματος τρόπον ἀστάτου διαφορούμενος. » *Jac.* — 4. « Ἰοτυπεῖς vere dictum : cutis enim palpebræ inferioris, præsertim circa canthum, sulco nigricante et violaceo deprimitur. Metaphora nominis τυπεῖς utimur qui dicimus *des yeux battus*. » *B.* In latinis habes H. Stephani interpretationem.

LXXXVIII. — 2. ἢ σάου ἢ μ. Plan. Imitatur Ausonius Epigr. 80 :

> Aut restingue ignem quo torreor, alme Dione,
> Aut transire jube : vel face utrumque parem.

LXXXIX. Lemma : ἐρωτομανές. In Plan. *Rufino* inscriptum. « Verum amorem in deformium puellarum desiderio cerni facete docet. — 3 οἰστρῳ Plan., quod verbo πεφορημένος melius convenit. » *Jac.*

XC. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus et illustravit ad Bion. p. 365=30. » *B.* — 1. « Lusus hic inde pendet, quod vocabulum μύρον inter blanditias amantium est. Vide infra ep. 113, 3. Bion. I, 78 : ὀλλύσθω μύρα πάντα· τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις. » *Jac.*

XCI. « Similiter ineptit Philostratus Epist. 30 : πέπομπά σοι στέφανον ῥόδων, οὐ σὲ τιμῶν, καὶ τοῦτο μὲν γάρ, ἀλλ' αὐτοῖς τι χαριζόμενος τοῖς ῥόδοις. » *Jac.*

XCII. Lemma : εἰς Ῥοδόπην τὴν ἑταίραν. « Gallice vertit Longopetræus ad Theocr. p. 117. » *B.* — 2. « Salutem reddit, non verbis, sed superciliis altius et cum fastu erectis. Est enim in voce ὀφρύες superbiæ significatio. — 3 προθυρῶν ὑπερεκκρ. Cod.; πρὸ θυρῶν ὑπερεκκρ. Plan. Scripsi ὕπερ, propter rhythmum bucolicum. » *Jac.* — 6. « Κἂν ὑμεῖς, *et vos saltem*. Quo sensu sæpius κἂν apud recentiores præsertim. Conf. ep. 304. In Solonis fragm. 1 κἂν sic positum vindicat Hermann. ad Viger. p. 924; abunde illustrat Meinek. ad Menandrea p. 121 : Εἰσελθε κἂν νῦν. » *Boiss.*, ipse nubem exemplorum colligens ad Philostr. Epist. p. 97. Bothius πείσετε, de quo etiam Jacobs. cogitaverat.

XCIII. Lemma : πρὸς Ἔρωτα. — 1. « Ὡπλισμαι λογισμόν, ratione tanquam scuto, ὅπλῳ, me tueor. — 2. Pro vulgari μόνος πρὸς μόνον, vel εἷς πρὸς ἕνα. — 3 συνελεύσομαι Plan., ex conjectura procul dubio, quod συνίστασθαι vulgo *opitulandi* sensu accipitur. Hoc loco autem *pugnandi* et *adversandi* significationem habet, ut γνῶμαι συνεστηκυῖαι, *sententiæ contrariæ*, ap. Herodot. VII, 142. — 4. Μόνος πρὸς δύο proverbiale est. Liban. vol. I, p. 28, 10 : δυοῖν γὰρ ἕνα οὐκ εἶναι κρατεῖν οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα, τὴν παροιμίαν λέγειν. » *Jac.*

XCIV. Lemma : εἰς Μελίτην ὡραίαν. (Sic Boiss. In Cod. ὡραι, quod alii perperam legebant ὡραῖον, *pulchrum* epigramma.) — 1. « Χεῖρας. Si aliunde constaret, Minervæ manus pro eximie pulchris fuisse habitas, hoc certe loco de pulchritudine accipere malis quam de dexteritate et peritia Ἐργάνης. » *Jac.* « Ego χεῖρας verterim fere *brachia* potius quam *manus*. Nam fuit Minerva εὔπηχυς. Vide ep. 70 et notam. — 2. Σφυρὰ Θέτιδος, conf. ep. 48, 4. — 4 (ἡίθεος Cod., sed recte Plan.) Ἀθάνατος, conf. ep. 55, 2. Qui est in epigrammate Rufini voluptatis climax, illustretur collato Classico Valpyi Diario tom. XV, p. 214. » *Boiss.*

XCV. In marg. Cod. ρ, i. e. ὡραῖον. In Planud. *Rufino* tribuitur.

XCVI. — 2 ἦν γε Cod., corr. Huschk. et Græf., et δὲ jam est in supplemento codicis Barberini. Probabiliter Jacobsius cum hoc disticho conjungendum esse suspicatur quod inepte legitur ejusdem Meleagri in μούσῃ παιδικῇ, XII, 113, ut hujusmodi poemation exeat :

> Ἰξὸν ἔχεις τὸ φίλημα, τὰ δ' ὄμματα, Τιμάριον, πῦρ·
> ἦν ἐσίδῃς, καίεις· ἦν δὲ θίγῃς, δέδεκας·
> καὐτὸς Ἔρως ὁ πτανὸς ἐν αἰθέρι δέσμιος ἥλω,
> ἀγρευθεὶς τοῖς σοῖς ὄμμασι, Τιμάριον.

XCVII. Comparat Jac. Theophyl. Simoc. Epist. 45 : οὐκ ἰσόρροπον ἔχουσιν οἱ Ἔρωτες τὴν πλάστιγγα...εἰ μὲν οὖν ἀδικοῦσιν, θεοὶ μὴ κεκλήσθωσαν· εἰ δὲ τὴν προσηγορίαν οὐ ψεύδονται, καὶ τὰς ἀληθόνας ἐμοὶ κατὰ δίκαιον μεριζέτωσαν.

XCVIII. In Plan. hoc distichon perperam subjicitur disticho Capitonis (ep. 67) et utrumque *Nicarcho* tribuitur. — 1. An Ἔλκε? — 2 ὧδε τόπον male Plan. Jac. confert Propertium II, el. 9, 18 : *Si pudor est, alio trajice tela tua.*

χ

XCIX. Lemma : εἰς γυναῖκα ὀρχηστρίδα (Cod. ορ) ἄδηλον. « Suspicantur viri docti scriptum esse in virum. Sed tum τὸν ὕπατον et τὸν μέσον scribi oportuit, et sic periisset jocus, qui circa τὴν ὑπάτην chordam et τὴν μέσην versatur. Si factum in feminam, uterque epithetorum sensus reperitur. » *B.* Chardo in schedis hæc adscripsit : « Anonymus poeta Gallus :

> Je voudrois bien, belle brunette,
> voyant votre sein rondelet,
> jouer dessus de l'épinette,
> et au-dessous du flageolet. »

Addit idem in epistola quam Millerus mecum communicavit : « *Ce vieux poète a imité, sans le savoir, un distique de Méléagre.* L'ὑπάτη *n'est autre que le sein qu'il faut simplement* κρούειν, pulsare, *jouer dessus de l'épinette, tandis qu'il cherche à détendre,* χαλάσαι, *la corde du milieu,* rigidam tentigine vulvam. »

C Lemma : πρὸς τὸν μεμφόμενον ὅτι ἐρᾷ. — 1 μέμφοιτο Bothius; μέμψοιτο edd. — 2. « Oculos quasi visco unctos habens, et ipsos pulchris omnibus inhærentes, et pulchra aucupantes. » *Jac.* — 3. « Æneas Sylvius, Euryalo p. 665, in parili argumentatione nominibus novis utitur : *Scis quia nec sanctissimum David, nec sapientissimum Salomonem, nec Sampsonem fortissimum ista passio dimisit immunem.* » *B.* — 4 μαλακῶν scribit Bothius. « Δοῦλον. Pluralis exspectabatur : sequitur numerus attractionis quam vocant leges. » *Jac.* — 5 τοιοῖδε Cod.

CI. Lemma ; ἀδέσποτον, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. « Philodemi esse carmen Schneiderus recte suspicatus est propter ep. 46 ; add. simile ejusdem ep. 308. Est colloquium Philodemi et ancillæ quæ meretricem aliquam comitatur. » *Hecker.* « Tractavit et vertit gallice Chardo Miscell. I, p. 255. Vide et mea ad Nicet. Eugen. p. 160, n. 1. — 1. Est κόρη dictum ad ancillam meretricis. De ancillarum ministerio in negotiolis id genus legi possunt quæ notavi ad Aristæn. p. 304 et 718. » *B.* Codex προστοῦσα, correxit Jacobs. : *quæ* (in publicum) *prodit*, probante Heckero. — 3. « Codex ἐλπίζειν ἔξεστι· ζητεῖς. Recepi Jacobsii conjecturam. Conjecerat Dousa, idque Chardoni placuit : ἐλπίζειν ἔξεστ'; αἰτεῖς δὲ τί; sed cur amator substitit in vocabulo imperfecto? an divinavit ancillam esse responsum inchoaturam per vocalem, ut prudens sic elisione vitaret hiatum? Novi esse poetarum locos qui mihi possent objici : novi quoque non danda esse e conjectura poetis menda. » *B.* In fine Cod. φέρεις τί, ut non raro librarii ubi τι suum locum habet. Propertius : *Muneris ecquid habes?* — 4. Audita voce χρυσίον, statim amatorem sperare jubet ancilla. Jam ille monstrat quantum ferat, Καὶ τόσον dicens; conspecto pretio prorsus contemnendo ancilla breviter : Οὐ δύνασαι, et abit. Aprica hæc, nec referam quæ commenti sunt Jac. p. 73 et Hecker. p. 46. Ille in notis mss. : « Fort. β. φέρεις τι χρυσίον; α. εὑρήμει· μὴ τόσον. β. οὐ δύνασαι. » Plan. οὐ δύναμαι, quod reddit Grotius.

CII. Lemma : εἰς Διόκλειαν τὴν ἰσχνοτάτην. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 327. — 1. Videbis, Marce, videbis alteram illam Venerem, paullo quidem graciliorem. Non displicet Huetii sententia dialogum esse statuentis. Etenim ὄψεαι, quod ipsum ad Marcum sese alloquentem apte refertur, ob mutationem orationis quæ est in pronomine μοι et verbo κείσομαι, jam fit durius. Si dialogus instituetur, persona erit respondentis ponenda ad verba ἀλλὰ καλοῖς ἤθεσι τερπομένην, calidius interrupto alterius sermone qui Diocleam carpebat. » *B.* Jacobs. malebat ὄψομαι, et ipsum ab Huetio propositum ; in notis mss. autem hæc posuit : « Fort. distinguendum : Ἀφροδίτην Ὄψεαι ; *visum ibis?* Tum sibi ipse respondet. » Male Plan. Ἀφροδίτης, et versu 3 γενήσεται· ἐς δὲ ποθεινά. — 4 ψυχεῖς et ἐγγυτάτωι Cod. Glossator Wech. : ὡς ἐμποδὼν οὔσης τῆς παχύτητος τοῦ τῇ ψυχῇ πλησιάζειν.

CIII. Lemma : εἰς Προδίκην. — 1. προδόκη Cod., ut ep. 12 ; in Plan. Προδίκη. Bothius : « Scribendum Ἄχρι τίνος, quum sequatur ἄχρι τίνος, repetitione emphatica, de qua Elmsleius ad Medeam 1240. » — 4. « Sensus est quem explicat Lucian. Merc. cond. § 7 : εἶτ' ἐλαθον ἁμφω γηράσαντες, ἔξωροι γενόμενοι, καὶ οὗτος τοῦ ἑφᾶν, κἀκεῖνος τοῦ μεταδιδόναι. » *Jac.*

CIV. Lemma : εἰς Αυσιδίκην. — 1. « Τὰ δίκτυα, vestem tenuissimam, quæ quum corpus male tegat, desiderium ipsa nuditate vehementius inflammat. Κακόσχολε, *male me morans.* Sic ap. Æsch. Agam. 193, πνοαὶ κακόσχολοι. Nisi potius ludificationis ex petulantia notio inest, ut in κακοσχολεύεσθαι » *Jac.* — 3. λεπτοστολιδώμασι Cod., corr. Jacobs. cum Piersono, ferri tamen illud posse annotans ipse et Chardo. — 5. Χαρίεν. Jac. bene comparat Catullianum : *Hoc salsum esse putas?* — 6. « Τοῦτο dicebat protervus homo cum gestu. Sic vernacule pronomine *ça* in lusibus id genus sunt qui abutuntur. » *B.*

CV. Lemma : εἰς Μινοφίλαν (sic). In Plan. est ἀδέσποτον. — 1 edebatur Ἄλλος ὁ Μηνοφίλᾳ λέγεται παρὰ μαχλάδι κόσμος. « Revocavi Codicis [et Plan.] scripturam, quam critici mutaverunt. Erat ὁ Μηνοφίλας κόσμος inter facta impurarum mulierum dicta. » *B.* — 3 ἀλλ' ὅτι Plan. — 4. « Idem lusus circa nomen οὐρανός, *cælum* ac *palatum*, infra VI, ep. 17, 4. Hesychio κύων δηλοῖ καὶ τὸ ἀνδρεῖον μορίον καὶ τὸ ἄστρον. Sunt δίδυμοι, Gemini cœlestes et testes. Conf. infra ep. 126, 6. » *B.* Jam a voce κόσμος, versu 1, incipit lusus.

CVI. Lemma : εἰς παρθένον ὡραίαν. — 1. Alloquitur vetulam, puellæ quam poeta deperit comitem. « Expressit homericum φίλη τροφός. Accedit quod μαῖα, τροφός, τιτθή et similia in blanditiis habendæ sunt, quibus utebantur etiam ii qui illarum alumni non essent. Quare in θρέπτειρα sine genitivo nihil offensionis. » *Meinek.* p. 140. — 2. δὴ τόσον conj. Meinek.; δύσμορον vel δύσποτμον Jacobs. Editum optime tuetur Ungerus *Beiträge* p. 32. — 4. ἰδίκην Cod., corr. Jac. Brunckius et Both. ἰδίην. « Sic vernacule diceret similis nugator : *vois comme je suis mon chemin.* De ἐπιβαίνων ἴχνεσι vide ad XII, ep. 84. — 6. Proverbium est gallicum : *un chien regarde bien un évêque.* » *B.*

CVII. Lemma : εἰς ἑταίραν ὑπερήφανον. In Plan. est ἄδηλον. — 1. Γινώσκω Cod. — 3. ἐρέθιζε Plan. — 5, 6. « Sic

Horatius : *Scopulis surdior Icari voces audit*, Od. III, 7. Conf. Eurip. Med. 28. — 7. βαύζεις Plan. Ὧδε βαύζοις, gravius dictum : *jam tu, quod facis, plora* solitudinem tuam. » *Jac.* — 8. ἡμεραι (superposita nota depravationis) .αιάδος Cod.; ἡμεθα νηϊάδος Plan. *Naias*, nomen alius mulierculæ.

CVIII. Lemma : εἰς κόρην καλουμένην Πρώτην. — 1 δὲ vel δέ σ' ὕστατον apographa quædam per interpolationem. — 3. γύναι in margine Cod. repetitum. — 4. ἄκρα Cod.; corr. Jacobs. in Delectu p. 147. — 5 σοί γ' ὄνομ' Hermannus et Jac. « Nihil mutandum videbatur, præsertim in hac versus sede. » *B.* Et conf. v. 2. — 6. Ἅπαντα δεύτερα, conf. ep. 170, 1. Τῶν ἐπὶ σοί, i. q. τῶν σῶν.

CIX. Lemma : εἰς πόρνην τινὰ καλουμένην Εὐρώπην. — 1. φοβηθῆς Cod., corr. Valckenarius. — 4. « Repete παρέχουσαν. Ego Europam minoris habeo quam tu, Juppiter. » *B.*

CX. Lemma : εἰς δύο πόρνας, τὴν μὲν Λυσιδίκην, τὴν δὲ Εὐφράντην καλουμένην.

CXI. Lemma : εἰς κόρην τινὰ Τερείνην ὀνομαζομένην, κάλλος ἀμήχανον ἔχουσαν. — 3. « Τὸν μάντιν. Conf. ep. 124, 6. Propertius II, el. 13, 59 : *Horum ego sum vates.* » *B.* — 4 καύματος malit Jac.

CXII. Lemma : ὅτι ἐν νεότητι ἐρωτόληπτος ὢν ἐν τῷ γήρᾳ μόλις ἐσωφρόνησε. — 3. « Ἐβρίφθω, scilicet ταῦτα πάντα.— 4. Conf. XI, ep. 46, 4. » *B.* — 5. « Καὶ νῦν referendum ad præcedens καί. Tum junge : καὶ νῦν ἡνίκα οὐκέτι καιρός. » *Jac.* — 6 λωτέρης Plan.

CXIII. Lemma : εἰς Σωσικράτην πλούσιον ὄντα καὶ διὰ τὸ ἀκατάσχετον τῶν ἐρώτων πένητα γενόμενον.. In Plan. *Philodemo* inscribitur, falso. — 2. « Ex Cratetis præcepto, fr. 1 : ἔρωτα παύει λιμός. » *Jac.* Conf. IX, ep. 197. Sequens distichon gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Bion. p. 31 = 366. » *B.* — 3 καλοῦσα Plan. Vide ad epigr. 90. — 4 νῦν τοι Plan.; σευ Brunck. — 5 ἧς (pro εἰς) et ἦ (pro ἤ) Cod. Notus versus Homeri. — 6. « In hanc rem videsis quæ notavi ad Choricii fragm. p. 294. » *B.*

CXIV. Lemma : εἰς πόρνην βαρύμισθον ἐν τῇ νεότητι, γηράσασαν δὲ πᾶσιν ὑποκύπτουσαν. In Plan. *Philodemo* tribuitur. — 1 φιλητιόνη τὸν Cod.; φιλήσιον ἡ Plan.; corr. Brunck. — 4 ἠλλάχθαι Plan.; ἤλλακται Cod., in quo post φύσιν distinctum. — 5 πότε Heckerus, et est interrogandi signum in Codice post ἀναιδής. Edebatur ποτὲ γίνεται ἀσπὶς ἀναιδὴς, quod nunc præfero et malim fuisse relictum. Etiam alibi, ut ep. 130, 5, etc. perperam in Codice notatur interrogatio. Ælian. N. A. I, 54 : ἀσπίδος ἀκούω μόνον δῆγμα ἀνίατον εἶναι καὶ ἐπικουρίας κρεῖττον. « Putat Lacepædius *aspidem* veterum speciem esse viperæ, viperam Ægyptiacam. Alii aliter. » *B.* — 6 οὐκ ἀλλως Plan.: οὐ καλῶς Cod., et in marg. glossa : ὅτι τὸ τῶν γυναικῶν κακὸν κἂν μικρὸν ᾖ, ἴσόν ἐστιν ἀσπίδος δήγματι. « Exornavit poeta vulgarem locutionem : δῆγμα ἀσπίδος θανατηφόρον ἐστί. » *Jac.* Qui de sententia comparat locum simillimum Dionis Chrysost. Or. LXXIV, p. 397, 15.

CXV. Lemma : Φιλοδήμου γραμματικοῦ πολλὰς Δημοῦς φιλήσαντος, διὰ τοῦτο (cod. του) καὶ φιλοδήμου. « Philodemus nominis sui causam reddit, quod sibi quasi fatale esset puellas Demûs nomine appellatas amare. » *Jac.* — 3 edebatur ὑτιαχῆς, de quo Paulssen. : « Litera τ in Codice ita est incerta, ut τ an σσ an π an ς sit, discernere nequeas. » Ἰσσιακῆς Boissonadius, annotans : « De lectione Ἰσσιακῆς pro Ἀσιακῆς, quod est in Plan. et vertit Grotius, monui ad Nicetam p. 53. Jacobsius edendum suasit πάλιν αὖτ' Ἰακῆς. » Chardo in Codice legebat Ὑπιακῆς et adscribit : « *Hypia* urbs fuit sub Heraclea Pontica, ut monet Steph. Byz. » — 6 ἔχει Plan.; ἔχοι Cod. « Ibidem significavi placere mihi quidem magis ἔχει quam ἔχοι. Et ἔχει est in Tauchnitziana, forsan casu, sed bono. » *B.*

CXVI. Lemma : ἐρωτικὸν, ὅτι ὁ θῆλυς ἔρως εὐάρμοστον, ὁ δ' ἄρρην ἀνάρμοστον καὶ ἀσεβές. Ad ejusdem epigrammatis ultimum distichon pertinet quod sequenti epigrammati adscriptum in codice : ἐρωτομανὲς καὶ γέμον ἀσέβειαν (v. ad lemma ep. 35). — 5. « Idem remedium ab uxore sibi monstratum tanquam futile traduxit Martialis XI, 44. » *Jac.*

CXVII. — 1. « Poeta, ni fallor, respexit nomen pueri Κορνήλιος, quod ab ἥλιος derivat, ut Meleager ludit in nomine Φανίου amasiæ, XII, ep. 82. » *Jac.* — 2 γιν. Cod., alterum Plan. « Pariter opponit πῦρ καὶ φῶς Aristænetus I, 7 : τὸ τῶν ἄστρων πῦρ μᾶλλόν ἐστιν ἢ φῶς. Conf. Philostr. Epist. 59, ubi citavi Mascaronem : *Pour faire que ce qui est lumière dans l'esprit devienne feu dans la volonté !* Scriptor quidam : *Si les partis jettent feu l'un contre l'autre, ils jettent en même temps flamme et lumière pour le public.* Quod quidem est ineleganter et solœce scriptum. » *B.*

CXVIII. Lemma : πρός τινα ἐρωμένην, ᾗτινι καὶ στέφανον ἐκ ῥόδων ἀπέστειλεν. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 132. — 1. Proposui, post Huschkium, μύρου δσδεις, ad Æneam Gaz. p. 207, citra necessitatem. » *Boiss.* « Si doricum δσδεις genuinum est, scribendum etiam ἀδύπνευστε, ἀῶ, etc. Quanto jam lenior Planudis lectio εὕδεις, quod et elegans est et sensum habet optimum. Suavia omnia et jucunda μύρον appellant veteres; ut μύρον εὕδειν de suavissimo somno dicatur. » *Jac.* Quod recte, opinor, repudiabat Chardo. Expressit Grotius, ut pleraque planudea, quamquam aliquot locis habebat varietatem palatinam. — 4 ἡμετέρης Plan.

CXIX. Lemma : εἰς τὴν αὐτοῦ ἐρωμένην Γέμελλαν. — 3 Γέμιλλα Plan. — 4. Accusativi cum κοιμηθεὶς jungendi.

CXX. Lemma : εἰς τὴν ἑαυτοῦ μοιχαλλίδα (sic) νυκτὸς πρὸς αὐτὸν ἐλθοῦσαν. Quæ loquitur. — 2. « Ψακάδι, conf. VII, ep. 195, 8. In oraculo ap. Phlegontem c. 2, p. 142, pro vulgato ψεκάδες φονικαὶ recipienda codicis lectio ψακάδες φόνιαι. — 4. Quum εὕδομεν et εὕδειν videatur contrarium sententiæ, mutare fuerat animus in ἔρδομεν et ἔρδειν. » *B.* Ἐν ἀπρήκτοισι dictum pro ἀπρηκτοι, ut Phryne a philosopho ἄπρακτος ἀνέστη, narrante Diogene ap. Jacobs., qui recte desiderat ἄρα post τοὔνεκα, sed τοῖς στυγέουσι conjicit improbabiliter. Vitium est in λαλεῦντες, pro quo requiritur *lassi*, velut καμόντες. Ovidius in notissima elegia : *lassi requievimus ambo.* Ac delenda videtur interrogationis nota; cum amara ironia mulier dicit : *c'est pour cela que...* Heckerus casce λιλεῦντες εὕδομεν, melius ἐπ' ἀπρήκτοις, ut Theocr. I, 51. Idem aliter cepit sententiam carminis : « Venerat illa clam viro nocte intempesta per medias pluvias, *adeo ut* tota madida et fessa Veneris gaudiis frui non potuerit. »

CXXI. Lemma : εἰς Φιλέννιον (sic) ἑταίραν ἔπαινος θαυμάσιος. — 1 Φιλαίνιον Plan.; φιλέννιον Cod., sed rect

versu 5. Φιλίννιον Brunck. cum Grotio. « Cantic. Cant. I, 5 : μέλαινά εἰμι ἐγὼ καὶ καλή. Conf. ep. 210, 3. — 2 καὶ μνοῦ Codex. (Pollux X, 38 : εἴποις δ' ἂν οἶμαι καὶ χνοῦν καὶ μνοῦν ἐπὶ τῶν μαλακῶν.) Et sic Suidas in Μνοῦς· ἡ ἁπαλὴ θρίξ. Sed habet idem κἀμνοῦ (Plan. καὶ ἀμνοῦ) in Μαγώτερα, θελκτικώτερα. Hoc vertit Grotius, ac vehementer probabat Ruhnkenius; nam memorata, in Epist. ad Valcken. p. 51, lectione altera Suidæ καὶ μνοῦ, exclamat : « Incredibilem hominis stuporem! » Et vernacule sic loquimur. Scurrilis Scarro de comœdo Rancuna : *il estoit doux comme un agneau.* Dalainval Schola Plebeiorum : *je veux l'amadouer, le rendre traitable, doux comme un mouton.* Sed quum in epigrammate non animus Philænii, sed corpus describatur, præferendum καὶ μνοῦ. » *B.* — 4. « Hoc dicit : pecuniam minime poscens, gratis sæpissime copiam corporis sui faciens. » *Brunck.* — 5. « Optativus στέργοιμι pro futuro, quod sæpius observavi in Simocattæ opusculis. » *B.* Quo nihil opus.

CXXII. Lemma : ἐπ' ἔρωτι παραίνεσις. « Male olim id epigramma tributum fuit *Heliodoro;* de quo errore vide Chardonem Roch. Miscell. t. II, p. 19. » *B.* — 1, 2. Nondum sanatum est hoc distichon. Bruncius ex Salmasii vel Guyeti conj. εἴδεαι ὅσσε ἀμφοτέρω. Jacobsius εἴδετ' ἀπ' ὅσσων ἀμφοτέρων, *si tibi ab oculis etiam Megistocle videtur melior.* Nam distinguunt φέρτερος... κλεινοῦ, κοῦρε, Μεγιστοκλέους. In quibus Meinekio (p. 189) « permirum videtur nec nomen amati pueri a poeta esse appositum, et eum qui insidiatur illi, ipsum quoque appellari κοῦρον. Quo accedit quod ἀμφοτέρων nullam plane hoc loco vim habet et plane iners oculorum epitheton est. » Scribit :

Μὴ σύ γε μηδ' εἰ τοι πολὺ φέρτερος εἴδετ' ἀπ' ὅσσων
Ἀμφοτερὸς κλεινοῦ, Κοῦρε, Μεγιστοκλέους.

Κοῦρε etiam Chardoni placuisse video. Verum Heckerus jungit κλεινοῦ κοῦρε Μεγιστοκλέους, « qua paraphrasi enunciavit poeta filii nomen Μεγακλείδης. » Deinde defendit ἀμφοτέρων exemplo ὁρᾶν ἀμφοτέροις aliisque haud aptioribus, sed subjungens conjecturam : πολὺ φίλτερος ὅσσων ἀμφοτέρων, collato Catullo CIII, 2 :

male dicere vitæ,
Ambobus mihi quæ carior est *oculis.*

Pergit : « Sed ita εἴδεται parum aptum est, pro quo malim ᾄδεται, hoc sensu : etiamsi tibi poetarum more ambobus oculis carior esse a te ipso dicatur pulcher ille juvenis. » Hæc memoravi ut in loco vehementer laborante. — 3. « Quæ venustate et pulchritudine conspiciuntur, ea Gratiarum manibus tractata dicuntur. Rhianus infra XII, ep. 38 : Ὧραί σοι Χάριτές τε κατὰ γλυκὺ χεῦαν ἔλαιον. Theocritus I, 150 : Ὥρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκησεῖς. » *Jac.* Deinde Codex ἀμφιδοναίης, « pro quo ἀμφιδονοίης proposueram ad Theoph. Simoc. Epist. 82, p. 321. » *Boiss.* Idemque Heckerus, « verbum aptissimum, sive imaginem desumptam putes ab apibus quæ circum flores vagantur, sive a culicibus aliisque ejus generis bestiolis quæ flammam lucernæ circumvolitant. » Bruncius ἀμφιδοκεύοις, quod probant Meinek. et Both. — 5. « Conf. Anacreontis fr. 93 : ὥρανε δὴ λίην, πολλοῖσι γὰρ μέλεις. » *Heck.*

CXXIII. Lemma : εἰς Καλλίστιον τὴν ἑταίραν. — 2. Boiss. comparat Propert. I, el. 30, 31 :

Donec diversas percurrens luna fenestras,
Luna moraturis sedula luminibus.

— 4. φθόμος (sic) ἀθανάτη Cod. Unde Jac. ἀθανάτῃ. Boiss.: « Malui vocativum scribere. » Reduxi ἀθανάτη inter duos vocativos Σελήνη. — 5. Ἡμέας pro ἐμέ. Jac. comparat Ovid. Heroid. XVIII, 61 sqq.

CXXIV. Lemma : εἰς Αὐσιδίκην παρθένον. — 1, 2. « De puella primum loquitur ut de rosæ flore, qui nondum totus e calyculo erupit, nondum decerpendus; unde θέρος; deinde eandem comparat cum uva nondum matura nec nigricante. Puellares autem hæ veneres nunc primum efflorescere dicuntur, unde πρωτοβολῶν. Infra VIII, ep. 217 : ἥβης ἄνθος πρωτοβόλου. » *Jac.* — 3. « Τόξα θήγουσι, nam sunt sæpe poetis τόξα pro *sagittis.* Eurip. Ion. 524 : εἰσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν. » *B.*, alia multa addens de re nota. Horatius Carm. II, od. 8, 14 : *Cupido Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta.* — 4. « Τύφεσθαι de clandestinis ignibus, etiam amoris, ut XI, ep. 41; XII, ep. 63. » *Jac.* — 6 ἐγὼ πολλῆς Plan. « De μάντις conf. ad epigr. 111. Πυρκαϊῆς, conf. VII, ep. 217, 4. » *B.*

CXXV. Lemma : εἰς Κορίνναν (sic) ἑταίραν. — 2 μελόθρους Cod.; alterum Plan., qui deinde ἐπ' ἠιόνος, ut ipse Pal. a pr. m., nam « ι post ν est nigriori pigmento, diverso ductu. » *Paulss.* Χὠ μελ., *et notus ille* ... De qua vi articuli v. Heindorf. ad Plat. Charmid. p. 62. *Jac.* — 4. « Scortis vulgaribus duo oboli vel tres dabantur; etiam unus. Libanii declamans meretrix quæ valedixerat vitæ liberiori : οὐκέτι δύο καὶ τριῶν ὀβολῶν τῷ προσιόντι πιπράσκομαι. Philemon Adelphis : ἔχεις Ἑστυκότως πως; ἡ θύρα 'στ' ἀνεῳγμένη· Εἰς ὀβολός. Diogenes Cynicus ap. Laert. VI, 4, quum cerneret mœchum fugientem, « Ὦ δυστυχής, » εἶπε, « πηλίκον κίνδυνον ὀβολοῦ διαφυγεῖν ἐδύνασο; » Antipater fuit paulo liberalior, qui supra ep. 109 narravit Europam drachma esse venalem. Melius etiam se gessisse videtur Philodemus, qui, scripto epigr. 126, ultimam posteritatem docere voluit se quinque drachmas Lysianassæ dedisse, et qua conditione. Qui matronarum cupitor erat, carius peccabat. Noverat Philodemus iste, homo nequam, mœchum quendam qui periculosum et unum honestioris feminæ amplexum quinque talentis emebat. » *B.*

CXXVI. Lemma : τωθαστικὸν ἐπί τινι ἐρῶντι σαπρῷ καὶ πολλὰ παρεχομένῳ ταῖς ἑταίραις. « Falso glossator primum distichon de meretricum sectatore interpretatus est. De mœcho agitur, qui in matronas insanit. Conf. Horat. Sat. I, 2, v. 38 seqq. » *Jac.* — 1 τῇι δείναι Cod. « Quod non potui servare. Scripsi ex usu τῇ δεῖνα. Fit quidem hiatus. Proposuit Jacobs. bene τῇ δεῖνι. [Quod in nott. mss. rejicere videretur.] — 2. Ellipticam formulam μὰ τὸν, scilicet θεὸν, illustravi ad Theoph. Simoc. p. 178. Vid. Schæfer. Ellips. in θεός, qui, hoc ipso Philodemi exemplo usus, ad hiatum τῇ δεῖνα ὁ δεῖνα non videtur offendisse. » *B.* — 3. δραγμᾶς et τῇ Αυσ. Codex, corr. Brunck. — 4 πρὸς τῶι Cod., superposita nota depravationis. Jac. recte explicat *præterea*, ut πρὸς τούτοις.

CXXVII. Lemma : ἐπὶ παρθένῳ Ἀλκίππῃ. — 3 στέρον Cod. — 4 περισσότερον Cod., corr. Meinekius. Jacobsius conjecerat περισσότερος, *curiosior.* — 5 ἔλαθον Plan. « Si λάλον sit epitheton matris, fere ineptum est. Fere intelligam κείνης λάλον, ejus voces, ejusque in amplexu gannitus, aptaque verba joco. » *B.* Mihi valde placet Jacobsii κλίνης σάλος, « illa *tremuli lecti agitatio et ambulatio,* ut loquitur Catullus VI, 9. » Huschkius in Analectis litt. p. 44 κλίνη λάλος. Utrum præferam incertus editam scri-

pturam reliqui — 6. Marg. Cod. : κοινὸς Ἑρμῆς παροιμία. « Apud Erasmum II, 1, 85, *Communis Mercurius.* » *B.*

CXXVIII. Lemma : εἰς ἑταίραν Ἀντιγόνην. — 1 Pro ἐπερείσας. Boiss. scribit μαστῷ δ' ἐπι. — 2. « Aristænetus I, 16 : πεφίληκεν οὕτω προσφῦσα μανικῶς, ὥστε μόλις ἀποσπᾶσα τὰ χείλη καὶ κατέτριφέμου τὸ στόμα. » *B.* — 3 πρόσχρωτα Heckerus ad epigr. 160, 1. — 4. « Τὰ λοιπὰ σιγῶ, vide ad epigr. 4, 6. Ruhnkenius Epist. ad Valck. p. 37 se nullo pacto concoquere posse ait istud ἐπεγράφετο. Sed conf. ep. 181, 12. » *B.* Et Pierson. ad Mœrin p. 442.

CXXIX. Lemma : εἰς πόρνην ὀρχηστρίδα. — 1 κατατέχνοις Bothius, ut ep. 132, 5, ubi v. Boiss. Quod fortasse recipiendum erat. — 2. « Plutarchus De educ. : τὸ δὴ λεγόμενον, ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν ἀγαπῶσαι τὰ τέκνα, ubi multa interpretes. » B.—3. « Laudatur pantomima, quod omnes affectus artis ope præclare exprimat et imitetur. Παθαίνεσθαι proprie dicuntur oratores affectu concitati. » *Jac.* — 5. « Copiose explicat hunc versum Salmas. ad Achill. Tat. p. 732=684 ed. Boden. » *Schneid.* — 6. « Laudatur quod nec senes respuat, in his quoque libidinis scintillas excitans. » *Jac.*, qui bene comparat Martialis epigramma VI, 71 : *Edere lascivos* etc.— 7. Γλωττίζει de impudicis oculis. « Κνίζει, conf. XI, ep. 73, 7. Ἦν ἐπιρίψῃ τὸ σκέλος conferam cum Tibullianis : *Puella nec jocosa te levi manu Fovebit, adprimetve lucidum femur.* » *B.* Brunckius ἐπιτρίψῃ. « Est ῥίπτειν τὸ σκέλος, metaphora ab arte saltatoria sumpta, nihil aliud quam Aristophaneum illud, Lys. 229 : πρὸς τὸν ὄροφον ἀνατείνειν τὰ περσικά, vel προσκινεῖσθαι. « *Chardo.* — 8. Κορύνη de αἰδοίῳ etiam Nicander Alex. 408. *Jac.* Vix monendum respici ad Herculem.

CXXX. Lemma : Μαικίου (sic a pr. m.; a correctore Μακκίου) εἰς τὴν ἑταίραν Φιλαινίδα. — 1 ηκαῖα Cod. a pr. m. — 4 εἶπον Cod.; εἰπὸν Plan. — 5 δακρύεις; οὐ φῄς δέ; ita distinctum in Cod. — 6. In proverbium ferme abierunt Herodotea, ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν, I, 8.

CXXXI. Lemma : εἰς Ξανθίππην ὁμοίως. — 1 λαλιῆι et κώτιλον Cod., recte Plan. — 3, 4. « Plane huc facit Propertius II, el. 1, 75 :

> ... nec causam, nec apertos cernimus ictus,
> Unde tamen veniant tot mala, cæca via est.

Τυφομένη, conf. ad ep. 124, 4. » *Jac.*

CXXXII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Ξανθίππην, μανίας μεστὸν καὶ θαυμαστικόν. Fallitur de Xanthippa, ut per se patet et ex v. 7. — 1 ὦ Codex per totum epigramma; ὤ recte Plan. — 2. « Κτενός. Psellus Opusculis p. 40 : ὁ γυναικεῖος κτείς· οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὴν αἰδῶ αἰσχυνόμενοι. Ibi not. » *B.* — 3 ὤμοιν Cod. sine ὦ. Synizesis statuenda videtur; aut cum Bothio delendum ὦ ante μαστῶν. — 5 κακοτεχνοτάτου Plan. « Quod ferme prætulit Jac. [et Hecker.] : ego non item. Nam est in κακότεχνος vituperium; et omnia laudat Philodemus, omnia admiratur. Adjectiva ex nomine et præpositione κατὰ composita abundantiam rei significant; vide Walck. Parerg. p. 52; Reisk. ad Constant. Porphyr. p. 527. Barkerus in Epist. crit. aliquot id genus vocabula tractavit. Est igitur κατατεχνοτάτου *artificiosissimi.* — 6. Codex τῶν θύεμε. Quod varie fuit tentatum. Mihi corruptum verbum lectionem θύομαι, ex observatione facillimarum permutationum, facillime obtulit : *O voces quibus rapior, quibus quasi amens efferor!* Sed esse metricum vitium fateor, excusandum tamen exemplis non paucis similis in diphthongo finali ante consonantem brevitatis. Vide ad XV, ep. 31. » *B.* Sic μαραίνομαι τῆς notavimus in Statyllio Flacco supra ep. 5, 3. Jacobsius τῶν θύμμεθα, *quibus uror et ardeo;* constat autem terminationem θα fere superposito θ indicari in codd., ut una modo litera sit mutata. Heckerus, τῶν θῦψ' ἐμὲ φωναρίων, « suada loquelæ qua me totum ussit. Hesych. : Θῦψαι, τυφῶσαι, et θύψαντα θύψαι Etym. M. p. 458, 43. Clem. Alex. Str. V, 8, 49 : θῦψαί τε τὸ κεραυνῷ φλέξαι. » Hoc ceteris probabilius. — 7 ὀπικὴ (cum nota depravationis) καὶ φλωρα Cod.; ὀπικὴ καὶ φλωρὰ Plan. Recepi correctionem Heckeri, καὶ in παῖς vertentis : « Et quænam intelligenda *Flora* monstravit Seidlerus ex Plutarcho, hetæra nempe Pompeii ætate Romæ nobilissima, » et cetera, quæ disputat similiter Boissonadio, qui hæc : « In nomine φλωρα corrigendo critici sudant. Sustuli καὶ et nomen latinam *Flora* amicæ dedi Philodemi. In quo mihi verum vidisse videor, ob id etiam quod scortulum dicitur ὀπική. Fuit enim *opicus* appellatio qua Græci in Romanos præcipue ridiculi causa utebantur. Flora igitur, ut Romana, erat Opica, nec Sapphus odaria cantillare bona erat; sed eam amabat Philodemus. Quidni? amavit Perseus homo Græcus barbaram mulierem ac plus quam barbaram, Andromedam Indam. Sed vocula καὶ mox producta nonnihil habet offensionis. » Grotius φλῶρα vertit *flava*, quocum Jacobs. in nott. mss. confert « *flora lanugo*, id est flava, apud Pacuvium. » Bothius φλαῦρα, referens ad ᾄδουσα. — 8. Confer Ovidium Heroid. XV, 35, et Art. am. II, 643.

CXXXIII. Lemma : εἰς Ἡδύλλιον (sic) ἑταίραν. — 1. Junge ὤμοσα σὸν κράτος. — 2 δὲ γελᾷς Plan. — 3 πάντως κακόν Plan. non male, sed rectissime idem v. 4 ἑτέρην, ubi Pal. ἑτάρην, et versu 6 ὄρκι', ubi Pal. ὄργι'.

CXXXIV. Lemma : Ποσιδίππου (sic solet Cod.) εἰς λάγυνον οἰνηράν. « Omissis rigidæ sapientiæ præceptis, poeta Baccho et Amori indulgere statuit. » *Jac.* — 1 Κέκροπι Cod., corr. Brunck. « Vasa e terra Attica (præsertim ex argilla Coliadis) ficta in laudatissimis olim fuerunt. Vide Dissen. Explic. ad Pind. Nem. X, 35. Conf. VII, ep. 455, 3. » *B.* — 2 βαῖνε Cod., corr. Reiskius. « Συμβολικὴ de compotatione quæ fiebat collatis symbolis. Terentius Andr. I, 1, 61 : *symbolam dedit.* Ibi Westerh. Conf. ep. 135, 4. — 3. Dici videtur Zeno cygnus, non ob canitiem [quæ erat Reiskii sententia], sed ob eloquentiam. Et habuit Musam sibi favent*em* Cleanthes, cujus supersunt Hymnus et tetrastichum aureum : Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ... » *B.* Erat Cleanthes *Zenonis auditor, quasi majorum gentium Stoicus*, ut loquitur Cic. Acad. IV, 126. — 4. « De amore γλυκοπίκρῳ v. not. ad Aristæn. p. 659; intt. ad Musæi 166 : γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον Ἐρώτων. Conf. et XII, ep. 109, 154. » *B.*

CXXXV. Lemma : εἰς λάγυνον ὁμοίως οἰνηράν. Conferendum epigr. Marci Argentarii IX, 229. — 3 μουσῶν Cod. — 4. « Συμβολ., v. ad ep. præced., 2. —5. Μεθύεις, vino plena es; qui autem vino plenus, est ebrius. Lusus, alias frigidissimus, est in tali argumento ferendus, etiam fere bonus. — 6. Hunc usum verbi ἀδικεῖν illustravi ad Zachar. n. 42. » *B.*

CXXXVI. Lemma : εἰς κόρην Ἡλιοδώραν, ἐρωτικόν. « Prima verba vertit et illustravit Longopetræus ad Theocr. p. 401. » *B.* Confer Callimachum XII, ep. 51. — 2 σὺ δ' ἀκρ. Heckerus; σὺν ἀκρ. Codex. Jac. conjecerat καὶ ἀκρ. « Quum sententiæ hient, proposui ad Simoc.

p. 307 : σὺν ἀκρήτῳ τε γλ. Sed id est fere durius, etiam pro Meleagro, qui non ubique lævissimus est. » *B.* — 3. « Hinc apparet non tam infrequens fuisse quod tanquam exemplum rusticæ et ineptæ magnificentiæ commemorat Plutarchus Mor. p. 713, E : ἡ τοῦ μεγάλου βασιλέως μεγαλοφροσύνη πρὸς Ἀνταλκίδαν τὸν Λάκωνα δεινῶς ἀπειρόκαλος ἐφάνη καὶ ἀγροῖκος, ὀπηνίκα ῥόδων καὶ κρόκου μεμιγμένων στέφανον εἰς μύρον βάψας ἔπεμψεν αὐτῷ, τὸ σύμφυτον καὶ ἴδιον καλὸν ἀποσβέσας καὶ καθυβρίσας τοῖς ἄνθεσιν. » *Jac.* Ad quæ recte Græfius p. 121 : « Idem comparat ep. 200 : οἱ μύροισιν ἔτι πνείοντες Ἀλεξοῦς ... στέφανοι. At ἔτι satis ibi ostendit hæc serta propterea tantum unguentum redoluisse, quia Alexo ea in capite unguentis madido gestaverat. Eadem ratio in Meleagri carmine obtinet. » — 5. « Monui ibidem pro vulgato κείναν legendum esse κείνα. Habet oculos rosa, si quidem plorat; sed non tam cernit acutum ut Heliodoram videat in aliena domo ludentem : amica abest, nec eam in sinu videt domini. Hiatûs nimius metus et verbum ἰσορᾷ in causa fuerunt cur κείναν corrigeretur. Ad ἰσορᾷ subaudio αὐτήν. » *B.* Servavi κείναν.

CXXXVII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν, ὁμοίως. — 1, 2. « Heliodora triplex dea, quum et Veneris sit instar, et Gratiæ, et Suadæ, quæ ipsa est una Gratiarum. » *Jac.* — 2 ἀδὺ λόγου χάριτες Cod., corr. Bentleius.

CXXXVIII. Lemma : εἰς Ἀθήνιον κόρην, τραγῳδόν. Athenium incendium Trojæ canens poetæ animum amore incenderat. — 1. Ἐμοὶ κακόν, non Trojanis. — 2 κείνη Cod. — 3. Οὐ δείσας utcumque explicui in latinis. Aliter Piccolos : « *Par les mots* οὐ δείσας Δαναῶν πόνον *le poëte veut donner à entendre* ὅτι δέκα ἐφίλησε *et compare sa bravoure à celle des héros grecs.* » Aliter etiam Hecherus : « Simul cum Troja incendio absumptus sum, licet non per decem annos Græcorum expugnationem timuissem, i. e. licet Trojanus non essem. » Conjecturam οὐδενίσας, quæ edebatur, Jacobsius delevit. Meinek. p. 161 dubitanter οὐδὲ ἴσας, « *ignarus decennis oppugnationis,* quippe uno die expugnatus »; in quo Δαναῶν plane superfluum esse observat Heck.

CXXXIX. Lemma : εἰς Ζηνοφίλαν τὴν κιθαρῳδόν. — 2 ζηνοφίλα λιγίαν ἀδὺ Cod ; ζ. λίγει' ἀδὺ Plan.; λιγὺ κρέκει; Suidas in Κρέκειν, κυρίως τὸ τὴν κιθάραν κρούειν. « Recepi Græfii conjecturam ΝΑΙ ΠΑΝ pro ΑΙΓΙΑΝ. » *Boiss.* Jacobsius cum Schneidero λίαν ἀδύ. Piccolos Ζηνοφίλα σειρήν, « cui glossator fortasse aliquis adscripserit ὦ λίγεια σειρήν. » Marcellus Comes λίγδην ἀδύ, κρέκεις τε μ. — 4 κοὐδ' ὅσον Jacobsius valde probabiliter. — 5 ἥ γάρ Cod., corr. Wyttenb.; ἡ γάρ μοι μορφὰ βάλλει· πόθεν; Plan. Schol. in marg. Cod. : ὅτι ἡ μορφὴ βάλλει τὸν πόθον ὀφθαλμῷ διακόνῳ χρωμένη. — 6 πάντα πυρὶ φλ. Chardo; sed ceteri consensu Reiskium sequuntur post πάντα distinguentem. Grotius τί λέγω πάντα; quod probabat Boiss.

CXL. Lemma : εἰς κόρην Ζηνοφίλαν. — 1 μούσαισ Cod., sed puncto superposito alteri σ ut delendo. — 2. Καλὸς ἐφ' ἡνιόχῳ (sic Cod. et Plan. consensu) explicat Lennepius p. 249 : pulcher quando est in potestate aurigæ. Cui assentitur Jacobs. in nott. mss. Bothius ὑφ' ἡνιόχῳ, quod erat in Toupii apographo. Boiss. et alii probant emendationem Græfii (quam apud Chardonem quoque video) κάλλος ὑφηνιοχῶν. « Quod ita vi diversa dictum ab ea de qua dixerunt Lehrs. Aristarch. p. 115 et Lobeck. ad Soph. Aj. 1105. Significat enim *habenis regens.* » *Hecker.* I, p. 218. — 3. « Quinam ἀπένειμαν? Id quæritur, et alii aliud respondent. Puto esse sententiam : Μοῦσαι, Πειθὼ, Ἔρως ἀπένειμάν σοι σκῆπτρα Πόθων. Et cur? quia tres Gratiæ in te una tres adunarunt gratias; scilicet Μουσῶν cum lyra, Suadæ cum oratione prudenti, Amoris cum pulchritudine. » *B.* Similiter Jacobs. p. 81. Græfius p. 113 cum Hermanno supplebat εἰσί in primo disticho, et Χάριτες subjectum dedit verbo ἀπένειμαν, addens : « Ordo verborum paulo exquisitior obscuravit epigramma sic vere elegans. » Denique Heckerus l. c. hæc disticha epigrammati 195 præponenda putavit, ubi v. not.

CXLI. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν, ὁμοίως. « Nomen auctoris non adscriptum; sed recte Meleagro tribui in Plan., Heliodoræ nomen dubitare non patitur. — 1 νὴ τὸν Plan.; οὔασι Cod. Imitatur Agathias ep. 292, 7, 8. » *Jac.* Quæ imitatio ostendit versu 2 intelligendum esse ἢ τὸ τῆς κιθάρας φθέγμα. *Lobeck.* ad Aj. p. 332. — 2 λατρίδεω Cod., sed recte Plan.

CXLII. Lemma : εἰς στέφανον ῥόδων Διονυσίου. — 2. « Λείπεται, *vincitur.* Vide ad Ecphras. Eugen. p. 348. Sic ἀπολείπεσθαι ep. 257, 270. » *Boiss.* Qui ad Niceph. Chumnum p. 348 : « Sic instituenda syntaxis sententiæ non nitidissimæ : τίς λείπεται; ἢ ῥόδον, ὁ στέφανος, λείπεται Διονυσίου; ἢ Διονύσιος αὐτὸς, ῥόδον ὤν, λείπεται στεφάνου; ὁ στέφανος λείπεται. »

CXLIII. Lemma : εἰς ἕτερον στέφανον ῥόδων Ἡλιοδώρας. Meleagri nomen iterum suppeditavit Plan. — 2. « Τοῦ στεφάνου στέφανος. Simili acumine Philostratus a Jac. collatus, Epist. 29 extrema : περιθήσῃ δὲ οὐ σὺ τὰ ῥόδα, ἀλλ' αὐτὰ σέ. » *B.*

CXLIV. Lemma : τοῦ αὐτοῦ εἰς κόρην Ζηνοφίλαν ἔπαινος· ἀπὸ τῶν ἀνθέων ἡ σύγκρισις. « Verno tempore hoc epigr. concinnatum finge. » *Jac.* — 1 λευκὸν ἴον Plan. — 2. « Οὐρεσίφοιτα, quod ἐν οὔρεσιν οἰκοῦντα dicit Philostr. Imag. I, 9. Simili audacia IX, ep. 27, 24 : ποίην χιλῷ εὐαλδεῖ χλωρὰ θέουσαν, herbam per pratum virentem et illud implentem. » *Jac.*, quem vide p. 82. — 3. « Ἡ φιλέραστος Ζηνοφίλα non est pro vocativo, quod excidit viro d., sed nominativus unde τέθηλε pendet. » *B.* — 5 ἔπι Plan.; ἐπὶ Cod. « Φαιδρὰ γελᾶτε, de jucundo prati adspectu florumque splendore. » *Jac.*

CXLV. Lemma : εἰς στέφανον ἐκ ῥόδων πλακέντα ἑνεκεν κόρης τινός. « Vel loquitur puella, vel carmen hoc ad musam Stratonis relegandum. » *Chardo.* Hoc verum. Loquitur amator corollas, lacrimis suis irrigatas, ad pueri januam appendens. *Jac.* — 3 ἐρώτω (sic) Cod., alterum a correctore et in Plan. — 4 ὅταν οἰγ. Jacobs.; ὅτ' ἀνοίγομένης Cod.; ὅτ' ἀνοιγ. Plan., ut edebatur. Deinde in Cod. recentior m. ἡ posuit supra ultimam syll. vocis αὐτόν. — 5. « Ἐμὸν ὑετόν. Scriptor celeberrimus, de lacryma : *orages du cœur, est-ce une goutte de votre pluie?* » *B.* — 6 δάκρυα πίῃ Plan., unde Dorvill. et Brunck. δάκρυα τἀμὰ πίῃ. Locum simillimum Xenoph. Ephesii I, 9, comparavit Jac.

CXLVI. Lemma : εἰς τὴν γυναῖκα Πτολεμαίου Βερενίκην. — 2 μύροισι in Cod. cum nota corruptelæ. « Si de viva Berenice hæc intelliguntur, non perspicitur quomodo probabilis verborum interpretatio institui possit. Obscure et contorte Jac. Berenicen, ut adderetur Gratiis, formatam esse dicit deorum manibus, ideoque adhuc unguentis madere; deorum enim omnia esse fragrantia. His ambagibus non opus est, si de *statua* Berenices agi ponimus, quæ

recens ex officina sculptoris exierat. Unguentis statuas delibutas esse non ex hoc tantum loco discitur; conf. Anyte IX, ep. 144, de Veneris statua in littore maris posita : λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον. » *Meinek.* Diatrib. in Callim. p. 290. — 3. ἀρίζηλο; Cod., corr. Brunck. — 4. ἄτερ et τ' αἴ Cod. Conf. IX, ep. 515.

CXLVII. Lemma : εἰς στέφανον ἐκ ῥόδων δοθέντα Ἡλιοδώρᾳ. — 1 ἁπαλοῖς Plan. — 6 ἀνθοβολῇ superposito εἴ Cod. « In ἀνθοβολῇ cogitandum de honore φυλλοβολίας, quem non homines solum, sed natura ipsa sponte sua diis hominibusque colendis præstabat. De Fauno Horatius Carm. III, od. 18, 14 : *spargit agrestes tibi silva frondes;* ubi v. Mitscherl. » *Jac.* Et Boiss. ad Pachymer. p. 248.

CXLVIII. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν.

CXLIX. Lemma : εἰς Ζηνοφίλαν. « In pictam Zenophilæ imaginem scriptum videtur. » *Jac.* — 1 λαλιὰν scribendum erat; v. Thes.; λαλίαν Cod., λαλίην Plan., ἑταίρην uterque. « Editi ἑταίραν. Revocavi ἑταίρην, et sic puto scripsisse poetam, ne ter repetitus sonus αν aures læderet. » *B.* Scripsi ἑταίρων, quod Græfius suasit : « nam quæri potest an hi poetæ puellam, quam a se adamatam carmine celebrant, ἑταίραν vocare soliti sint. » — 3 ἄρ' (ἀν apographum Barberinum) ἑτοίμως ἀνὴρ Cod.; ἦ ῥ' ἑτύμως ἀνὴρ Plan. « Scripsi ἀνήρ. [Item Bothius.] Intelligendum de pictore qui Zenophilæ a se pictam imaginem poetæ dederat. » *B.* — 4 καὐτὴν τὴν Plan.

CL. Lemma : εἰς Νικώ. — 3. « Φυλακὴ, monente Reiskio, est prima vigilia, quæ ad mediam fere noctem extendebatur. Ad id tempus mendacem puellam exspectans *somno* denique *aufertur* (Horat. Sat. I, 5) : quare lucernam, Veneris ministram, exstingui jubet. » *Jac.*

CLI. Lemma : εἰς Ζηνοφίλαν τὴν αὐτοῦ ἐρωμένην. — 2. « Κνώδαλα vocavit Nicander Ther. 759 tenues muscas. Vide Cler. ad Axioch. p. 86, et Fischer. in Indice; item notam ad VI, ep. 101. » *B.* — 3 sic Plan.; παράθ' ἥδυχον ὕπνωι Cod., in quo ὕπνῳ εὕδειν aptis exemplis tuetur Hecker. — 4 σαρκοφαγεῖται Cod. — 5. Paulssen. : « ante versum 5 corruptionis nota, cum sigla in margine » quæ ζήτει ostendere videtur. Codex καίτοι προ:ηκα (sic) τήν. Plan. καὶ τί προσηκάτην. Ex quibus verum eruit Scaliger; v. Jac. p. 83. In fine versus ἀτεγκτοι Plan., ἀτεχνοι Cod. — 6. Conf. ep. 165, 4.

CLII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν, προαγωγοῦ σταλέντος κώωπος. « Ut in hoc poematio culex, sic apis amoris ministra inter nympham et Rhœcum, ap. schol. Apoll. Rh. II, 477. » *Jac.* — 1 πταίης Plan.; in Cod. cernitur πταῖ σ, « cum rasuræ vestigiis; » etiam in marg., ut videtur, γρ. πταῖσ. — 4 εἶα πέτευ Plan.; ἴα (sed prior litera ductu valde simili compendio ει) πετεῦ Cod. — 6 κινήσεις Cod. — 7 δορᾷ Piersonus, Brunck. et alii; δοραῖς uterque codex, quorum in talibus, δορᾶι στέψω, nulla auctoritas. « Herculis ornamenta promittit culici, bellicosæ et gloriæ appetenti bestiæ, qualem describit Æsop. Fab. 149 et Achilles Tat. II, 22. » *Jac.*

CLIII. Lemma : εἰς Νικαρέτην. — 1 πόθοισι βεβλημένον Cod. « Pro quo non dubitavi recipere, quam jam receperat Brunckius [et Meinekius p. 18], Salmasii conjecturam πόθοις μεμελημένον. In codicibus sæpe sunt simillimæ literæ β et μ, adeo ut possint confundi. Nihil est notius. Participii μεμελημένο; exempla vide VII, ep. 199; VIII, ep. 148; IX, ep. 103, 531; et quæ innumera collegit Tafel. Diluc. Pindar. p. 55. » *B.* Sed minime spernendum esse πόθοισι βεβλημένον recte observat Heckerus, conferens « ποθόβλητον πρόσωπον sæpe lectum ap. Nonnum, qui ab antiquiore poeta sumpsisse videatur. » Conf. Comm. I, p. 230. Adeoque vox πυκνά et distichon alterum faciunt ut mihi quoque præstare videatur Codicis scriptura, immerito mutata. — 2 ὑψολόφων Cod., superscripto γρ. ὑψηλῶν. Correxit Reiskius. « Quæ ex altis ædium fenestris prospectat Nicarete non erat, quod de ea dictum est, meretrix, sed virgo seu mulier honestior. Apud Nicetam Eugen. II, 69, Calligone virgo cum parentibus severis habitans ἐκ θυρίδων se amatori videndam exhibet. » *B.* — 3. « Ἐμάραναν. Dicere videtur, jam puer. illius desiderio puellam pallescere et consumi. » *Jac.*

CLIV. Lusus in nomine *Tryphera.* — 1 νὴ τὴν νηξαμένην Plan. — 2. μορφᾶς Cod. superposito η. Τρυφέρα Jac. « Nomini Τρυφερὰ relinquo Codicis accentum, ut ep. 185, 6. Non omnia nomina propria retrahunt accentum. Vide ad Christodor. 263. Lusus etiam est vividior scripto Τρυφερὰ τρυφερά. » *B.*

CLV. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν. — 2 ἔπλασεν Cod., corr. Salm.; ἔπλασεν αὐτὸς Ἔρως Plan., quod scripsisse Meleagrum, potius quam illud, nemini non erit probabile. « Sic plane Plutarch. Mor. p. 759, C : Κάτων ἔλεγε τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐνδιαιτᾶσθαι τῇ τοῦ ἐρωμένου. » *Jac.*

CLVI. Lemma : εἰς Ἀσκληπιάδα.— 1 ἃ Cod. superposito η, deinde χαλεποῖς, Plan. χαροποῖς, « quod sæpenumero usurpatur de mari et fluctibus, » *Jac.*, quem vide p. 85. In fine Plan. male γαληνοῖς. « Junge ὄμμασι χαροποῖς, οἷα Γαλήνης. Asclepias oculis cæruleis, quales Galene habet, placido mari simillimis, omnes ad Amoris navigationem pellicit. Notum est has mulierculas cum navigiis comparari (ut supra ep. 44), quo totum carminis acumen nititur. Helenæ φρόνημα νηνέμου Γαλάνας laudat Æschylus Agam. 735. » *Græf.* Tyrwhittus malebat οἷα Γαλήνη.

CLVII. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν. « Inter amantium nequitias est κνίσμα, cujus vim, ad intimas usque medullas pertendentem, poeta expertus, Heliodoræ unguibus hanc potentiam a Cupidine tributam fingit. » *Jac.* — 1 ἀνατραφὲς Cod., corr. Brunck. : *crevisti*, ut Callim. H. in Jov. 55. — 2 ταύτας Cod., corr. Brunck.; deinde ἐς Cod., non εἰς.

CLVIII. Lemma : εἰς Ἑρμιόνην ἑταίραν. « Gallice reddidit Larcher. Diss. de Venere p. 44. — 1. Πιθανῇ, conf. ep. 53. » *B.* Ap. Brunckium Ἑρμιόνῃ ποτ' ἐγὼ πιθανῇ. — 2 ὡς Παφίη malebat Passov. — 3 χρύσια Cod., sed ε inter lin. Deinde δι' ὅλου ediderunt Reisk. et Ruhnken. Distinctionem editorum διόλου δ' ἐγέγραπτο· φίλει emendavit Heckerus. Poemation sic imitatur Ausonius ep. 94 :

> Punica turgentes redimibat zona papillas
> Hermiones; zonæ textum elegion erat :
> *Qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat, amies me,*
> *Exemploque meo neminem amare vetes.*

CLIX. Lemma : εἰς Βοίδιον τὴν αὐλητρίδα. « Simonidis esse dubito. Conf. ad ep. 161. Agitur de donariis, quæ meretriculæ, mercatoribus et nautis probe emunctis, nescio ubi dedicaverant. Hinc suspiceris *Hedyli* epigramma esse, quem donaria quæ in Arsinoes templo sua ætate visebantur, descripsisse constat. » *Jac.* *Asclepiadæ* tribuendum putat Bergk. Lyric. p. 924. « Auctorem Pseu-

dosimonidem vocat L. Dindorf. in Thes. v. Βαλάντιον. » *B.* Quos contra Hecker. I, p. 104, « vere Simonideum » judicat. — 1 αὐλητρὶς Plan., sine art. « Pro ἐρασταὶ, i. e. ἐράσμιαι, ἐπέραστοι, Brunckius haud aptissime correxit αἱ ποθ' ἑταῖραι. Puellam meritoriam ἐραστὴν καὶ πρόχειρον γυναῖκα appellat Lucianus Philops. § 15. » *Lobeck.* Aj. p. 274, alia addens Paralip. I, p. 272. — 3 βαλάντιον Plan.

CLX. Lemma : εἰς Δημὼ τὴν ἑταίραν. — 1. « Pro ὑπὸ χρῶτα Græfius conjecit ὑπὸ χλαίνᾳ, Jacobsius ὑπὸ λώπᾳ, quod Hesych. explicat ἱμάτιον, περιβλημα. Sed fortasse scribendum ὑπόχρωτα, ut σύγχρωτα, et ep. 128, 3, χρῶτα λαβὼν πρόσχρωτα, pro edito πρὸς χρῶτα. » *Hecker.* « Τὶς iste fuit Judæus, *cui frigida sabbata cordi*, verbis Rutilii Itin. I, 389, ubi v. interprr. Sed quod addit Rutilius, *sed cor frigidius religione sua est*, jam in sabbatarium illum non cadit. » *Boiss.* Ita Jacobsius quoque accepit, et Bothius, recte, ut nobis videtur. Aliter Græfius p. 110 : « Verum quum sic carmen non bene coeat, videndum ne alia interpretatio verior sit. Quid? si Demo Judæa fuisset, quæ sabbati religionem prætexens, ut Isidis sacra Romanæ mulieres, in alius viri complexus properabat. Jam πόθος σαββατικὸς satis lepide diceretur de desiderio sabbati sacra celebrandi, quum poeta simul ad amores Demûs alluderet. Meleagrum Syrum amasse puellam legi Mosaicæ deditam, nihil certe absurdi habet. » — 4. Ψυχροῖς, ob jejunium quod die sabbati agitur.

CLXI. Lemma : εἰς Εὐφρὼ καὶ Θαΐδα καὶ Βοίδιον. Iterum scribitur in Codice cap. XI, post epigr. 9, ubi *Simonidi* tribuitur. Jacobs. : « Ejusdem est qui scripsit epigramma 159, » ubi vide. — 1. « Αἱ Διομήδους γραῖαι. Allusione ad mythicas illas Diomedis equas. Schol. Aristoph. Eccl. 1029 : Διομήδεια· ὅτι Διομήδης ὁ Θρᾷξ, πόρνας ἔχων θυγατέρας, τοὺς παριόντας ξένους ἐβιάζετο αὐταῖς συνεῖναι, ἕως οὗ κόρον σχῶσι καὶ ἀναλωθῶσιν οἱ ἄνδρες· ἃς καὶ ὁ μῦθος ἵππους ἀνθρωποφάγους εἶπεν. Adde Arsen. Viol. p. 181, v. Διομήδειος ἀνάγκη. » *B.* — 2 ὀλκάδες Cod., v. ad I, ep. 92, 1. « Εἰκόσοροι, nam communia illa navigia a multis subagitantur remigibus. Conf. ep. 204, 10. Grotii versionem vix intelligo. » *B.* Lepida sane appellatio meretricum in emporio negotiantium, ναυκλήρων ὁλκάδες, ut poetæ mentem pervertere videatur Heckerus I, p. 105, qui scribit ναυκλήρους ὁλκάδος εἰκοσόρου, Ἄγιν ... γυμνοὺς ἐξέβαλον. — 3 ἄγιν Cod. hic, sed cap. XI, ἄπιν. Plan. Ἄπιν. « Ἄγις est in Hedyli epigrammate XI, 123. » *Jac.* Cod. hic ἑκάστῃ, sed recte altero loco. — 5. Eadem fere Nicarchus ep. 44, 3. « Sensus : omnis navigatio periculosa est : sed in ipsa quoque terra facies naufragium, nisi meretrices, Veneris piratas, vitaveris. » *Jac.* — 6 sic Cod. altero loco et Plan.; hic ἐχθρόταται, litera ρ erasa.

CLXII. Lemma : εἰς Φιλαίνιον. — 1. « Εἰς ὄνυχα. Vernacula formula non eleganti : *jusqu'au bout des ongles.* — 4. In meretricem aliud agens ac fere dormitans incidi, ut qui incautus latentem in herba serpentem calcat, et ipsum tetigisse Orcum mihi visus sum. » *Boiss.*, scribens ἠδ' (Codex ἡ δ') ἔθιγόν τ' Ἀΐδα, ut olim Jacobsius, qui addebat : « τὲ post ἠδὲ positum intendit, *et etiam.* » Brunckius τἀΐδα. Bothius ἠδ' ἔθιγόν γ' Ἀΐδα. In Palatina Jacobsius proponit ἡ δ' ἔθιγ' εἰς ἄϊδα vel ἀΐδαν, « ἔθιγε pro ἔδακε. De meretrice poeta loquitur ut de aspide, quæ imprudenter calcantem mortali vulnere læserit. » Meinekius p. 104, ἐπέδην τήνδ', ἔθιγόν τ' Ἀΐδα. Multo elegantius Piccolos, ἐπέδην, οἰδα θιγών τ' Ἀΐδα. Perperam Hecker. ἡ δ' ἔθιγ' ἀντ' Ἀΐδα, « illa me Plutonis instar tetigit mortique tradidit. »

CLXIII. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν. — 3 ἦ Passovius; ἢ codd. In fine δυσύποιστον Brunckius; δυσοιστον Cod.; δύσπιστον Plan. « Tenendum est apes exempli loco haberi, quo probetur dulcissima quæque nonnihil amaritudinis habere. Petronius p. 409 Burm. : *Apes ideo pungunt, quia ubicumque dulce est, ibi et acidum invenies.* Hinc Meleager φαντάζεται apis similitudinem cum Heliodora sua. » *Græfius.* — 5. εἶπας ὦ Cod., correxit Græf.; τοῦτ' ἦν, τοῦτ' ὦ φ. Plan. In margine Cod. : μέλισσα ὑπουργός. Conf. ep. 152. — 6 στεῖχε Cod. cum nota depravationis, et alia manu in στῖχε mutatum.

CLXIV. — 1 οὐκ ἄλλην Cod. Meinek. p. 104, οὐκ ἄλλον, « languidius. Conjicio οὐκ ἀλαὴν, ut non unam Noctem, sed Lunam quoque clare in cœlo fulgentem obtestetur poeta. Confer incerti poetæ verba ap. Charis. IV, p. 254, coll. Næk. Opusc. I, p. 351 :

> Luna, deûm quæ sola vides perjuria vulgi,
> Seu Cretea magis seu tu Dictynna vocaris,
> Huc descende.

Et ἀλαὴν emendavit, nisi memoria fallor, ante me Ungerus. » *Hecker.* Qui non hoc, sed σὲ γὰρ εὐκάλην *sive* εὐκήλην μαρτ. conjecerat *Stud.* VIII, coll. Theocr. II, 166 : ἀστέρες εὐκάλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί, addens : « Lucramur femininum εὐκήλην, non agnitum Arcadio p. 55, 13, sed e cod. redditum Apollonio Rh. II, 395 : εὐκήλῃσιν ἐνευδιόων πτερύγεσσιν, et probatum Buttmanno Lexil. I, p. 143. » In fine versus οἷά μ' ὑβρίζει Salmasius; οἷαν (sic) ὑβρίζεις Cod. — 2 φιλεξεπάτης Meinek. : « Ac ne φιλεξαπάτις requiras, vide Lobeck. Paralip. p. 269, cujus exemplis adde Meleagrum XII, ep. 81 : ψυχαπάτην ... φλόγα. » Idem Lobeckius Rhematico p. 171, not., conjecit φιλορκαπάτης. Codex οὐσαφιλ' (sic) ἐξαπάτης. Edebatur οὖσα φίλ' ἐξ ἀπάτης. Sed donec melius probetur ille, de quo Lobeck., « irrationalis » usus, cum Ungero tenui φιλεξαπάτις. — 3 ταῦτα Codd., corr. Brunck. — 4 σοὶ μέμψετ' ἐπ' ἐμοῖς Cod. Recepi emendationem Jacobsii in notis mss. prolatam; de ἔτι, *posthac, aliquando,* etiam Bothius cogitaverat. Idem sensisse Ungerum et exemplis probare nunc video. Brunckius σοὶ μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοῖς στᾶσά ποτε προθύροις; « ex Buher. apographo, in quo tamen an ποτὲ invenerit ambigo. » *Chard.* Meinekius μεμψαίατ' ἐμοῖς στᾶσα παρὰ πρ. « De optativo μεμψαίατο in singulari numero v. ad Euphorion. fr. 161. Usitatius quidem ἐπὶ θύραις στῆναι, sed nec παρὰ θύραις contra usum; v. Callimach. Ep. 73, 2, Paulum Silent. VI, ep. 71, 5, et ipsum Asclepiadem infra 189, 2. » Heckerus « unice verum » putat σοὶ μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοὶ στ. π. πρ., sed ἐμοῖς eripi poetæ nemo non ferat inique.

CLXV. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν τὴν ἑταίραν. « Optat ut puellæ suæ, alium amplexu foventi, lucerna exstincta et amante alto sopore oppresso, fructus amoris pereat. » *Jac.* — 1 λίσομαι Cod., sed recte v. 2. « Nox dicitur deorum mater respectu ad Hesiodi Theog. 107. — 3. Ὑπὸ χλαίνῃ, conf. 169, 3, not. ad Nicet. Eugen. p. 120, Blomf. Gloss. ad Agam. 1077. » *B.* Hoc *vesticontubernium facere* dicit Petron. c. 11. *Jac.* Codex βεβλημένον, superposito σ. — 4. « Conf. ep. 197, 2; 151, 6; 172, 2; XII, ep. 63, 4; 536, 2. » *B.* Marcellus Comes ὁρκαπάτῃ requirebat. — 5 μὲν ὁ λύχνος Brunck., frustra. Conf. ep. 7. — 6. Eudymion ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων Theocrito III, 49, ubi v. schol., et schol. Apoll. Rh. IV, 57. « Arsenius p. 233 : Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις· ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα ὑπνηλῶν· ἐπειδὴ ὁ Ὕπνος ἐρασθεὶς μειρακίου Ἐνδυμίωνος ἔτι καὶ νῦν κατέχειν αὐτὸν λέγεται κοιμώμενον. » *B.*

CLXVI. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν, θαυμάσιον, ἔρωτος ἐμπλεων. — 2 ὄρθων Cod., superposito ρ. In fine idem δακιχαρῆ. « Recepta est conjectura [Salmasii vel Guyeti] δακρυχαρῆ, cui et favere videntur editores Thesauri. [Vide Græfium p. 122 seq.] Cogitavi de δακνοχαρῆ, δακνοχερῆ. » *B.* Brunckius δηξιχαρῆ. « Conf. Kusterum ad Hesych. v. Δάκε, p. 878. » *Chard.* Græfius : « Ὀρθρους σκολιοὺς Reiskius explicat *tortuosas, longas, tardas.* Videtur eo respexisse, quod σκολιόν, i. e. quidquid a recta via deflectit, longius est; ὄρθρος igitur quum tardius appropinquat, quasi per ambages prodire videatur. Nimis arguta interpretatio. Σκολιόν est etiam *pravum, subdolum, perfidum,* ut σκολιόφρων, σκολιὴ βουλή, etc. Quoniam autem qui per insomnem noctem curis agitantur (v. Theocr. XXI, 22 seqq.) se male haberi et velut illudi putant a tarda luce, recte ὄρθρους dicit σκολιοὺς iisque κνίσματα δακρυχαρῆ tribuit. Vexat eum lux veluti iniqua et lacrimis ejus lætatur. Vide ep. 173, 1. » Heckerus conj. σκοτίων, vertens « *clandestinorum.* » — 3 ἐμὰ an ἐμαὶ in Codice sit obscurum. Deinde κοττι (cum nota depravationis) φίλημα, corr. Jacobs. Græfius κάτι φ. — 4 ἐν εἰκασίᾳ Purgoldus Observv. critt. p. 289. Receperunt Græf. et Jac. Hesychius : εἰκασία· ὁμοιότης. Sic ep. 212, 4, τύπος. Codex ἐν οἰκισίαι. Heckerus ἐνοικεσίᾳ, « ut μετοικεσίη Leonidæ VII, ep. 731, 4, πανοικεσίᾳ, » etc. Ἐποικεσίᾳ margo apogr. Guyeti. Schneiderus ἐνὶ κλισίᾳ, probante Wyttenb. — 5. « Dicit τὰ δάκρυα, definite, de lacrimis quas ipse discedens profudit : hæc sunt σύγκοιτα, *cum ea cubantia,* quum aut vigilanti aut somnianti obversantur. Deinde Wyttenb. voluit κἄμ' ἂν ὄνειρον vel κἀμέ γ' ὀνείρῳ, quasi non idem insit vulgatis elegantius. Ὄνειρον imaginem dicit in somniis repræsentatam. Conf. XII, ep. 125. » *Græf.* Minus impeditum est et sanius sonat quod Heckerus scribit,

κἄμ' ἐν ὀνείρῳ
ψυχαπάτῃ στέρνοις ἀμφιβαλοῦσα φιλεῖ,

et debebat fortasse recipi.

CLXVII. Lemma : καὶ αὐτὸ ἐρωτικόν. Poeta media nocte, imbre et ventis sævientibus, ferme ebrius ad amasii domum comissatur. — 1 τὸ addidit Brunckius. « Sed inauditum est τὸ τρίτον, quarto accedente. De qua re admonuit Geelius in Bibl. crit. nova III, p. 95, οἶνος corruptum esse statuens, ut in verbis οἶνος καὶ lateat epitheton ad ἄλγος referendum, fortasse αἰνότατον : frigus autem infestissimum voluptati; at vinum, quod poetæ semper amori jungant, grave amori esse non posse. Verum intelligit τὴν μέθην, leniori vocabulo utens. » *Hecker.* Recte omnia; sed quum in ipsa verba vix cadat corruptelæ suspicio, distinxi post οἶνος. Nimirum quæ sequuntur, ventus boreas et platearum solitudo, quodammodo insunt memoratis ὑετῷ et νυκτί, quæ tum solito fuisse graviora et plus terroris habuisse his additis demonstratur. His scriptis Ott. Schneiderum video ut τὸ τρίτον ἄλγος ἐρῶντι (sic emendat probabiliter) jungere οἶνον καὶ βορέην, « intus ardorem ex vino, extra frigus boreæ, æqua vi utrumque compellens in amicæ amplexus. » Quod præferendum distinctioni a me positæ. Piccolos καὶ δὴ τρίτον. — 3 Μόσχος scribo cum Meinekio et Boissonadio, qui illius librum non viderat. Potest dici puella καλὸς μόσχος, sed hic lector quomodo scire poterat puellam esse intelligendam? Ceterum duo disticha, 3-6, præclare sanavit Piccolos (1853) transpositione et optima conjectura; ante Piccolon meræ in his erant tenebræ. Codex et edd. :

ἀλλ' ὁ καλὸς μόσχος πλέον ἰσχυεν (sic)· καὶ σὺ γὰρ οὕτως
ἦλυθες, οὐδὲ θύρην πρὸς μίαν ἡσυχάσας (sic).

Τῇ δὲ τοσαῦτ' ἐβόησα βεβρεγμένος· ἄχρι τίνος, Ζεῦ,
Ζεῦ φίλε, σίγησον· καὐτὸς ἐρᾷν ἔμαθες.

Voculis τῇ δὲ signum corruptelæ appositum in Codice. Transpositionem eandem ignotus Piccolφ proposuerat Geistius, Annal. antiq. stud. 1844, m. Aug. p. 717, sed emendationem non perfecerat. — 4 σιγήσω Hermannus et Heckerus, qui sic disputat : « Scilicet amasius plura dicturus erat de vi amoris in homines insigni, per quam pericula nihil morantur, sed Jovem allocutus melius hæc taceri reputat, dicta quippe ad deum unum omnium hujus rei gnarum amorisque vim expertum. Emendationem plane firmat simillimum epigramma Callimachi XII, ep. 230. Futuro σιγήσω utuntur Archias IX, ep. 27, 4, Nonnus Dion. V, 497. » Miror σίγησον tacito tenuisse Piccolon. Jacobsius vertit : *quiescas denique,* ut de pluvio Jove. — 5 τῷ δὲ scribendum erat, τῷ Μόσχῳ, ob v. 3. Sensisse videtur corrector Codicis. Jacobs. τῇδε, *ibi, tum.* Βεβρεγμένος de pluvia simul et vino intelligendum videri annotat Heck. Deinde αἱ Piccolos pro καὶ et sequenti versu ἦλυες pro ἦλυθες, egregie utrumque. Verum non « clausas fores offendisse poetam » statuo, sed temulentum errare et nondum attigisse fores pueri. — 6 ἡσύχασας Brunck. et alii, qui puellam dici putant v. 3. Restat ut O. Schneideri interpretationem afferam epigrammatis quale legitur in Codice et edd., Annal. antiq. stud. 1845, m. Sept. p. 820 : « Mihi quidem in his nihil offensioni est præter ἐβόησα. Quod si mutes in ἐνόησα et verbis καὶ σὺ γὰρ οὕτως ἦλυθες poetam parenthetice alloqui statuas τὸν καλὸν μόσχον, hic erit ordo sententiarum : *Plus valuit apud puellam pulcher ille puer (nam is quoque eodem consilio huc venit), nec sensi totum me hîc* (τῇδε), *dum eidem semper portæ astarem, madefactum esse :* (hic quidem poeta videtur domum voluisse redire, sed impedit ardens amor; restans, sperans usque :) *Quousque tandem, Juppiter, plues? siste pluorem, nam et ipse amoris vim expertus es.* »

CLXVIII. Lemma : ἐπ' ἔρωτι μαινομένῳ. — 3 πόνοις Cod., superposito θ ead. m., ut esset πόθοις. « Ἀπαυδῆσαι πόνοις dicuntur qui laboribus obruti spei renunciant. » *Jac.*

CLXIX. In Planud. ἀδέσποτον. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 300. » *B.* — 2. Ἐλαρινὸν στέφανον Cod. et Plan. Jac. intelligit prata floribus picta. Quod non probabile. Verum tetigisse videtur Heckerus, qui citat Pancratem Athen. XV, p. 677, E, Oppian. Hal. III, 244, etc., ubi idem epitheton Zephyri, et Meleagrum IX, ep. 363, 10. — 3 ἡδεῖον (ἥδειον?) Cod., in marg. ἥδιστον, quod edebatur. Plan. ἡδὺ δὲ καὶ ὁπόταν. — 4 recte Plan.; αἰνεῖται Cod., cujus in margine positum ζήτει, ut corrector hoc epigramma non habuisse pro integro videatur. Nisi pertinet ζήτει ad vocem χλαῖνα (conf. ad ep. 165, 3), cui nota corruptelæ apposita.

CLXX. Lemma : εἰς ἔρωτα. — 1 τὰ δ' Codex, corr. Bentleius. — 3 τίνα δ' Cod., non τινὰ δ'. « Bentleius τὰν δ' ἁ, immemor Callimachi Epigr. 20, 2 : οὐδὲ κελεύθῳ χαίρω τίς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει. Mirus sane hic usus pronominis τίς pro ὅστις, sed Alexandrinis poetis tanto minus eripiendus, quum etiam Attici non prorsus quidem eodem, sed simili tamen modo pronomine illo usi esse reperiantur. » *Meinek.*, quem v. pag. 94 seq. Sed in Callimacho, qui nunc ipsum mihi affertur, re denuo examinata p. 281 seq., vir eximius p. 309 Bentleium vere emendasse τὰν δ' ἁ judicat. In fine Cod. ἐτίλησεν. — 4 κήνας τἄνθεα Mei-

nek.; κῆνατ' (cum nota corruptelæ) ἄνθεα Cod. Jam Reiskius κήνας. « Pro muneribus Veneris rosam posuit, præstantissimum florem, Veneri sacrum. » *Jac.*

CLXXI. Lemma : εἰς Ζηνοφίλαν. — 2 λαλίου codd. — 3 ἐμοῖς χείλεσσι Plan., sine νῦν. Junge ὑποθεῖσα. — 4. « Osculantibus enim anima in labiis sedet; quod *animam labris deponere* dicit Propert. I, el. 13, 17. Conf. ep. 78. » *Jac.*

CLXXII. Lemma : εἰς Δημὼ τὴν αὐτοῦ ἐρωμένην. — 2. Conf. Boiss. ad ep. 165, 4. — 3. Utinam cursu celeriter inverso ex Lucifero Hesperus fias! — 4 ὡς γλ. Cod., correctum in apographis. — 5 ἐπ' Ἀλκμήνην Cod., corr. Reiskius. « Jovi via conversa te obtulisti tum, quum ille in Alcmenæ amplexibus tres noctes junxit. » *Jac.*

CLXXIII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Δημώ. — 4 ἐπὶ χειρεκακόν Cod., corr. Brunck. Jac. confert Ovidianum :

Noxque fuit præceps et cœptis invida nostris.

CLXXIV. Lemma : εἰς Ζηνοφίλαν. « Poeta videns dormientem Zenophilam optat ut loco Somni pulchros puellæ ocellos sibi licuisset intrare, deo hanc possessionem invidens. Somnus, juvenili venustate deus, unam e Gratiis ceperat; unde profecto timendum erat, ne hujus quoque Gratiæ venustis oculis nimis se insinuaret. » *Græf.* p. 114. — 1. Θάλος, conf. ep. 194, 3. — 2 εὐπτερος Salmas., male; v. Græf. Jacobs. citat Wernick. ad Triphiod. p. 131. « Etsi caream alis. » *Boiss.* — 4. Pro κατεῖχον.

CLXXV. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Ζηνοφίλαν. « Puellam convivio et comissatione noctem cum alio transegisse, quamvis negantem, certis signis arguit. » *Jac.* — 3 μηνύει δ' ἄγρυπνον ἰδοὺ scripsi audacter; μηνύει ἄγρυπνον μὲν ἰδοὺ Codex, in quibus plurima tentarunt critici, nihil satis probabiliter. Δ exciderit ante ΑΓΡ. et μέν huc aberraverit ad prius μηνύει supplendum et aliquo modo suppletum. — 5 ἔσκυλται, conf. ep. 259, et Tibull. I, el. 10, 53. Ἀκόλαστα, manibus ἀκολάστοις. — 8. Conf. Virgilii *Copam* init.

CLXXVI. Lemma : εἰς Ἔρωτα. — 1. Τί τὸ πλέον; conf. ep. 85, 1. — 4. « Etiam *nutritur*, h. e. augetur. » *Both.* — 5 γλυκοῖο Cod., sed recte in Plan. Boissonadius scribebat ἄρα, annotans : « Non est necesse ut ἄρα, quum primam longam habet, circumflexe efferatur. »

CLXXVII. Lemma : εἰς Ἔρωτα, ποῖα τὰ ἰδιώματα τούτου. « Talis est proclamatio ap. Moschum Id. I, Ἔρως δραπέτης (infra IX, 440), et in Luciani *Fugitivis* § 27. » *Jac.* Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Mosch. p. 116=411; illustravit Menagius ad Tassum p. 114. Non fictum programma de servo fugitivo edidit e papyro Ægyptiaca et docte explicavit Letronnius in Appendice Aristophanis Didotiani p. 14 seqq. *B.* — 2 ὀρθριος Græfius et vir d. in Museo Cantabr. vol. II, p. 315. — 3. Noli cum Heckero scribere γλυκύπικρος. Melius idem in fine versus ἀταρβής posuit. Edebatur ἀθαμβής, quod nunc vellem reliquisse; nam commodam explicationem admittit. — 4. Conf. ep. 179, 3, et Boiss. ad ep. 178, 3. — 5. Plato Conviv. p. 178, B : γονεῖς Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ. « Vid. ep. 180, 6; Antagoras ap. Diog. L. IV, 26, cum nota Jacobsii Anal. t. VII, p. 184; Barker. in Class. Diar. t. XIII, p. 172. » *B.* — 7 ἐσόρατε Cod. Bothius mavult ἐφορᾶτε. — 9. « Περὶ φωλεόν, ut fera aliqua in lustro prætereuntibus insidias faciens. » *B.*

CLXXVIII. Lemma : ὁμοίως ἐπεργαστικὸν εἰς Ἔρωτα θαυμαστόν. « An ἐπηρεαστικόν? Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Mosch. p. 116=413. » *B.* — 2 sic Cod.; edebatur τί δ' ἐμοί. Conf. XII, ep. 68. — 3 ὄνυξι Plan. « Nasum *simum* indicium esse aiunt physiognomici libidinis et adulterii, ut est ab Aristotele, Adamantio, Melampode traditum; et importunæ curiositatis, versutiæ ac malitiæ, docente Joanne Mauropo inter meas ad Marinum notas p. 131 : ῥὶς σιμὴ τὸν περίεργον καὶ ποικίλον καὶ πονηρὸν δηλοῖ. Sed in pueris, ut est Amor, nihil indicationi id genus poeta tribuisset, si Aristotelis meminisset, qui Problem. XXXIV, 10, τὰ παιδία πάντα σιμὰ esse ait. Sed est σιμὸν nunc idem ac σιμὰ γελῶν, σιμὰ σεσηρὼς, epp. 177, 179, qui ridens naso suspendit adunco quos læsit. » *B.* — 5. « Πρὸς δ' ἔτι λοιπὸν ἄτρεπτον. Pro λοιπὸν, quod mirifice languet, succurrit significantius λιρὸν sive λῖρον, id est ἀναιδές. Vide Apollon. Lex. t. II, p. 522. » *Lobeck.* ad Ajac. p. 159 ed. sec. Jacobs. : « In verbis πρὸς δ' ἔτι λοιπὸν est abundantia quædam, familiaris sermonis negligentiæ tribuenda, qualia sunt μετὰ ταῦτα ὕστερον, ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι, etc. » Deinde Codex ἄθρεπτον, Plan. ed. pr. ἄτρεπτον, « *pertinacem*, qui flecti nescit; multo rectius quam ἄτρεστον (quod H. Steph. et Brunck. ediderunt), *imperterritum*. Nam illud apertius in reprehensionem dicitur; hoc etiam ad laudem trahi potest. » *Græf.* p. 121. — 6. « Adeo est parum matri morigerus, ut ipsam sagittis ausus sit ferire. Vide not. ad Aristæn. I, 8, p. 346. » *B.* — 7 τοὶ γὰρ πεπράσσεται Cod.; recte Plan. — 8 θέλοι Plan. — 9 οὔτι σε πωλῶ Plan.

CLXXIX. Lemma : εἰς Ἔρωτα, περίεργον, ὡραῖον. — 2. « Theocritus XIII, 56 : μαιωτιστὶ εὐκαμπέα τόξα. Ibi de arcu Scythico monui. » *B.* — 3. « Fortasse scribendum φλέξω, ναὶ —, ut poeta, videns Amorem ridere, abrumpat orationem, additurus ναὶ τὴν Κύπριν, ut initio. » *Græf.* p. 85. Deinde Codex γελαῖ, sed Plan. recte. « In sequentibus expressisse videtur Theocritum, XX, 13 : χείλεσι μυχθίζοισα... καί τι σεσαρὸς καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν. » *Jac.* — 4. Σαρδάνιον, ut Hom. Od. Υ, 302. Plan. σαρδόνιον. « De risu Sardonio v. ad Zachar. n. 397. Conf. Plan. ep. 86, 6. » *B.* Meleager γελάσει potius scripserit. — 5 ἢ γὰρ Cod.; εἰ γὰρ Plan., corr. Scaliger. « Epitheto a deo ad alas translato, τὰ ὠκύπτερα vocantur ποδηγὰ Πόθων, quia Amor, Cupidinum dux, ποδηγὸς agmen præcedit. » *Jac.* — 7 παρ' οἶκον uterque cod., corr. Scaliger. De victoria *Cadmea*, id est ipsis victoribus perniciosa, multa parœmiographi. « Dixi ad Zachar. n. 44. » *B.* — 8 λύγκα (quod in codd. fere λύγγα scribitur) Jacobsius; λυγρὰ in utroque codice, sine sensu. Brunckius θῆρα. Boissonadius : « Qui vertit *ovem consociare lupo*, Grotius videtur de eadem correctione cogitasse quam, ejus versionem ignorans, proposui et firmavi ad Zachar. p. 337 : ὡς λύκον αἰπολίοις. Possit et scribi αἰπολίοισι λύκον. » — 9. « Ἐπιλαβών, præter alas etiam *talaria* sume ut Mercurius, quo celerius aufugias. » *Jac.*

CLXXX. Lemma : εἰς τὸν Ἔρωτα, ὅτι μητέρα μὲν ἔχει τὴν Ἀφροδίτην, πατέρα δὲ οὐδ' ἕνα, πάντων δὲ γέμει τῶν κακῶν. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 130. » *B.* Morum et ingenii Amoris caussæ explicantur. *Jac.* — 1. Βροτολοιγός, Martis epitheton homericum. « Τόξα, vide ad ep. 124, 3. — 2. Λαμυρὸν Suidas vertit εὔλαλον, εὐτράπελον, καταπληκτικὸν, τερπνὸν, et hunc locum allegat. » *B.* Plan. πυκνὰ γελᾷ. — 4 ἡφαίστου κοινὴ, 5 μητρὸς...μήτηρ Plan. — 6 γενέτης uterque Cod., sed in Pal. α superscriptum; deinde οὔτε τις, οὔτε τινός, quod corr. Jac. — 7 Ἥφ., 8 Ἄρεος Plan. « Βέλη, repete ἔχει, licet aliud verbum sit interpositum. » *Jac.*

CLXXXI. Lemma : τοῦτο οὐκ ἐρωτικόν, ἀλλὰ καπηλικὸν καὶ κώμου μεστόν « Elegans carmen et fere mimicum, sed valde corruptum. Poeta in convivii apparatu occupatus ostenditur, quum servo nonnulla mandat, rationem emptorum ab eo postulat, cum eo rixatur, etc. *Jac.* » — 1. Servum alloquitur. In nomine Καρίων, cujus prima producitur, « media syllaba immutescit », quod verbo indicatum a Jacobsio tom. XII, p. 423, multis exemplis docet Heckerus p. 59 seq., sed cetera ejus in hunc versum immemorabilia. Κώλακες quid sint, ignoratur. Salmas. : « Κωλάδας hic seu κώλακας, utrumque enim scribitur, intestinorum quid esse videtur et τῷ χολάδες cognatum. » Boissonadius : « Verti quod habet apogr. Lips. καρίων κωλάδας. Ruhnkenius, qui protulit id epigramma Epist. ad Valcken. p. 52, reperit τῶν καρύων κωλάδας. Et Jacobsius conjecit facile καρύων. Sed nemo dixit quid sint καρύων κωλάδες vel κώλακες. Adjectivum καρίων videtur firmari ex parilitate sequentis membri, κωλάδας τῶν καρίων, στεφάνους τῶν ῥοδίνων. » Meinekius p. 106 : « Jacobsius tentat τῶν καρύων ἡμῖν λάβε σώρακον· ἀλλ' ἀπόθρεξον [in nott. mss. ἀλλ' ἄγε, θρέξον]. Sed nuces hic minus apte commemorantur. Non potest dubitari quin in verbis τῶν καρίων servi nomen lateat. Possis Ζώπυρ' ἰὼν ἡμῖν λάβε, vel Ζωπυρίων. Sed verum videtur Ζωναρίων, formatum ut Πυγμαρίων, Τιμαρίων et alia id genus plura. In κώλακας autem non edulii nomen latere videtur, sed alius rei ad convivii luxuriem necessariæ. Ad cœnam quæ requirebantur, ea jam emisse servum ex sequentibus intelligitur. Verba ἀλλὰ πόῃ' ἥξει nescio an scribenda sint ἀλλ' ἀπολίξει; vel ἀπολίξει. Quibus monet dominus servum ut delectos et eximios κώλακας afferat. » — 2. « Monuit glossator Codicis τόπαξ esse ἀντὶ τὸ (sic) ἅπαξ. Ruhnkenio videbatur esse silentii nota. Equidem habui pro τὸ πᾶν vel τόπαν. » *B.* Brunckius δ' ἀπόπαξ, Jac. in nott. mss. et Bothius τ' ἀπόπαξ. Hesychio ἀπόπαξ est σύμπαν. « Scribendum potius τῶν ῥοδίνων δέ· τί πάξ; vel τῶν ῥοδίνων· τί τὸ πάξ; Fingit poeta servum domini mandata deprecari et ut finem jussis faciat eum monere. Id qui facerent, uti poterant interjectione πάξ, i. e. *ohe jam satis est.* Conf. Diphilum ap. Athen. II, p. 67, D. » *Meinek.* Reiskius conjecerat πέντε στεφάνους, τῶν ῥοδίνων τέτορας, ut ep. 185, 4 seq. — 4. De Λαπίθης convicio vide Thes. in Λαπίθης et Λαπιστής, p. 112. — 5. Οὐδέν servo dat Meinek., sed recte observare videtur Jacobs., neminem præter herum loqui. « Possis etiam οὐκ ἀδικεῖς οὐδέν; » *Mein.* Qui cum seqq. confert Alexidis fragmentum ap. Athen. III, p. 117, E. — 7 ἄλλος δύο Cod., quod optime correxit Meinek.; οἶνον Reisk. Propter lacunam margini Codicis ζήτει appictum. — « Versum 8 intactum reliqui. In fine σχαδόνες haud dubium. [« Quod fuit in apographo Ruhnkenii. » *B.*] Favos autem cum ovis et placentis jungebant veteres in mensis secundis : hinc conjeci :

ὠά, λάγως, σκόμβροι, σησαμίδες, σχαδόνες,

vel propius a ductibus σήσαμα καὶ σχαδόνες. » *Jac.* In notis mss. tentat initio νώγαλα (coll. Antiphane Athen. III, p. 47, D), κτεὶς, σκ. Heckerus σθεσμυκες vertit in σταῖς, μύρα καὶ σχ. « Sed ὦτα fortasse servari potest, si in fine superioris versus scriptum fuisse ponas πέντε θ' ὕεια, vel simile quid. Aures suillas in deliciis fuisse quum aliunde constat tum ex Alexide ap. Athen. III, p. 107, B. Reliqua recte emendavit Jac. » *Meinek.* — 9 αἰσχρόν (non αἰσχράν) Cod. Αἰσχραν Brunck. « Αἰσχρὰν nomen est proprium unguentariæ, vel ejus cognomen quæ erat vultu deformi. Hinc malo Αἰσχρὰν scribere. Est Αἰσχρὴ nomen nutricis infra VII, ep. 458. » *B.* — 10 μυρόπολιν Cod. Ἀργυρέας, subaudi ληκύθους. — 11. « Εἰπὲ δὲ σημεῖον, ut in epigr. 213, 3 : *Dic quo signo quis te miserit agnoscat.* » *B.* Edebatur Βαχχῶν, sed Codex βάκχων, « quod certissimum est esse nomen proprium ejus qui loquitur. Dic, inquit, me illum esse Bacchonem qui nuper quinquies illam deosculatus est. Ad πέντε confer Philodemum XI, ep. 30. » *Meinek.* Addit Heckerus : « Sed hæreo in ἐφίλησεν nude posito; corrigo Βάκχων' ὅτι πέντ' ἐφίλησεν, scil. Æschra. » Quod recepimus. — 12 κλίνη Piersonus aut Heringa; καινὴ Cod. De ceteris confer epigr. 128, 4; 5, 4.

CLXXXII. Lemma : ἐρωτικὸν καὶ μανίας μεστόν. Auctore Wyttenbachio Bibl. crit. I, 2, p. 29, præfiximus huic epigrammati distichon quod legitur n. 187, idem commendantibus Mansone, Beckio, Græfio, Heckero. — 1 εἶπε Cod. et Plan., iidemque ἐπίκτητα. Correxit Brunckius : « ἐπίτηκτα φιλεῖν, non amare ex animo, simulatum amorem præ se ferre. Cicero Ad Atticum VII, 1, § 5 : *Omnia illa prima, quæ etiam tuis literis in cœlum ferebas,* ἐπίτηκτα *fuerunt. Quam non est facilis virtus! quam vero difficilis ejus diuturna simulatio!* » Lobeckius Pathol. proleg. p. 519 præstare putabat « ἐπίκηρα, hoc est *fugitiva, defunctoria* et non ex animo oblata. » Dorcas, servæ nomen. — 3 ἰδοῦ πάλιν Cod., corr. Brunck. — 5 μὴ κέτι μέλλετε τοῦ Codex, corr. Salmasius. « Ut Dorcada mittit et revocat poeta, sic Voltarii Orosmanes suum Corasminum :

> Cours chez elle à l'instant; va, vole, Corasmin.
> Montre-lui cet écrit... ah! cher ami, demeure,
> Demeure; il n'est pas temps.

— 7. Editur ex Codice μᾶλλον δ' ἔτι ληρῶ. Malui quod habet apographum Reiskianum μᾶλλον δὲ, τί ληρῶ; Jungo μᾶλλον δὲ μηδὲν εἴπῃς. Formulam μᾶλλον δὲ tractavi ad Aristæn. I, 21, p. 523. Vide et Krabing. ad Synes. Ægypt. p. 216; Palair. Observv. p. 432. Tertullianus Apolog. c. 49 : *illi honorandi; nos irridendi, immo eo amplius et puniendi.* » *B.* — 9 τὰ ἅπαντα λέγειν Heckerus, ut τὰ ἃ κέρματα ep. 41, 1, et alia quæ citat. Codex μὴ φείδου τὰ πάντα λέγε. Reiskius (quem tacito sequitur Brunck.) μὴ φείδου σὺ τὰ π. λέγειν, Jacobs. τάδε (Both. τά γε) πάντα λέγειν, alii rursus aliter plura mutantes. Ibid. Cod. τίσ pro τί σε. — 10 σὺν om. Codex, inter lineas suppletum.

CLXXXIII. Lemma : καὶ αὐτὸ κώμου καὶ καπηλίας (sic) μεστόν. « Convivium instruens poeta puerum mittit, qui majorem vini copiam potaturis apportet. » *Jac.* — 2 ενχιον Cod. sine accentu et cum nota corruptelæ. Brunckius Χῖον ἓν, quod adjectivum a Χίος derivatum producitur; sed v. Thes. v. Χίος, p. 1507, C, D. — 3. « Βαδίσας, vide ep. 185. Sed in τὸ πρῶτον subhæreo. Nam quid deinde dicet servulus, aut quid postea mittet cœnopola Aristius? — 4 ἡμιδαὲς Cod.; sed Suidas : Ἡμιδεὴς πίθος, ὁ τοῦ ἡμίσεως αὐτοῦ ἔνδειαν ἔχων, nostrum versum subjiciens. Jubetur Aristius semiplenum mittere ceramium; quod ceramium semiplenum continet congios duo et fere amplius, sitque id satis octo convivis. Vel corrupta verba sunt vel mutila. » *B.* Sed verba illa Suidæ absunt ab optimis quibusque codicibus, et delevit Gaisfordus. Versus ibi citatur sub Ἡμιδαής, ἡμίκαυστος, cum ἡμιδαὲι, et ἔνεισι, prorsus ut est in Codice. Ex iis quæ disputavit Boissonadius, plane apparet recipiendum fuisse Salmasii emendationem ἅπεισι. Præterea intelligo : εἰπὲ τῷ Ἀριστίῳ, τὸ πρῶτον (κεράμιον) πέμψαι αὐτὸν ἡμιδεές.

CLXXXIV. Lemma : εἰς ἐπίορκον ἑταίραν. — 1 θεούσ

(sic) Cod. Affectus plena aposiopesis. *Quid deos* testes invocas? — 2. « Conf. XII, ep. 237, 3. » *B.* — 3 πάλι Cod., ν superposito. — 4 ὦ Cod., corr. Boiss. — 5 ὁ περίβλεπτος ἔκλαιον Codex. « Recepi Bothii conjecturam, σε Κλέων. » *B.* In eandem inciderat Chardo Roch., cujus hanc reperio notam : « Acutissime viderunt Salmas. et Brunck. mœcho tribuendum esse τὸ περίβλεπτος : alias frigidum et putidum est. Mœchi autem nomen sub voce ἔκλαιον mihi latere videtur, sic levissima mutatione restituendum :

οὐχ ὁ περίβλεπτός σε Κλέων....κἂν μή τι γ' ἀπείδω ;

Nonne sane famosus ille Cleon te...etiamsi ne tantillum quidem oculos a foribus tuis avertam, i. e. semper intentos habeam ad tuas fores, ne quis irrepat. » Jacobsius in notis mss. : « Fort. οὐχ ὁ περίβλεπτός σ'; ἔκλυον, *Nonne pulchellus ille te...? audivi enim.* » Minus probabilia Græfius p. 97. Pergit Boiss. : « Ad κἂν μὴ potest subaudiri λείπῃς αὐτὸν, vel λήγῃς αὐτὸν δεχομένη, vel aliud quid. » In fine Codex τιδ' (sic) ἀπείδω, correctum a viro docto anonymo a. 1812. — 8. Conf. ep. 178 extr.

CLXXXV. Lemma : ἐπὶ πόρνῃ, ὀψώνιον. Reiskius corrigebat ἐπὶ παρασκευῇ ὀψωνίου. — 2. « De glaucisco, pisce incerto, vide Artedium ; Jacobs. ad Ælian. N. A. I, 16. De phyco, Jacobs. ibid. XII, 29. — 3 κύφας καρίδας Cod., corr. Jac. Si sit καρὶς piscis crustaceus, vernacule dictus *salicoque* et *crevette*, epitheton κυφὴ aptissimum illius gibbositati esse videtur. De illo pisce vide ad Anecd. mea III, p. 441. » *B.* — 5 Θευδορίου Reisk. « Neque δεσμοὺς cum Toupio, neque πλόχμους cum Reiskio addi potest : neutrum enim de corollis dici usitatum est. Neque omnino opus est ad ῥοδίνους addi substantivum; omittitur στεφάνους. Versus ita potius explendus videtur : ῥοδίνους ἔξ πρόσλαβ' ἐπείγου καὶ Τρυφ. » *Meinek.* p. 108. Cod. πρὸς λαβὲ. — 6 τρυφερὰν Cod., quod servat Boiss.; conf. ad ep. 154, 2.

CLXXXVI. Lemma : εἰς Φιλαινίδα πόρνην. — 1 πιθανῶς...δάκρυσι Cod., corr. Reiskius ; δακρύοισι Bothius, qui recte post Φιλαινί distinxit.

CLXXXVII. Vide ad ep. 182.

CLXXXVIII. Lemma : εἰς Ἔρωτα τοξότην. Sententia epigrammatis esse videtur : Nihil pecco in Amorem, dulcem deum ; attamen amore prope pereo. Unde hoc? — en deprehendi noxium : deus quem justum putabam, apparuit mortalis injustus. Ulciscar; quis me accusabit? — 1 ἀδικῶ Plan. Γλυκύς, videlicet ἐστὶν ὁ Ἔρως. Recte Jac. : « Dulcis deus, » et matrem ipsam testatur, non sine ironia, tela ejus non semel expertam. Male Heckerus ad Leonidam refert : « ego, qui semper mitissima sum indole, cujus ipsam Venerem testem invoco, erga Amorem non sum injustus. » — 3 θερμῷ δ' ἔπι θερμὸν Plan. — 4. Ἄτρακτον Suidas explicat βέλος, hoc loco usus. Commode Jac. meminit Thucydidis IV, 40. — 5. Huic versui lucem attulit Piccolos, primus tot interpretum memor proverbii εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν, de quo schol. Theocr. X, 17 : παροιμίαι εἰσὶ τὸ εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν, καὶ τὸ εὗρε θεὸς τὸν αἴτιον.... τὸ δὲ εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρὸν λέγεται ἐπὶ τῶν διδόντων δίκην τῆς ἁμαρτίας. Quod ingeniose invertit Leonidas : χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν —, et subaudiendum relinquitur εὗρε, ut fit in proverbiis, ἡ χάρις τὴν ἀμπελον, ἃ χεὶρ τὰν χεῖρα (ep. 208), et aliis plurimis. Non debebat vir elegantissimus addere ἔχω. (Nunc demum video etiam Ungerum *Beitr.* p. 31 meminisse proverbii illius, sed jungere χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν τίσομαι.) Codex et Plan. : χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσώκει· θνητὸς ὁ δαίμων. Improbabilia tentarunt Brunck., Lennep., alii. Heckerus : ἐῴκει, vel, monente Ottone Schneidero, rectius ἔοικεν θνητὸς ὁ δαίμων, pro θνητὸς ὤν, loco dativi, non raro usu. Quod probabilius visum iis quæ proposuerunt Meinekius p. 122 : χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐγὼ, κεἰ θνητὸς (?) ὁ δαίμων Τίσομαι. O. Schneiderus : κοὐ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐσώκει — ἄδμητος ὁ δαίμων — τίσασθ', hac sententia : *Non poteram ego, mortalis homo, punire deum invictum*, de se loquens persona tertia, quam item cum prima jungunt Hom. Il. E, 878, Aristoph. Lys. 42 seq., Thuc. I, 128. Denique Ungerus, comparans Platonica (Ἔρως) τύραννος ἔνδον ἐνοικῶν Rep. IX, p. 573, D, et similia, sic scribit

χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν — ἐσῴκει θνητῷ ὁ δαίμων — τίσομαι· ἐγκλεισμῷ δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος.

— 6. Versum a multis tentatum distinctione sanavit Meinek., plaudentibus Heckero et Piccolo. Dudum annotaverat Boiss. : « Interrogationem feci sensu bono : *Ulciscar : reusne fuero, me si defendam?* » Lennepius conjecerat τίσομ'· ἀνέγκλητος δ' ἔσσομ' ἀλεξόμενος.

CLXXXIX. In Plan. *Meleagro* inscribitur. — 1 μέσον δ' Heckerus, scil. χεῖμα : *media hiems condit Pleiadem*, cujus occasus mense decembri : ἐπιδύνει active, neutraliter aoristus ap. Hom. Il. B, 413. Codex et Plan. μέσην δ', quod explicari non potest. Boissonadius : « Νὺξ μακρή. Horatius Od. I, 25, 7 : *Me tuo longam pereunte noctem*, ubi v. Bentl. et conf. Ovid. Am. I, el. 2, 3. Ad δύνει Jac. subaudit νύξ. Subaudiri malim nomen ἥλιος : *medias inter Pleiadas occidit sol.* Hiems significatur. Hyginus Astron. II, 21 : *In Pleiadum signo occidente sole hiems ostenditur.* Δύνει sic absolute positum exstare quidem non memini; sed est ἥλιος inter nomina quæ sæpe patiuntur ellipsin. » — 2 νείσομαι Cod.; νείσσομαι Plan. — 3 κείνης Cod.; Ἑλένης Plan., ex manifesta interpolatione. Κλεινοῦ; Meinek. p. 105 : « Simili errore Κλίνη in libris Athenæi X, p. 425, E, quæ alio loco ab ipso Ath. vocatur Κλεινώ. » Heckerus Κλείνης, coll. varietate in Anytes epigrammate VII, 486, 1. « Scripsi Κύννης. Meretrix quædam nomine Κύννα memoratur in Vespis 1027. Vide Valcken. in Adoniaz. p. 361. Et id forte voluit Jacobsius, qui Κίννης proposuit. » *B.* In Palatinæ exemplo nobiscum communicato Jacobsius et asteriscum sustulit et conjecturas in margine positas. Bothius quoque : « Dele (inquit) asteriscum, quum nihil desit aut laboret. » — 4. « Κύπρις arcu et sagittis armata ap. Theocr. XI, 15 : ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος Κύπριος ἐκ μεγάλας, ἃ οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον. Arcte jungenda ἀνιηρὸν ἐκ πυρός, i. e. πυρίφλεκτον et ἀνιηρόν. » *Jac.*

CXC. Lemma : εἰς Ἔρωτα δριμύτατον. — 1 ἀκοίμητόν τε Græfius, probabiliter, quamquam πολὺς πνέων conferri potest. — 2 ζῆλοι Plan.; ζήλων Cod. « Κώμων πέλαγος. Hæc ex antiquiore poeta petita esse colligere licet ex Cicerone de metaphoris agente in libro De oratore III, 41 : *Nolo esse aut majus quam res postulet*, tempestas comissationis ; *aut minus*, comissatio tempestatis. » *Jac.* — 4. ἀποψόμεθα Cod. et Plan., sed in illo ε inter versus positum. « Scriptum est carmen in Trypheram, de qua supra questus est ep. 154. Hic *Scyllam* vocat, sive propter pericula in quæ in ejus consuetudine incurrebat, sive etiam propter rapacitatem. Præclare huc facit Anaxilæ comici fragm. Νεοττίδος v. 15 :

Ἢ δὲ Νάννιον τί νυνὶ διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ;
οὐ δύ' ἀποπνίξασ' ἑταίρους τὸν τρίτον θηρεύετα:
ἔτι λαβεῖν; » *Jac.*

CXCI. Lemma · εἰς ἑταίραν ἄσωτον, ζηλότυπον καὶ μανίας μεστόν. Poeta ad amicam comissatur, incertus num puellam exspectantem et vigilantem sit inventurus, an cum alio cubantem. Postremo hoc cognito, coronam lacrimis suis madefactam ad postes figit. Jacobs. citat Clearchum ap. Athen. XV, p. 670, D : στεφανοῦσι τὰς τῶν ἐρωμένων θύρας, ἤτοι τιμῆς χάριν, καθαπερεί τινος θεοῦ τὰ πρόθυρα· ἢ οὐ τοῖς ἐρωμένοις, ἀλλὰ τῷ Ἔρωτι ποιούμενοι τὴν τῶν στεφάνων ἀνάθεσιν. » — 1 φαινοῦσα Cod. — 2. Tibiam potius quam facem esse intelligendam observat Jacobs. — 4. ἀπὸ δαομένην Cod.; ἀποκλαομένην Huschkius, quod receperunt Græfius et Boiss.; ἀποδυρομένην Jacobsius; ἐπαραομένην Salmas. et Brunck. — 5. In his nullum esse nexum cum sequentibus recte observavit Græfius p. 98, qui scripsit ἐπὶ προθύροις δὲ μαράνας..., signo interrogandi in fine epigrammatis posito. Legebatur ἤ τιν' ἔχει σύγκοιτον; De quibus Boissonadius ita disserit ad Georg. Pachym. Declam. p. 195 : « Interrogatio male videtur sequentibus convenire. Fortasse, ἤ τιν' ἔχει σύγκοιτον, *Profecto habet...* Putandus est poeta per rimas januæ aliove modo vidisse amatorem rivalem intus ab amica admissum. Reliqua dicit despondens. Januæ sæpius male clausæ meretricibus nocuerunt. Sic supra epigr. 41 Rufinus scripsit ad mulierculam incautiorem. Possit etiam legi : εἴ τιν' ἔχει σύγκοιτον, ἐπὶ προθ. [Hoc Chardonem conjecisse video in schedis.] Sed id minus bene; nam ita si esset in Codice, proponerem ἤ τιν'. » Emendationem perfecit Heckerus μαράνας, etiam per se non satis aptum, mutans in δὲ ῥάνας. — 6 ἐκδήσω Salmas. et Reisk.; ἐκδήσας Cod. — 8 στοργὰς (inter lin. στοργῆς) σκύλα τὰ δ' ἐκρέμασε Cod. Boiss. στοργᾶς. « Σῶν κώμων dictum sine peculiari respectu ad comissationem. Κῶμος hoc loco *sacra* Veneris significat; quæ dea quum, ut alia numina, mysteria sua habeat, μύστης κώμων Veneris is est, qui his mysteriis initiatus deam cultu et honore prosequitur. » *Jac.*

CXCII. Lemma : Μελεάγρου εἰς Καλλίστιον. — 2. « Duplex litera Syracusanorum est X, quam invenit Epicharmus, quum olim scriberetur KH. Jam quæ nominanda fuerat Καλλίσχιον, ob pulchra femora, ἰσχία, ea vocata fuit Καλλίστιον. Ergo mutatum fuit X, duplex litera, in simplicem T. Sic recte Græfius p. 99 non valde obscurum distichon est interpretatus. » *B.*

CXCIII. Lemma : εἰς Κλειὼ κόρην ἐρωμένην. Simillimum epigrammati 53, ubi v. annot. Recte Heckerus I, p. 221 : « In his quæ diversa leguntur, tantum correctorum præpostera cura temere interpolata sunt, quum pristina species non diversa fuerit. » — 1 τὰ γαλάκτιν' Reiskius; ἀγαλακτιν' Cod., idemque ἄδωνι hoc loco, non ἀδ. — 4 προφάσει; Cod. Brunck. ἄπαγε, sed alterum, *me secum abducat* (Adonis), Jac. tuetur exemplis ejusmodi transitus a prima secundave persona ad tertiam.

CXCIV. Lemma : εἰς κόρην Εἰρήνην παρθένον. — 1. « Venustorum deorum adspectus iis, quibus favent, venustatem conciliat. Sic IX, ep. 64. » *Jac.* Qui sequenti versu ἐρχομένην conjiciebat, virginem prodeuntem ex thalamo Veneris, ubi ornata et donata esse fingatur. — 3. « Θάλος, conf. ep. 174, 1. De ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν conf. Abresch. ad Aristæn. I, 12, p. 399. Plautus Epid. V, sc. 1, 17 : *Usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissuma.* Αὐγδου, conf. epigr. 13. Et γλυπτὴν addit ob frequentem pulchrorum corporum cum statuis comparationem, quam monstravi ad Eunap. p. 380. » *B.* — 5, 6. « Junge ἐπὶ cum ἦκαν : ἐφῆκαν ἠϑέοις πολλοὺς οἴστοὺς χερσίν. Bene hic habere χερσίν, licet sequatur ἀπὸ τόξου ἁρπεδόνης, docent exempla ab Huschkio exprompta ad Tibull. I, el. 3, 4, p. 74 seq. Πορφυρέης, pulchræ et splendidæ, ut Amoris. » *Jac.*

CXCV. Lemma : εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐρωμένην Ζηνοφίλαν. — 1, 2 sic Codex. Toupius Ζηνοφίλᾳ, ut desit verbum; proposuerunt Jacobs. ἀπένειμαν vel ἐπένευσαν, Lobeckius συνῆνουν, vir doctus anonymus συνεῖραν (quod consensu recipiebant Boiss. et Both.). Addit Boiss.: « Cogitaveram de legendo σύνευνοι Ζηνοφίλᾳ, *quæ cum Zenophila in eodem lecto recubant,* subaudito verbo dandi, offerendi. In sequente epigr. sunt Zenophilæ σύγκοιτα φίλτρα [diverso quidem hæc sensu]. » Heckerus probabiliter sane σύνευνε Ζηνοφίλα, verbum petens primum quidem ex epigr. 140, deinde ex sequenti 196, huic epigrammati præpositis, hunc in modum :

Ζηνοφίλα, κάλλος μὲν Ἔρως, σύγκοιτα δὲ φίλτρα
Κύπρις ἔδωκέ σ' ἔχειν, αἱ Χάριτες δὲ χάριν·
αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσόν....

Paullo melius nostrum epigramma subjungi videatur huic versui epigrammatis 140 :

αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρεῖς ἔδοσαν χάριτας,

sed neutrum epigramma, qualia ex binis composuit Heckerus, ita scriptum fuisse a Meleagro legenti cuique statim patebit. — 2 ζηνοφίλαν τρισσὰς Cod. — 3 ἁ μὲν superposito ἡ et μορφῆς superposito ᾶ Cod. — 4 ἵμερον δὲ Cod. omisso ἁ. « Ter repetitum vocabulum ejusdem significationis, λόγος, μῦθος, ἔπος, non ferendum; quamobrem conjeci :

ἵμερον, ἁ δ' ὀάροις τὸ γλυκύθυμον ἔπος.

Animadverte etiam, si epigramma per se integrum habeatur, dativum λόγοις sive ὀάροις non habere quo referatur, quum præcedat θεμένα ἐπὶ μορφᾶς. In conjunctis redibis ad ἔδοσαν. » *Hecker.* — 5 τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας καὶ κύπριδος ὥπλ. Cod., ingeniose et feliciter correxit Jacobs., probante Wyttenbachio, Heckero, aliis, dubitante Græfio p. 117, qui inter alia : « Contortum est, quod, quum ante Gratiarum donum diceretur γλυκύμυθον ἔπος, nunc Πειθὼ μύθους instruxisse perhibetur. [A nonnullis vero illa, ut Hermesianacte, inter Gratias referebatur.] Fortasse omnes conjecturæ vanæ sunt in epigrammate lacero aut male consarcinato. » — 6 μυθοὺς (sic) Cod.

CXCVII. Lemma : εἰς Ζηνοφίλαν. — 1 Ζηνοφίλα Cod. Conf. ad epigr. præcedens.

CXCVII. Lemma : εἰς Τιμὼ καὶ Δημὼ τὰς ἑταίρας. — 2 καὶ Schæfer. et Græf.; καὶ libri. Ὑπν., conf. ep. 165, 4. — 3. « Glossator in margine Cod.: ἐγὼ νομίζω ὅτι καὶ τὸ Ἰλιάδος ὄνομα ἑταίρας ἐστίν. Et recte νομίζει. » *B.* Brunckius Ἰσιάδος. Quod est ap. Grotium. En Marcelli Comitis lusum : « *Je lis* πάλι χιλιάδος, *qu'explique parfaitement la suite de l'épigramme. C'est le pendant d'Anacréon et ses deux mille amours de l'île de Rhodes* : Ῥόδου τε δισχιλίους ἔρωτας. » — 5 πνεῦμα Meineccius (non Meinek.); τραῦμα Cod. et Plan., quod reddidit Grotius. — 6 εἰ γ' ἐϑ. Plan.

CXCVIII. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν, Τιμάριον, Ἀντίκλειαν, Δωροθέαν. — 1 οὐ πλόκ. Cod., superposito μά, quod intelligitur. — 2 τιμαρίου Cod. « Scripsi cum Græfio Δημαρίου. Fuit quidem Τιμάριον Meleagri amica; v. ep. 204. Sed Τιμάριον forma diminutiva tantum differt a præcedente Τιμοῦς. Posset et scribi [cum Brunckio] Δημοῦς pro Τιμοῦς, servato Τιμαρίου. Sed ep. 197, 1, capilli laudantur Τιμοῦς. Fuit autem Δημὼ vel Δημάριον amica Meleagri, nota nobis ex ep. 172, 173, 197. Philodemus, qui et Δημῶ amabat, eam vocat in eodem epigrammate Δημῶ et Δημάριον, XII, ep. 173. Infra VI, ep. 61, lemma Παμφίλην vocat quæ in ipso contextu Παμφίλιον vocatur; et VII, ep. 298, Αὐκαιναν mulierem quæ in epigrammate dicta est Αυκαίνιον. Et ibid. ep. 487 parile exemplum Φιλαινίδος et Φιλαινίου. Sic Aristæneto II, 14, eadem muliercula Μέλιττα vocatur ac Μελισσάριον, ubi v. not. p. 697. Adde Allat. ad Method. p. 387; Murator. Anecd. p. 64 et 127. » *B.* Miratur Marcellus Comes « πρόθυρον *cité parmi les attraits personnels des adorées : comment ce vestibule de Dimo serait-il une flèche de l'amour ?* » Recte miratur, sed correctionem tacere præstat. Intelligo πρόθυρον in quo prostabat Demo (v. ep. 173), salse memoratum a Meleagro. — 5 post φαρέτρη in Codice vox erasa; cernuntur literæ πρ..ω..εν. « Librarius videlicet bis scripserat πτερόεντας. Excidit vocabulum. » *Jac.* Brunckius supplet χρυσέη, Græfius πρὸς ἕνα, Bothius πρώην, de quo invento Boissonadius ad Choricium p. 343 : « Nuperrime vir doctus, adunatis literis istis, scripsit πρώην, malo, ni fallor, successu; nam sagittæ debent esse nunc, ut antea, volucres. Propono λίαν πτερόεντας, *sagittas veloces nimium, quas nec compescere valuit pharetræ operculum.* Multa possunt alia tentari : φαρέτρη, (βλέψον) πτερ., vel duplici epitheto, quod frequens est : πυρινοὺς πτερ., πικροὺς πτερ. » Et πρόσθεν πυρόεντας Marcellus Comes. — 6 κρύπτεις Cod., corr. Brunck.

CXCIX. Lemma : εἰς Ἀγλαονίκην ἑταίραν. « Aglaonice puella, cui, si recte video, post epulas a Nicagora quodam flos virginitatis ereptus fuerat, Veneri quædam donaria ponit. » *Jac.* Conf. Hecker. I, p. 105. — 3 οἱ; male Suidas in Μυξῶντες, quod exponit βρέχοντες, διυγραμμένοι, σαπέντες. — 4 κεῖται Suid., sed meliores codd. κεῖνται, ut Pal. — 5 ἐνδύματα Heckerus; edebatur ἐκδύματα.

CC. Lemma : εἰς κόρην τινὰ Ἀλεξώ. Hoc et sequens epigramma ejusdem *Hedyli* esse putat Hecker. l. c. — 1 πνεῖον τες (sic) Cod. Vitiosus μύροισι dativus, pro quo μύροιο Heckerus, hiatum defendere studens p. 69. Præterea « κρόκος ipsumne crocum, an unguentum crocinum? Neutrum satis commode. An pro κροκωτός, lutei coloris indumento, dictum? » *Jac.* — 3 Θῆλυ adverbialiter capiendum. Salmasius græce adscripsit : μαλακῶς καθορῶντι καὶ στραβίζοντι ἐπὶ τῷ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ἀπατᾷν. — 4 κεῖται Cod., corr. Reisk.

CCI. Lemma : εἰς ἑταίραν τινὰ Λεοντίδα. — 3 μελισθὲν Heckerus; μεληθὲν Cod.; σὺν Μούσαις μελετηθὲν Salmas. Conf. Theocr. VII, 12.

CCII. Lemma : εἰς Πλαγγὼ ἑταίραν. « Gallice vertit Larcher. not. ad Charit. t. II, p. 193. » *B.* De Πλαγγόνι meretrice famosa Athenæus XIII, p. 594, B. « Hæc donaria dedicata esse in templo Veneris Arsinoes Equestris statuo, quod aperte firmat versus 2, εὐίππων ἐπὶ προθύρων, ubi de Neptuno cogitari posse putabat Jacobsius. » *Hecker.* — 2 πλαγγὼν, non πλαγγὼ, Cod. — 3, 4. « In certamine equestri, sed metaphorico duarum scelestissimarum tribadum victrix fuerat Plango meretrix, pendentisque tulerat coxæ præmia. Putat Tafel. Diluc. Plnd. p. 19 veram in arte equitandi fuisse duarum mulierculum concertationem; cui non assentior. Πῶλοι in metaphora illa continuata sunt Plango ipsa et Philænis, adhuc a lucta frementes. Dicuntur ἑσπερινοὶ, quod vespertinum fuit certamen. Notum est sic usurpari temporis epitheta pro adverbiis et *rem temporis ad personam transferri*, ut Servius ait ad Virgilii *Æneas se matutinus agebat*, VIII, 465. Aristoph. Lys. 283 : τοῖς μὴ παροῦσιν ὀρθρίως. Est ὀρθρίοις optime in cod. 2712. Nihil hic viderat Larcher. [Sequitur exemplorum ingens nubes ex Anthologia et criticorum scriptis.] Si veri sunt πῶλοι, si verum certamen, epitheton ἑσπερινῶν, cujus sensus non erit alius, erit alienum. Nam non credo equestrem ludum vesperi fuisse peractum. » *B.* Mire Heckerus jungit hos genitivos cum Κύπρι φίλη, *Venus amica equorum Zephyri late* (?) *hinnientium*, cogitans de Veneris Arsinoes sacello in Zephyrio promontorio, de quo agit p. 72-75. — 6 τήνδε τιθεῖσα Schneidewinus; τήνδ' ἐπιθεῖσα Cod. et edd.

CCIII. Lemma ; εἰς Αυσιδίκην. « Qui latinam Reiskii versionem repetivit Larcher. Diss. de Venere p. 285, gallice vertit not. ad Charit. t. II, p. 193. — 1. Et in hoc epigrammate de venere pendula agi non dubito. Audivi exoletos ac fœde probrosos viros qui, ut suscitaretur nestoreorum nervorum debilitas, flagris essent lacerandi et aculeis pungendi. De venereo flagrorum usu libellum scripsit latinum Meibomius, quem latine ac gallice edidit ante hos XL annos Mercierius Compendianus, cui ob morum atque libellorum spurcitiem Pediculo cognomen fuit inditum. Μύωψ λέγεται Suidæ, qui hoc epigramma allegat, ἡ μάστιξ τοῦ ἵππου, τὸ σιδήριον ὃ ἐπὶ τοῦ ποδὸς φοροῦσι κεντοῦντες τοὺς ἵππους. Sed videtur proprie sumendum adjectivum, et μύωπα instrumentum fuisse quo tardiores motus in hoc ludo viri supini vel feminæ excitabantur. » *B.* Quibus addo hæc ex schedis Chardonis : « Brunckius epigramma nostrum de tribade intelligendum existimabat, postea vero in notis ad Lysistratam p. 47 sententiam meliorem amplexus videtur : hic agi nempe de venere pendula; quod unice verum. Vid. Ruhnkenius ad Rutil. Ruf. p. 260. » — 3 ουδέπο (sic) ταύτης Cod., corr. Salmas. Initio versus « Larcher. pro ᾧ vult ὃς, quod et voluerat Reiskius. Sed nihil mutandum. Sensus sequentium : Et quando ipsa supina equi vice fungebatur, sedente femina, nunquam ipsi fuit admotum calcar, ut femur cruore tingeretur. — 5. Tafel. l. cit. ad Pindarica Ol. I, 32, δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων, hunc versum apposuit et interpretatus est aliter, non recte, si quid video. » *B.*

CCIV. Lemma : εἰς Τιμάριον ἑταίραν, τωθαστικόν. « Jam vetulam factam cum navigio fluctibus et ventis quassato comparat. » *Jac.* — 1. « Etymol. M.: κέλης..., εἶδος πλοίου λῃστρικοῦ. Et Suidas huc respiciens, εἶδος πλοιαρίου μικροῦ. Apta metaphora meretrici. Notum Juliæ Augustæ filiæ dictum : *nunquam nisi navi plena tollo vectorem.* — 2. Ἐρεσίην. Continuatur metaphora. Sic ἐρεσσομένη in re venerea epigr. 54, 4. » *B.* Meinekius p. 171 : « πλωτὸν ita intelligendum ac si dixisset poeta Τιμάριον οὐκέτι πλωτόν ἐστιν οὐδὲ φέρει Κύπριδος εἰρεσίην. Verborum tamen collocatio huic interpretationi parum favet; itaque nescio an πλωτῶν poeta scripserit, a recto casu πλώτης. Sic Meleager τὸν νάστην XII, ep. 167, et τοὺς πλωτῆρας Aristoph. Eccl. 1086. » — 3 νώτοισι Meinekius; legebatur νώτοιο. — 4. Πρότονος intelligendum de capillis. — 5, 6. « Distichon sic construe : χαλᾷ δὲ (active, scil. Τιμάριον) σπαδονίσματα μαστῶν, ἱστία αἰωρητὰ (*non secus ac vela pendentia*), ἔχει δὲ (eadem) στρεπτὰς ῥυτίδας γαστρὸς ἐκ σάλου. » *Grxf.* p. 103. Ad σάλου Boiss.: « Eodem tropo

σα)ευόμενος ep. 54. » — 7 κοίλη Cod., corr. Græfius. — 8 ἔντροφος conj. Heckerus, quod nemo probabit; nec opus mutatione, quum ἐστί dicatur ut ἔνεστι. — 9 δυστανός τεζωὸς ἔτ' ὢν δ' ἀχ. Codex; δύστανός τοι ζ. Salmasius et Græf.; δύστανός γ' ὃς ζ. Brunckius, et alii aliter relativum inferentes, « quod in tali verborum junctura (inquit Meinek.) non esse necessarium docet Homerus : ὃυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν. » Nostro tamen loco ambiguitatem habet δύστηνος, ac si de uno quopiam diceretur. — 10. Ἄνωθ' ἐπιβάς, pleonasmus poeticus, quod exemplis docet Græf. p. 104. « Εἰκοσόρῳ, conf. ep. 161, 2. Et inest respectus ad nomen σορὸς, i. e. ὁ ταφὸς, interprete Moschopulo Π. σχεδ. p. 53. » *B.* Atque ipsi vetuli vetulæve σοροὶ dicebantur.

CCV. Lemma : εἰς Νικώ· ἔστι δὲ ἀναθεματικόν. Puella Thessala Veneri rhombum magicum dedicat. — 1 ἠῢξήνικοὖσ (sic) Cod.; ἴυγξ ἡ νικῶσ' Suidas. In fine versus Cod. ησακειν, cum signo corruptelæ et in marg. ζήτει. « Recte Bisetus et Salmas. Ὄκειν, CAKEIN—ϹΑΚΕΙΝ, intercalarem versum Pharmaceutriæ Theocriteæ memorantes; H autem adhæsit ex præcedente N. Ἴυγγα illustrat Vossius ad Virgilii Ecl. VIII, 68. » *Jac.* Boiss. citat « notas ad Marinum p. 122 seq., Creuzer. Commentt. Herod. t. I, p. 260, S. Sacyum ad Sancrucii Mysteria t. I, p. 193. » — 3. Ποικίλλουσα sine exemplo, non sine analogia neutraliter accepisse videtur Boiss., qui annotavit : « Lectio conjecturalis ποικιλθεῖσα a Brunckio recepta mihi erit pro glossemate genuinæ ποικίλλουσα. » Ingeniose Jacobsius χρυσωπὸς στίλβουσα. In notis mss. idem : « Fort. ποικίλη οὖσα. Conf. IX, ep. 332, 2. » Quod posuit etiam Heckerus, ex ποικΙΛΑ οὖσα ortum putans ποικίλλ. — 4. γλυπτή σοι Cod. — 5 μαλακὶ Cod. « Πορφυρέης. Is color magnam vim habere existimabatur in re magica. Theocr. II, 2 : φοινικέῳ εἰὸς ἀώτῳ (ubi vide Boiss. in ed. sec.). Ad veneficium prohibendum στέμμα ἐρίου λευκοῦ ἢ φοινικοῦ commendatur in Geopon. XV, 8. » *Jac.* — 8. « Thessalæ mulieres ob incantationum peritiam famosæ. Vide Grang. ad Prudentii verba Contra Symm. I, 89 : *Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ.* Conf. XI, ep. 259, 2; XIV, ep. 140, 2. » *B.*

CCVI. Lemma : εἰς Μηλὼ καὶ Σατύρην τὰς αὐλητρίδας. — 1. « De Antigenida musico v. Burettium in *Mém. de l'Acad.* vol. XIX, p. 470 seqq., ubi tamen diversæ ætatis Antigenidæ non distinguuntur. » *Jac.* — 2 παῖδες θ' αἱ μουσῶν Cod., corr. Reiskius; καὶ Brunck. « Εὔκολοι, simplices et minime malæ Musarum artifices. Intelliguntur αὐλητρίδες pecunia parabiles. » *Heck.* I, p. 107. — 3 πίμπλησι Cod. « Ταχυχειλεῖς intelligo οἷς ἀκώλυτα διατρέχουσι τὰ χείλη, ut Longus ait II, 35. Reiskius παχυχειλεῖς, non improbante Schneidero. » *Jac.* Osannus τανυχειλεῖς, « quod præferam Reiskiano. Utrique tamen præstare putem ταχύχειρας αὐλούς. Pollux IV, 72 : ἀπόδεξαι καὶ τὴν αὐλητοῦ ταχυχειρίαν καὶ εὐχέρειαν. Ita Telestes Athenæi XIV, p. 617, B, tibiarum laudat πνεῦμα ἀγλαᾶν σὺν ὠκύτατι χειρῶν. » *Heck.* — 6. ζευξαμένη Meinekius p. 111; legebatur τευξαμένη, « sed tibiæ ex cera non conficiuntur, sed cera junguntur. Conf. IX, ep. 823, ζευκτῶν δονάκων. » Ungerus *Beitræge* p. 21 malebat πηξαμένη. — 7 πανεπόρφνι' ἐς ἠῶ egregie restituit Heckerus; παν ἐπόρφνιος ἠὼ Codex. — 8 sic Codex, depravate. Quomodo ἠὼς *luceal* πανεπόρφνιος? « Si sana est edita lectio, verbis οὐ κοτέουσα facilitatem et patientiam exprimi dixeris, qua tibicina totam per noctem usque ad solis ortum comissantibus aderat, foribus quæ oppugnabantur non irata. Multo tamen aptius in contrariam partem diceretur Satyra comissantibus juvenibus ita favisse, ut ipsa etiam foribus quæ effringendæ essent irasceretur. Nimirum θυροκοπικὸν μέλος canebat, quod αὐλήσεως genus memorat Trypho ap. Athen. XIV, p. 618, C. Hoc si teneas, leni manu refingas αὐλείοις συγκοτέουσα θύραις. » *Meinek.* His usus Heckerus versum ita scripsit probabiliori sententia :

σὺν ᾧ πανεπόρφνι' ἐς ἠῶ
ηὔλησ' αὐλείοις ἐγκροτέουσι θύραις,

per totam noctem ad auroram cecini juvenibus qui fores insultabant effracturi. Aliter Dorvill. et Brunck. ἐγκροτέουσα scripserant; Boissonadius συγκροτέουσα. Ne quid omittam, Jacobs. in nott. mss. : « Fort. ηὔγασ', ἐν αὐλείοις εὖ κροτέουσα θύραις. » O. Schneiderus πανεπόρφνιος ἠχὼ ηὔγασεν, quod non est stili hujus. Chardo comparat Theocr. XVIII, 7.

CCVII. Lemma : εἰς Βιττὼ καὶ Νάννιον. « In tribadas Veneris iram provocat. » *Jac.* — 1 καὶ ἄννιον Plan. — 2 αὐτῆς Plan.; αὐτοῖς Cod. male. — 3 ἃ ex Plan. suppletum. « Εἰς ἕτερα. Unde Lucillius *cinædum* vocat ἑτεροζήλον. » *Jac.* — 4 τὰς κοίτας τὰς π. Plan.

CCVIII. Lemma : ἀποτρεπτικὸν παιδοφθορίας. — 1. Conf. ep. 19. — 2 ἢ μὴ...ἐθέλει Boissonadius ad Nicetam p. 79, probante Jacobsio; ἢ μὴ... ἐθέλοι Cod.; εἰ μὴ Brunck. — 3. Dictum est Epicharmi :

Ἃ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι καὶ λάβε τι.

« Memorat Nicephorus Gregoras in Anecd. meis III, p. 198, ubi v. notam. Ferme intelligo nexum hujus sententiæ cum præcedente; sed tacere placet. » *Boiss.* Qui sequentia ita constituit probabiliter delectu in Græfii conjecturis facto. Codex καλὰ μένειν παρὰ κοίτις (inter lin. κοίταις) εἰν πᾶς, cum hac nota in margine : ζήτει τὴν ἔννοιαν. Pro μένειν Jac. tentabat μὲν ἔοι, Heckerus μὲν ἐὰν, Græfius δ' εἴ μοι. Debilius videtur quod conjecit Heckerus, μείων πᾶς ἄρσην. « Ἀρσενικαὶ λαβίδες quid sit, illustratur Stratonis carmine XII, 7. » *Græf.*

CCIX. Lemma : εἰς Νικώ τινα κόρην. *Posidippo* soli tribuitur in Plan. Νικὼ amicam Asclepiades memorat supra ep. 150. « Quod debile est argumentum quo epigramma ei adscribatur. Non unius fuit meretricis id nomen, nec unius viri Nico meretrix. Dabiturne etiam Asclepiadæ epigramma 205? » *B.* — Cleander Nicûs in mari natantis amore captus, votis ad Venerem factis assecutus est ut ea potiretur. — 1 Ἐν παφίη (Plan. παφίῃ) κυθ. παρ' ἠϊόνι δὲ (Plan. παρήϊον εἶδε) κλέανδρος Cod., quod egregie emendavit Jacobsius; nimirum ϵN et CH in vetustis codd. simillima. — 2 νικοῦς uterque codex, sed in fine νηχομένην Pal., νηχομένης Plan., corr. Jac. — 3 καιομένους uterque cod., corr. Schneiderus et Brunck. In fine ἀνήρ Plan., pro ἀνήρ. — 4 ὑπεσπάσατο mavult Bothius, et versu 6 ψαύσασαν. — 7. Ἀτελεῖς, conf. Soph. Phil. 780.

CCX. Lemma : εἰς Διδύμην. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 327. » *B.* — 1 τῷ θαλλῷ Cod. et Plan., ille cum nota in margine : ζήτει τὴν ἔννοιαν. « Conjeci et scripsi τῷ θαλερῷ. » *Boiss.* Sic Grotius : *Flore suo.* Ungerus quoque, *Stud.* IX, Τῷ θαλερῷ Δ. με συνήρπασεν ὤμῳ, conferens τὼ θαλερὼ μηρὼ Martis Il. O, 113, sed non favent quæ sequuntur. Alii aliter : Meinekius p. 106 τῷ καλῷ, sive potius τῷ κάλλει, « quod alter versus fere flagitat »; τῷ ψαλμῷ Geelius; τὼ-

φθαλμῷ Jacobsius coll. Propertiano, *Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis;* τὠφθαλμὼ Διδύμης με συνήρπασαν Ruhnkenius; ἡ Θαλλὼ Διδύμης Jos. Scaliger, ut Didyme sit mater puellæ. Heckeri p. 85 conatum tacere præstat. Piccolos τῷ θαλλῷ tuetur comparatione locutionis Platonicæ θαλλὸν προσείειν τινί. — 2. « Κηρὸς πὰρ πυρί, conf. XII, ep. 72, 4; Plan. ep. 80, 6. Callimachus Cer. 92. — 3. Μέλαινα, conf. ad ep. 121, 1. » *B.* Conferri potest etiam Theocr. X, 26 seqq. In fine versus Cod. ἀλλὰ τὸ (superposito α) κείνου (superposito ης). Plan. ἀλλ' ἂν ἐκείνους. Jacobsius ὅτε, cujus compendium in codd. facillime legitur το.

CCXI. Lemma : ἐπὶ τὸ ἐρωτικῶς διακεῖσθαι. — 1 δάκρυα μὲν καὶ Cod., sed Plan. sine μέν. « Corruptum est δάκρυα, quum lacrimæ hominem in amorem perducere nequeant. Desidero ad sententiam vocabulum quale est καρδία, sed hoc metro aptari nequit. » *Hecker.* Imo epitheton potius vocis κῶμοι, fortasse ab ἀκρο- incipiens, hic quærendum esse indicat scriptura Codicis. Qui in fine versus αἰρη, superscripto γρ. ἄραι. Plan. ἄρω. — 2 « Ἀνθρακιήν, conf. XII, ep. 17, 2, ac modo ep. 209, 3. — 4 ἄλγος ὁ μὴ (hoc Cod. inter lin.) κρίνων κοινὸν ἄγοντι πόθος Cod. et Plan. Scripsi καινὸν ἄγει τι πόθος, hoc ordine : ἀεὶ δὲ πόθος ἐξ Ἀφροδίτης, πόθος ὁ μὴ κρίνων, ἄγει μοι τι καινὸν ἄλγος. Est ὁ μὴ κρίνων amor qui non discernit inter ea quæ sunt amanda aut non, cui omnia promiscue placent. Scholiasta Wech. legebat ἄγει, cujus hæc sunt verba : ἀεί μοι λύπην προξενεῖ ὁ ἐξ Ἀφροδίτης πόθος, ἤτοι ἔρως ὁ μὴ κρίνων τὸ κοινὸν κτλ. » *B.* Eandem conjecturam protulerant Boschius in literis ad Jacobsium (vol. XII, p. 463) et Meinekius p. 195. Heckerus tentabat ὅ μ' ἐκρινῶν, ut Alciphro dixit III, 67, πρὶν ἢ ἐκρινηθῆναι τοῖς πόθοις, secundum emendationem certam Boissonadii ad Philostr. Epist. p. 80. O. Schneiderus ἄγοντι leniter mutabat in ἀλόντι, sed contorta sententia : Πόθος ὁ μὴ κρίνων κοινὸν ἀλόντι μοί ἐστιν ἄλγος.

CCXII. Lemma : καὶ τοῦτο διὰ τὸ περιπαθῶς ἔχειν πρὸς ἔρωτα. — 1. « Pro δύνει recepi Hermannianam emendationem δινεῖ. [Item Jacobs. in nott. mss.] Puto Grotium *obversatur* voluisse scribere, non *observatur.* » *B.* Haud dubie scripsit. De sententia Græfius p. 86 : « Cunctis sensibus totoque animo amorum suorum vivam imaginem contineri. Quidquid amantes audiunt, id ad suos quisque amores referunt; atque sic in omnibus inest ἦχος Ἔρωτος. Desiderio amorum suorum acti dilectam ubique imaginem oculis natantibus quærunt; ita ὄμμα Πόθοις δάκρυ φέρει. Eademque imago, bene cognita, animo impressa est. Sic intellige γνωστὸς τύπος. » — 3 ἐκοίμισεν Plan.; ἐκοίμανεν Cod. — 5 ἐφήπτασθαι Cod.

CCXIII. Lemma : εἰς Πυθιάδα. — 1 ἔχεις et καθεύδεις Cod. « Videtur puero quem ad Pythiadem mittit, ipsa verba dictare quæ quasi heri loquentis immutata referat. Sed id brevius est, et, ni mutilum sit epigramma, malim quod Jacobsius proposuit ἔχει, καθεύδει. » *B.* Quæ item receperunt Meinekius p. 196 et Bothius. Ancillæ nomen est Pythias, ut in Eunucho Terentii. — 2 ἐσκαλέσαις Meinek.; ἐσκάλεσον Brunck.; ἐκκάλεσαι Cod., aperto vitio. — 3. Conf. ep. 181, 11. Codex διακλωπῶν, correxit Reiskius. « Tibullum confer I, eleg. 2, 23 seqq., ubi hæc attulit Heynius. » *Chardo.* — 4 ἦλθον Brunck.; ἦλθεν Cod.

CCXIV. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν. « Mutuum sibi a puella amorem exoptans, Amorem suum cum pilæ lusore comparat, pro pila corde utente. — 2 τὰν...παλλομένην κραδίην Codex, superpositis α. Commode delectum verbum πάλλω, quod et de pila et de corde subsultante usurpatur. » *Jac.* — 3. « Est Ἰόθος idem nunc atque Ἔρως jam nominatus. » *B.* — 4 ἀπάλαιστρον Reiskius; ἀπαλαιστέραν Cod. « Secundum palæstræ leges is ad quem mittebatur pila, eam debebat remittere; projiciens eam lusumque recusans, alterius contemptum significabat. Talem ὕβριν, a palæstræ usu abhorrentem, poeta deprecatur. » *Jac.*

CCXV. Lemma : Μελεάγρου εἰς Ἡλιοδώραν, διὰ τὸν πρὸς αὐτὴν ἔρωτα· παθητικόν. *Posidippo* tribuitur in Plan. Bis scribitur in Palatina sub *Meleagri* nomine, hic et XII, 19ª, nonnullis mutatis. « In puerum a poeta videtur esse compositum; tum nomine paululum immutato puellæ accommodatum est. » *Jac.* Sed recte Græfius observat *Heliodori* pueri nusquam mentionem fieri in Meleagreis. — 2 ἐμὰν Cod., superposito ὴ : ἐμὴν Plan. — 3 βαλλὴν (sine acc.) Cod., superposito ει. — 4 πτανὰ Cod. — 5 voci προϊέντα in Cod. superscriptum : γρ. ἰεῖσαν (sic). Plan. κτείνῃς. Apte comparat Jac. Theocritum XXIII, 47 et Tibullum III, el. 2, 29.

CCXVI. Lemma : παραινετικὸν πῶς δεῖ (cod. δὴ) ἐρᾶν. — 1 sic Plan.; χαλάσῃς Cod. — 2. « Ἔμπλεος mihi placeret magis, commate post θυμὸν posito. — 3. Jacobsius στεγανώτερον intelligit de animo firmiore, bene munito, undique tuto. Grotii conversio, *tollens animos,* est liberior, ut poetæ. Exprimere videtur στεγανώτερον taciturnitatem et compositi vultus tristitiam quandam, qua motus mentis velantur et στέγονται. Hesychius : στεγανώτερον· σιωπηλότερον. Idem : στεγανόν· δυνάμενον στέγειν τοὺς λόγους, πυκνὸν, σφιγκτόν. Suidas, ipsum respiciens hunc locum : στεγανώτερον· πεπυκνωμένον, συνεχέστερον. Ac vernacule dicimus *un homme serré* de eo qui raro et perpauca loquitur, cui rarus sermo est et magna tacendi lubido. Apte Salmasius ad Solinum c. 32 : Comicus : *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo,* adscripsit : οὐ στεγανός εἰμι. — 4. De superba arduorum superciliorum elatione plurima congessi ad Nicetam pag. 124, 190; ad Aristænetum p. 172; ad Herodianum p. 104. Petronius c. 91 : *supercilium altius sustulit,* ubi interpretes, et Burmann. ad Anthol. Lat. V, 1 : *Conveniens Latio pone supercilium.* Conf. ep. 91, 4, et Pauli Silentiarii sequens epigramma. Præivit Strato XII, ep. 21 : τὰ λαθραῖα Νεύσομεν ἀλλήλοις ὄμμασι φειδομένοις. Conf. ep. 269, 4. » *B.* — 5. Ἔργον τι γυναιξί, suum fere putant esse, solent. — 6. « Qui conjiciebat οἰκτρολάλων, statim ipse vidit Jacobsius ἄγαν cum superlativo jungi aptissime et apposuit exempla p. 102. Sic scholiastes Platonis p. 36 Ruhnk. : καὶ τυφλῷ ὄῆλον· ἐπὶ τῶν ἄγαν σαφεστάτων. Memini Joannis Chrys. dicentis alicubi οἱ ἄγαν πολεμιώτατοι. Et alia adverbia pariter augendo superlativo inserviunt. Polyænus I, 13 : θεραπαίνῃ τῇ μάλιστα καλλίστῃ, ubi non debebat offendere Corayus. Atque ita Homerus olim de Thersite :

Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν ἠδ' Ὀδυσῆϊ,

quod ut improprie dictum notabat H. Stephanus, notandus ipse. Notandi ob eandem severitatem Herodianus et Thomas Magister. Ad Theocritum VII, 100 : Ἀριστις, ἐσθλὸς ἀνὴρ, μέγ' ἄριστος, scholiastes : ἀντὶ τοῦ κατὰ πολὺ ἄριστος· ποιητῶν δὲ καὶ αὕτη ἐστὶν ἐξουσία, τὸ ὑπερθετικοῖς χρῆσθαι μετὰ ἐπιτάσεως. Addendum καὶ τῶν λογογράφων ταύτην εἶναι ἐξουσίαν. Olim ad Eunapium verba εἰς ὑπερβολὴν superlativo jungi posse vix credebam. Nunc exercitatior

lego ap. Damascium Vita Isidori p. 1044 Gregorium quemdam fuisse ὀξύτατον εἰς ὑπερβολήν, nec hæreo. Non aliter Latinorum optimi Cicero, Livius, qui dixerunt, ille Verr. II, 66, *maxime remotissimi;* hic XLI, 23, *maxime gravissimam;* vide ibi interpretes. » *B.* — 7 ἔστιν Cod. — 8. Οἶκτον Jac. recte interpretatur τὸ εἰς οἶκτον ἄγον.

CCXVII. Lemma : ὅτι χρυσῷ ἡττῶνται γυναῖκες. « Summam in amore vim esse pecuniæ. Putes Paulum, qui latinos poetas cognitos habuisse videtur, Horatium respexisse, Carm. III, od. 16. » *Jac.* — 1 sic Plan.; ἄμμα κορείας Cod., superposito η. « Conf. VI, ep. 164, 4; 182, 2. Suidas, Pauli versiculum allegans, ἄμματα, δεσμά. » *B.* Suidæ cod. Leid. ἀθραύστοιο, in v. Κάσιον. — 4 δάπεδα καὶ Plan. — 6 ἐπιγνάμπτει Plan. — 7. Ἐλύγωσε Suidas exponit ἔκαμψεν, hoc versu usus. — 8 παφίην Plan.; παφίαν Cod. superposito η.

CCXVIII. Lemma : ἐπὶ Πολέμωνι κείραντι τὴν γαμετὴν μοιχείας ἕνεκα. « Imo in virum qui puellam, ob poetæ amorem verberibus exceptam, crinibus spoliavit, similis Polemoni in Menandri Περικειρομένῃ. » *Jac.* Vide fragmenta Menandri p. 40 ed. Didot., et Meinek. Reliq. p. 136 seqq. — 2 γλυκεροὺς Plan.; γλυκερὰς Cod., unde Scaliger Γλυκέρας, quo nomine fuisse τὴν περικειρομένην minime est probabile. « Scribunt Γλυκέρας viri docti, ut in nomine proprio. Sed hæc de accentu retrahendo regula non ubique valet. In illo ipso nomine diserte Arcadius : τὸ δὲ γλυκερὰ ὀξύνεται, εἴτε κύριον εἴτε ἐπιθετικὸν εἴη. Vide not. ad Christodor. 263. » *B.* — 3. Dictu vix opus est hinc glossatorem nomen hominis collegisse suo plane periculo. Conf. ad ep. 220 initio. — 5. « *Comica* sæpe appellantur ea quæ in comœdiis fiunt. Sic *aurum comicum* pro fabis; *senex comicus*, qualis in comœdiis exhibetur. Hoc loco clandestinus mulieris amor videtur significari, quo amoris genere nihil in comœdiis frequentius. Nisi forte malis accipere de abscissis capillis. » *Jac.* Quod verum. — 9. « Interpunxi ita ut σχέτλιος cum indignatione pronunciandum esse monerem. — 10. Suidas : αἴθοπα, ἀντὶ τοῦ διάπυρον, φλεγμαίνουσαν, versumque recitat. » *B.* — 11. Margo Codicis : θαυμαστὴ ἡ τοῦ ἐπιγράμματος ἔννοια ἐκ τῶν δραμάτων Μενάνδρου. « Sensus : Nihil inde lucratus est, nisi quod ipse *odiosus* sit factus, dum ego *tristis* sum de puella turpiter *tonsa.* Hanc sententiam satis facete per tres fabularum Menandrearum titulos extulit. In Μισουμένῳ enim primæ partes erant militis, qui portentosa jactantia puellæ, quam deperibat, odium in se concitavit; in Δυσκόλῳ autem hominis alicujus morosi et fastidiosi, δυσκόλου καὶ δυστρόπου, cui Smicrines nomen. Ipsum lusum præiverat Fronto XII, epigr. 233. » *Jac.*

CCXIX. Lemma : εἰς Ῥοδόπην. — 2 περιδήριτην (sic) Cod., superposito τον. « Dicit *difficilem* et custodibus circumseptam. *Incitat* enim *custodia,* inquit Ovidius Art. am. III, 601, et

Quæ venit ex tuto minus est accepta voluptas. »

Jac. — 4. Φώρια Suidas hinc petitum exponit λαθραῖα, κλοπιμαῖα. Conf. ep. 221.

CCXX. Lemma : ἐπί τινι Κλεοβούλῳ τὴν παλλάκην ἀποκείραντι. Non præstiterim equidem confidenter hæc Jacobsii : « Ad eundem qui puellæ, de qua in ep. 218 agitur, capillos absciderat. Senem illum fuisse hinc intelligitur, Cleobulum nomine, et puellam Rhodanthen. » Eadem sententia Boissonadii. — 1 voci θαλυκρόν in Cod. superpositum γρ. μελιχρόν. Suidas exponit διάπυρον, hoc versu usus. — 5. Ξυνά, quæ omnibus sunt communia hominibus, humana peccata. — 7 ἀντίπατρος Cod. « Revocavi veterum editionum scripturam pro recepta nunc Ἀντίπατρος. Lusus est perspicuus in oppositione vocabulorum ἀντίπαλος et ἀντὶ πατρός, qui lusus diducit modeste lectoris labia, idque satis est. Scripto Ἀντίπατρος, quasi esset nomen proprium, fit ænigma obscurius et fere sensu carens. » *B.*

CCXXI. Lemma : ἐρωτομανές. « Furtivi amoris impatiens poeta palam, licet cum vitæ periculo, amare statuit. » *Jac.* — 4 λησιπόνου Cod., superposito υ. Huic versui Plan. substituit suum talem :

δράσας ἢ λέξας ἐχθρὸς ἔρωτος ἀνήρ.

CCXXII. Lemma : εἰς Ἀρεάδνην (sic) τραγῳδὸν καὶ κιθαριστρίδα. — 1 ἔχουσα Plan. — 3. « Ῥοίζημα, gravis tragœdiæ spiritus et sonus. Etiam in oratione ῥοῖζος καὶ πνεῦμα laudatur. » *Jac.* — 6 κἀνεδίκαζε Erfurdtius, quod probaverunt Hermannus, Reisig., Jac. et Boiss.; edebatur κἂν ἐδίκαζε, quod tenent Schæfer. ad Aristoph. Plut. p. XXXVIII et Peerlkamp. Nov. Bibl. crit. IV, p. 50, vertitque Grotius. — 7 σιγῇ Plan. et Cod. a pr. m., σιγὴ a sec. « Σιγῇ ἐφ' ὑμείων, formula ex Homero petita, Il. H, 195. Silentio, ait, premamus vocem admirantis animi, ne auditâ Bacchus Ariadnæ hujus amplexum appetat. » *Jac.* — 8 ἔχῃ Brunck.

CCXXIII. Diu exoptatam noctem nactus tandem poeta Luciferum rogat ut morari valde eamque extendere velit. — 2. « In cœlo Luciferi aut Veneris stella stellæ Martis vicina est. » *B.* — 3. Margo Codicis : ζήτει τὴν ἱστορίην περὶ τῆς Κλυμένης. « Nota fabula de Solis et Clymenes amoribus; sed quinam noctem tum a Sole protractam esse finxerint, id quod ex hoc loco apparet, ignoro. Nonnus XXXVIII, 131 seqq., ubi Clymenes cum Sole nuptias describit, Luciferum carmen nuptiale cecinisse, Lunam face præluxisse narrat. » *Jac.* — 4. « Scripsi ἐπ' ἀντολίης pro vulgato ἀπ'. Lucifer, noctu contemplatus Solem cum Clymene recubantem, non ad orientem properaverat, sed περὶ νύκτα ἔδῄθυνεν. » *B.* — 6. Conf. ep. 283, 6.

CCXXIV. — 1. Ad λῆξον Jac. ex sequenti versu supplet βάλλων, homerica structura, ὀΐστευσον Μενελάου, etc. Cui haud consulto satis refragari videtur Boiss. : « Imo structura est per se bona et integra. Sic [?] supra ep. 211 : λήγω δ' οὔποτ' ἔρωτος. De jecore sede amoris multa dedi in Nicetam p. 162. »

CCXXV. Lemma : εἰς ἔρωτα, διὰ τὸ πολλὰ πάσχειν ἕνεκα τῆς ἐρωμένης. — 1. Conf. Hom. II, E, 339. — 3 εἶμη, superposito ι, Cod. — 4. Respicitur ad Hom. Il. Δ, 218. Δευομένῳ, scil. αὐτῶν. — 5. « De Telepho vide ep. 291, 5; not. ad Nicet. Eugen. p. 166; Behot. Apophor. I, c. 2. » *B.*

CCXXVI. Lemma : ἐπὶ ὑποθέσει ἐρωτικῇ. — 2. Sic Plautus Trucul. I, sc. 1, 22 :

Si semel amoris poculum accepit mere,
Eaque intra pectus se penetravit potio.

CCXCIX. « Pro continuatione habendum rei in epigr. 287 narratæ. Superbiæ quam ob felicem doli successum sumpserat, quam graves puellæ pœnas dederit narrat. » *Jac.* — 1. « Ἡ δ' εὐλάβεια καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἄριστον, Plutarchus ait Vita Camilli c. 6. Conf. VII, ep. 683; IX, ep. 110; Append. ep. 206, Anecdota mea I, p. 138 et 144 cum notis; Wytt. ad Plut. De εἰ p. 275; Lozinsk. ad Herm. p. 67. » *B.* Cum sequentibus Jac. comparat simili ironia dicta hæc Ciceronis : *Prætor interea, ne pulchrum se et beatum putaret..., ei quoque carmen compositum est*, Pro Murena c. 12. — 6. « Schol. Wech. : παρὰ τὸ

> Ἔμπαλιν αἰδομένη, σφετέροις δ' ἐπεμέμφετο μύθοις.

Qui versus est Musæi 195. » *B.* — 7 ὁ βραδυπ. Plan.; ἡ βρ. Cod. — 8. Eustathius ap. Jac. : ἀείρεσθαί ἐστι τὸ εἰς ἀέρα κουφίζεσθαι· ἀφ' οὗ καὶ ἀερσιπότητος ἀράχνης παρὰ Ἡσιόδῳ. — 9 ἄναλλα male corrector Codicis. « Sunt Theocriti I, 134 : πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο. Ex imitatione Agathiæ non sequitur habuisse eum in Theocriti suo codice γένοιντο. Non poterat non scribere γένοντο. » *B.* In fine κόρης Cod.; κούρης Plan. Dedi κούρῃ, correctionem Heckeri : nam « πίπτειν ἐπὶ γόνασί τινος significat *super alicujus genua considere*, quod hic aptum non est. »

CCC. Recte lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 1. « Ὑψαύχην, vide ad epigr. 27. Ἀγείρειν ὄρους de superbis illustravi ad Nicet. Eug. p. 124. Conf. not. ad Aristæn. p. 472. Formula εἰς ἓν non rara est. Diogenes L. VIII, 10 : κατετίθεντο τὰς

οὐσίας εἰς ἓν ποιούμενοι. Longus II, 5 : ἡνίκα ἂν αὐτοὺς εἰς ἓν συναγάγω. Nilus Narrat. p, 48 : συνάγει πάντας ἡμᾶς εἰς ἓν ἑστία καὶ τράπεζα. Dositheus § 15 : τὴν εὐκταίαν εἰς ἓν θρησκεῦσαι. Adde Plan. ep. 45; Rhœr. Fer. Dav. p. 111; mea ad Æsch. Choeph. 293. — 2. De adjectivo ἀδρανὴς vide not. ad Simoc. p. 279. » *B.* — 3 παῖδαχα λέπτην Cod.; a correctore superscriptum λέπτειν. — 6 ἔχει Plan. et corrector Codicis, qui ἔχοι a pr. m. — 7 ἔνδικον ἔσχες Plan. — 8 ἴδες Codex, quod tuetur Wernick. ad Triphiod. p. 268. « Verbi σθεννύειν eadem metaphora VI, ep. 343, 3; IX, ep. 375, 6. » *B.*

CCCI. Lemma : τοῦ αὐτοῦ πέμψαντος ἰχθῦν κόρῃ. Vide ad versum 4. — 1 τηλοτέρωι Cod. « Ἴχνος ἐρείσεις, conf. XII, ep. 84, 2. » *B.* — 2 κεῖσέ με ὥστε φέρειν Cod., corr. Hermannus. Plan. sic interpolavit : πτηνῷ κεῖσε τάχει με φέρει. — 3. Et Amor et Aurora ῥοδόχροοι. — 4. « Hæc cum præcedentibus non nitide cohærent. Videtur poeta amicam in longinquiorem regionem profectam secutus esse et assecutus; et in adventus signum ipsi piscem misisse. » *B.* — 6. Venus *marina* etiam ap. Horat. Carm. III, od. 26, 5.

CCCII. « Ad imitationem Posidippi, IX, ep. 359, incommoda exponit, in quæ incurrere debet qui mulieribus animum adjicit. » *Jac.* — 2 χρυσομανῆ σπατάλην Plan. — 3 πελάσεις Plan., quod cum Brunckio tenet Boiss.; πελάσοις Cod. — 4. « De insuavitate uxorii lecti conf. XI, ep. 7. » *B.* — 7 μοιχία Cod. « Ἔκτοθεν ἐρώτων, aliena ab amoribus; non amoribus annumeranda, sed delictis. » *Jac.* — 8 μετὰ π. Cod. — 11 μόγις Cod., superposito λ; Plan. μόλις. — 12. Παλιμβολίης, pœnitentiæ. Quod præter exspectationem dici videtur, quum alia κέντρα eam sentire putes. — 14 ἀγγελίας Cod.; in margine : γρ. ἀμοβολίας, quod habet Plan. Recte Jac. : « Illud tuetur Agathias supra ep. 269, 6 : καὶ τὰς λυσιπόθους ἐτρεμον ἀγγελίας. » — 15 ἢν δὲ Plan.; εἰ δὲ Cod., « errore initio versuum creberrimo. » — 17 ὀθνείηι an ὀθνείην sit in Cod. obscurum, qui omittit νόμος, recentiori m. inter lineas positum. — 18 σώματος Plan.; δώματος Cod.; « quod verum putarem si de virgine ingenua ageretur, qua vitiata dedecus in totam domum redundat. » *Jac.* — 20 ἤρειδεν Bothius, qui non vidisset locum Galeni jam a Brodæo allatum : Διογένης ὁ κυνικὸς ἑταίρᾳ ποτὲ συνθέμενος, ὡς φασίν, ὅπως πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται, βραδυνούσης αὐτῆς, ἀπετρίψατο τὸ σπέρμα προσαπτόμενος τῇ χειρὶ τὸ αἰδοῖον· καὶ μετὰ ταῦτα παραγενομένην ἀπέπεμψεν, εἰπὼν τὴν χεῖρα φθάσαι τὸν ὑμέναιον ᾄσαι. « Videas de illa Diogenis fœditate Notitt. manuscrr. tom. X, part. 2, p. 213. » *B.*

CCCIII. « Ad Venerem, ut Amori ab amantibus ira in eum accensis deprehenso opem ferat. Ejusmodi argumentum tractatum ab Ausonio in *Amore cruci affixo.* » *Jac.* Non integrum esse videtur epigramma. — 2 οὐκ ἀλέγεις Reiskius; οὐδ' ἀλέγεις Heckerus, quod concitatius est et accedit ad ductus Codicis : οὐ λαλέεις.

CCCIV. — 1. Ὄμφαξ, conf. ep. 20, 1. *Immitis uva* ap. Horat. Carm. II, od. 5, 3. Male et vett. edd. παραπέμψω et Bothius παρέπεμψα.

CCCV. — 1 ὑφ' ἑσπέρα Cod. — 2. Conf. Horat. Carm. I, od. 13, 15. — 3. « Hunc versum tentavi satis temere ad Simoc. p. 218. » *B.*

CCCVI. Puella loquitur amanti. — 4 καὶ σὺ μένεις ἁπλῶς Codex. Chardo : « Ἁπλῶς μένειν, ἁπλῶς ἔχειν est *se tenir coi, rester comme un benêt*, vel, ut Itali loquuntur, *starsi colle mani alla cintola.* » Sed recte Jacobs. jungit ἁπλῶς οὐδέν. Meinekius p. 184 confidenter proposuit « παράκειμαι, καὶ σύ μ' ἔχεις » (ut puellæ verba), cujus conjecturæ incommoda explicarunt Heckerus et Piccolos. Quorum prior læva, alter dextera manu vulnus tetigit. Recepimus Piccolou emendationem : « *Ainsi le poëte suppose que les transports de l'amoureux vont jusqu'au délire, afin de rendre plus piquant le contraste de l'exaltation sentimentale avec l'impuissance physique.* » Boissonadius hæc apposuit ex Schol. Wech.: ὅταν δέ σοι κατανεύσω, οὐδὲν ἐρῶντος ἔχεις· τουτέστιν, οὐ τοῦ πεθουμένου θέλεις καρποῦσθαι. Εἰσὶ γὰρ οἱ, ἀπροσδοκήτως καταπεισθείσης τῆς ἐρωμένης, ὑπό τε τῆς τοῦ μιγῆναι ὁρμῆς καὶ τοῦ τρόμου τοῦ περὶ τὰ μέλη κεχυμένου, ἄπρακτοι μένουσι.

CCCVII. « In tabulam pictam, quæ Ledam cum cycno exhibebat. » *B.* — 1 κρονίδης Cod., inter lin. κρονίδας, ut Plan. — 3 κατέσθετε Cod., vitiose. Amores compellat. — 4. « Dictum ex oppositione frequente κύκνου καὶ κορύδου. Conf. IX, ep. 380; XI, ep. 195, 6. » *B.* Qui tacite distinctionem correxit. Legebatur καὶ τί γένωμαι ὄρνεον; Heckerus sine interrogatione : καί τι γένωμαι ὄρνεον, hoc sensu : *Vos me uritis; age et ego avis fiam.*

CCCVIII. « Puellam obviam sibi factam poeta verbis pellicit, nihil tamen ab ea responsi ferens. » *Jac.* — 1 τί τοι Plan. — 2 λαλεῖς; Plan., interrogative. — 3. « Conf. ep. 46, 7. Forsan μετὰ σέ. Numeri paulum laborabunt. » *B.* Imo dicit : mittam tecum qui domum tuam tacentis exploret. *Jac.* — 4. « Conf. XII, ep. 186, 2. » *B.* — 5 πρὸς ἐλούσομαι Cod., sic, nisi typographi est peccatum. — 6. « Νῦν δ' ὑγίαινε, ambigue fortasse dictum, ut in notissima historia de Menecrate medico ap. Plutarch. Mor. p. 123, A. » *Jac.*

CCCIX. In Codice versus 1 ab antiqua manu scriptus, quæ in margine posuit λείπει, alter versus ab alia m. additus. Chardo Roch. huic epigrammati adscripsit : « An sub Cupidinis velitaribus armis instructi imagine sculpti erant hi hendecasyllabi? » — 1. Codex ψιλληστὴς ὁ ἔρως, et in marg.: ζήτει ψιλληστής. « Vocem λῃστὴς latere, nullus dubito; sed quid priori syllaba faciendum, obscurum est. Amorem in omnibus latronem referre, Diophanes affirmat. » *Jac.* Brunckius φιλητής. « Quod Jac. in Palatina recipere non debebat. Apogr. Lipsiense ap. Reisk. Misc. Lips. nov. t. IX, p. 697, ψιλλιστής. Vertit Reiskius *latro spoliator.* Quum sit certo certius in fine voc. latere λῃστὴς, scripsi τρὶς λῃστὴς, fortasse debebam τριλῃστὴς (τριλλῃστὴς), ut τρίδουλος, τριγέρων, alia. *Non fur, sed trifur*, Plautus ait Aulularia, græce vertendum οὐ λῃστὴς, ἀλλὰ τριλῃστής. » *B.* Hiatum sublaturus Jac.: « Fort. ὁ γ'Ἔρως. » — 2. Ἐκδιδύσκει, quod vulgo dicitur λωποδυτεῖ. Boisson. ad Choricium p. 338 : « Salmasius pessime conjiciebat ἐκδιδράσκει. Non valde timendus erit fur audaci mente, ut videtur, sed pedibus fugacibus, timendus qui est audaci manu obviosque spoliat. »

CAPUT VI.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΑ.

1*.

Εἷς λίθος ἀστράπτει τελετὴν πολύμορφον Ἰάχχου
καὶ πτηνῶν τρυγόωντα χορὸν καθύπερθεν Ἐρώτων.

1. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἥ ποτ' ἐραστῶν
ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων,
τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον· ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω, οἵη δ' ἦν πάρος οὐ δύναμαι.

2. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Τόξα τάδε πτολέμοιο πεπαυμένα δακρυόεντος
νηῷ Ἀθηναίης κεῖται ὑπορρόφια,
πολλάκι δὴ στονόεντα κατὰ κλόνον ἐν δαὶ φωτῶν
Περσῶν ἱππομάχων αἵματι λουσάμενα.

3. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.

Ἡράκλεες, Τρηχῖνα πολύλιθον ὅς τε καὶ Οἴτην
καὶ βαθὺν εὐδένδρου πρῶνα πατεῖς Φολόης,
τοῦτό σοι ἀγροτέρης Διονύσιος αὐτὸς ἐλαίης
χλωρὸν ἀπὸ δρεπάνῳ θῆκε ταμὼν ῥόπαλον.

4. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

* Εὐκαμπὲς ἄγκιστρον, καὶ δούρατα δουλιχόεντα,
χώρμιθν, καὶ τὰς ἰχθυδόκους σπυρίδας,
καὶ τοῦτον νηκτοῖσιν ἐπ' ἰχθύσι τεχνασθέντα
κύρτον, ἁλιπλάγκτων εὕρεμα δικτυβόλων,
τρηχύν τε τριόδοντα, Ποσειδαώνιον ἔγχος,
καὶ τοὺς ἐξ ἀκάτων διχθαδίους ἐρέτας,
ὁ γριπεὺς Διόφαντος ἀνάκτορι θῆκατο τέχνας,
ὡς θέμις, ἀρχαίας λείψανα τεχνοσύνας.

EPIGRAMMATA DEDICATORIA.

1*.

Unus lapis radiat sacrum multiforme Iacchi
et alatorum vindemiantem chorum suprà Amorum.

1. PLATONIS.

Quæ superbùm irrisit Græciam, quæ olim amatorum
*examen juvenum in vestibulis habebam, Lais,
Paphiæ hoc speculum *dedico*: quia talis *ut sum* me-spectare
nolo; qualis autem eram ante, non possum.

2. SIMONIDIS.

Tela hæc a-bello dimissa lacrimoso
in-æde Minervæ suspensa-sunt sub-tecto,
sæpe, gementem per tumultum in pugna virorum,
Persarum equestrium sanguine lota.

3. DIONYSII.

Hercules, Trachinem lapidosam qui et Œtam
et densum silvosæ promontorium calcas Pholoes,
hanc tibi ex agresti Dionysius ipse olea
viridem falce demetens posuit clavam.

4. LEONIDÆ.

Hamos bene-curvatos, et contos longos,
et lineam, et piscibus-recipiendis sportas,
et hanc natantes ad pisces *capiendos* excogitatam
nassam, mare-pervagantium inventum retiariorum,
durumque tridentem, Neptunium telum,
et hos e celocibus binos remiges (*remos*),
piscator Diophantus domino posuit artis,
ut par *erat*, veteris reliquias artificii.

HUGONIS GROTII VERSIO.

1. PLATONIS, *Laïdis nomine.*

Ante fores habui quæ grande examen amantum
Cum mihi magnificæ Græcia ludus erat,
Hoc tibi mitto, Venus, speculum. Me cernere nolo,
Sum qualis, quando non queo, qualis eram.

2. SIMONIDÆ.

Hæc postquam sævum requierunt spicula Martem
Pulcher Palladia servat in æde tholus,
Quæ prius, adversæ cum certavere phalanges,
Sæpe suo tinxit sanguine Medus eques.

4. LEONIDÆ.

Has setas, hæc curva simul cum corbibus æra,
Hoc ferrum de quo vulnera piscis habet;
Et genus æquoreum claudentem vimine nassam,
Errantis pelago nobile gentis opus;
Præterea validum, Neptuni sceptra, tridentem,
Et remos cymbam qui rapuere duos:
Hæc piscatorum domino Diophantus, ut est fas,
Dedicat, hæc artis signa prioris erunt.

5. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Δούναχας ἀκροδέτους, καὶ τὴν ἁλινηχέα κώπην,
γυρῶν τ' ἀγκίστρων λαιμοδακεῖς ἀκίδας,
καὶ λίνον ἀκρομόλιβδον, ἀπαγγελτῆρά τε κύρτου
φελλὸν, καὶ δισσὰς σχοινοπλεκεῖς σπυρίδας,
καὶ τὸν ἐγερσιφαῆ πυρὸς ἔγκυον ἔμφλογα πέτρον,
ἄγκυράν τε, νεῶν πλαζομένων παγίδα,
Πείσων ὁ γριπεὺς Ἑρμῇ πόρεν, ἔντρομος ἤδη
δεξιτερὴν, πολλοῖς βριθόμενος καμάτοις.

6. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἑλὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

7. ΑΛΛΟ.

Σκαῖος πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
νικήσας ἀνέθηκε τεὴν περικαλλὲς ἄγαλμα.

8. ΑΛΛΟ.

Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸς ἐϋσκόπῳ Ἀπόλλωνι
μουναρχέων ἀνέθηκε τεὴν περικαλλὲς ἄγαλμα.

9. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Σοὶ μὲν καμπύλα τόξα, καὶ ἰοχέαιρα φαρέτρη,
δῶρα παρὰ Προμάχου, Φοῖβε, τάδε κρέμαται·
ἰοὺς δὲ πτερόεντας ἀνὰ κλόνον ἄνδρες ἔχουσιν
ἐν κραδίαις, ὁλοὰ ξείνια δυσμενέων.

10. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τριτογενὲς, Σώτειρα, Διὸς φυγοδέμνιε κούρα,
Παλλὰς, ἀπειροτόκου δεσπότι παρθενίης,
βωμόν τοι κεραοῦχον ἐδείματο τόνδε Σέλευκος,
Φοιβείαν ἰαχὰν φθεγγομένου στόματος.

11. ΣΑΤΥΡΙΟΥ.

Θηρευτὴς δολιχὸν τόδε δίκτυον ἄνθετο Δᾶμις·
Πίγρης δ' ὀρνίθων λεπτόμιτον νεφέλην,

5. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Arundines superne-ligatas, et in-mari-natantem remum,
curvorumque hamorum gulam-mordentes cuspides,
et rete superne-plumbatum, et nuncium nassæ
corticem, duasque e-junco-plexas sportas,
et qui-lucem-suscitat lapidem igne et flamma gravidum,
et ancoram, navium vagantium pedicam,
Piso piscator Mercurio dedit, jam tremens
dextrâ, multis gravatus laboribus.

6. ANONYMI.

Amphitruo me dedicavit postquam-cepit a Telebois

7. ALIUD.

Scæus me longe-jaculanti Apollini in-pugilatu
victor dedicavit, tibi perpulcrum decus.

8. ALIUD.

Laodamas tripodem ipse bene-collineanti Apollini
monarchus dedicavit, tibi perpulcrum decus.

9. MNASALCÆ.

Tibi quidem curvi arcus, et sagittis-gaudens pharetra,
dona a Promacho, Phœbe, hæc suspensa-sunt;
sagittas autem alatas in pugna viri acceperunt
in cordibus, exitiosa xenia hostium.

10. ANTIPATRI.

Tritogenia, Sospitatrix, Jovis filia lecti-genialis-inimica,
Pallas, puerperii-expertis domina virginitatis,
aram tibi cornibus-instructam posuit hanc Seleucus,
Phœbeam vocem edente ore.

11. SATYRII.

Venator longum hoc rete dedicavit Damis,
Pigres vero avium subtiliter-textam nebulam (*rete*),

---

5. PHILIPPI.

Ad caput annexos calamos remosque natantes
Æquore, et insidias æra recurva gulæ;
Linaque cum plumbo, fragmentaque, nuntia nassæ,
Suberis, et sportas juncea texta duas;
Et silice inclusum sponsorem luminis ignem,
Quæque vagas retinent ferrea vincla rates;
Mercurio Piso dedit hæc monumenta, labore
Piscandi fessus membra, tremente manu.

Inscriptiones Tripodum trium, qui Thebis sunt in æde Apollinis.

6. *Ismenii, in primo tripode.*

Telebois satus Amphitryo me rite dicavit.

7. *In secundo.*

Ad sua cum Scæus remeavit limina, victor
Cæstibus, arcitenens dedit hoc tibi munus Apollo.

8. *In tertio.*

Laodamas regni solium qui possidet, isto,
Phœbe sagittipotens, pulchro te munere donat.

9. MNASALCÆ.

Hanc pharetram tensoque minacia cornua nervo
Suspendit Promachus miles, Apollo, tibi.
Aligeras retinet bellatrix turba sagittas
Corde suo, quod fas munus ab hoste dari.

11. SATYRII,

de tribus fratribus.

Hæc protensa dicat venator retia Damis;
At Pigres nebulam qua capiuntur aves;

τριγλοφόρους δὲ χιτῶνας ὁ νυκτερέτης θέτο Κλείτωρ
τῷ Πανὶ, τρισσῶν ἐργατίνῃ καμάτων.
Ἵλαος εὐσεβέεσσιν ἀδελφειοῖς ἐπίνευσον
πτηνὰ, καὶ ἀγροτέρων κέρδεα καὶ νεπόδων.

12. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧΩΝ.

Γνωτῶν τρισσατίων ἐκ τρισσατίης λίνα θήρης
δέχνυσο, Πάν· Πίγρης σοὶ γὰρ ἀπὸ πτερύγων
ταῦτα φέρει, θηρῶν Δᾶμις, Κλείτωρ δὲ θαλάσσης.
Καί σφι δὸς εὐαγρεῖν ἠέρα, γαῖαν, ὕδωρ.

13. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Οἱ τρισσοί τοι ταῦτα τὰ δίκτυα θῆκαν ὅμαιμοι,
ἀγρότα Πάν, ἄλλης ἄλλος ἀπ' ἀγρεσίης·
ὧν ἀπὸ μὲν πτηνῶν Πίγρης τάδε, ταῦτα δὲ Δᾶμις
τετραπόδων, Κλείτωρ δ' ὁ τρίτος εἰναλίων.
Ἀνθ' ὧν τῷ μὲν πέμπε δι' ἠέρος εὔστοχον ἄγρην,
τῷ δὲ διὰ δρυμῶν, τῷ δὲ δι' ἠϊόνων.

14. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Πανὶ τάδ' αὔθαιμοι τρισσοὶ θέσαν ἅρμενα τέχνας·
Δᾶμις μὲν θηρῶν ἄρχυν ὀρειονόμων,
Κλείτωρ δὲ πλωτῶν τάδε δίκτυα, τὰν δὲ πετηνῶν
ἀῤῥηκτον Πίγρης τάνδε δεραιοπέδαν·
τὸν μὲν γὰρ ξυλόχων, τὸν δ' ἠέρος, ὃν δ' ἀπὸ λίμνας
οὔ ποτε σὺν κενεοῖς οἶκος ἔδεκτο λίνοις.

15. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, οἱ δὲ ΖΩΣΙΜΟΥ.

Εἰναλίων Κλείτωρ τάδε δίκτυα, τετραπόδων δὲ
Δᾶμις, καὶ Πίγρης θῆκεν ἀπ' ἠερίων
Πανὶ, κασιγνήτων ἱερὴ τριάς· ἀλλὰ σὺ θήρην
ἠέρι κἠν πόντῳ κἠν χθονὶ τοῖσδε νέμε.

mullorum autem tunicas (*retia*) nocturnus-remex posuit
Pani, trium horum operatori laborum. [Clitor
Propitius piis fratribus annue
volatilia, et ex-feris lucra et ex-piscibus!

12. JULIANI ÆGYPTII EX PRÆFECTIS

Fratrum trium ex triplici venatione retia,
Pan, accipe : Pigres enim tibi ex volucribus
hæc fert, ex-feris Damis, et Clitor ex-mari.
Atque da iis ut-bene-venentur aerem, terram, aquam.

13. LEONIDÆ.

Tres tibi hæc retia dedicarunt consanguinei,
o agrestis Pan, alius ab alia venatione :
quorum a volatilibus quidem Pigres hæc, hæc autem Damis
a-quadrupedibus, et Clitor tertius a-marinis.
Pro quibus alii quidem per aerem mitte prædam dextre-
alii per silvas, alii denique per littora. [ferienti,

14. ANTIPATRI SIDONII.

Pani hæc consanguinei tres posuerunt instrumenta artis :
Damis quidem ferarum rete monticolarum,
Clitor autem natantium hæc lina, volucrum vero
infractum Pigres hunc laqueum-collarem; [mari,
quippe hunc a-densis-silvis, illum ab-aere, tertiumque a-
nunquam cum vacuis domus recepit plagis.

15. EJUSDEM, aliis ZOSIMI.

Ex-marinis Clitor hæc retia, ex-quadrupedibus auten
Damis, et Pigres dedicavit ex aeriis
Pani, fratrum sacra trias : at tu prædam
in aere, et in ponto, et in tellure hisce præbe

Noctivagus Clitor mullos retinentia fila,
Pan, tibi dat : triplicis dona laboris habe.
Redde suæ pretium pietatis fratribus, et da
Pisces, da volucres, fallere daque feras.

12. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere præfectorum Augustalium,
de eodem.

Fratrum lina trium ternis venatibus apta
Accipe, Pan : Pigres hoc dat ab alitibus;
A silvis aliud dat Damis; ab æquore Clitor :
Fac prædam his aer, terra fretumque ferant.

13. LEONIDÆ,

de eodem.

Hæc tibi tres pariter fratres, Pan præses agrorum,
De triplici præda retia terna ferunt :
A volucri Pigres quæ rettulit agmine, Damis
A grege quadrupedi, Clitor ab æquoreo.

Tu fac ut ille gravem deportet ab aere prædam,
Hunc saltus, illum littora curva beent.

14. ANTIPATRI SIDONII,

de eodem.

Fratribus a ternis artis sua quæque supellex·
Pani datur : Damis retia tensa feris;
Clitor squammigeri generis fert vincula, Pigres
Alitibus solitos stringere colla dolos.
Quorum hic a silvis, hic ab aere, tertius undis
Lina sine eventu nulla tulere domum.

15. ZOSIMI,

de eodem.

Retia squammigeri Clitor gregis ista, ferarum
Hæc Damis, Pigres tertia, quæ volucrum,
Pan, fratrum tibi triga dicat : tu plurima fratres
Fac capiant terris, aereque et pelago.

16. ΑΡΧΙΟΥ.

Σοὶ τάδε, Πὰν σκοπιῆτα, παναίολα δῶρα σύναιμοι
τρίζυγες ἐκ τρισσῆς θέντο λινοστασίης·
δίκτυα μὲν Δᾶμις θηρῶν, Πίγρης δὲ πετηνῶν
λαιμοπέδας, Κλείτωρ δ' εἰναλίφοιτα λίνα·
ὧν τὸν μὲν καὶ ἐσαῦθις ἐν ἠέρι, τὸν δ' ἔτι θείης
εὔστοχον ἐν πόντῳ, τὸν δὲ κατὰ δρυόχους.

17. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Αἱ τρισσαί τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης·
ὧν ἀπὸ μὲν πυγῆς Εὐφρὼ τάδε, ταῦτα δὲ Κλειὼ
ὡς θέμις, ἡ τριτάτη δ' Ἀτθὶς ἀπ' οὐρανίων.
Ἀνθ' ὧν τῇ μὲν πέμπε τὰ παιδικά, δέσποτι, κέρδη,
τῇ δὲ τὰ θηλείης, τῇ δὲ τὰ μηδετέρης.

18. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧΩΝ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Λαὶς ἀμαλδυνθεῖσα χρόνῳ περικαλλέα μορφὴν,
γηραλέων στυγέει μαρτυρίην ῥυτίδων·
ἔνθεν πικρὸν ἔλεγχον ἀπεχθήρασα κατόπτρου,
ἄνθετο δεσποίνῃ τῆς πάρος ἀγλαΐης.
« Ἀλλὰ σύ μοι, Κυθέρεια, δέχου νεότητος ἑταῖρον
« δίσκον, ἐπεὶ μορφὴ σὴ χρόνον οὐ τρομέει. »

19. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κάλλος μὲν, Κυθέρεια, χαρίζεαι· ἀλλὰ μαραίνει
ὁ χρόνος ἑρπύζων σὴν, βασίλεια, χάριν.
Δώρου δ' ὑμετέροιο παραπταμένου με, Κυθήρη,
δέχνυσο καὶ δώρου, πότνια, μαρτυρίην.

20. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων
Λαὶς θῆκεν ἑῷ κάλλεϊ ληϊδίην·
μούνῳ ἐνικήθη δ' ὑπὸ γήραϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον
ἄνθετο σοὶ, Παφίη, τὸν νεότητι φίλον·

16. ARCHIÆ.

Tibi hæc, Pan speculator, omnigena dona consanguinei
tres-juncti ex triplici posuerunt venatione :
Damis quidem, retia ferarum; Pigres autem, volucrium
laqueos-collares; et Clitor, mare-permeantia lina :
quorum hunc etiam posthac in aere, illum autem fac
feliciter-tendentem in mari, tertium vero in quercetis.

17. LUCIANI.

Tres tibi hæc ludicra posuerunt meretrices,
Cypri beata, alio alia ab opificio :
quarum a clunibus Euphro hæcce, ista vero Clio
qua fas-est, tertia autem Atthis a palato.
Pro quibus illi mitte puerilia, domina, lucra, [neutrius.
huic vero quæ sunt femineæ-voluptatis, tertiæ quæ sunt

18. JULIANI EX PRÆFECTIS ÆGYPTII

Lais, tempore exstincta maxima-formæ venustate,
senilium odit testimonium rugarum :
quamobrem acerbe convincens aversata speculum
dedicavit dominæ prioris pulchritudinis.
« At tu mihi, Cytherea, accipe juventutis socium
discum, siquidem tua forma tempus non tremit. »

19. EJUSDEM.

Pulchritudinem quidem, Cytherea, gratificaris; sed exstin
tempus serpens tuæ, regina, gratiæ-munus. [guit
Donum vero tuum quum me prætervolaverit, Cythere,
accipe doni, domina, etiam testimonium.

20. EJUSDEM.

Græciam, quæ-vicerat superbum scutum Medorum,
Laïs suæ pulchritudinis fecit prædam,
solàque victa est a senectute, et documentum
dedicavit tibi, Paphia, juventuti suæ amicum;

---

16. ARCHIÆ,

de eodem.

Pan scopulos servans, tres hæc tria munera fratres
Ad variam prædam facta tulere tibi :
Damis nempe feris, scindentibus aera Pigres,
Æquoreo Clitor retia tensa gregi.
Tu fac ut hic felix cœlo sit, in æquoris ille
Fluctibus, umbroso tertius in nemore.

18. JULIANI ÆGYPTII,

e genere præfectorum Augustalium,
de Laïde.

Laïs ut amisit decerptam tempore formam,
Rugarum indicium triste videre timet.
Censuram speculi, qua sæpe superbiit, odit :
Sume, ait, hoc pulchræ tu Dea culta mihi.

Te decet hic orbis socius, Cytherea, juventæ :
Quippe potest ætas nulla nocere tibi.

19. EJUSDEM,

de eadem.

Das formam formosa Venus : sed serior ætas
Illud perpetuum non sinit esse bonum.
Cum tua defugiant me munera, quo mihi testis
Muneris? hunc etiam tu tibi, Diva, cape.

20. [LUCIANI,]

de eadem.

Quæ fera scutiferi devicerat agmina Medi,
Laïdi formosæ Græcia præda fuit.
Hanc quoque devicit senium; nunc dat tibi, Cypri,
Indicium hoc facies quod juvenilis amat.

ἧς γὰρ ἰδεῖν στυγέει πολιῆς παναληθέα μορφὴν,
τῆσδε συνεχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

21. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Σκάπτειραν κήποιο φιλυδρήλοιο δίκελλαν,
καὶ δρεπάνην καυλῶν ἄσκυλον ἐκτομίδα,
τήν τ' ἐπινωτίδιον βροχετῶν ῥακόεσσαν ἀρωγὸν,
καὶ τὰς ἀῤῥήκτους ἐμβάδας ὠμοβοεῖς,
τόν τε δι' εὐτρήτοιο πέδου δύνοντα κατ' ἰθὺ
ἀρτιφυοῦς κράμβης πάσσαλον ἐμβολέα,
καὶ σκάφος ἐξ ὀχετῶν πρασιὴν διψεῦσαν ἐγείρειν
αὐχμηροῖο θέρευς οὔ ποτε παυσάμενον,
σοὶ τῷ κηπουρῷ Ποτάμων ἀνέθηκε, Πρίηπε,
κτησάμενος ταύτης ὄλβον ἀπ' ἐργασίης.

22. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀρτιχανῆ ῥοιάν τε, καὶ ἀρτίχνουν τόδε μῆλον,
καὶ ῥυτιδόφλοιον σῦκον ἐπομφάλιον,
πορφύρεόν τε βότρυν μεθυπίδακα, πυκνορράγα,
καὶ κάρυον χλωρῆς ἀρτίδορον λεπίδος,
ἀγροιώτῃ τῷδε μονοστόρθυγγι Πριήπῳ
θῆκεν ὁ καρποφύλαξ, δενδριακὴν θυσίην.

23. ΑΛΛΟ.

Ἑρμεία, σήραγγος ἁλίκτυπον ὃς τόδε ναίεις
εὐστιβὲς αἰθυίαις ἰχθυβόλοισι λέπας,
δέξο σαγηναίοιο λίνου τετριμμένον ἅλμῃ
λείψανον, αὐχμηρῶν ξανθὲν ἐπ' ἠϊόνων,
γριπούς τε, πλωτῶν τε πάγην, περιδινέα κύρτον,
καὶ φελλὸν κρυφίων σῆμα λαχόντα βόλων,
καὶ βαθὺν ἱππείης πεπεδημένον ἄμματι χαίτης,
οὐκ ἄτερ ἀγκίστρων, λιμνοφυῆ δόνακα.
* * * * * *

24. ΑΛΛΟ.

Δαίμονι τῇ Συρίῃ τὸ μάτην τριβὲν Ἡλιόδωρος

nam cujus videre odit canæ verissimam formam,
ejus simul-abominatur etiam umbram imaginis.

21. ANONYMI.

Fodientem horti aquam-amantis bidentem,
et falcem curvam (?) quæ caules exscindit,
et quæ-tergo-imposita pluvias arcet, pannosam,
et infractos soccos ex-rudibus-boum-pellibus,
et, quæ bene-foratum per humum recta subit,
modo-genitæ brassicæ taleam injectricem,
et scapha ex canalibus porrum sitiens suscitare
in sicca æstate nunquam cessans,
tibi hortorum-custodi Potamon dedicavit, Priape,
acquisitis hac ex opera divitiis.

22. INCERTI.

Recens-ruptum malum-granatum, et lanugine-recens-te-
et rugoso-cortice ficum umbilicatam, [ctum hoc malum
purpureamque uvam vino-turgentem, multis-baccis,
et nucem viridi modo-ablato cortice,
agresti huic ex-stipite-uno-facto Priapo
posuit fructuum-custos, arboreum sacrificium.

23. ALIUD.

Mercuri, speluncæ qui hanc mari-pulsam habitas
petram, frequentatam mergis pisces-captantibus,
accipe everriculi lintei tritas salsugine
reliquias, in sordidis tractam littoribus,
et retia, et natantium laqueum, rotundam nassam,
et suberem, qui occultorum (*depressorum*) signa acce-
et altum equini ligatum vinculo crinis, [pit retium,
non sine hamis, palustrem calamum.
* * * * * *

24. ALIUD.

Deæ Syriæ frustra tritum Heliodorus

Quippe suos adeo formidat visere canos,
Ipsa facit, vitro quæ datur umbra, metum.

21. INCERTI.

Frondiferam solitum terram versare ligonem,
Et virides falcem scindere cauliculos;
Et fidam tergo pluvias arcere lacernam,
Et pedibus tegmen tergora cruda boum;
Et recta per humi traductum viscera palum,
Possit ut impingi brassica nata recens;
Æstibus et rapidis lymphas qui spargit aqualem,
Lætior edomita surgit ut herba siti:
Ista, Priape, tibi multo jam trita labore
Fert Potamo, cultus cui dedit hortus opes.

22. ZONÆ.

Mala modo enatæ lanuginis, et nova poma
Punica, et hæc rugis ficus arata suis;
Densaque purpureis manat quæ roribus uva,
Nuxque interposita pelle putamen habens:
Hæc sunt dona suis sata quæ fert villicus hortis,
Simplice de ligno structe Priape, tibi.

23. INCERTI.

Qui colis hoc ictum, Cyllenie, fluctibus antrum,
Multus ubi pisces fallere mergus amat;
Accipe cæruleo detritam rore sagenam,
Quæ tibi de sicco littore flava venit;
Retiaque et pisces claudentem carcere nassam,
Et suber jaculi signa latentis habens;
Et quæ longa satis setam sustentat equinam
Insidiatricem canna, palustre genus.

24. INCERTI.

Diva Syra, hoc frustra quod triverat Heliodorus

δίκτυον ἐν νηοῦ τοῦδ' ἔθετο προπύλοις·
ἁγνὸν ἀπ' ἰχθυβόλου θήρας τόδε· πολλὰ δ' ἐν αὐτῷ
φυκί' ἀπ' εὐόρμων εἵλκυσεν αἰγιαλῶν.

25. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧ. ΑΙΓ.

Κεκμηὼς χρονίῃ πεπονηκότα δίκτυα θήρῃ
ἄνθετο ταῖς Νύμφαις ταῦτα γέρων Κινύρης·
οὐ γὰρ ἔτι τρομερῇ παλάμῃ περιηγέα κόλπον
εἶχεν ἀκοντίζειν οἰγομένοιο λίνου.
Εἰ δ' ὀλίγου δώρου τελέθει δόσις, οὐ τόδε, Νύμφαι,
μέμψις, ἐπεὶ Κινύρου ταῦθ' ὅλος ἔσκε βίος.

26. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ταῖς Νύμφαις Κινύρης τόδε δίκτυον· οὐ γὰρ ἀείρει
γῆρας ἀκοντιστὴν μόχθον ἐκηβολίης.
Ἰχθύες ἀλλὰ νέμοισθε γεγηθότες, ὅττι θαλάσσῃ
δῶκεν ἔχειν Κινύρου γῆρας ἐλευθερίην.

27. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἰχθυβόλον πολυωπὲς ἀπ' εὐθήρου λίνον ἄγρης,
τῶν τ' ἀγκιστροδέτων συζυγίην δονάκων,
καὶ πιστὸν βυθίων παγίδων σημάντορα φελλὸν,
καὶ λίθον ἀντιτύπῳ κρούσματι πυρσοτόκον,
ἄγκυράν τ' ἐπὶ τοῖς ἐχενηίδα, δεσμὸν ἀέλλης,
στρεπτῶν τ' ἀγκίστρων ἰχθυπαγῆ στόματα,
δαίμοσιν ἀγροδότῃσι θαλασσοπόρος πόρε Βαίτων,
γήραϊ νουσοφόρῳ βριθομένης παλάμης.

28. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧΩΝ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Καμπτομένους δόνακας, κώπην θ' ἅμα, νηὸς ἱμάσθλην,
γυρῶν τ' ἀγκίστρων καμπυλόεσσαν ἴτυν,
εὐκόλπου τε λίνοιο περίπλεα κύκλα μολίβδῳ,
καὶ φελλοὺς κύρτων μάρτυρας εἰναλίων,
ζεῦγός τ' εὐπλεκέων σπυρίδων, καὶ μητέρα πυρσῶν
τήνδε λίθον, νηῶν θ' ἕδρανον ἀσταθέων
ἄγκυραν, γριπεὺς, Ἐριούνιε, σοὶ τάδε Βαίτων
δῶρα φέρει, τρομεροῦ γήραος ἀντιάσας.

rete in templi hujus posuit vestibulis:
purum a piscium venatione hoc *est;* sed multum in illo fucum ab exscensioni-aptis traxit littoribus.

25. JULIANI EX PRÆFECTIS ÆGYPTII.

Fessus longa venatione defatigata retia
hæc dedicavit Nymphis senex Cinyras:
neque enim amplius tremula manu circumactilem sinum valebat jaculari aperti lini.
Si vero parvi muneris est donum, hoc, Nymphæ, non *est* reprehendendum, quoniam Cinyræ hæc tota res erat.

26. EJUSDEM.

Nymphis Cinyras hoc rete *dedicat:* neque enim suscipit senectus jaculandæ laborem jaculationis-longæ.
Pisces, vos vero jam pascite læti, quoniam mari dedit habere Cinyræ senectus libertatem.

27. THEÆTETI SCHOLASTICI.

Pisces-jaculans linum multis-foraminibus a fausta venatione
et hamatarum par arundinum,
fidumque profundarum tendicularum indicem suberem,
et silicem qui collidenti ictu ignem-gignit,
et ancoram præter hæc naves-tenentem, vinculum tempestatis,
curvorumque hamorum ora pisces-figentia,
diis prædam-dantibus mare-navigans præbuit Bæton,
palma *ejus* onere morbosæ senectutis gravata.

28. JULIANI EX PRÆFECTIS ÆGYPTII.

Incurvatos calamos, remumque simul, navis flagellum,
aduncorumque hamorum reflexam extremitatem,
vastique retis circum-refertas oras plumbo,
et suberes nassarum testes marinarum,
parque fabre-textarum fiscellarum, et matrem tædarum hanc silicem, naviumque fundamen instabilium
ancoram, piscator, boni-parens-deus (*Mercuri*), tibi hæc dona fert, tremulam senectutem assecutus. [Bæton

---

Dedicat in templi limine rete tibi,
Piscibus innocuum: solum quod cepit in illo
Multa procellisoni littoris alga fuit.

25. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere præfectorum Augustalium.

Lina maris longo jam delassata labore
Hæc Cinyres Nymphis attulit, ipse senex,
Cum jam non ultra dextra trepidante valeret
Mittere diffuso retia pansa sinu.
Sit leve quantumvis donum, ne spernite Nymphæ;
Hic Cinyræ census totaque vita fuit.

26. EJUSDEM,

de eodem.

Hæc Nymphis Cinyres suspendit fila: senectus
Eminus effusum mittere rete vetat.
Gaudete o pisces, et pascite; namque per annos
Imbelles Cinyræ libera sunt maria.

27. THEÆTETI ORATORIS.

Multifora in pisces semper felicia lina,
Binaque de calamis æra ligata suis,
Pollicitumque plagas suber monstrare latentes,
Et silicem ferro quæ parit icta facem,
Vinclaque ventorum, navis retinacula dentem,
Et quæ perniciem piscibus æra ferunt,
Bæto maris cursor dis, quorum in numine præda est,
Jam senio dextram debilitante, dedit

29. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἑρμείῃ Βαίτων ἁλινηχέος ὄργανα τέχνης
ἄνθετο, δειμαίνων γήραος ἀδρανίην·
ἄγκυραν, γυρόν τε λίθον, σπυρίδας θ' ἅμα φελλῷ,
ἄγκιστρον, κώπην, καὶ λίνα καὶ ὀνάκας.

30. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Δίκτυον ἀκρομόλιβδον Ἀμύντιχος ἀμφὶ τριαίνῃ
δῆσε γέρων, ἁλίων παυσάμενος καμάτων,
ἐς δὲ Ποσειδάωνα καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης
εἶπεν, ἀποσπένδων δάκρυον ἐκ βλεφάρων·
« Οἶσθα, μάκαρ· κέκμηκα· κακοῦ δ' ἐπὶ γήραος ἡμῖν
« ἄλλυτος ἡβάσκει γυιοτακὴς πενίη.
« Θρέψον ἔτι σπαῖρον τὸ γερόντιον, ἀλλ' ἀπὸ γαίης,
« ὡς ἐθέλει, μεδέων κἀν χθονὶ κἀν πελάγει. »

31. ΑΔΗΛΟΝ, οἱ δὲ ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Αἰγιβάτῃ τόδε Πανὶ, καὶ εὐκάρπῳ Διονύσῳ,
καὶ Δηοῖ Χθονίῃ ξυνὸν ἔθηκα γέρας.
Αἰτέομαι δ' αὐτοὺς καλὰ πώεα καὶ καλὸν οἶνον,
καὶ καλὸν ἀμῆσαι καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

32. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛ.

Δικραίρῳ δικέρωτα, δασυκνάμῳ δασυχαίταν,
ἴξαλον εὐσκάρθμῳ, λόχμιον ὑλοβάτᾳ,
Πανὶ φιλοσκοπέλῳ λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς
κνακὸν ὑπηνήτᾳ τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.

33. ΜΑΙΚΙΟΥ.

Αἰγιαλῖτα Πρίηπε, σαγηνευτῆρες ἔθηκαν
δῶρα παρ' ἀκταίης σοὶ τάδ' ἐπωφελίης,
θύννων εὐκλώστοιο λίνου βυσσώμασι ῥόμβον
φράξαντες γλαυκαῖς ἐν παρόδοις πελάγευς,
φηγίνεον κρητῆρα, καὶ αὐτούργητον ἐρείκης
βάθρον, ἰδ' ὑαλέην οἰνοδόκον κύλικα,

29. EJUSDEM.

Mercurio Bæton marinæ instrumenta artis
dedicavit, metuens senectutis ignaviam :
ancoram, rotundumque silicem, et sportas una-cum suhamum, remum, et lina et arundines. [bere,

30. MACEDONII CONSULIS.

Rete in-extremo-plumbatum Amyntichus tridenti circumligavit senex, a-marinis desistens laboribus;
et ad Neptunum salsumque fluctum maris *conversus* dixit, destillans lacrimam ex palpebris :
« Scis, beate, laboravi; et in mala senectute nobis
« juvenescit inseparabilis, membra-conficiens paupertas.
« Nutri adhuc palpitantem seniculum, sed ex terra,
« ut cupit, *tu* qui-regnas et in tellure et in pelago. »

31. INCERTI, aliis NICARCHI.

Capras-ineunti Pani hoc et fertili Baccho
et Cereri telluris-deæ commune posui donum;
rogoque eos bonos greges, et bonum vinum,
et bonum fructum metendum ab aristis.

32. AGATHIÆ SCHOL.

[præditum,
Bicorni bicornem, hirta-femora-habenti hirta-cæsariecelerem bene-salienti, silvicolæ fruticeta-quærentem,
Pani scopulorum-amico frondosam apud collem Charicles fulvum hunc barbatum dedicavit hircum.

33. MÆCII.

Littoralis Priape, piscatores posuerunt
dona tibi hæc a reditu ex-ora-maritima, [missu
thynnorum celerem-motum bene-nexi lini profundo-decohibentes glaucis in angustiis pelagi,
fagineum craterem, et ex-erica non-arte-factum
scabellum, et vitream recipiendo-vino calicem,

---

29. JULIANI.

Mercurio metuens imbellem Bæto senectam
Hæc bona fallendis piscibus arma dicat.

30. MACEDONII CONSULIS.

Plumbifera ad trifidam religavit Amyntichus hastam
Retia, defunctus sæva pericla maris,
Aspiciensque truces violenti gurgitis undas
Fudit ad æquoreum talia verba deum :
Multa laboravi, scis hoc pater : ipse senex sum :
Paupertas eadem est, et juvenile viret.
De sene quod restat misero tu pasce : sed oro,
Ex terra, terræ quippe herus atque maris.

31. NICARCHI.

Frugiproma Ceres, capripes Pan, vitifer Evan,
Hoc ego vos uno munere macto meo.
Et precor egregios detis mihi messis acervos!
Egregias pecudes, egregiumque merum!

32. AGATHIÆ ORATORIS.

Umbrivagum umbrivago dat, cornigerumque bicorni,
Qui salit hirtipedem, qui salit hirtipedi,
Monticolæ Fauno frondoso in monte Charicles,
Barbato, cui sunt vellera flava, caprum.

33. MÆCII.

Littora qui servas, piscatrix turba, Priape,
Hæc tibi de quæstu dona dedere maris;
Agmina thynnorum postquam clausere profundis
Retibus, æquoreæ qua sinuantur aquæ,
Et scamnum quod erica dedit, crateraque fago
Excisum, et vini pocula facta vitro :

ὡς ἂν ὑπ' ὀρχησμῶν λελυγισμένον ἔγκοπον ἴχνος
ἀμπαύσῃς, ξηρὴν δίψαν ἐλαυνόμενος.

34. ΡΙΑΝΟΥ.

Τὸ ῥόπαλον τῷ Πανὶ καὶ ἰοβόλον Πολύαινος
τόξον καὶ κάπρου τούσδε καθᾶψε πόδας,
καὶ ταύταν γωρυτὸν, ἐπαυχένιόν τε κυνάγχαν
θῆκεν ὀρειάρχᾳ δῶρα συαγρεσίης.
Ἀλλ', ὦ Πὰν σκοπιῆτα, καὶ εἰσοπίσω Πολύαινον
εὔαγρον πέμποις, υἱέα Σιμύλεω.

35. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Τοῦτο χιμαιροβάτᾳ Τελέσων αἰγώνυχι Πανὶ
τὸ σκύλος ἀγρείας τεῖνε κατὰ πλατάνου,
καὶ τὰν βαιβόκρανον ἐϋστόρθυγγα κορύναν,
ἃ πάρος αἱμωποὺς ἐστυφέλιξε λύκους,
γαυλούς τε γλαγοπῆγας, ἀγωγαῖόν τε κυνάγχαν,
καὶ τὰν εὐρίνων λαιμοπέδαν σκυλάκων.

36. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Δράγματά σοι χώρου μικραύλακος, ὦ φιλόπυρε
Δηοῖ, Σωσικλέης θῆκεν ἀρουροπόνος,
εὔσταχυν ἀμήσας τὸν νῦν σπόρον· ἀλλὰ καὶ αὖτις
ἐκ καλαμητομίης ἀμβλὺ φέροι δρέπανον.

37. ΑΔΗΛΟΝ.

Γήραϊ δὴ καὶ τόνδε κεκυφότα φήγινον ὄζον
οὔρεσιν ἀγρῶται βουκόλοι ἐξέταμον·
Πανὶ δέ μιν ξέσσαντες ὁδῷ ἔπι καλὸν ἄθυρμα
κάτθεσαν, ὡραίων ῥύτορι βουκολίων.

38. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Δίκτυά σοι μολίβῳ στεφανούμενα, ὑσιθάλασσα,
καὶ κώπην, ἅλμης τὴν μεθύουσαν ἔτι,
κητοφόνον τε τρίαιναν, ἐν ὕδασι καρτερὸν ἔγχος,
καὶ τὸν ἀεὶ φελλοῖς κύρτον ἐλεγχόμενον,
ἄγκυράν τε, νεῶν στιβαρὴν χέρα, καὶ φιλοναύτην
σπέρμα πυρὸς σώζειν πέτρον ἐπιστάμενον,
ἀρχιθάλασσε Πόσειδον, Ἀμύντιχος ὕστατα δῶρα
θήκατ', ἐπεὶ μογερῆς παύσαθ' ἁλιπλανίης.

ut a saltibus varie-inflexum vestigium fessum
sistas et aridam sitim pellas.

34. RHIANI.

Clavam Pani et sagittas-mittentem Polyænus
arcum et apri hosce nodo-suspendit pedes;
et hanc pharetram, collareque quod-canes-angit,
posuit montium-regnatori dona ex-aprorum-venatu.
Sed, o Pan specularum-incola, etiam deinceps Polyænum
capturæ-felicem remittas, filium Simylæ.

35. LEONIDÆ.

Hasce capras-scandenti Teleson Pani caprinis-unguibus
exuvias silvestri tetendit in platano,
et inflexo-capite clavam ex-bono-stipite,
quæ pridem sanguinarios feriit lupos,
et situlas lacti-coagulando, et ducendis canibus-collare,
et sagacium gulæ-vinculum catellorum.

36. PHILIPPI THESSAL.

Manipulos tibi agri exigui, o quæ-triticum-amas
Ceres, Sosicles posuit agricola,
fertili nunc aristarum segete demessa; verum et porro
ex calamorum-desectione hebetem referat falcem.

37. INCERTI.

Senecta profecto etiam huncce curvatum fagineum ramum
in-montibus agrestes bubulci exciderunt,
Panique illum rasum via super bellum ludicrum
posuerunt, nitidorum defensori armentorum.

38. PHILIPPI.

Retia tibi plumbo coronata, mare-subeuntia,
et remum, aqua-marina ebrium adhuc,
et cete-necantem tridentem, in aquis validum telum,
et subere semper proditam nassam,
ancoramque, navium firmam manum, et caram-nautis
petram quæ semen ignis servare scit,
o maris-rex Neptune, Amyntichus ultima dona [mari.
tibi dedicavit, quia a-laboriosa cessavit vagatione-in-

Ut tibi cum fuerint vestigia lassa choreis,
Hæc tibi sit requies et medicina siti.

35. LEONIDÆ.

Capripedi Fauno Teleson has donat agresti
Extendit platano qua super exuvias,
Et capite incurvo valido de robore clavam,
Qua toties sævos perculit ipse lupos,
Sinum lactis ad hæc et quæ venatica collo
Vincula, quæque trahunt fortia lora canes.

36. PHILIPPI.

Hunc tibi, parva soli genuit quem gleba, manipulum
Sosiclees ruris dat sator, alma Ceres,
Messe recens facta; sed tu, Dea, sæpius illi
Fac hebetet falcem spicea secta seges.

38. PHILIPPI.

Retia quæ plumbo subeunt demersa profundum,
Et remum, madidum nunc quoque rore sali,
Lethalemque feris, sævi maris arma, tridentem,
Et quæ detegitur subere nassa suo,
Quæque manum ratibus facit anchora, quique recondit
Flammarum nautis semina grata silex:
Hæc, pelagi bone rector, Amyntichus ultima dona
Dat tibi, jam cessans æquoris ire vias.

39. ΑΡΧΙΟΥ.

Αἱ τρισσαὶ, Σατύρη τε, καὶ Ἡράκλεια, καὶ Εὐφρὼ,
θυγατέρες Ξούθου καὶ Μελίτης, Σάμιαι·
ἁ μὲν, ἀραχναίοιο μίτου πολυδίνεα λάτριν,
ἄτρακτον, δολιχᾶς οὐκ ἄτερ ἀλακάτας·
ἁ δὲ πολυσπαθέων μελεδήμονα κερκίδα πέπλων
εὔθροον· ἁ τριτάτα δ' εἰροχαρῆ τάλαρον·
οἷς ἴσχον χερνῆτα βίον δηναιὸν, Ἀθάνα
πότνια, ταῦθ' αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες.

40. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ.

Τὼ βόε μοι· σῖτον δὲ τετεύχατον· ἴλαθι, Δηοῖ,
δέχνυσο δ' ἐκ μάζης, οὐκ ἀπὸ βουκολίων·
δὸς δὲ βόε ζώειν ἐτύμως, καὶ πλῆσον ἀρούρας
δράγματος, ὀλβίστην ἀντιδιδοῦσα χάριν.
Σῷ γὰρ ἀρουροπόνῳ φιλαλήθει τέτρατος ἤδη
ὀκτάδος ἐνδεκάτης ἐστὶ φίλος λυκάβας,
οὐδέποτ' ἀμήσαντι Κορινθιακὸν, οὔ ποτε πικρᾶς
τῆς ἀφιλοσταχύου γευσαμένῳ πενίης.

41. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Χαλκὸν ἀροτρητὴν, κλασιβώλακα, νειοτομῆα,
καὶ τὴν ταυροδέτιν βύρσαν ὀπαυχενίην,
καὶ βούπληκτρον ἄκαιναν, ἐχετλήεντά τε γόμφον
Δηοῖ Καλλιμένης ἄνθετο γειοπόνος,
τιμήξας εὐαρότου ῥάχιν ὀργάδος· εἰ δ' ἐπινεύσεις
τὸν στάχυν ἀμῆσαι, καὶ δρεπάνην κομίσω.

42. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀλκιμένης ὁ πενιχρὸς ἐπὶ σμικρῷ τινι κήπῳ
τοῦ φιλοκαρποφόρου γευσάμενος θέρεος,
ἰσχάδα καὶ μῆλον καὶ ὕδωρ γέρα Πανὶ κομίζων,
εἶπε· « Σύ μοι βιότου τῶν ἀγαθῶν ταμίας·
« ὧν τὰ μὲν ἐκ κήποιο, τὰ δ' ὑμετέρης ἀπὸ πέτρης

39. ARCHIE.

Trinæ, Satyra, et Heraclea, et Euphro,
filiæ Xuthi et Melites, Samiæ,
prima quidem araneosi fili crebro-conversam famulam,
fusum, non sine longa colo;
altera autem dense-textos peplos curantem radium,
bene-sonantem; tertia vero lana-gaudentem quasillum:
quibus egenam vitam sustinebant diu, Minerva
domina, hæc tuæ tibi posuerunt operatrices.

40. MACEDONII.

Hi duo-boves mei; frumentum autem paraverunt. Fave,
et sume *eos* ex massa, non a boum-gregibus; [Ceres,
daque boves veros vivere, atque imple agros
manipulis, beatissimam retribuens gratiam:
tuo enim aratori veraci quartus jam
undecimæ octadis adhæret annus,
qui nunquam messuit Corinthium *solum*, nunquam acer-
aristas-non-amantem, gustavit pauperiem. [bam,

41. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Æs arans, glebifragum, vervactum-secans,
et, quo taurus-ligatur, lorum sub-cervice,
et boves-ferientem stimulum, et stivæ cuneum
Cereri Callimenes dedicavit agricola,
scisso arabilis dorso arvi: quodsi annues *mihi*
aristam metere, etiam falcem afferam.

42. ANONYMI.

Alcimenes pauper, in parvo quodam horto
fructus-libenter-ferentem gustare-solitus æstatem,
caricam et malum et aquam munera Pani afferens,
dixit: « Tu mihi vitæ bonorum arbiter;
quorum alia ex horto, et alia de tua petra

---

39. ARCHIÆ.

Euclie, Satyre, atque Euphro, tria corpora, mater
Queis Melite, genitor Xuthus, origo Samos.
Prima dedit fusum, qualem versabat Arachne,
Et devolventem mollia pensa colum;
Altera velocem radium percurrere telas;
In calatho, quem dat tertia, lana fuit.
Hæc, sibi queis victum pepererunt tempore longo,
Dant tibi nunc famulæ, casta Minerva, tuæ.

40. MACEDONII CONSULIS,

ab agricola donarium Cereri.

Ecce boves factos de frugibus: accipe quos non
Dat stabulum, sed dat nostra polenta, Ceres.
Da veros superesse boves: da turgida rura
Messibus, optati quæ mihi summa boni.
Hæc post undecies septem (nil mentior) annos
Æstas agricolæ quarta futura tuo,
Ex quo nulla mihi messis de pulvere, nulla
Pauperiem domino fecit iniqua seges.

41. AGATHIÆ ORATORIS.

Arva secare solens et glebas frangere ferrum,
Burimque, et stimulum, quem metuere boves;
Quæque viri tergo sederunt tergora tauri,
Callimenes Cereri dona dat agricola,
Vomere tellurem postquam scidit: addere falcem
Promittit, dederis si Dea messe frui.

42. INCERTI.

Alcimenes parvis regnat qui pauper in hortis,
Nactus ut æstatis tempora læta fuit:
Aridulam ficum, malum quod fragrat, aquamque
Do tibi, Pan, nostris auctor habende bonis.
Ex hortis nempe illa, tua de rupe sed istam

« δέξο, καὶ ἀντιδιδοὺς δὸς πλέον ὧν ἔλαβες. »

43. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Τὸν Νυμφῶν θεράποντα, φιλόμβριον, ὑγρὸν ἀοιδὸν,
τὸν λιβάσιν κούφαις τερπόμενον βάτραχον
χαλκῷ * μορφώσας τις ὁδοιπόρος εὖχος ἔθηκε,
καύματος ἐχθροτάτην δίψαν ἀκεσσάμενος.
Πλαζομένῳ γὰρ ἔδειξεν ὕδωρ, εὔκαιρον ἀείσας
κοιλάδος ἐκ δροσερῆς ἀμφιβίῳ στόματι·
[φωνὴν δ' ἡγήτειραν ὁδοιπόρος οὐκ ἀπολείπων
εὗρε πόσιν γλυκερῶν ὧν ἐπόθη ναμάτων].

44. ΑΔΗΛΟΝ, οἱ δὲ ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡ.

Γλευκοπόταις Σατύροισι καὶ ἀμπελοφύτορι Βάκχῳ
Ἡρῶναξ πρώτης ὁράγματα φυταλιῆς,
τρισσῶν οἰνοπέδων τρισσοὺς ἱερώσατο τούσδε,
ἐμπλήσας οἴνου πρωτοχύτοιο, κάδους·
ὧν ἡμεῖς σπείσαντες, ὅσον θέμις, οἴνοπι Βάκχῳ
καὶ Σατύροις, Σατύρων πλείονα πιόμεθα.

45. ΑΔΗΛΟΝ.

Ὀξέσι λαχνήεντα δέμας κέντροισιν ἐχῖνον
βαγολόγον, γλυκερῶν σίντορα θειλοπέδων,
σφαιρηδὸν σταφυλῆσιν ἐπιτροχάοντα δοκεύσας,
Κώμαυλος Βρομίῳ ζωὸν ἀνεκρέμασεν.

46. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Τὰν πρὶν Ἐνυαλίοιο καὶ Εἰράνας ὑποφᾶτιν,
μέλπουσαν κλαγγὰν βάρβαρον ἐκ στομάτων,
χαλκοπαγῆ σάλπιγγα, γέρας Φερένικος Ἀθάνᾳ,
λήξας καὶ πολέμου καὶ θυμέλας, ἔθετο.

47. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κερκίδα τὴν φιλαοιδὸν Ἀθηναίῃ θέτο Βιττὼ
ἄνθεμα, λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης,

en accipe, et reddens *data* da plus quam accepisti! »

43. PLATONIS.

Nympharum ministrum, imbrium-amantem, in-humidis
laticibus levibus gaudentem ranam [cantorem,
ære formatam viator quidam votum posuit,
in-calore invisissimam sitim ubi-sanaverat.
Circumerranti enim *rana* monstravit aquam, opportune
ore amphibio ex roscido cavo : [canens
[vocemque ductricem viator non relinquens
reperit potum dulcium quæ optavit fluentorum]

44. INCERTI, *aliis* LEONIDÆ TARENT.

Musti-potoribus Satyris et vitium-satori Baccho
Heronax primitias plantati-agri,
ex tribus vineis tres sacravit hosce,
impletos vino primum-fuso, cados :
a-quibus nos ubi-libaverimus quantum fas *est* vinicolori
et Satyris, plus quam-Satyri bibemus. [Baccho

45. INCERTI.

Acutis hirsutum corpore stimulis echinum
baccas-colligentem, dulcium populatorem vinearum,
globose uvis incursantem insidiatus,
Comaulus Bromio vivum suspendit.

46. ANTIPATRI SIDONII.

Pridem Mavortis et Pacis interpretem,
canentem ex ore sonum barbarum,
ex-ære-junctam tubam, donum Pherenicus Minervæ
posuit, desinens et a bello et a scena.

47. EJUSDEM.

Radium canorum Minervæ dedicavit Bitto
donum, famelicæ instrumentum operæ,

Accipe, et acceptis da, rogo, plura mihi.

43. PLATONIS.

Nympharum famulam, mediis quæ cantat in undis,
Et gaudet pluvia rana madere levi,
Hic ex ære dicat, gaudens pepulisse, viator,
Illius auxilio, sole calente, sitim.
Nam fesso monstravit opem de valle madenti,
Gutture dum strepitum seminatante canit;
Clamoremque ducem feliciter ille secutus
Invenit dulces, quas cupiebat, aquas.

44. LEONIDÆ TARENTINI.

Mustibibis Satyris et Baccho vitisatori
Culturæ partem primitiasque suæ
Consecrat Heronax, vino bene plena recenti
Hæc de vinetis pocula terna tribus.
Quæ nos cornigero libantes rite Lyæo
Et Satyris bibimus, plus quoque quam Satyri.

45. INCERTI.

Insidiatorem Baccheæ vallis echinum,
In cute tela sua qui vice crinis habet,
Agmine contortum Comaulus cepit in uvis
Et fecit vivus pendeat ut Bromio.

46. ANTIPATRI SIDONII.

Quæ bona tam bello fuerat quam pacis ad artes,
Exiit e cujus barbarus ore sonus,
Tibia sacratur, Pherenico dante, Minervæ,
Postquam ille et Martem desiit et thymelen.

47. EJUSDEM.

Hunc radium, solata fuit quem carmine Bitto,
Sancta Minerva, tibi dat famis arma suæ,

εἶπε δέ· « Χαῖρε, θεά, καὶ τήνδ' ἔχε· χήρη ἐγὼ γὰρ
« τέσσαρας εἰς ἐτέων ἐρχομένη δεκάδας,
« ἀρνεῦμαι τὰ σὰ δῶρα· τὰ δ' ἔμπαλι Κύπριδος ἔργων
« ἅπτομαι· ὥρης γὰρ κρεῖσσον ὁρῶ τὸ θέλειν. »

et dixit : « Salve, dea, atque hunc habe : vidua enim ego,
quattuor ingressa annorum decadas,
repudio tua dona, et in-contrarium, Veneris opera
aggredior : quippe ætate potentius *esse* video velle. »

48. ΑΔΗΛΟΝ.

Κερκίδα τὴν φιλοεργὸν Ἀθηναίῃ θέτο Βιττὼ
ἄνθεμα, λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης,
πάντας ἀποστύξασα γυνὴ τότε τοὺς ἐν ἐρίθοις
μόχθους καὶ στυγερὰς φροντίδας ἱστοπόνων·
εἶπε δ' Ἀθηναίη· « Τῶν Κύπριδος ἄψομαι ἔργων,
« τὴν Πάριδος κατὰ σοῦ ψῆφον ἐνεγκαμένη. »

48. INCERTI.

Radium laboriosum Minervæ dedicavit Bitto
donum, famelicæ instrumentum operæ,
omnes exosa tunc mulier mercenarios
labores et invisas curas textorum;
atque dixit Minervæ : « Cypridis aggrediar opera,
quum Paridis de te sententiam et-ipsa-tulerim. »

49. ΑΛΛΟ.

Ἀνάθημα Διομήδους.

Χάλκεός εἰμι τρίπους· Πυθοῖ δ' ἀνάκειμαι ἄγαλμα,
καί μ' ἐπὶ Πατρόκλῳ θῆκεν πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Τυδείδης δ' ἀνέθηκε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης,
νικήσας ἵπποισιν ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήσποντον.

49. ALIUD.

Munus Diomedis.

Æneus sum tripus, et Delphis dedicatus-sum ornamentum,
posuitque me in Patrocli-memoriam pedibus velox Achilles;
Tydei autem filius *me* dedicavit bello bonus Diomedes,
equis victor apud latum Hellespontum.

50. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Τόνδε ποθ' Ἕλληνες ῥώμῃ χερὸς, ἔργῳ Ἄρηος,
εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλεύθερον Ἑλλάδι κόσμον
ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου.

50. SIMONIDIS.

Hanc olim Græci vi manuum, opere Martis,
audaci animi impetui obtemperantes,
Persas quum-expulissent, libertatis ornatum Græciæ
statuerunt aram Jovis Liberatoris.

51. ΑΔΗΛΟΝ.

Μῆτερ ἐμὴ Γαῖη, Φρυγίων θρέπτειρα λεόντων,
Δίνδυμον ἧς μύσταις οὐκ ἀπάτητον ὄρος,
σοὶ τάδε θῆλυς Ἄλεξις ἑῆς οἰστρήματα λύσσης
ἄνθετο, χαλκοτύπου παυσάμενος μανίης,
κύμβαλά τ' ὀξύφθογγα, βαρυφθόγγων τ' ἀλαλητὸν
αὐλῶν, οὓς μόσχου λοξὸν ἑκαμψε κέρας,
τυμπανά τ' ἠχήεντα, καὶ αἵματι φοινιχθέντα
φάσγανα, καὶ ξανθὰς, τὰς πρὶν ἔσεισε, κόμας.

51. INCERTI.

O mater mea Tellus, Phrygiorum nutrix leonum,
cujus mystis Dindymus mons non incalcatus,
tibi hos semivir Alexis sui insaniæ-instrumenta furoris
dedicavit, ære-pulso-excitata cessans a-rabie,
cymbala acuti-soni, gravisque-vocis jubilum
tibiarum, quas vituli obliquum flexit cornu,
et tympana sonora, et sanguine rubro-infectos
gladios, et flavas, quas pridem jactavit, comas.

Resque tuas tibi dicit habe : viduata cubili
Bina quater vitæ computo lustra meæ.
Dona tua abjicio, Venerisque revertor ad actus :
Plus annis in me namque Cupido valet.

48. [INCERTI,]

ejusdem argumenti.

Hunc radium, tenues solitum percurrere telas,
Palladi nunc Bitto dedicat, arma famis,
Artifices lanæ mulier pertæsa labores,
Et percurrentes stamina lassa manus,
Da veniam, dixit, Tritonia : Cypridos actus
Præfero; judicium est hoc mihi, quod Paridi.

49. DONARIUM APOLLINI,

ab Achille.

Ære tripus solido Pythus penetralibus adsto,
Februa quem faciens Patroclo sacravit Achilles.

DONARIUM DIOMEDIS.

Tydides dedit hoc Diomedes voce tremendus,
Cum vicisset equis Phryxei ad littora ponti.

50. SIMONIDÆ.

Grajugenæ cordis generosi jussa secuti,
Intrepida Persas cum pepulere manu,
Assertæ patriæ decus en altare datori
Hoc Libertatis constituere Jovi.

51. INCERTI.

Nostra parens Phrygios nutris quæ Terra leones,
Cujus sunt semper Dindyma plena choris,
Semivir ista sui dicat arma furoris Alexis,
Ut quatere insana desiit arma manu :
Argutos strepitus edentia cymbala; quæque
Grande sonant flatu cornua curva bovis;
Tympanaque et multo maculatum sanguine ferrum,
Et flavas, solitus quas agitare, comas.

Ἵλαος, ὦ δέσποινα, τὸν ἐν νεότητι μανέντα,
γηραλέον προτέρης παῦσον ἀγριοσύνης.

Propitia, o domina, hunc-qui in juventute insanivit,
senem a priore libera feritate.

52. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οὕτω τοι, μελία ταναά, ποτὶ κίονα μακρὸν
ἧσο, Πανομφαίῳ Ζηνὶ μένουσ' ἱερά·
ἤδη γὰρ χαλκός τε γέρων, αὐτά τε τέτρυσαι
πυκνὰ κραδαινομένα δαΐῳ ἐν πολέμῳ.

52. SIMONIDIS.

Sic igitur, fraxine procera, ad columnam longam
inclinata-sis, Panomphæo Jovi manens sacra:
jam enim et æs vetus, ipsaque contrita-es
sæpe quassata in hostili bello.

53. ΒΑΚΧΥΛΙΔΟΥ.

Εὔδημος τὸν νηὸν ἐπ' ἀγροῦ τόνδ' ἀνέθηκεν
τῷ πάντων ἀνέμων πιστοτάτῳ Ζεφύρῳ·
εὐξαμένῳ γάρ οἱ ἦλθε βοαθόος, ὄφρα τάχιστα
λικμήσῃ πεπόνων καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

53. BACCHYLIDIS.

Eudemus hanc ædiculam in agro statuit
omnium ventorum tidissimo Zephyro:
precato enim ei venit auxiliator, ut quam-citissime
fructum ventilando-separaret maturis ab aristis.

54. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Τὸν χαλκοῦν τέττιγα Λυκωρείῃ Λοκρὸς ἀνάπτει
Εὔνομος, ἀθλοσύνας μνᾶμα φιλοστεφάνου.
Ἦν γὰρ ἀγὼν φόρμιγγος· ὁ δ' ἀντίος ἵστατο Πάρθις·
ἀλλ' ὅτε δὴ πλάκτρῳ Λοκρὶς ἔκρεξε χέλυς,
βραγχὺν τετριγυῖα λύρας ἀπεκόμπασε χορδά·
πρὶν δὲ μέλος σκάζειν εὔποδος ἁρμονίας,
ἄβρὸν ἐπιτρύζων κιθάρας ὕπερ ἕζετο τέττιξ,
καὶ τὸν ἀποιχομένου φθόγγον ὑπῆλθε μίτου,
τὰν δὲ πάρος λαλαγεῦσαν ἐν ἄλσεσιν ἀγρότιν ἀχὼ
πρὸς νόμον ἁμετέρας τρέψε λυροκτυπίας.
Τῷ σε, μάκαρ Λητῷε, τεῷ τέττιγι γεραίρει,
χάλκεον ἱδρύσας ᾠδὸν ὑπὲρ κιθάρας

54. PAULI SILENTIARII.

Æneam cicadam Lycorensi *Apollini* Locrus dicat
Eunomus, certaminis coronam-amantis monumentum.
Erat enim commissio citharæ, et adversarius stabat Parthis;
sed quando plectro Locra insonuit testudo,
raucum stridens crepuit-fissa lyræ chorda; [harmoniæ,
priusquam vero claudicaret carmen pedibus-modulatæ
tenerum accinens super citharam sedebat cicada,
et in perditi sonum successit *ipsa* fili (*chordæ*),
atque prius strepentem in lucis agrestem echo (*vocem*)
ad modum nostræ-lyram-pulsandi-artis convertit.
Quamobrem te, beate fili-Latonæ, tua cicada honorat *Eu-*
næam statuens cantricem super citharam. [*nomus*,

55. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΒΟΚΑΛΛΟΥ.

Πειθοῖ καὶ Παφίᾳ πακτὰν καὶ κηρία σίμβλων
τᾶς καλυκοστεφάνου νυμφίος Εὐρυνόμας
Ἑρμοφίλας ἀνέθηκεν ὁ βωκόλος· ἀλλὰ δέχεσθε
ἀντ' αὐτᾶς πακτὰν, ἀντ' ἐμέθεν τὸ μέλι.

55. JOANNIS BARBUCALLÆ.

Suadæ et Paphiæ caseum-mollem et favos alveorum
rosis-coronatæ sponsus Eurynomæ
Hermophilas dedicavit bubulcus: accipite igitur
pro illa caseum, pro me autem mel.

Tu, Dea, tu clemens hunc, cui lymphata juventa est,
Liber ab hac facias sit feritate senex.

52. SIMONIDÆ.

Nixa super celsam sic sta gravis hasta columnam,
Clara gubernanti sidera sacra Jovi.
Et ferrum vetus est et trita laboribus ipsa,
Belligera toties quippe vibrata manu.

53. BACCHYLIDIS.

Ventorum Zephyrus pinguissimus hoc sibi fanum
Eudemi dono possidet agricolæ.
Namque is dum fruges Cerealis ventilat arvi,
Illius egregiam flamine sensit opem.

54. PAULI SILENTIARII.

Dedicat hanc Phœbo Locrus Eunomus ære cicadam,
Non sine divina qui fide vicit ope.
Cum commissus ei fuit in certamine Parthis,
Nam Locra vix sonuit pectine tacta chelys,
Absiluit rauco ruptus modulamine nervus:
Sed ne parte sui clauda Camena foret,
Insedit citharæ tenera cum voce cicada,
Proque dedit chorda deficiente sonum;
Quæque prius nemorum cantare solebat in umbris,
Cœpit cum lyricis fœdus inire modis.
Propterea tibi, Phœbe, datur tua parva volucris
Ærea, quæ citharam stat bene facta super.

55. JOHANNIS POETÆ BARBUCALLI.

Suadelæ Venerique favos cum lacte coacto
Suave coronatæ vir dedit Eurynomes,
Hermophiles pastor: vos Divæ roscida mella
Pro me, pro domina lac capitote mea.

56. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΙΚΟΥ.

Κισσοκόμαν Βρομίῳ Σάτυρον σεσαλαγμένον οἴνῳ
ἀμπελοεργὸς ἀνὴρ ἄνθετο Ληναγόρας·
τῷ δὲ καρηβαρέοντι δορὴν, τρίχα, κισσὸν, ὀπώρην,
πάντα λέγοις μεθύειν, πάντα συνεκλέλυται·
καὶ φύσιν ἀφθόγγοισι τύποις μιμήσατο τέχνη,
ὕλης ἀντιλέγειν μηδὲν ἀνασχομένης.

57. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Σοὶ τόδε πενταίχμοισι ποδῶν ὡπλισμένον ἀκμαῖς,
ἀκροχανὲς, φοινῷ κρατὶ συνεξερύσας,
ἄνθετο δέρμα λέοντος ὑπὲρ πίτυν, αἰγιπόδη Πὰν,
Τεῦκρος Ἄραψ, καὐτὰν ἀγρότιν αἰγανέαν.
Αἰχμῇ δ' ἡμιβρῶτι τύποι μίμνουσιν ὀδόντων,
ἃ ἔπι βρυχητὰν θὴρ ἐκένωσε χόλον.
Ὑδριάδες Νύμφαι δὲ σὺν ὑλονόμοισι χορείαν
στᾶσαν, ἐπεὶ καὐτὰς πολλάκις ἐξεφόβει.

58. ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΒΟΛΒΥΘΙΩΤΟΥ.

Λέκτρα μάτην μίμνοντα καὶ ἀπρήκτου σκέπας εὐνῆς
ἄνθετο σοὶ, Μήνη, σὸς φίλος Ἐνδυμίων,
αἰδόμενος· πολιὴ γὰρ ὅλου κρατέουσα καρήνου
οὐ σώζει προτέρης ἴχνιον ἀγλαΐης.

59. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τῇ Παφίῃ στεφάνους, τῇ Παλλάδι τὴν πλοκαμίδα,
Ἀρτέμιδι ζώνην ἄνθετο Καλλιρόη·
εὗρετο γὰρ μνηστῆρα τὸν ἤθελε, καὶ λάχεν ἥβην
σώφρονα, καὶ τεκέων ἄρσεν ἔτικτε γένος.

60. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἀντὶ βοὸς χρυσέου τ' ἀναθήματος Ἴσιδι τούσδε
θήκατο τοὺς λιπαροὺς Παμφίλιον πλοκάμους·
ἡ δὲ θεὸς τούτοις γάνυται πλέον, ἤπερ Ἀπόλλων

56. MACEDONII CONSULARIS.

Hedera-redimitum Satyrum, commotum vino, Baccho
vir vinitor dedicavit Lenagoras : [fruges,
illi autem ebrietate-nutanti pellem, crinem, hederam,
omnia dicas ebria-esse : omnia simul-soluta-sunt,
atque naturam mutis signis imitata-est ars,
materia obloqui minime audente.

57. PAULI SILENTIARII.

Tibi hanc quinque-cuspidum aciebus pedum armatam,
in-summo-hiantem, una-cum rufo capite detractam
pellem leonis dedicavit in-summa pinu, capripes Pan,
Teucer Arabs, atque ipsum agreste venabulum.
In lancea autem semicomesa vestigia manent dentium,
in quam frendentem fera effudit iram.
Fluviatiles vero Nymphæ cum silvicolis choream
instituerunt, quoniam et ipsas sæpe exterrebat.

58. ISIDORI SCHOLASTICI BOLBYTHIOTÆ.

Lectum frustra manentem et infecti stragulum concubitus
dedicavit tibi, Luna, tuus amicus Endymion,
cum-pudore : nam canities totum occupans caput
non servat pristinæ vestigium pulchritudinis.

59. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Paphiæ *deæ* coronas, Palladi comarum-plexum,
Dianæ zonam dedicavit Callirhoe.
reperit enim procum quem volebat, et nacta-est juventam
temperantem, et liberorum masculam pariebat sobolem

60. PALLADÆ

Pro bove et aureo donario Isidi hosce
dedicavit Pamphilion unctos cincinnos;
dea vero his gaudet magis quam Apollo

---

56. MACEDONII CONSULIS.

Plenum rore tuo Satyrum, redimite corymbis
Evie, vitis amans dat tibi Lenagoras.
Aspicis ut marcent hederæ, cutis, uva, capilli,
En ut cuncta notas ebrietatis habent.
Naturam mutis ars est imitata figuris :
Materia est digitis ausa negare nihil.

57. PAULI SILENTIARII.

Has tibi, quas quino munitas ungue leoni
Abstulit exuvias sanguineumque caput,
Hac, Pan semicaper, pinus sub fronde reponens,
Addit agreste simul missile Teucer Arabs.
Nunc quoque signa manent semesa in cuspide dentis,
Quam tulit in partem se trucis ira feræ.
Tunc cum silvicolis Nymphæ saltatis aquarum,
Non semel illius territa turba minis.

58. ISIDORI ORATORIS.

Hos sine amore toros, et inertis strata cubilis,
Luna, tibi Endymion dedicat ille tuus :
Quam pudet, albentes quod per caput omne capilli
De veteri forma nil superesse sinunt!

59. AGATHIÆ ORATORIS.

Serta dat hæc Veneri, desectos Palladi crines,
Callirhoe zonam, Delia diva, tibi :
Quod vir ei, qualem voluit; transacta pudice
Ætas, et geniti pignora cara mares.

60. PALLADÆ.

Isidi Pamphilium pro magni ponderis auro,
Pro bove florentes dat speciosa comas.
Has oluris Dea magna facit, quam fecit Apollo

χρυσῷ, ὃν ἐκ Λυδῶν Κροῖσος ἔπεμψε θεῷ.

61. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ ξυρὸν οὐράνιον, ξυρὸν ὄλβιον, ᾧ πλοκαμῖδας
κειραμένη πλεκτὰς ἄνθετο Παμφίλιον,
οὔ σέ τις ἀνθρώπων χαλκεύσατο· πὰρ δὲ καμίνῳ
Ἡφαίστου, χρυσέην σφῦραν ἀειραμένη
ἡ λιπαροκρήδεμνος, ἵν' εἴπωμεν καθ' Ὅμηρον,
χερσί σε ταῖς ἰδίαις ἐξεπόνησε Χάρις.

62. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Κυκλοτερῆ μόλιβδον, σελίδων σημάντορα πλευρῆς,
καὶ σμίλαν, δονάκων ἀκροβελῶν γλυφίδα,
καὶ κανονῖδ' ὑπάτην, καὶ τὴν παρὰ θῖνα κίσηριν,
αὐχμηρὸν πόντου τρηματόεντα λίθον,
Καλλιμένης Μούσαις, ἀποπαυσάμενος καμάτοιο,
θῆκεν, ἐπεὶ γήρᾳ κανθὸς ἐπεσκέπετο.

63. ΔΑΜΟΧΑΡΙΔΟΣ.

Γραμμοτόκῳ πλήθοντα μελάσματι κυκλομόλιβδον
καὶ κανόνα γραφίδων ἰθυτάτων φύλακα,
καὶ γραφικοῖο δοχεῖα κελαινοτάτοιο ῥεέθρου,
ἄκρα τε μεσσοτόμους εὐγλυφέας καλάμους,
τρηχαλέην τε λίθον, δονάκων εὐθηγέα κόσμον,
ἔνθα περιτριβέων ὀξὺ χάραγμα πέλει,
καὶ γλύφανον καλάμου, πλατέος γλωχῖνα σιδήρου,
ὅπλα σοὶ ἐμπορίης ἄνθετο τῆς ἰδίης
κεκμηὼς Μενέδημος ὑπ' ἀχλύος ὄμμα παλαιὸν,
Ἑρμεία· σὺ δ' ἀεὶ φέρβε σὸν ἐργατίνην.

64. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Γυρὸν κυανέης μόλιβδον σημάντορα γραμμῆς,
καὶ σκληρῶν ἀκόνην τρηχαλέην καλάμων,
καὶ πλατὺν ὀξυντῆρα μεσοσχιδέων δονακήων,

auro *illo* quod a Lydis Crœsus misit deo.

61. EJUSDEM.

O novacula cœlestis, novacula beata, qua detonsos
capillos plexos dicavit Pamphilion,
non te aliquis mortalium procudit, sed apud focum
Vulcani, aureum malleum tollens,
splendenti-infulâ-ornata, ut secundum Homerum loquamur,
propriis te manibus elaboravit Gratia.

62. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Plumbum rotundum, quod foliorum signat latus,
et cultellum qui calamorum acutam-cuspidem fingit,
et regulam summam, et illum ad litora pumicem,
aridum ponti multicavum lapidem,
Callimenes Musis, desinens a-labore,
posuit, quia senectute oculus obvelabatur.

63. DAMOCHARIDIS.

Literas-parientis nigroris plenum plumbum-rotundum,
et regulam, stilorum ut-sint-rectissimi custodem,
et scriptorii receptacula nigerrimi fluenti,
et in-summo medios-fissos, affabre-sectos calamos,
et asperum lapidem, arundinum bene-acuens ornamentum,
ubi obtusarum acris affrixu-acuminatio fit,
et scalprum calami, lati aciem ferri,
hæc instrumenta tibi commercii sui dedicavit
Menedemus, fesso sub nebula oculo vetulo,
Mercuri : tu autem semper pasce tuum operarium.

64. PAULI SILENTIARII.

Rotundum cyaneæ plumbum indicem lineæ,
et durorum cotem asperam calamorum (*pumicem*),
et latum instrumentum-acuens fissas-in-medio arundines,

Quas dives Crœsi regia misit opes.

61. EJUSDEM,

de re eadem.

O cœlo delapsa novacula, qua sibi dempsit
Pamphilium pulchras hic positura comas,
Mortalis te nemo faber, sed finxit ab auro
Malleus ad flammas antraque Mulciberi,
Quem redimita comas, qualem descripsit Homerus,
Sustulit ipsa sua Gratia pulchra manu.

62. PHILIPPI.

Particulam plumbi teretem, qua charta notatur,
Cultellumque, aciem qui dat arundinibus,
Regula queis se dat comitem cum pumice lævi,
Multiforem sævi quem maris acta dedit,
Callimenes Musis sacrat hæc, ut desiit artem
Fessa tenebrosus lumina præ senio.

63. DAMOCHARIDIS.

Fœta figurarum quod pingit sæpia plumbum,
Cui monstrat certam regula juncta viam,
Et nigrum capiunt quæ dolia parva liquorem,
Et calamos bifidi qui decus oris habent,
Et duram silicem calamis quæ donat acumen,
Cum male detrita litera parte fluit,
Et latum calamos aptat quod cuspide ferrum :
Hæc operis longi dedicat arma tibi,
Lumina jam tectus Menedemus nocte senili :
Artificem, Maja tu sate, pasce tuum.

64. PAULI SILENTIARII.

Cæruleas plumbum solitum signare figuras,
Et silicem calamus quem vice cotis habet,

καὶ κανόνα γραμμῆς ἰθυπόρου ταμίην,
καὶ χρόνιον γλυπτοῖσι μέλαν πεφυλαγμένον ἄντροις,
καὶ γλυφίδας καλάμων ἄκρα μελαινομένων,
Ἑρμείῃ Φιλόδημος, ἐπεὶ χρόνῳ ἐκκρεμὲς ἤδη
ἦλθε κατ' ὀφθαλμῶν ῥυσὸν ἐπισκύνιον.

65. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν τροχόεντα μόλιβδον, ὃς ἀτραπὸν οἶδε χαράσσειν
ὀρθὰ παραξύων ἰθυτενῆ κανόνα,
καὶ χάλυβα σκληρὸν καλαμηφάγον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν
ἡγεμόνα γραμμῆς ἀπλανέος κανόνα,
καὶ λίθον ὀκριόεντα, δόναξ ὅθι δισσὸν ὀδόντα
θήγεται ἀμβλυνθεὶς ἐκ δολιχογραφίης,
καὶ βυθίην Τρίτωνος ἁλιπλάγκτοιο χαμεύνην,
σπόγγον, ἀκεστορίην πλαζομένης γραφίδος,
καὶ κίστην πολύωπα μελανδόχον, εἰν ἑνὶ πάντα
εὐγραφέος τέχνης ὄργανα ῥυομένην,
Ἑρμῇ Καλλιμένης, τρομερὴν ὑπὸ γήραος ὄκνῳ
χεῖρα καθαρμόζων ἐκ δολιχῶν καμάτων.

66. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄβροχον ἀπλανέος μόλιβδον γραπτῆρα κελεύθου,
ἧς ἔπι ῥιζοῦται γράμματος ἁρμονίη,
καὶ κανόνα τροχαλοῖο κυβερνητῆρα μολίβδου,
καὶ λίθακα τρητὴν σπόγγῳ ἐειδομένην,
καὶ μέλανος σταθεροῖο δοχήϊον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν
εὐγραφέων καλάμων ἀκροβαφεῖς ἀκίδας,
σπόγγον, ἁλὸς βλάστημα, χυτῆς λειμῶνα θαλάσσης,
καὶ χαλκὸν δονάκων τέκτονα λεπταλέων,
ἐνθάδε Καλλιμένης φιλομειδέσιν ἄνθετο Μούσαις,
γήραϊ κεκμηὼς ὄμματα καὶ παλάμην.

67. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧΩΝ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Ἀκλινέας γραφίδεσσιν ἀπιθύνοντα πορείας

et regulam lineæ rectæ curatricem,
et diu servatum in excavatis atramentum antris,
et crenas calamorum in-summo nigratorum,
Mercurio Philodemus *dedicavit*, quoniam tempore jam
in oculos descendit rugosum supercilium. [pendens

65. EJUSDEM.

Rotundum plumbum, quod viam scit incidere
rectâ radens directam regulam,
et chalybem durum calamos-rodentem, sed et ipsam
ducem lineæ non-aberrantis regulam,
et lapidem asperum, arundo ubi duplicem dentem
suum-acuit hebetata ex longa-scriptura,
et profundum Tritonis mare-pervagantis cubile,
spongiam, remedium errore-labentis stili,
et cistam multiforam atramento-recipiendo, in uno omnia
bene-scribentis artis instrumenta servantem,
Mercurio Callimenes *dedicavit*, tremulam a senectute otio
manum reponens post longos labores.

66. EJUSDEM.

Non-rigatum haud-aberrantis plumbum delineatorem viæ,
in qua ut-radice-fundatur scripturæ æquabilitas,
et regulam rotundi gubernatricem plumbi,
et lapidem perforatum spongiæ similem,
et nigredinis permanentis receptaculum, imo et ipsorum
bene-scribentium calamorum acies superne-tinctas,
spongiam, maris progeniem, liquidi ponti pratum,
et æs, arundinum artificem tenuium,
hic Callimenes libenter-subridentibus dedicavit Musis,
senectute fessus oculis et palma.

67. JULIANI EX PRÆFECTIS ÆGYPTII.

Non-declinantes stilis dirigens vias

Et latum chalybem qui donat acumine cannam,
Et quæ lineolas regula justa regit,
Et veterem nigrum laticem quem sculpta caverna
Occulit, et calami quem bibit asper apex,
Mercurio donat Philodemus, cui gravis ætas
Rugosa texit lumina pellicula.

65. EJUSDEM.

Orbiculum plumbi qui radere novit amussim,
Et rectam cœpit quam semel ire viam,
Et durum chalybem quo canna voratur, amussi
Cum duce, quam gaudet litera ducta sequi,
Et sævum lapidem, geminos spicatur arundo
Quo dentes, hebuit si qua notando diu,
Quæque cubile fuit Tritonis spongia somno,
Non bene scripta sua qui medicatur ope,
Multiforemque arcam quæ cum loligine totum,
Quo pulchrum scribens indiget, intus habet,
Dat tibi Callimenes, Majæ puer, otia postquam
Accepit senio jam tremebunda manus.

66. EJUSDEM.

Siccum, errore vagans quo figitur orbita, plumbum,
Unde capit certos litera picta modos,
Quæque regit plumbi moderatrix regula cursum,
Multiforisque velut spongia scabra silex,
Urceolusque atra loligine plenus, et illa
Quæ leviter summa cuspide canna madet,
Spongiaque ipsa maris diffusum gurgite pratum,
Et faber argutis culter arundinibus;
Omnia Callimenis data sunt pietate Camenis,
Jam senio fracti lumina, jamque manus.

67. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere præfectorum Augustalium.

Hoc plumbum, quod scripta vetat deflectere justo

τόνδε μόλιβδον ἄγων, καὶ μολίβου κανόνα
σύνδρομον ἡνιοχῆα, πολυτρήτου τ' ἀπὸ πέτρης
λᾶαν, ὃς ἀμβλεῖαν θῆγε γένυν καλάμου,
σὺν δ' αὐτοῖς καλάμοισι μέλαν, μυστήρια φωνῆς
ἀνδρομέης, σμίλης τ' ὀξυτόμον κοπίδα,
Ἑρμείῃ Φιλόδημος, ἐπεὶ χρόνος ὄμματος αὐγὴν
ἀμβλύνας παλάμῃ δῶκεν ἐλευθερίην.

68. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὔλακας ἰθυπόρων γραφίδων κύκλοισι χαράσσων
ἄνθεμά σοι τροχόεις οὗτος ἐμὸς μόλιβος,
καὶ μολίβῳ χρωστῆρι κανὼν τύπον ὀρθὸν ὀπάζων,
καὶ λίθος εὐσχιδέων θηγαλέη καλάμων,
σὺν καλάμοις ἄγγος τε μελανδόκον, οἷσι φυλάσσει
αἰὼν ἐσσομένοις γῆρυν ἀποιχομένων·
δέχνυσο καὶ γλυπτῆρα σιδήρεον, ᾧ θρασὺς Ἄρης
σὺν Μούσαις ἰδίην δῶκε διακτορίην,
Ἑρμείη· σὰ γὰρ ὅπλα· σὺ δ' ἀδρανέος Φιλοδήμου
ἴθυνε ζωὴν, λειπομένοιο βίου.

69. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Νῆα Ποσειδάωνι πολύπλανος ἄνθετο Κράντας,
ἔμπεδον ἐς νηοῦ πέζαν ἐρεισάμενος,
αὔρης οὐκ ἀλέγουσαν ἐπὶ χθονός· ἧς ἔπι Κράντας
εὐρὺς ἀνακλινθεὶς ἄτρομον ὕπνον ἔχει.

70. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νῆά σοι, ὦ πόντου βασιλεῦ καὶ κοίρανε γαίης,
ἀντίθεμαι Κράντας, μηκέτι τεγγομένην,
νῆα, πολυπλανέων ἀνέμων πτερὸν, ἧς ἔπι δειλὸς
πολλάκις ὠϊσάμην εἰσελάαν Ἀΐδῃ·
πάντα δ' ἀπειπάμενος, φόβον, ἐλπίδα, πόντον, ἀέλλας,
πιστὸν ὑπὲρ γαίης ἴχνιον ἡδρασάμην.

71. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Σοὶ τὰ λιποστεφάνων διατίλματα μυρία φύλλων,

hoc plumbum ferens, et regulam plumbi
comitem aurigam, et a multifora petra
lapidem, qui hebetem acuebat genam calami,
cumque ipsis calamis nigredinem, mysteria vocis
humanæ, et scalpri acuens cultrum, [lucem
Mercurio Philodemus *dedicavit*, quoniam tempus, oculi
hebetans, palmæ dedit libertatem.

68. EJUSDEM.

Sulcos recta-gradientum stilorum circulis *suis* incidens
rotundum hoc meum plumbum, tibi munus,
et plumbo tingenti typum justum dans regula,
et lapis bene-fissos acuens calamos, [servat
unaque-cum calamis et vas nigredini-recipiendæ, quibus
longum-ævum posteris vocem defunctorum, *accipe;*
accipe etiam scalptorem ferreum, cui audax Mars
cum Musis proprium dedit munus,
Mercuri : tua *sunt* enim arma; tu vero debilis Philodemi
rege vitam, deficiente victu.

69. MACEDONII CONSULIS.

Navem Neptuno vagus dedicavit Crantas,
firmam in templi crepidine statuens,
quæ *jam* auram non curat in terra; in qua *terra* Crantes
latus decumbens intrepidum somnum habet.

70. EJUSDEM.

Navem tibi, o ponti rex et dominator terræ,
dedico Crantas, non-amplius tinctam,
navem, multum-vagantium ventorum alam, in qua miser
sæpe præsagiebam *me* ingressurum Orcum :
sed cunctis renuncians, metui, spei, ponto, procellis,
fidum super terra vestigium stabilivi.

71. PAULI SILENTIARII

Tibi hæc ex-coronis folia mille discerpta,

Limite, cui consors semper amussis adest,
Dux eademque viæ, lapidemque e rupe forata,
Qui calami obtusas non sinit esse genas,
Et calamos potumque nigrum, mysteria vocis
Humanæ, et chalybem scindere non hebetem,
Mercurio Philodemus, habet quia tempore longo
Offusos oculos, et vacat inde manus.

68. EJUSDEM.

Quæ solet in charta directos ducere sulcos,
Hæc semesa tibi plumbea gleba datur;
Quæque coloranti plumbo dat regula formam,
Quique acuit calami rostra retusa lapis;
Cum calamis potusque simul niger : his dare tempus
Venturis ævi dicta prioris amat;
Accipe et hoc scalprum, cui Mars ferus Aonidumque
Turba ministerium quisque dedere suum.
Nam tua sunt arma hæc, Cylleuie. Tu Philodemi
Jam vitam quæstu deficiente rege.

69. MACEDONII CONSULIS.

Nauta ratim Crantes Neptuno rite sacravit,
Immotamque pia fixit in æde solo,
Spernentem ventos Crantes porrectus in ipsa
Quantus erat somno nil metuente jacet.

70. EJUSDEM,

de eodem.

Terrarum domitor, regnator magne profundi,
Hæc datur a Crante jam tibi sicca ratis,
Ventorum levis ala prius, qua sæpe timebam
Ditis ad horrendi pallida regna vehi.
At nunc firma super terras vestigia figo :
Tempestas, pelagus, spesque, metusque, vale.

71. PAULI SILENTIARII.

Has tibi discerptas in partes mille coronas

σοὶ τὰ νοοπλήκτου κλαστὰ κύπελλα μέθης,
ῥόστρυχα σοὶ τὰ μύροισι δεδευμένα, τῇδε κονίῃ
σκῦλα ποθοβλήτου κεῖται Ἀναξαγόρα,
σοὶ τάδε, Λαΐς, ἅπαντα· παρὰ προθύροις γὰρ ὁ δειλὸς
τοῖσδε σὺν ἀκρήβαις πολλάκι παννυχίσας,
οὐκ ἔπος, οὐ χαρίεσσαν ὑπόσχεσιν, οὐδὲ μελιχρῆς
ἐλπίδος ὑβριστὴν μῦθον ἐπεσπάσατο·
φεῦ φεῦ, γυιοτακὴς δὲ λιπὼν τάδε σύμβολα κώμων,
μέμφεται ἀστρέπτου κάλλεϊ θηλυτέρης.

tibi hæc insanæ confracta pocula ebrietatis,
capilli tibi hi unguentis delibuti, hoc in-pulvere
spolia amore-tacti jacent Anaxagoræ,
tibi hæc, Lais, omnia. Ad vestibula enim miser
hæc cum adolescentulis sæpe pernoctans,
non verbum, non gratam promissionem, nec mellea
spei sermonem superbum abstulit-sibi:
heu, heu! sed enervatus, relictis his signis comissationum,
maledicit inflexibilis pulchritudini feminæ.

72. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἶδον ἐγὼ τὸν πτῶκα καθήμενον ἐγγὺς ὀπώρης
βακχιάδος, πουλὺν βότρυν ἀμεργόμενον·
ἀγρονόμῳ δ' ἀγόρευσα, καὶ ἔδρακεν· ἀπροϊδὴς δὲ
ἐγκέφαλον πλήξας ἐξεκύλισε λίθῳ.
Εἶπε δὲ καὶ χαίρων ὁ γεωπόνος· « ἆ τάχα Βάκχῳ
« λοιβῆς καὶ θυέων μικτὸν ἔδωκα γέρας. »

72. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Vidi ego leporem sedentem prope fruges
bacchicas, multam uvam decerpentem;
agri-cultori autem indicavi, et vidit: improvisus vero
cerebrum *ei* jaculatus excussit lapide.
Dixitque inde gaudens agricola: « Ah! forte Baccho
libationis et sacrificii mixtum dedi munus. »

73. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Δάφνις ὁ συρικτὰς τρομερῷ περὶ γήραϊ κάμνων,
χειρὸς ἀεργηλᾶς τάνδε βαρυνομένας
Πανὶ φιλαγραύλῳ νομίαν ἀνέθηκε κορύναν,
γήραϊ ποιμενίων παυσάμενος καμάτων.
Εἰσέτι γὰρ σύριγγι μελίσδομαι, εἰσέτι φωνὰ
ἄτρομος ἐν τρομερῷ σώματι ναιετάει.
Ἀλλὰ λύκοις σίντῃσιν ἀν' οὔρεα μή τις ἐμεῖο
κἰπόλος ἀγγείλῃ γήραος ἀδρανίην.

73. MACEDONII CONSULIS.

Daphnis tibicen, tremula senectute laborans,
manu molesto-otio gravata, hanc
Pani agros-amanti rusticam dedicavit clavam,
per-senectutem a-pastoralibus desistens laboribus.
Adhuc enim tibia modulor, adhuc vox
sine-tremore in tremulo corpore habitat.
Verum lupis raptoribus per montes ne quis meæ
caprarius nunciet senectutis infirmitatem.

74. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Βασσαρὶς Εὐρυνόμη σκοπελοδρόμος, ἥ ποτε ταύρων
πολλὰ τανυκραίρων στέρνα χαραξαμένη,
ἡ μέγα καγχάζουσα λεοντοφόνοις ἐπὶ νίκαις,
παίγνιον ἀτλήτου θηρὸς ἔχουσα κάρη,
ἱλήκοις, Διόνυσε, τεῆς ἀμέλησα χορείης,
Κύπριδι βακχεύειν μᾶλλον ἐπειγομένη.

74. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Baccha Eurynome scopulos-percurrens, quæ olim tauro-
longis-cornibus multa pectora laceravi, [rum
ego illa alte cachinnans leones-occidentibus in victoriis,
lusum habens non-sustinendæ feræ capita,
(propitius-sis, Bacche!) tuam saltationem neglexi,
Veneri potius bacchari festinans.

Turbantisque animum pocula fracta meri,
Hos madidos nardo, nunc fœdos pulvere, crines
Æger amore tuo jecit Anaxagoras.
Cuncta tibi, tibi Laï: tuo nam limine sæpe
Cum juvenum cœtu pervigil ille miser,
Non placidum salve, non pollicitantia dicta,
Non quæ spem possint ludere, verba tulit:
Fessus at ista sui monumenta reliquit amoris
Multa querens sexus dulcis amaritiem.

72. AGATHIÆ ORATORIS.

Uvifera leporem vidi sub fronde sedentem
Calcantemque suo Bacchica dona pede:
Quem simul aspexit me significante colonus
Effregit saxo nil miserante caput.
Addidit exsultans: En ut libamine mixto
A me cæsa tibi victima, Bacche, datur.

73. MACEDONII CONSULIS.

Daphnis arundinibus tritis, et corpore trito,
Hanc, quam vix retinet dextera, pondus iners,
Agricolæ Fauno clavam sacro fessus agrestem,
Pascere quem pecudes curva senecta vetat.
Nunc quoque canto tamen, calamisque immurmuro, nam
In quamvis trepido corpore firma manet. [vox
Sed sævis in monte lupis ne dicite, quæso,
Pastores, senio quam mihi membra labent.

74. AGATHIÆ ORATORIS.

Bassaris Eurynome, solis dum montibus errat
Pectora magnorum docta ferire boum,
Ob domitos immane solens ridere leones,
Et sectum manibus ludificare caput,
Da veniam, Lenæe, tuas oblita choreas
Ad Veneris lusus jam nova Mænas eo.

Θῆκα δὲ σοὶ τάδε ῥόπτρα· παραῤῥίψασα δὲ κισσὸν,
χεῖρα περισφίγξω χρυσοδέτῳ σπαταλῃ.

75. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ἄνδροκλος, ὦπολλον, τόδε σοὶ κέρας, ᾧ ἐπὶ πουλὺν
θῆρα βαλὼν, ἄγρας εὔσκοπον εἶχε τύχην.
Οὔποτε γὰρ πλαγκτὸς γυρᾶς ἐξᾶλτο κεραίας
ἰὸς ἐπ' ἠλεμάτῳ χειρὸς ἐκηβολίᾳ·
ὁσσάκι γὰρ τόξοιο παναγρέτις ἴαχε νευρὰ,
τοσσάκις ἦν ἀγρεὺς ἠέρος ἢ ξυλόχου.
Ἀνθ' ὧν σοὶ τόδε, Φοῖβε, τὸ Λύκτιον ὅπλον ἀγινεῖ,
χρυσείαις πλέξας μείλιον ἀμφιδέαις.

76. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Σὸς πόσις Ἀγχίσης, τοῦ εἵνεκα πολλάκι, Κύπρι,
τὸ πρὶν ἐς Ἰδαίην ἔτρεχες ἠϊόνα,
νῦν μόλις εὗρε μέλαιναν ἀπὸ κροτάφων τρίχα κόψαι,
θῆκε δὲ σοὶ προτέρης λείψανον ἡλικίης.
Ἀλλὰ, θεά, δύνασαι γάρ, ἢ ἡβητῆρά με τεῦξον,
ἢ καὶ τὴν πολιὴν ὡς νεότητα δέχου.

77. ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Οἰνοπότας Ξενοφῶν κενεὸν πίθον ἄνθετο, Βάκχε·
δέχνυσο δ' εὐμενέως· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχει.

78. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ νάκος τόδε, τάν τε κορύναν
ἄνθεσο Πανὶ φίλῳ, Δάφνι γυναικοφίλα.
Ὦ Πάν, δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος· ἴσα γὰρ αὐτῷ
καὶ μολπὰν φιλέεις καὶ δύσερως τελέθεις.

79. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἄσπορα, Πὰν λοφιῆτα, τάδε Στρατόνικος ἀροτρεὺς
ἀντ' εὐεργεσίης ἄνθετό σοι τεμένη. [χώρην
« Βόσκε δ', » ἔφη, « χαίρων τὰ σὰ ποίμνια, καὶ σέο
« δέρκεο τὴν χαλκῷ μηκέτι τεμνομένην.
« Αἴσιον εὑρήσεις τὸ ἐπαύλιον· ἐνθάδε γάρ σοι

Posui autem tibi hæc tympana, hederaque abjecta
manum cingam auro-vincta luxuria (*aureis armillis*).

75. PAULI SILENTIARII.

Androclus, o Apollo, hunc tibi arcum *dedicat*, quo multas
feras jaculatus, venationis faustam habuit fortunam.
Quippe nunquam aberrans curvo exsiluit cornu
sagitta, telo de-manu incassum misso-longinque :
quoties enim arcûs omnia-capiens insonuit nervus,
toties erat venator aeris aut silvæ.
Pro quibus hoc tibi, Phœbe, Lyctium telum affert,
aureis cinctum munus annellis.

76. AGATHIÆ SCHOL.

Tuus conjux Anchises, cujus causa sæpe, Cypri,
olim in Idæum currebas litus,
nunc ægre invenit nigrum quem a temporibus desecaret
posuitque tibi prioris reliquias ætatis. [capillum,
Age igitur, dea, (potes enim,) vel puberem me facito,
vel etiam canitiem ut juventutem accipe.

77. ERATOSTHENIS SCHOLASTICI

Vini-potor Xenophon vacuum dolium dedicavit *tibi*,
accipe benigne; aliud enim nihil habet. [Bacche :

78. EJUSDEM.

Foratas arundines, pellem hanc atque clavam
dedica Pani caro, Daphni mulierum-amator.
O Pan, accipe dona Daphnidis; æque enim ac ille
et cantum amas et infausto-amore flagras.

79. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Non-consitas, o Pan qui-colles-frequentas, Stratonicus
pro beneficio consecravit tibi partes-agri. [arator has
« Pasce, dixit, lætus tuos greges, et tuam terram
« contemplare, ære *aratri* non-jam-amplius scissam
« Faustum invenies stabulum : ibi enim tibi

Hos tibi do baculos; hederis per compita jactis,
Ambibunt nostras aurea vincla manus.

75. PAULI SILENTIARII,

donarium Apollini ab Androclo.

Androclus hoc cornu tibi dat, jaculator Apollo,
Cujus ope innumeras perculit ille feras.
Nam numquam curvo celer exsultavit ab arcu
Falleret ut cupidam missa sagitta manum :
Sed quoties sonitum nervus dedit, ilicet ille
Aut cœlo prædam detulit aut nemore.
Propterea geminis innectens aurea vincla
Finibus, arma dicat Lyctia, Phœbe, tibi.

76. AGATHIÆ ORATORIS.

Vir tuus Anchises, olim quem propter ad Ides
Sæpe cucurristi littora, pulchra Venus;
Has tibi relliquias juveniles dedicat, ægre
Nigrum quem reperit per caput omne pilum.
Aut juvenem me redde precor, Dea, nam potes : aut tu
Canitiem, sicut ver prius illud, ama.

77. ERATOSTHENIS ORATORIS.

Dolia quæ Xenophon tibi, Liber, inania donat,
Sume favens : aliud nil, tibi quod det, habet.

79. AGATHIÆ ORATORIS.

Hæc inculta tibi Stratonico jugera dante,
Pan, bene pro meritis, collis amator, habe.
Pasce tuas hic, inquit, oves : hæc libera tellus,
Nulla timens ferri vulnera, tota tua est.
Hic pecori longe gratissima terra, nec Echo

« Ἠχὼ τερπομένη καὶ γάμον ἐκτελέσει ».

80. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθία ἡ ἐννεάς εἰμι·
ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας ἄνθετο σοὶ, Παφίη·
οὐ γὰρ Πιερίδεσσι τόσον μέλω, ὅσσον Ἔρωτι,
ὄργια τοσσατίων ἀμφιέπουσα πόθων.
Αἰτεῖ δ' ἀντὶ πόνων, ἵνα οἱ διὰ σεῖο παρείη
ἤ τινα μὴ φιλέειν, ἢ ταχὺ πειθομένην.

81. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ἀσπίδα ταυρείην, ἔρυμα χροὸς, ἀντιβίων τε
πολλάκις ἐγχείην γευσαμένην χολάδων,
καὶ τὸν ἀλεξιβέλεμνον ἀπὸ στέρνοιο χιτῶνα,
καὶ κόρυν ἱππείαις θριξὶ δασυνομένην
ἄνθετο Λυσίμαχος γέρας Ἄρεϊ, γηραλέον νῦν
ἀντὶ πανοπλίης βάκτρον ἀμειψάμενος.

82. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὐλοὺς Πανὶ Μελίσκος· ὁ δ' ἔννεπε μὴ γέρας αἴρειν
τούτοις· « Ἐκ καλάμων οἶστρον ἐπεσπασάμην. »

83. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Τὴν κιθάρην Εὔμολπος ἐπὶ τριπόδων ποτὲ Φοίβῳ
ἄνθετο, γηραλέην χεῖρ' ἐπιμεμφόμενος,
εἶπε δέ· « Μὴ ψαύσαιμι λύρης ἔτι, μηδ' ἐθελήσω
« τῆς πάρος ἁρμονίης ἐμμελέτημα φέρειν.
« Ἠϊθέοις μελέτω κιθάρης μίτος· ἀντὶ δὲ πλήκτρου
« σκηπανίῳ τρομερὰς χεῖρας ἐρεισάμεθα ».

84. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ζηνὶ τόδ' ὀμφάλιον σάκεος τρύφος, ᾧ ἔπι λαιὰν
ἔσχεν ἀριστεύων, ἄνθετο Νικαγόρας·
πᾶν δὲ τὸ λοιπὸν ἄκοντες, ἰσήριθμός τε χαλάζῃ
χερμὰς καὶ ξιφέων ἐξεκόλαψε γένυς.

« Echo gaudens etiam nuptias perficiet. »

80. EJUSDEM.

Daphniacorum librorum Agathiæ sum enneas :
sed qui me condidit, consecravit tibi, Paphia :
non enim Musis tantum curæ-sum, quantum Amori,
orgia tot amorum complectens.
Precatur autem pro curis, ut per te contingat ipsi
aut non amare aliquam, aut cito morigeram.

81. PAULI SILENTIARII.

Scutum taurinum, corporis tutelam, et quæ hostium
sæpe gustavit viscera, hastam
et tela-prohibentem a pectore thoracem,
galeamque equinis crinibus densam
dedicavit Lysimachus donarium Marti, senili nunc
baculo cum gravi-armatura commutato.

82. EJUSDEM.

Tibias Pani Meliscus *dedicat;* at ille dixit se non tollere
his *verbis :* « E fistulis furorem imbibi. » [munus

83. MACEDONII CONSULIS.

Citharam Eumolpus Phœbo in tripodibus olim
dedicavit, senilem manum despiciens,
et dixit : « Ne tetigerim porro lyram, neu velim
« prioris harmoniæ exercendæ-instrumentum ferre.
« Juvenibus curæ-esto citharæ chorda : nos pro plectro
« scipione tremulas manus fulcire-incepimus.

84. PAULI SILENT.

Jovi hoc frustum scuti cum-umbilico, cui sinistrâ
innitebatur fortiter-pugnans, dedicavit Nicagoras;
omne vero reliquum jacula, grandinique par-numero
silex et gladiorum gena excidit.

Connubium fugiet garrula Nympha tuum.

80. EJUSDEM.

Daphniacùm sumus hic ter terna volumina, scriptor
Dedicat Agathias quæ, Cytherea, tibi.
Nam non Aonidas quantum curamus amores,
Scilicet arcanis plena Cupidineis.
Præmia pro tanto non invidiosa labore
Poscit; amet nullam da, Dea, vel facilem.

81. PAULI SILENTIARII.

Tutelam domini taurinum tergus, et ensem,
Viscera qui toties pastus ab hoste fuit,
Pectoreque arcentem celeres thoraca sagittas,
Et galeam setis quæ decoratur equi,
Lysimachus Marti dicat hæc : pro fortibus armis
Scipio grandævo jam satis unus erit.

82. EJUSDEM.

Pani Melissus avet calamos dare, sed negat ille
Sumere; namque œstrum ne trahat inde, timet.

83. MACEDONII CONSULIS.

Eumolpus digitos accusans multa seniles
Ad tripodas citharam fixit Apollineos;
Ne mihi moliri posthac sit amabile carmen,
Ne mihi sit, dicens, tangere fila lyræ.
Vos juvenes pulsate chelyn : pro pectine nobis
Sit baculus trepidæ firma columna manus.

84. PAULI SILENTIARII.

Umbonem clypei, quem læva interrita gessit,
Nicagoras sacrum jam jubet esse Jovi.
Cætera saxorum grando, volucresque sagittæ,
Et gladii malis abripuere suis :

Ἀλλὰ καὶ ἀμφίδρυπτον ἐὸν τόδε χειρὶ μεναίχμᾳ
σώζετο Νικαγόρᾳ, σῶζε δὲ Νικαγόραν.
Θεσμὸν τὸν Σπάρτας μενεφύλοπιν ἀμφὶ βοείᾳ
τῇδέ τις ἀθρήσει πάντα φυλασσόμενον.

Verum etiam circum-laceratum hoc manu bellicosa
servabatur a-Nicagora, et servabat Nicagoram.
Legem Spartæ de resistendo-in-acie in scuto
hoc aliquis videbit totam observatam.

85. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἀνάθημα πεπαιγμένον.

Τὸν θώ, καὶ τὰς κνή, τάν τ' ἀσπίδα, καὶ δόρυ, καὶ κρᾶ,
Γορδιοπριλάριος ἄνθετο Τιμοθέῳ.

85. PALLADÆ.

Dedicatio ludicra.

Τὸν θώ (*loricam*) et τὰς κνή (*ocrealia*) et scutum et hastam
Gordioprilarius dedicavit Timotheo. [et κρᾶ (*galeam*)

86. ΕΥΤΟΛΜΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ,

εἰς τὸ παιχθὲν ὑπὸ Παλλαδᾶ.

Κνημῖδας, θώρηκα, σάκος, κόρυν, ἔγχος Ἀθήνῃ
Ῥοῦφος Μεμμιάδης Γέλλιος ἐκρέμασεν.

86. EUTOLMII SCHOLASTICI ILLUSTRIS,

in illum lusum Palladæ.

Κνημῖδας, θώρηκα, scutum, galeam, hastam Minervæ
Rufus Gellius, Memmiæ-filius, suspendit

87. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἄνθετο σοὶ κορύνην καὶ νεβρίδας ὑμέτερος Πάν,
Εὔιε, καλλείψας σὸν χορὸν ἐκ Παφίης.
Ἠχὼ γὰρ φιλέει, καὶ πλάζεται· ἀλλὰ σὺ, Βάκχε,
ἵλαθι τῷ ξυνὴν ἀμφιέποντι τύχην.

87. INCERTI.

Dedicavit tibi clavam et hinnuleorum-pelles tuus Pan,
Evie, relicto choro tuo per Paphiam:
Echo enim amat, et vagatur; at tu, Bacche,
propitius-sis communi sorte utenti!

88. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Αὐτὴ σοὶ Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαστῶν,
Ἰνὼ, λυσαμένη κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν,
ὡς ἂν θελξινόοισιν ἀεὶ φίλτροισι δαμάζῃς
ἄνέρας· ἐχρήσω δ' εἰς ἐμὲ πᾶσι μόνον.

88. ANTIPHANIS MACEDONIS.

Ipsa tibi Cytherea deliciosum a mammis,
Ino, solutum cestum dedit habere,
ut animum-delinientibus semper philtris domes
viros; usa vero es omnibus in me solum.

89. ΜΑΙΚΙΟΥ ΚΟΙΝΤΟΥ.

Ἀκταίης νησῖδος ἁλιξάντοισι, Πρίηπε,
χοιράσι καὶ τρηχεῖ τερπόμενε σκοπέλῳ,
σοὶ Πάρις ὀστρακόδερμον ὑπ' εὐθήροισι δαμέντα
ὁ γριπεὺς καλάμοις κάραβον ἐκρέμασεν·
σάρκα μὲν ἔμπυρον αὐτὸς ὑφ' ἡμίβρωτον ὀδόντα
θεὶς μάκαρ, αὐτὸ δὲ σοὶ τοῦτο πόρε σκύβαλον.

89. MÆCII QUINTI.

Litoralis insulæ mari-tritis, Priape,
cautibus et aspero gaudens scopulo,
tibi Paris carabum lapidea-pelle sub felicibus
calamis domatum piscator suspendit.
Carnem quidem ex-igne sub semicorrosum dentem
posuit beatus, solum autem tibi hoc præbuit putamen.

Sic tamen ambesus domini virtute manebat,
Et domino semper causa salutis erat.
Quotquot militiæ Sparte dedit horrida leges,
Servatas omnes cernis in hoc clypeo.

85. PALLADÆ.

Tib et tho clypeumque simul cum casside cum gal
Gordioprilarius consecro Timotheo.

86. EUTOLMII ORATORIS, *viri illustris*, *de simili*.

Ensem, ocreas, clypeum, galeam, thoraca Minervæ
Rufus Memmiades Gellius hic posuit.

87. INCERTI.

Nebridas et clavam tibi Pan dicat, Evie, quinne
Deserit ille tuos captus amore choros.
Echo per nemorum quærit vagus avia, Bacche,
Ars illi est eadem quæ tibi, da veniam.

88. ANTIPHANIS.

Ino, ne propriis quem solverat ipsa papillis,
Hunc, Cytherea, tibi ceston habere dedit,
Multa virûm posses flammare, ut pectora: solus
Sed tibi sum tanta fraude petitus ego.

89. MÆCII.

O cui sint cordi scopulorum saxa, Priape,
Et brevia insanis quæ mare radit aquis,
Tegmine cum duro pendet tibi carabus iste,
Quem Paris insidiis cepit arundineis.
Ipse quidem carnem semeso dente voravit,
Felix: exuvias sat putat esse tibi.

Τῷ σὺ δίδου μὴ πολλὰ, δι' εὐάγρου δὲ λίνοιο,
δαῖμον, ὑλακτούσης νηδύος ἡσυχίην.

Cui tu da non multa quidem, sed per faustum rete,
o dæmon, latrantis stomachi requiem!

90. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἄγκυραν ἐμβρύοικον, ἐρυσινηΐδα,
κώπας τε δισσὰς τὰς ἀπωσικυμάτους,
καὶ δικτύοις μόλιβδον ἠψιδωμένον,
κύρτους τε φελλοῖς τοὺς ἐπεσφραγισμένους,
καὶ πῖλον ἀμφίκρηνον ὑδασιστεγῆ,
λίθον τε ναύταις ἑσπέρης πυρσητόκον,
ἁλὸς τύραννε, σοὶ, Πόσειδον, Ἀρχικλῆς
ἔθηκε, λήξας τῆς ἐπ' ἠόνων ἅλης.

90. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Ancoram muscorum-incolam, retinaculum-navis,
remosque duos quibus-unda-repellitur,
ac retibus plumbum in-circuitu-appensum,
nassasque suberibus supersignatas,
et pileum caput-ambientem, imbres-arcentem,
silicemque nautis vespere ignes-parientem,
maris regnator, tibi, Neptune, Archicles
posuit, desinens a vagatione ad littora.

91. ΘΑΛΛΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

Ἀσπίδα μὲν Πρόμαχος, τὰ δὲ δούρατα θῆκεν Ἀκοντεὺς,
τὸ ξίφος Εὐμήδης, τόξα δὲ ταῦτα Κύδων,
Ἱππομέδων τὰ χαλινὰ, κόρυν δ' ἀνέθηκε Μελάντας,
κνημῖδας Νίκων, κοντὸν Ἀριστόμαχος,
τὸν θώρηκα Φιλῖνος· ἀεὶ δ', Ἄρες βροτολοιγὲ,
σκῦλα φέρειν δῴης πᾶσιν ἀπ' ἀντιπάλων.

91. THALLI MILESII.

Clypeum Promachus, jacula autem posuit Aconteus,
ensem Eumedes, arcus vero hosce Cydon,
Hippomedon frænа, galeamque appendit Melantas,
ocreas Nico, contum Aristomachus,
loricam Philinus. Semper autem, Mars hominum-pernicies,
spolia reportare dones cunctos de hostibus.

92. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Αὐλὸν καμινευτῆρα τὸν φιλήνεμον,
βίνην τε κνησίχρυσον ὀξυδήκτορα,
καὶ τὸν δίχηλον καρκίνον πυραγρέτην,
πτωκὸς πόδας τε τούσδε λειψανηλόγους,
ὁ χρυσοτέκτων Δημοφῶν Κυλληνίῳ
ἔθηκε, γήρᾳ κανθὸν ἐζοφωμένος.

92. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Tubum caminum-excitantem, ventum-amantem,
et limam aurum-radentem, celeriter-mordentem,
et bifurcum cancrum, forcipem,
leporisque pedes hos reliquiis-colligendis
aurifex Demophon Cyllenio (*Mercurio*)
posuit, senecta oculum obscuratus.

93. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἁρπαλίων ὁ πρέσβυς, ὁ πᾶς ῥυτὶς, οὔπιλινευτὴς,
τόνδε παρ' Ἡρακλεῖ θῆκέ με τὸν σιβύνην,
ἐκ πολλοῦ πλειῶνος ἐπεὶ * βάρος οὐκέτι χεῖρες
ἔσθενον, εἰς κεφαλὴν δ' ἦλυθε λευκοτέρην.

93. ANTIPATRI SIDONII.

Harpalio senex, totus ruga, observator-linorum,
hocce apud Herculem posuit me jaculum,
ex longo ævo quoniam ad-pondus non-jam manus
valebant, inque caput *ipse* transiit canius.

94. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

Ἀραξόχειρα ταῦτά σοι τὰ τύμπανα,
καὶ κύμβαλ' ὀξύδουπα κοιλοχείλεα,
διδύμους τε λωτοὺς κεροβόας, ἐφ' οἷς ποτὲ
ἐπωλόλυξεν αὐχένα στροβιλίσας,
λυσιφλεβῆ τε σάγαριν ἀμφιθηγέα,
λεοντόδιφρε, σοὶ, Ῥέη, Κλυτοσθένης
ἔθηκε, λυσσητῆρα γηράσας πόδα.

94. PHILIPPI THESSAL.

Manibus-pulsanda hæc tibi tympana,
et cymbala acuti-soni, concavis-labris,
geminasque tibias cornu-reboantes, ad quæ quondam
ululavit cervicem contorquens,
et venas-rumpentem securiculam utrimque-acutam,
leonibus-insidenti tibi, Rhea, Clytosthenes
dedicavit, furibundum qui-consenuit pedem.

95. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Βουστρόφον, ἀχροσίδαρον, ἀπειλητῆρα μύωπα,

95. ANTIPHILI.

Boves-qui-convertit, in-summo-ferreum, minacem stimu-[lum

Redde vicem, Deus, et capiant, da, retia tantum,
Unde viri stomachus desinat esse latrans.

92. PHILIPPI.

Hanc in camino flabra amantem tibiam,
Aurique edacem morsibus limam suis,
Ignisque rapidas ungulas cancri duas,
Pedesque leporis colligendas ad scobes,
Hæc fusor auri Demophon Cyllenio
Oculos senecta jam tenebrescens dicat.

καὶ πήραν μέτρου σιτοδόκον σπορίμου,
γαμψόν τε δρέπανον σταχυητόμον, ὅπλον ἀρούρης,
καὶ * παλιουρόφορον, χεῖρα θέρευς, τρίναχα,
καὶ τρητοὺς ποδεῶνας ὁ γατόμος ἄνθετο Δηοῖ
Πάρμις, ἀνιηρῶν παυσάμενος καμάτων.

et peram mensuræ frumenti serendi capacem, [cum,
aduncamque falcem spicis-secandis, instrumentum rusti-
et paliuriferum (?), manum æstatis (*messis*), tridentem,
et pertusos perones agricola dedicavit Cereri
Parmis, tristibus quiescens a laboribus.

96. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Γλαύκων καὶ Κορύδων, οἱ ἐν οὔρεσι βουκολέοντες,
Ἀρκάδες ἀμφότεροι, τὸν κεραὸν δαμάλην
Πανὶ φιλωρείτᾳ Κυλληνίῳ αὐερύσαντες
ἔῤῥεξαν, καί οἱ δωδεκάδωρα κέρα
ἄλῳ μακροτένοντι ποτὶ πλατάνιστον ἔπαξαν
εὐρεῖαν, νομίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῷ.

96. ERYCII.

Glaucon et Corydon, in montibus bubulcitantes,
Arcades ambo, cornutum juvencum
Pani montium-amanti Cyllenio cervice-retracta
immolaverunt, et ejus duodecim-palmarum cornua
clavo trabali ad platanum affixerunt
patulam, pastorali pulchrum oblectamentum deo.

97. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Δοῦρας Ἀλεξάνδροιο· λέγει δέ σε γράμματ' ἐκεῖνον
ἐκ πολέμου θέσθαι σύμβολον Ἀρτέμιδι
ὅπλον ἀνικήτοιο βραχίονος. Ἆ καλὸν ἔγχος,
ᾧ πόντος καὶ χθὼν εἶκε κραδαινομένῳ.
Ἴλαθι, δοῦρας ἀταρβές· ἀεὶ δέ σε πᾶς τις ἀθρήσας
ταρβήσει, μεγάλης μνησάμενος παλάμης.

97. ANTIPHILI BYZANTII.

Hasta Alexandri; dicitque te inscriptio illum
post bellum posuisse Dianæ symbolum
invicti brachii *hæc* arma. Ah, pulchra lancea,
cui pontus et terra cedebat vibratæ!
Salve, hasta intrepida! ac semper quisquis te conspicatus
contremiscet, magnæ memor palmæ.

98. ΖΩΝΑ.

Δηοῖ λικμαίῃ καὶ ἐναυλακοφοίτισιν Ὥραις
Ἡρῶναξ πενιχρῆς ἐξ ὀλιγηροσίης
μοῖραν ἀλωΐτα στάχυος, πάνσπερμά τε ταῦτα
ὅσπρι' ἐπὶ πλακίνου τοῦδ' ἔθετο τρίποδος,
ἐκ μικρῶν ὀλίγιστα· πέπατο γὰρ οὐ μέγα τοῦτο
κληρίον ἐν λυπρῇ τῇδε γεωλοφίῃ.

98. ZONÆ.

Cereri vanni-præsidi et sulcorum-visitatricibus Horis
Heronax paupere ex agelli-aratione
portionem ex-area aristarum, et omnigena hæc
legumina super marmoreo hocce posuit tripode,
ex parvis paucissima: possederat enim non magnum hoc
patrimonium in sterili hocce colliculo.

99. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Κόψας ἐκ φηγοῦ σε τὸν αὐτόφλοιον ἔθηκεν
Πᾶνα Φιλοξενίδης, ὁ κλυτὸς αἰγελάτης,
θύσας αἰγιβάτην πολιὸν τράγον, ἔν τε γάλακτι
πρωτογόνῳ βωμοὺς τοὺς ἱεροὺς μεθύσας.
Ἀνθ' ὧν ἐν σηκοῖς διδυμητόκοι αἶγες ἔσονται
γαστέρα, φεύγουσαι τρηχὺν ὀδόντα λύκου.

99. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Sectum ex fago te non-dempto-cortice posuit
Panem Philoxenides, celebris caprarius, [exque lacte
postquam-immolaverat caprarum-maritum canum hircum,
primiparæ-matris altaria sacra inebriaverat.
Pro quibus in stabulis gemelliparæ capellæ erunt
uterum, devitantes durum dentem lupi.

100. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Λαμπάδα, τὴν κούροις ἱερὴν ἔριν, ὠκὺς ἐνέγκας,
οἷα Προμηθείης μνῆμα πυροκλοπίης,
νίκης κλεινὸν ἄεθλον, ἔτ' ἐκ χεροὸς ἔμπυρον Ἑρμῇ
θῆκεν * ὁμωνυμίῃ παῖς πατρὸς Ἀντιφάνης.

100. CRINAGORÆ.

Lampadem, juvenibus sacrum certamen, celer qui-tulerat,
quasi Promethêi monumentum in-igne-rapiendo-furti,
victoriæ insigne præmium, adhuc de manu ardentem Mer-
posuit cognominis filius patri Antiphanes. [curio

101. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ξίφη τὰ πολλῶν κνωδάλων λαιμητόμα

101. PHILIPPI.

Enses qui multarum bestiarum gulas-perfoderunt,

---

97. ANTIPHILI.

Hasta es Alexandri: te litera monstrat ab ipso
Palladi post belli prospera multa datam.
Fraxinus o felix validis vibrata lacertis,
Utraque cui tellus cessit et unda maris.
O invicta fave, quam nemo nunc quoque cernit,
Intrepidæ dextræ quin memor ipse tremat.

101. PHILIPPI THESSAL.

Cultros madentes a ferarum cædibus

πυριτρόφους τε βιπίδας πορηνέμους,
ἠθμόν τε πουλύτρητον, ἠδὲ τετράπουν,
πυρὸς γέφυραν, ἐσχάρην κρεηδόκον,
ζωμήρυσίν τε τὴν λίπους ἀφρηλόγον,
ὁμοῦ χρεάγρῃ τῇ σιδηροδακτύλῳ,
βραδυσκελὴς Ἥφαιστε, σοὶ Τιμασίων
ἔθηκεν, ἀκμῆς γυῖον ὠρφανωμένος.

102. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥοιὴν ξανθοχίτωνα, γεραιόφλοιά τε σῦκα,
καὶ ῥοδέας σταφυλῆς ὠμὸν ἀποσπάδιον,
μῆλόν θ' ἡδύπνουν λεπτῇ πεποκωμένον ἄχνῃ,
καὶ κάρυον χλωρῶν ἐκφανὲς ἐκ λεπίδων,
καὶ σίκυον χνοάοντα, τὸν ἐν φύλλοις πεδοκοίτην,
καὶ πέρκην ἤδη χρυσοχίτων' ἐλάην,
σοί, * φιλοδῖτα Πρίηπε, φυτοσκάφος ἄνθετο Λάμων,
δένδρεσι καὶ γυίοις εὐξάμενος θαλέθειν.

103. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Στάθμην ἰθυτενῆ μολιβαχθέα, δουρίτυπῆ τε
σφῦραν, καὶ γυρὰς ἀμφιδέτους ἀρίδας,
καὶ στιβαρὸν πέλεκυν στελεχητόμον, ἰθύδρομόν τε
πρίονα, μιλτείῳ στάγματι πειθόμενον,
τρύπανά θ' ἑλκεσίχειρα, τέρετρά τε, μιλτοχαρῆ τε
σχοῖνον, ὑπ' ἀκρονύχῳ ψαλλομένην κανόνι,
σοὶ, κούρη γλαυκῶπι, Λεόντιχος ὥπασε δῶρον,
ἄνθος ἐπεὶ γυίων πᾶν ἀπέδυσε χρόνος.

104. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σπερμοφόρον πήρην ὠμαχθέα, κώλεσίβωλον
σφῦραν, καὶ γαμψὰς πυρολόγους δρεπάνας,
καὶ τριβόλους ὀξεῖς ἀχυρότριβας, ἰστοβόην τε
σὺν γυροῖς ἀρότροις, καὶ φιλόγαιον ὖνιν,
κέντρα τ' ὀπισθονυγῆ, καὶ βουστρόφα δεσμὰ τενόντων,
καὶ τρίνακας ξυλίνας, χεῖρας ἀρουροπόνων,
γυῖ' ἅτε πηρωθεὶς Λυσίξενος αὔλακι πολλῇ

et ignem-alentes folles ventum-ministrantes,
columque multiforum, et quadripedem,
ignis pontem, foculum carnibus-recipiendis,
et cochlear adipi despumando,
una-cum harpagone ferreis-digitis,
tardipes o Vulcane, tibi Timasio
posuit robore in-membris orbatus.

102. EJUSDEM.

Malum-punicum fulva-veste, et senili-cortice ficus,
et roseæ vitis crudum surculum-abscisum,
malumque dulce-spirans, tenui lanugine tectum-ut-vel-
et nucem e viridibus elucentem corticibus,
et cucumerem virentem, qui humi-jacet in foliis,
et maturescentem, jam aurea-veste, oleam,
tibi, amice-hortorum Priape, plantarum-fossor dicavit
arboribus et membris precatus florem.

103. EJUSDEM.

Amussim rectam, plumbo-gravatam, lignumque-ferientem
malleum, et curvas utrimque-vinctas arides,
et fortem asciam, quæ-truncos-secat, et recta-currentem
serram, rubricæ stillis obedientem,
terebrasque manu-tractas, aliasque, et rubrica-gauden-
restim, summo-ungue-tacta vibrantem regula,
tibi, virgo cæsiis-oculis, Leontichus præbuit donum,
quia florem membrorum omnem *ei* exuit tempus.

104. EJUSDEM.

Semina-ferentem peram, humero-onus, et glebas-solventem
malleum, et curvas triticum-colligentes falces,
et tribula acuta, quæ-folliculos-fricant, et temonem
cum curvis aratris, et terræ-amicum vomerem,
stimulosque a-tergo-pungentes, et boves-flectentia vincula
et tridentes ligneos, manus aratorum,
utpote membra truncatus Lysixenus aratione multa

Follesque flammæ ventilantes spiritum,
Columque multis pervium meatibus,
Ignisque pontem quadrupedem craticulam,
Et auferentem carnibus spumas truam,
Digitos habente ferreos cum fuscina,
Vulcane claude, dat tibi Timasio,
Jam membra et ipse destitutus robore.

102. PHILIPPI.

Grandævas ficus et punica cortice flava,
Et cum palmitibus quæ venit uva suis,
Et gratum quod olet tenera lanugine malum,
Quasque aperit leviter bina carina nuces,
Et viridem multa cucumim sub fronde jacentem,
Quæque auro prope jam concolor est olea:
Ista, Priape, tibi dans Lamon dona colonus
Florere et membris optat et arboribus.

103. EJUSDEM.

Malleus hic lignum feriens, perpendiculumque
Plumbisequum et fines vincta scobina duos,
Roboraque incussu discindere nata securis,
Et minio factis æmula serra notis;
Et ferrum quod ligna forat, terebræque, rubensque
Restis ab extrema tactus amusse latus:
Hæc tibi sunt, Pallas, quæ dona Leontichus offert,
Deseruit quoniam tempore membra vigor.

104. EJUSDEM.

Pendere ex humeris solitam cum semine peram,
Malleolumque, et quæ falce resecta Ceres,
Et paleis fruges purgantia tribula, cumque
Vomere temonem scindere nata solum,
Et stimulos colloque boves versantia lora,
Et furcam vestras, rustica turba, manus:
Corpore et ipse ferens sulcos Lysistratus omni,

ἐκρέμασεν Δηοῖ τῇ σταχυοστεφάνῳ.

105. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Τρῖγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς καὶ φυκίδα σοὶ, λιμενῖτι
Ἄρτεμι, δωρεῦμαι Μῆνις ὁ δικτυβόλος,
καὶ ζωρὸν, κεράσας ἰσοχειλέα, καὶ τρύφος ἄρτου,
αὖον ἐπιθραύσας, τὴν πενιχρὴν θυσίην·
ἀνθ' ἧς μοι πλησθέντα δίδου θηράμασιν αἰὲν
δίκτυα· σοὶ δέδοται πάντα, μάκαιρα, λίνα.

106. ΖΩΝΑ.

Τοῦτο σοὶ, ὑληκοῖτα, κατ' ἀγριάδος πλατάνοιο
δέρμα λυκορράιστης ἐκρέμασεν Τελέσων,
καὶ τὰν ἐκ κοτίνοιο καλαύροπα, τάν ποκα τῆνος
πολλάκι ῥομβητὰν ἐκ χερὸς ἠκροβόλει.
Ἀλλὰ τὺ, Πὰν βουνῖτα, τὰ μὴ πολύολδά τε δέξαι
δῶρα, καὶ εὐαγρεῖ τῷδε πέτασσον ὄρος.

107. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ὑλησκόπῳ με Πανὶ θηρευτὴς Γέλων
ἔθηκε λόγχην, ἧς ἀπέθρισε χρόνος
ἀκμὴν ἐν ἔργῳ, καὶ λίνων πολυστρόφων
γεραιὰ τρύχη, καὶ πάγας δεραγχέας,
νευροπλεκεῖς τε κνωδάλων ἐπισφύρους
ὠκεῖς ποδίστρας, καὶ τραχηλοδεσπότας
κλοιοὺς κυνούχους· γυῖα γὰρ δαμεὶς χρόνῳ
ἀπεῖπεν ἤδη τὴν ὀρεινόμον πλάνην.

108. ΜΥΡΙΝΟΥ.

Ὑψηλῶν ὀρέων ἔφοροι, κεραοὶ χοροπαῖκται,
Πᾶνες, βουχίλου κράντορες Ἀρκαδίης,
εὔαρνον θείητε καὶ εὐχίμαρον Διότιμον,
δεξάμενοι λαμπρῆς δῶρα θυηπολίης.

109. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Γηραλέον νεφέλας τρῦχος τόδε, καὶ τριέλικτον
ἰχνοπέδαν, καὶ τὰς νευροτενεῖς παγίδας,
κλωδούς τ' ἀμφίῤῥωγας, ἀναspαστούς τε δεράγγας,
καὶ πυρὶ θηγαλέους ὀξυπαγεῖς στάλικας,
καὶ τὰν εὔκολλον δρυὸς ἰκμάδα, τόν τε πετηνῶν
ἀγρευτὰν ἰξῷ μυδαλέον δόνακα,

suspendit Cereri aristis-coronatæ.

105. APOLLONIDÆ.

Mullum a carbonibus et phycidem tibi, portuum-præses
Diana, dono Menis qui-retia-jacio,
et merum, temperatum usque ad-labra *poculi*, et frusiccum intritum, pauperis sacrificium : [stum panis,
pro quo mihi plena da venatibus semper
retia : tibi, beata, data-sunt omnia lina.

106. ZONÆ.

Hoc tibi, silvicola *Pan*, de rustica platano
vellus suspendit luporum-occisor Teleso,
et ex oleastro *factum* pedum, quod olim ille
sæpe turbinis-in-modum e manu jaculabatur.
At tu, Pan colles-habitans, et hæc minime magnifica accipe
dona, et fausto-eventu-venanti huic aperi montem.

107. PHILIPPI.

Nemorum-inspectori me Pani venator Gelo
posuit hastam, cujus decussit tempus
cuspidem inter opus, ac linorum versatilium
vetusta fragmenta, et laqueos qui-collum-angunt,
nervisque-textas ferarum malleolis-aptandas
celeres pedicas, et cervicibus-imperantia
collaria quæ-canes-continent. Membra enim domitus ævo
valedixit jam montivagis erroribus.

108. MYRINI.

Excelsorum montium inspectores, cornuti chorearum-lusores, Panes, pascuosæ domini Arcadiæ, [
agnorum-divitem facite et divitem-capellarum Diotimum,
accipientes splendidi dona sacrificii.

109. ANTIPATRI.

Vetulum hunc avium-retis pannum, et trinis-licliis-flexam
pedicam, et nervis-junctos laqueos,
caveasque circum-laceratas, et sursum-trahenda colli-vincula,
et igne acutas, acriter-pungentes palos, [
et bene-glutinantem quercus humorem (*viscum*), et vovenaticam, visco madentem, arundinem, [latilium

---

Hæc tibi suspendit munera, magna Ceres,

105. APOLLONIDÆ.

De portu fucam, mullumque prope ignibus ustum
Piscator Theris dono, Diana, tibi;
Poculaque ad labrum spumantia, frustaque panis
Arida, de vita pauperiore sacra.
Pro quibus æquoreis tu da mihi ditia prædis
Retia, linorum nam genus omne tuum est.

106. ZONÆ.

Hanc tibi sub platano Teleson suspendit agresti
Detractam pellem de moriente lupo,

Apposuitque simul sub fronde virentis olivæ
Hoc, sua quod solita est dextra rotare, pedum.
Tu juga, Faune, tenens, contentus paupere dono,
Fac sit in hoc illi prospera præda jugo.

109. ANTIPATRI.

Hos veteres nebulæ pannos, frangique negantem
Ex nervis laqueum, vinclaque tergemina,
Et ruptas caveas et subsultantia fila,
Et quæ de flamma venit acuta sudes,
Quodque fluit lentum de robore, quæque volucres
Captat, et ex visco semper arundo madet,

καὶ κρυφίου τρίκλωστον ἐπισπαστῆρα βολοιο,
ἄρκυν τε κλαγερῶν λαιμοπέδαν γεράνων,
σοὶ, Πὰν ὦ σκοπιῆτα, γέρας θέτο παῖς Νεολαΐδα
Κραῦγις ὁ θηρευτὰς, Ἀρκὰς ἀπ' Ὀρχομενοῦ.

et occulti jactus trilix attractorium,
et cassidem qua-gula-angitur clare-crepantium gruum,
tibi, o Pan speculator, donum posuit filius Neolaidæ,
Craugis venator, Arcas ex Orchomeno.

110. ΛΕΩΝΙΔΑ, οἱ δὲ ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Τὰν ἔλαφον Κλεόλαος ὑπὸ κναμοῖσι λοχήσας,
ἔκτανε Μαιάνδρου πὰρ τριέλικτον ὕδωρ,
θηκτῷ σαυρωτῆρι· τὰ δ' ὀκτάῤῥιζα μετώπων
φράγμαθ' ὑπὲρ ταναὰν ἆλος ἔπαξε πίτυν.

110. LEONIDÆ, aliis MNASALCÆ

Cervam Cleolaus in saltibus insidiatus
peremit, Mæandri prope ter-conversam aquam,
acuta hasta; atque octo-radicibus-instructa frontis
munimenta in procera clavus fixit pinu.

111. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τὰν ἔλαφον, Λάδωνα καὶ ἀμφ' Ἐρυμάνθιον ὕδωρ
νῶτά τε θηρονόμου φερβομέναν Φολόας,
παῖς ὁ Θεαρίδεω Λασιώνιος εἶλε Λυκόρμας
πλήξας ῥομβωτῷ δούρατος οὐριάχῳ·
δέρμα δὲ καὶ δικέραιον ἀπὸ στόρθυγγα μετώπων
σπασσάμενος, κούρᾳ θῆκε παρ' ἀγρότιδι.

111. ANTIPATRI.

Hanc cervam, circa Ladonem et Erymanthiam aquam
et dorsa feras-alentis Pholoes pascentem,
filius Thearidæ Lasionius occidit Lycormas,
feriens rhombiformi hastæ extremitate;
pellem autem et bicornem cuspidem a-fronte
abscissam posuit apud virginem venatricem.

112. ΠΕΡΣΟΥ.

Τρεῖς ἄφατοι κεράεσσιν ὑπ' αἰθούσαις τοι, Ἄπολλον,
ἄγκεινται κεφαλαὶ Μαιναλίων ἐλάφων,
ἃς ἕλον ἐξ ἵππων Γύγεω χέρε Δαΐλοχός τε
καὶ Προμένης, ἀγαθοῦ τέκνα Λεοντιάδου.

112. PERSÆ.

Tria immania cornibus sub porticibus tibi, Apollo,
appendent capita Mænaliorum cervorum,
quos cepere ab equis Gygis manus, Daïlochusque
et Promenes, boni progenies Leontiadæ.

113. ΣΙΜΜΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Πρόσθε μὲν ἀγραύλοιο δασύτριχος ἰξάλου αἰγὸς
δοιὸν ὅπλον χλωροῖς ἐστεφόμαν πετάλοις·
νῦν δέ με Νικομάχῳ κεραοξόος ἥρμοσε τέκτων,
ἐντανύσας ἕλικος καρτερὰ νεῦρα βοός.

113. SIMMIÆ GRAMMATICI.

Antea quidem agrestis, pilosi, salientis capræ
duplex cornu viridibus coronabar foliis:
nunc autem me Nicomacho cornua-poliens artifex aptavit
intensis camuri bovis fortibus nervis.

114. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Δέρμα καὶ ὀργυιαῖα κέρα βοὸς ἐκ βασιλῆος
Ἀμφιτρυωνιάδᾳ κείμεθ' ἀνὰ πρόπυλον,
τεσσαραιδεκάδωρα, τὸν αὐχήεντα Φιλίππῳ
ἀντόμενον κατὰ γᾶς ἧλασε δεινὸς ἄκων,

114. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Pellis ac ternorum-cubitorum cornua bovis *feri* ab rege
Amphitryoniadæ posita-sumus in vestibulo,
quatuordecim-palmas-longa: quem gloriantem, Philippo
dum-obviam-it, sub terram egit *hujus* terribile jaculum,

Quique plagas nodi triplices strinxere latentes,
Quæque in clamosos noxa parata grues,
Venator Crambis Neoladæ filius ista
Pan tibi sacro, senex Arcas ab Orchomeno.

Cepit, ab hastili cum foret icta suo.
At pellem celsæque simul duo cornua frontis
Silvarum dominæ donat habere deæ.

110. LEONIDÆ *aut* MNASALCÆ.

Insidiis cervam cinxit Cleolaus, et hasta
Perculit, in saltu dum latet illa suo,
Ad vada Mæandri; sub pinu collocat alter
Quæ ramos octo fragmina frontis habent.

113. SIMMIÆ.

Quæ capitis montes ramorum pressimus umbra,
Pascua tondentis, cornua bina, capræ,
Jam nos Nicomacho faber efformavit in arcum
Subtensus valido de bove nervus adest.

111. ANTIPATRI.

Cervam quæ Pholoes dorso Ladonaque circum,
Atque Erymantheas propter agebat aquas,
Patre Thearide Lasionius ille Lycormas

114. [SAMII.]

Hæc bovis Hereuleo suspendit cornua posti
Bissenis palmis ardua et exuvias:
Quem cum se rueret contra rex ipse Philippus
Cuspidis invictæ vulnere fudit humi,

βούβοτον Ὀρβηλοῖο παρὰ σφυρόν. Ἃ πολύολβος
Ἡμαθὶς, ἃ τοίῳ κραίνεται ἀγεμόνι.

115. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τὸν πάρος Ὀρβηλοῖο μεμυκότα δειράσι ταῦρον,
τὸν πρὶν ἐρημωτὰν θῆρα Μακηδονίας,
Δαρδανέων ὀλετὴρ, ὁ κεραύνιος εἷλε Φίλιππος,
πλήξας αἰγανέᾳ βρέγμα κυναγέτιδι·
καὶ τάδε σοὶ βριαρᾶς, Ἡράκλεες, οὐ δίχα βύρσας
θῆκεν, ἀμαιμακέτου κρατὸς ἔρεισμα, κέρα.
Σᾶς τοι δὸ' ἐκ ῥίζας ἀναδέδρομεν· οὔ οἱ ἀεικὲς
πατρῴου ζαλοῦν ἔργα βοοκτασίας.

116. ΣΑΜΟΥ.

Σοὶ γέρας, Ἀλκείδα Μινυαμάχε, τοῦτο Φίλιππος
δέρμα ταναιμύκου λευρὸν ἔθηκε βοὸς
αὐτοῖς σὺν κεράεσσι, τὸν ὕβρεϊ κυδιόωντα
ἔσβεσεν Ὀρβηλοῦ τρηχὺν ὑπὸ πρόποδα.
Ὁ Φθόνος αὐαίνοιτο· τεὸν δ' ἔτι κῦδος ἀέξει
ῥίζα Βεροιαίου κράντορος Ἡμαθίας.

117. ΠΑΓΚΡΑΤΟΥΣ.

Ἐκ πυρὸς ὁ ῥαιστὴρ, καὶ ὁ καρκίνος, ἥ τε πυράγρη
ἄγκειν θ' Ἡφαίστῳ, δῶρα Πολυκράτεος,
ᾧ πυκνὸν κροτέων ὑπὲρ ἄκμονος εὕρετο παισὶν
ὄλβον, ὀϊζυρὴν ὠσάμενος πενίην.

118. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἃ φόρμιγξ, τά τε τόξα, καὶ ἀγκύλα δίκτυα Φοίβῳ
Σώσιδος, ἐκ τε Φίλας, ἐκ τε Πολυκράτεος.
Χὠ μὲν ὀϊστευτὴρ κεραὸν βίον, ἃ δὲ λυρῳδὸς
τὰν χέλυν, ὠγρευτὴς ὥπασε πλεκτὰ λίνα·
ἀλλ' ὁ μὲν ὠκυβόλων ἰῶν κράτος, ἃ δὲ φέροιτο
ἄκρα λύρας, ὁ δ' ἔχοι πρῶτα κυναγεσίας.

boves-pascentem circa pedem Orbeli. Ah beatissima Emathia, quæ tali gubernatur regi!

115. ANTIPATRI.

In Orbeli olim qui mugiit jugis, taurum,
feram antea vastatricem Macedoniæ,
Dardanorum perdomitor, fulmineus cepit Philippus,
qui feriit jaculo sinciput venatorio;
atque hæc tibi, Hercules, valida non sine pelle
posuit, ingentis capitis firmamen, cornua
Tua sane ex radice hic emicuit: haud illi indecens
paterni imitari facta bovicidii.

116. SAMI.

Tibi donum, Alcide Minyarum-impugnator, hanc Philippus
pellem lævem longe-mugientis posuit bovis
ipsis cum cornibus, quem insolenter gloriantem
exstinxit Orbeli sub asperum propedem.
Invidia tabescat! sed tuam gloriam adhuc auget
quod es origo Berœæi regis Emathiæ.

117. PANCRATIS.

Ex igne malleus, et carcinus, et forceps,
dedicata sunt Vulcano, munera Polycratis,
quo *malleo* frequenter pulsans super incudem liberis inopes, lamentabilem repellens pauperiem. [venit

118. ANTIPATRI.

Cithara, et arcus, et flexuosa retia hæc Phœbo
dedicata sunt a Soside, et Phila, et Polycrate;
et sagittarius quidem corneum arcum, lyraque-canens-testudinem, venator præbuit plexa lina: [mina
atque hic quidem velocium telorum victoriam, illaque ausumma lyræ, tertius habeat prima venationis. [ferat

---

Qua pedis Orbeli sunt pascua. Terra beata
Emathia est, tali quæ duce freta viget.

115. ANTIPATRI,

de eodem.

Qui prius Orbeli taurus mugivit in agris,
Pinguia depopulans arva Macedoniæ,
Dardaneûm domitrix caput illi immane Philippi
Martia fulminea perculit hasta manu;
Cornuaque excelsæ decus et munimina frontis
Consecrat, Alcide, non sine pelle tibi.
Quippe tua de stirpe genus deduxit, et ipsum
De bove confecto laus proavita decet.

116. SAMI,

de eodem.

Hæc dedit indomiti tauri tibi terga Philippus,
Alcide Minvis cognite clade sua,
Cornuaque ipsa simul, quem sævum ac triste frementem
Obvius Orbeli sub pede fudit humi.
Tabente invidia crescat tua gloria, sanguis
Clare Berœæi principis Emathiæ.

117. PANCRATIS.

Malleus hic, cancer forcepsque, Polycrate dante,
Ignipotens, tibi sunt ecce dicata, pater.
Illo sæpe super feriens incude fugavit
Pauperiem, et natis arte paravit opes.

118. ANTIPATRI.

Natus matre Phila, genitore Polycrate Sosis
Arcum, Phœbe, tibi, rete, fidemque dicat.
Venator dat rete, pater jaculator at arcum,
Mater at ipsius ludere docta fidem.
Hic alios vincat venatibus, ille sagittis,
Et cithara cunctis doctius illa canat.

119. ΜΟΙΡΟΥΣ ΒΥΖΑΝΤΙΑΣ

Κεῖσαι δὴ χρυσέαν ὑπὸ παστάδα τὰν Ἀφροδίτας,
βότρυ, Διωνύσου πληθόμενος σταγόνι·
οὐδ' ἔτι τοι μάτηρ ἐρατὸν περὶ κλῆμα βαλοῦσα
φύσει ὑπὲρ κρατὸς νεκτάρεον πέταλον.

120. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Οὐ μόνον ὑψηλοῖς ἐπὶ δένδρεσιν οἶδα καθίζων
ἀείδειν, ζαθερεῖ καύματι θαλπόμενος,
προίκιος ἀνθρώποισι κελευθίτῃσιν ἀοιδὸς,
θηλείης ἕρσης ἰκμάδα γευόμενος·
ἀλλὰ καὶ εὐπήληκος Ἀθηναίης ἐπὶ δουρὶ
τὸν τέττιγ' ὄψει μ', ὦνερ, ἐφεζόμενον.
Ὅσσον γὰρ Μούσαις ἐστέργμεθα, τόσσον Ἀθήνῃ
ἐξ ἡμέων· ἡ γὰρ παρθένος ἀθλοθετεῖ.

121. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Κυνθιάδες, θαρσεῖτε· τὰ γὰρ τοῦ Κρητὸς Ἐχέμμα
κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τόξα παρ' Ἀρτέμιδι,
οἷς ὑμέων ἐκένωσεν ὄρος μέγα. Νῦν δὲ πέπαυται,
αἶγες, ἐπεὶ σπονδὰς ἡ θεὸς εἰργάσατο.

122. ΝΙΚΙΟΥ.

Μαινὰς Ἐνυαλίου, πολεμαδόκε, θοῦρι κράνεια,
τίς νύ σε θῆκε θεᾷ δῶρον ἐγερσιμάχᾳ;
« Μήνιος· ἦ γὰρ τοῦ παλάμας ἄπο βίμφα θοροῦσα
ἐν προμάχοις Ὀδρύσας δῄϊον ἀμπεδίον. »

123. ΑΝΥΤΗΣ.

Ἔσταθι τεῖδε, κράνεια βροτοκτόνε, μηδ' ἔτι λυγρὸν
χάλκεον ἀμφ' ὄνυχα στάζε φόνον δαίων·
ἀλλ' ἀνὰ μαρμάρεον δόμον ἡμένα αἰπὺν Ἀθάνας,
ἄγγελλ' ἀνορέαν Κρητὸς Ἐχεκρατίδα.

124. ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Ἀσπὶς ἀπὸ ˙βροτέων ὤμων Τιμάνορος ἄμμαι
ναῷ ὑποῤῥοφία Παλλάδος ἀλκιμάχας,
πολλὰ σιδαρείου κεκονιμένα ἐκ πολέμοιο,
τόν με φέροντ' αἰεὶ ῥυομένα θανάτου.

119. MŒRUS BYZANTIÆ.

Jaces nunc aureo sub thalamo Veneris,
uva, Bacchi plena liquore;
nec tibi amplius mater amabilem circumdans palmitem
gignet super caput nectareum folium.

120. LEONIDÆ.

Non modo excelsis in arboribus sedens scio
canere, fervido ardore *solis* calefacta,
gratuito homines viatores cantu-demulcens,
fœcundi roris liquorem gustans;
sed etiam bene-galeatæ Minervæ in hasta
me cicadam spectabis, o vir, insidentem.
Quantum enim nos a Musis diligimur, tantum Minerva
a nobis : quippe virgo musica-certamina-instituit.

121. CALLIMACHI.

Cynthiæ *capræ*, confidete : nam Cretensis Echemmæ
arcus jacet in Ortygia apud Dianam, [quiescit,
quo vestri vacuum-reddit montem magnum. Sed nunc
o capræ, quando inducias ipsa dea fecit.

122. NICIÆ.

Baccha Martis, bella-excipiens, impetuosa corne (*hasta*),
quisnam te posuit deæ donum pugnas-concitanti?
« Menius. Utique enim ejus de manu celeriter exsiliens
in prima-acie Odrysas cecidi per planitiem. »

123. ANYTES.

Sta hic, corne (*hasta*) homicida, neque amplius tristem,
æream circa aciem, stilla cruorem hostium;
sed in marmorea æde collocata sublimique Minervæ,
nuntia fortitudinem Cretis Echecratidæ.

124. HEGESIPPI.

Clypeus a fortibus humeris Timanoris affixus-sum
sub-tecto in æde Palladis bellicosæ,
multum ex ferreo bello conspersus-pulvere,
me ferentem semper eripiens morti.

---

120. LEONIDÆ.

Non modo frondosa cantare sub arbore novi,
Dum calida æstivo me fovet aura die,
Musa viatores mea dum delectat inemta,
et teneri pascor nectare roris ego.
Sed super invictam torvæ quoque Pallados hastam
Hîc tibi conspicior parva cicada sedens.
Diligimur quantum Musis, et Palladi : postquam
Nos audivit, ei tibia displicuit.

121. CALLIMACHI.

Vivite Cynthiades, siquidem jam Cretis Echemmæ
Dianæ sacer est arcus in Ortygia,
Quo juga vastavit. Posthac requiescite, capræ,
Nam dea nunc vobis otia certa dedit.

124. HEGESIPPI.

Qui modo mortales texi Timanoris artus,
In templo clypeum me sibi Pallas habet.
Sordidus ex multo violenti turbine belli,
Servator domini semper ab hoste fui

125. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἤδη τῇδε μένω πολέμου ὀίχα, καλὸν ἄνακτος
στέρνον ἐμῷ νώτῳ πολλάκι ῥυσαμένα.
Καίπερ τηλεβόλους ἰοὺς καὶ χερμάδι' αἰνὰ
μυρία καὶ δολιχὰς δεξαμένα κάμακας,
οὐδέποτε Κλείτοιο λιπεῖν περιμάκεα πᾶχυν
φαμὶ κατὰ βλοσυρὸν φλοῖσβον Ἐνυαλίου.

126. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Σᾶμα τόδ' οὐχὶ μάταιον ἐπ' ἀσπίδι παῖς ὁ Πολύττου
* ἄλλος ἀπὸ Κρήτας θοῦρος ἀνὴρ ἔθετο,
Γοργόνα τὰν λιθοεργὸν ὁμοῦ καὶ τριπλόα γοῦνα
γραψάμενος· δῄοις τοῦτο δ' ἔοικε λέγειν·
« Ἀσπίδος ὦ κατ' ἐμᾶς πάλλων δόρυ, μὴ κατίδῃς με,
« καὶ φεῦγε τρισσοῖς τὸν ταχὺν ἄνδρα ποσίν. »

127. ΝΙΚΙΟΥ.

Μέλλον ἄρα στυγερὰν κἀγώ ποτε δῆριν Ἄρηος
ἐκπρολιποῦσα χορῶν παρθενίων ἀΐειν
Ἀρτέμιδος περὶ ναὸν, Ἐπίξενος ἔνθα μ' ἔθηκεν,
λευκὸν ἐπεὶ κείνου γῆρας ἔτειρε μέλη.

128. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἧσο κατ' ἠγάθεον τόδ' ἀνάκτορον, ἀσπὶ φαεννὰ,
ἄνθεμα Λατῴᾳ δῄϊον Ἀρτέμιδι.
Πολλάκι γὰρ κατὰ δῆριν Ἀλεξάνδρου μετὰ χερσὶν
μαρναμένα χρυσέαν εὖ κεκόνισαι ἴτυν.

129. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ὀκτώ τοι θυρεοὺς, ὀκτὼ κράνη, ὀκτὼ ὑφαντοὺς
θώρηκας, τόσσας θ' αἱμαλέας κοπίδας,
ταῦτ' ἀπὸ Λευκανῶν Κορυφασίᾳ ἔντε' Ἀθάνᾳ
Ἅγνων Εὐάνθευς θῆχ' ὁ βιαιομάχας.

130. ΑΛΛΟ.

Τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ
Πύῤῥος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασεν Γαλατᾶν,
πάντα τὸν Ἀντιγόνου καθελὼν στρατόν· οὐ μέγα θαῦμα·
αἰχμηταὶ καὶ νῦν καὶ πάρος Αἰακίδαι.

131. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Αἵδ' ἀπὸ Λευκανῶν θυρεάσπιδες, οἱ δὲ χαλινοὶ

125. MNASALCÆ.

Jam hic maneo sine bello *clypeus*, qui pulchrum regis
pectus meo tergo sæpe defendi :
quamvis eminus-missas sagittas, et lapides diros
innumeros, longaque excipiens jacula,
nego me unquam Cliti deseruisse prælongum
cubitum in horrido strepitu Enyalii.

126. DIOSCORIDIS.

Signum hoc minime vanum in scuto filius Polytti
Laus ex Creta bellicosus vir sibi-posuit,
Gorgonem saxificam simul ac tria genua
pingi-curans. Hostibus autem hoc videbatur dicere :
« Clypeum o in meum vibrans jaculum, ne aspicias me,
et fuge tribus celerem hunc virum pedibus. »

127. NICIÆ.

Debui igitur invisam et ego aliquando pugnam Martis
derelinquens choros virginales audire
Dianæ circum ædem, Epixenus ubi me posuit,
cana postquam senectus ejus gravavit membra.

128. MNASALCÆ.

Reside in divina hac æde, clypee splendide,
donarium Latoniæ bellicum Dianæ.
Sæpe enim in prœlio Alexandri inter manus
dimicans aureum multo pulvere-oppletus-es umbonem.

129. LEONIDÆ.

Octo sane scuta, octo galeas, octo textos
thoraces, totidemque cruentas secures,
hæc a Lucanis arma Coryphasiæ Minervæ
Hagnon Euanthis *filius* dicavit, validus-pugnator.

130. ALIUD.

Scuta Molossus Itoniæ donum Minervæ
Pyrrhus ablata audacibus suspendit Galatis,
omni deleto Antigoni exercitu : non valde mirum :
pugnatores et nunc et pridem Æacidæ.

131. LEONIDÆ.

Hæc a Lucanis scuta-magna, et hæc frena

---

125. MNASALCÆ.

Hic maneo nunc Marte procul, qui regis honestum
Defendi pectus tergore sæpe meo.
In me pennigeræ quamquam cecidere sagittæ,
Hastæque ingentes, innumerusque lapis ;
Intrepidos umquam Cliti liquisse lacertos
Adversas acies Marte movente nego.

129. LEONIDÆ.

Octo truces gladios, totidem de vertice conos,
Lorieas numeri comparis et clypeos,

Belliger, o sertis florens, Coryphasia Pallas,
Agnon Lucano fert tibi Marte redux.

130. EJUSDEM.

Scuta Molossorum princeps, Dea præses Itoni
Pyrrhus ab edomitis hæc tibi fert Galatis,
Antigoni postquam scidit agmina. Nec nova res est,
Pugnaces et nunc et prius Æacidæ.

131. LEONIDÆ TARENTINI.

Sunt a Lucanis hæ binæ cuspidis hastæ,

στοιχηδὸν, ξεσταί τ' ἀμφίβολοι κάμακες
δέδμηνται, ποθέουσαι δμῶς ἵππους τε καὶ ἄνδρας,
Παλλάδι· τοὺς δ' ὁ μέλας ἀμφέχανεν θάνατος.

132. ΝΟΣΣΙΔΟΣ.

Ἔντεα Βρέττιοι ἄνδρες ἀπ' αἰνομόρων βάλον ὤμων,
θεινόμενοι Λοκρῶν χερσὶν ὕπ' ὠκυμάχων,
ὧν ἀρετὰν ὑμνεῦντα θεῶν ὑπ' ἀνάκτορα κεῖνται,
οὐδὲ ποθεῦντι κακῶν πάχεας, οὓς ἔλιπον.

133. ΑΡΧΙΛΟΧΟΥ.

Ἀλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην
Ἥρῃ, κουριδίων εὖτ' ἐκύρησε γάμων.

134. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Ἡ τὸν θύρσον ἔχουσ' Ἑλικωνιὰς, ἥ τε παρ' αὐτὴν
Ξανθίππη, Γλαύκη τ', εἰς χορὸν ἐρχόμεναι,
ἐξ ὄρεος χωρεῦσι, Διωνύσῳ δὲ φέρουσι
κισσὸν καὶ σταφυλὴν, πίονα καὶ χίμαρον.

135. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὗτος Φειδόλα ἵππος ἀπ' εὐρυχόροιο Κορίνθου
ἄγκειται Κρονίδᾳ, μνᾶμα ποδῶν ἀρετᾶς.

136. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρηξιδίκη μὲν ἔρεξεν, ἐβούλευσεν δὲ Δύσηρις
εἶμα τόδε· ξυνὴ δ' ἀμφοτέρων σοφίη.

137. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρόφρων, Ἀργυρότοξε, δίδου χάριν Αἰσχύλου υἱῷ
Ναυκράτει, εὐχωλὰς τάσδ' ὑποδεξάμενος.

138. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρὶν μὲν Καλλιτέλης μ' ἱδρύσατο· τόνδε δ' ἐκείνου
ἔκγονοι ἐστάσανθ', οἷς χάριν ἀντιδίδου.

139. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πραξαγόρας τάδε δῶρα θεοῖς ἀνέθηκε, Λυκαίου
υἱός· ἐποίησεν δ' ἔργον Ἀναξαγόρας.

140. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Παιδὶ φιλοστεφάνῳ Σεμέλας [μ'] ἀνέθηκε Μέλανθος
μνᾶμα χοροῦ νίκας, υἱὸς Ἀρηϊφίλου.

141. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥυσαμένα Πύθωνα δυσαχέος ἐκ πολέμοιο,

ex-ordine, politæque hastæ quæ-utrimque-jaciuntur,
inhiantes equis simul et viris, exstructæ-sunt
Palladi; ipsos autem *viros* atra voravit mors.

132. NOSSIDIS.

Scuta Brutii viri a fœde-cæsis abjecerunt humeris,
contusi Locrorum sub manibus in-pugnando-celerium;
quorum virtutem celebrantia deorum sub penetralibus ja-
nec desiderant ignavorum brachia quæ deseruere. [cent,

133. ARCHILOCHI.

Alcibie capillorum sacrum appendit velum
Junoni, legitimas quando sortita est nuptias.

134. ANACREONTIS.

Quæ thyrsum habet, Heliconias, et quæ prope ipsam,
Xanthippe, Glauceque, ad chorum venientes,
e monte procedunt, et Baccho ferunt
hederam et uvam, pinguem et caprum.

135. EJUSDEM.

Hic Phidolæ equus ab vasta Corintho
dedicatus-est Saturnio, monumentum pedum virtutis.

136. EJUSDEM.

Praxidice quidem fecit, meditata autem fuerat Dyseris
vestem hanc: conjuncta vero utriusque ars.

137. EJUSDEM.

Propitius, argenteum-qui-tenes-arcum, da gratiam Æschyli
Naucrati, vota hæc accipiens. [filio

138. EJUSDEM.

Quondam Calliteles me posuit; hunc vero ejus
posteri statuerunt, quibus gratiam vicissim-tribuas.

139. EJUSDEM.

Praxagoras hæc dona deis dedicavit, Lycæi
filius; fecit autem opus Anaxagoras.

140. EJUSDEM.

Filio coronarum-amanti Semeles me dedicavit Melanthus
monumentum choricæ victoriæ, filius Areiphili.

141. EJUSDEM.

Qui servavit Pythonem horrisono ex bello,

Frenaque et aggeribus structa lupata suis,
Sacra tibi Pallas: sed equosque virosque requiru t,
Quos nunc absorptos mortis hiatus habet.

134. ANACREONTIS.

Thyrsitenens hæc est Heliconias: ad latus illi
Xanthippa et Glauce concelebrare choros.
Ut veniunt de monte, caprum tibi, Liber, opimum,
Uvas atque hederam, munera grata, ferunt.

ἀσπὶς Ἀθηναίης ἐν τεμένει κρέμαται.

clypeus Minervæ in templo suspensus-est.

142. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σάν τε χάριν, Διόνυσε, καὶ ἀγλαὸν ἄστεϊ κόσμον
Θεσσαλίας μ' ἀνέθηκ' ἀρχὸς Ἐχεκρατίδας.

142. EJUSDEM.

Tuumque honorem, Bacche, et splendidum urbi decus
Thessaliæ me dedicavit princeps Echecratidas.

143. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εὔχεο Τιμώνακτι θεῶν κήρυκα γενέσθαι
ἤπιον, ὅς μ' ἐρατοῖς ἀγλαΐην προθύροις
Ἑρμῇ τε κρείοντι καθέσσατο· τὸν δ' ἐθέλοντα
ἀστῶν καὶ ξείνων γυμνασίῳ δέχομαι.

143. EJUSDEM.

Precare Timonacti deorum præconem fieri
propitium, qui me amabili decus vestibulo
Mercurioque potenti posuit. Qui autem voluerit
civium et hospitum, *eum* in gymnasium admitto.

144. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Στροίβου παῖ, τόδ' ἄγαλμα, Λεώκρατες, εὖτ' ἀνέθηκας
Ἑρμῇ, καλλικόμους οὐκ ἔλαθες Χάριτας,
οὐδ' Ἀκαδημίαν πολυγαθέα, τῆς ἐν ἀγοστῷ
σὴν εὐεργεσίην τῷ προσιόντι λέγω.

144. EJUSDEM.

Strœbi fili, hanc statuam, Leocrates, quando posuisti
Mercurio, pulchricomas non latuisti Gratias,
neque Academiam lætitia-plenam, cujus in sinu
tuum beneficentiam accedenti cuique dico.

145. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βωμοὺς τούσδε θεοῖς Σοφοκλῆς ἱδρύσατο πρῶτος,
ὃς πλεῖστον Μούσης εἶλε κλέος τραγικῆς.

145. EJUSDEM.

Altaria hæc diis Sophocles struxit primus,
qui plurimam Musæ adeptus-est laudem tragicæ.

146. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Καὶ πάλιν, Εἰλείθυια, Λυκαινίδος ἐλθὲ καλεύσης,
εὔλοχος, ὠδίνων ὧδε σὺν εὐκολίῃ·
ἧς τόδε νῦν μὲν, ἄνασσα, κόρης ὕπερ· ἀντὶ δὲ παιδὸς
ὕστερον εὐώδης ἄλλο τι νηὸς ἔχοι.

146. CALLIMACHI.

Et rursus, Ilithya, Lycænide veni vocante
lenis-obstetrix, partuum huc cum facilitate;
cujus hocce nunc *habe*, regina, natæ causa; pro filio au-
postea odorata aliud quid ædes habeat. [tem

147. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸ χρέος ὡς ἀπέχεις, Ἀσκληπιὲ, τὸ πρὸ γυναικὸς
Δημοδίκης Ἀκέσων ὤφελεν εὐξάμενος,
γιγνώσκεις· ἢν δ' ἆρα λάθῃ καὶ τῖμον ἀπαιτῇς,
φησὶ παρέξεσθαι μαρτυρίην ὁ πίναξ.

147. EJUSDEM.

Debitum te accepisse, Æsculapi, quod pro uxore
Demodice Aceson debuit ex-voto-concepto,
scis: si vero oblitus-fueris ac pretium repetas,
ait se præbituram testimonium tabula.

148. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῷ με Κανωπίτᾳ Καλλίστιον εἴκοσι μύξαις
πλούσιον, ἁ Κριτίου, λύχνον ἔθηκε θεῷ,
εὐξαμένα περὶ παιδὸς Ἀπελλίδος· ἐς δ' ἐμὰ φέγγη
ἀθρήσας φήσεις· « Ἔσπερε, πῶς ἔπεσες! »

148. EJUSDEM.

Me Canopitæ Callistium viginti ellychniis
divitem, Critiæ filia, lucernam posuit deo,
votum-faciens pro filia Apellide. In mea autem lumina
intuens dices: « Hespere, quam cecideristi! »

149. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φησὶν ὅ με στήσας Εὐαίνετος (οὐ γὰρ ἔγωγε
γιγνώσκω) νίκης ἀντί με τῆς ἰδίης
ἀγκεῖσθαι χάλκειον ἀλέκτορα Τυνδαρίδῃσι·
πιστεύω Φαίδρου παιδὶ Φιλοξενίδεω.

149. EJUSDEM.

Dicit qui me statuit Euænetus (non enim ego
scio) victoria me pro sua
dedicatum esse æneum gallum Tyndaridis.
Fidem-habeo Phædri filio filii-Philoxeni.

150. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰναχίης ἕστηκεν ἐν Ἴσιδος ἡ Θάλεω παῖς
Αἰσχυλὶς, Εἰρήνης μητρὸς ὑποσχεσίῃ.

150. EJUSDEM.

Inachiæ stat in Isidis *æde* Thaletis filia
Æschylis, Irenes matris ex-promisso.

151. ΤΥΜΝΕΩ.

Μίκκος ὁ Πελλαναῖος Ἐνυαλίου βαρὺν αὐλὸν
τόνδ' ἐς Ἀθαναίας ἐκρέμασ' Ἰλιάδος,

151. TYMNIS.

Miccus Pellanæus Martis gravem tibiam
hanc in Minervæ *æde* suspendit Iliacæ,

Τυρσηνὸν μελέδαμα, ὃι' οὗ ποκα πόλλ' ἐβόασεν
ὠνὴρ εἰράνας σύμβολα καὶ πολέμου.

152. ΑΓΙΔΟΣ.

Καὶ στάλικας καὶ πτηνὰ λαγωβόλα σοὶ τάδε Μείδων,
Φοῖβε, σὺν ἰξευταῖς ἐκρέμασεν καλάμοις,
ἔργων ἐξ ὀλίγων ὀλίγην δόσιν· ἢν δέ τι μεῖζον
δωρήσῃ, τίσει τῶνδε πολυπλάσια.

153. ΑΝΥΤΗΣ.

Βουχανδὴς ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐριασπίδα υἱὸς
Κλεύβοτος· ἁ πάτρα δ' εὐρύχορος Τεγέα·
τἀθάνᾳ δὲ τὸ δῶρον· Ἀριστοτέλης δ' ἐπόησεν
Κλειτόριος, γενέτᾳ ταὐτὸ λαχὼν ὄνομα.

154. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ, οἱ δὲ ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Ἀγρονόμῳ τάδε Πανὶ καὶ εὐαστῆρι Λυαίῳ
πρέσβυς καὶ Νύμφαις Ἀρκὰς ἔθηκε Βίτων·
Πανὶ μὲν ἀρτίτοκον χίμαρον συμπαίστορα ματρὸς,
κισσοῦ δὲ Βρομίῳ κλῶνα πολυπλανέος·
Νύμφαις δὲ σκιερῆς εὐποίκιλον ἄνθος ὀπώρης,
φύλλα τε πεπταμένων αἱματόεντα ῥόδων.
Ἀνθ' ὧν εὔυδρον, Νύμφαι, τόδε δῶμα γέροντος
αὔξετε, Πὰν γλαγερὸν, Βάκχε πολυστάφυλον.

155. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Ἅλικες αἵ τε κόμαι καὶ ὁ Κρωβύλος, ἃς ἀπὸ Φοίβῳ
πέξατο μολπαστᾶ κῶρος ὁ τετραετής·
αἰχμητὰν δ' ἐπέθυσεν ἀλέκτορα, καὶ πλακόεντα
παῖς Ἡγησιδίκου πίονα τυροφόρον.
Ὄλλον, θείης τὸν Κρωβύλον εἰς τέλος ἄνδρα,
οἴκου καὶ κτεάνων χεῖρας ὕπερθεν ἔχων.

156. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καλῷ σὺν τέττιγι Χαρίξεινος τρίχα τήνδε
κουρόσυνον κούραις θῆκ' Ἀμαρυνθιάσι
σὺν βοὶ χερνιφθέντα· πάϊς δ' ἴσον ἀστέρι λάμπει,
πωλικὸν ὡς ἵππος χνοῦν ἀποσεισάμενος.

Tyrrhenum studium, per quam quondam multa insonuit
ille vir pacis signa atque belli.

152. AGIDIS.

Et palos et volucria peda tibi hæc Midon,
Phœbe, cum aucupatoriis suspendit calamis:
ex opere tenui tenue donum; si vero majus quiddam
donabis, pendet his multoties-plura.

153. ANYTES.

Bovis-capax lebes; qui vero posuit *est* Eriaspidæ filius
Cleobotus; patria autem ejus vasta Tegea.
Minervæ *datum* donum; Aristoteles vero fecit
Clitorius, patri idem sortitus nomen.

154. LEONIDÆ TARENTINI, aliis GÆTULICI.

Agresti hæc Pani et bacchanti Lyæo
et Nymphis senex Arcas posuit Biton:
Pani quidem recens-editum caprum, matris collusorem,
hederæque Bromio surculum late-diffusæ; [tis
Nymphis autem umbrosæ pervarium florem autumnita-
et folia apertarum sanguinolenta rosarum.
Pro quibus bene-rigatam, Nymphæ, hanc domum senis
augete, Pan lactis, Bacche vitis-plenam.

155. THEODORIDÆ.

Æquales et hæ comæ et Crobylus, quas Phœbo
detondit cantori puer quadrimus;
et pugnatorem præterea-immolavit gallum, et placentam
pinguem caseo-conspersam, filius Hegesidici.
O Apollo, facias Crobylum in perfectum virum evadere,
domum *ejus* et bona manibus *tuis* protegens.

156. EJUSDEM.

Pulchra cum cicada Charixenus crinem hunc
detonsum puellis posuit Amarynthiadibus,
cum bove sacro-fonte-conspersa: puer velut sidus splen-
lanuginem excussit qui juvenilem ut pullus. [det,

---

152. AGIDIS.

Hos tibi suspendit varos, baculumque volucrem
Cum calamo Medon aucupe, Phœbe potens.
Nempe ex arte levi levia hæc fert munera: si quid
Majus ei dederis, tu quoque plura feres.

154. LEONIDÆ TARENTINI.

Nymphis et Bromio, sectantique avia Fauno
Dona senex Arcas dedicat ista Biton:
Hœdum matris adhuc qui ludit ad ubera Faunus,
Errantes hederas Bacchus habeto sibi;
Nymphæ multiplici decerptos arbore flores,
Et folia ex pulchris quæ cecidere rosis.
Vos senis ergo domum, Nymphæ, manantibus undis,
Et tu lacte bea Faune, Lyæe mero.

155. THEODORIDÆ.

Sunt ætate pares crines et Crobylus, illos
Ille tibi sacrat, Phœbe, quadrimus adhuc,
Patre Hegesidico: simul et de corte maritus
Additur, et presso lacte placenta tibi.
Da, Deus, ut plenos attingat Crobylus annos,
Et res a proavis ipse domumque regat.

156. EJUSDEM.

Aureola hæc cum crine Charisthenis ecce cicada
Sacra deæ vobis sunt Amarynthiades,
Cum bove mactato. Puer ipse, ut stella, relucet;
Sic tener, excussa est cui juba, ludit equus.

157. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄρτεμις, ἡ Γόργοιο φύλαξ κτεάνων τε καὶ ἀγροῦ,
τόξῳ μὲν κλῶπας βάλλε, σάου δὲ φίλους·
καί σοι ἐπιῤῥέξει Γόργος χιμάροιο νομαίης
αἷμα καὶ ὡραίους ἄρνας ἐπὶ προθύροις.

158. ΣΑΒΙΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Πανὶ Βίτων χίμαρον, Νύμφαις ῥόδα, θύρσα Λυαίῳ,
τρισσὸν ὑπ' εὐπετάλοις δῶρον ἔθηκε φόβαις.
Δαίμονες ἀλλὰ δέχοισθε κεχαρμένοι, αὔξετε δ' αἰεὶ
Πὰν ἀγέλην, Νύμφαι πίδακα, Βάκχε γάνος.

159. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἃ πάρος αἱματόεν πολέμου μέλος ἐν δαὶ σάλπιγξ
καὶ γλυκὺν εἰράνας ἐκπροχέουσα νόμον,
ἄγκειμαι, Φερένικε, τεὸν Τριτωνίδι κούρᾳ
δῶρον, ἐριβρύχων παυσαμένα κελάδων.

160. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κερκίδα τὰν ὀρθρινὰ, χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ,
μελπομέναν, ἰστῶν Παλλάδος ἁλκυόνα,
τόν τε καρηβαρέοντα πολυῤῥοίβδητον ἄτρακτον,
κλωστῆρα στρεπτᾶς εὔδρομον ἁρπεδόνας,
καὶ πήνας, καὶ τόνδε φιληλάκατον καλαθίσκον,
στάμονος ἀσκητοῦ καὶ τολύπας φύλακα,
παῖς ἀγαθοῦ Τελέσιλλα Διοκλέος ἁ φιλοεργὸς
εἰροκόμων Κούρᾳ θήκατο δεσπότιδι.

161. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ἑσπερίου Μάρκελλος ἀνερχόμενος πολέμοιο
σκυλοφόρος κραναῆς τέλσα πάρ' Ἰταλίης,
ξανθὴν πρῶτον ἔκειρε γενειάδα· βούλετο πατρὶς
οὕτως, καὶ πέμψαι παῖδα καὶ ἄνδρα λαβεῖν.

162. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Ἀνθεμά σοι Μελέαγρος ἐὸν συμπαίστορα λύχνον,
Κύπρι φίλη, μύστην σῶν θέτο παννυχίδων.

157. EJUSDEM.

O Diana, Gorgi custos et bonorum et agri,
arcu quidem fures feri, sed amicos serva
et immolabit tibi Gorgus capræ pabulantis
sanguinem et justa-ætate agnos in vestibulis.

158. SABINI GRAMMATICI.

Pani Biton caprum, Nymphis rosas, thyrsum Lyæo,
triplex donum sub pulchris-foliorum comis posuit.
Ac vos, dii, accipiatis læti, et augete usque
Pan gregem, Nymphæ fontem, Bacche delicias.

159. ANTIPATRI SIDONII.

Quæ quondam sanguineam belli cantilenam in prælio tuba
et suavem pacis effundebam modum,
appendeo, Pherenice, tuum Tritoniæ virgini
donum, grandisonorum desinens clangorum.

160. EJUSDEM.

Pectinem mane, simul-cum hirundinum voce,
canentem, jugorum Palladis halcyonem,
et capite-gravatum, strepitosum fusum,
textorem celerem torti funis,
et fila, et, qui-fusum-amat, hunc calathiscum,
fili bene-fabricati et glomeris custodem,
filia boni Dioclis Telesilla, laboris-amans,
lanariorum dominæ Virgini dedicavit.

161. CRINAGORÆ.

Ab-occidentali Marcellus rediens bello
cum-præda ad petrosæ fines Italiæ,
primo flavum totondit mentum : sic patria
voluit, et mittere puerum, et virum recipere.

162. MELEAGRI.

Donum tibi Meleager suum collusorem lychnum,
Cypri amica, mystam tuorum posuit pervigiliorum.

---

157. EJUSDEM.

Arcitenens Gorgi custos Dea rebus et agro,
Mitte tua in fures tela, tuere bonos.
Ad tua formosos sic limina perferet agnos
Gorgus, et accedet victima justa caper.

158. SABINI.

Hœdum Pani, rosas Nymphis, thyrsosque Lyæo,
Sub viridi ponit munera fronde Biton.
Accipite hæc Divi faciles, dominumque beate
Semper aquis Nymphæ, Pan grege, Bacche mero.

160. ANTIPATRI SIDONII.

Hunc radium simul atque auditur hirundo, canentem
Mane novo, doctæ Palladis halcyonem;
Stridentemque gravis capitis vertigine fusum,
Mollia qui secum currere fila docet,
Et villos calathumque, colus quem semper amavit,
Stamina servantem lanitiique globos,
Nata boni Dioclis Telesilla, haud parca laborum,
Hæc dat lanificæ munera grata Deæ.

161. CRINAGORÆ.

Advenit Hesperio victor Marcellus ab orbe,
Itala quo tellus limite clausa jacet,
Prima genis cecidit cui purpura Patria, gaude :
Misisti puerum; vir redit ecce tibi.

163. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τίς τάδε μοι θηητὰ περὶ θριγκοῖσιν ἀνῆψε
σκῦλα, παναισχίστην τέρψιν Ἐνυαλίου;
οὔτε γὰρ αἰγανέαι περιαγέες, οὔτε τι πήληξ
ἄλλοφος, οὔτε φόνῳ χρανθὲν ἄρηρε σάκος·
ἀλλ' αὖτως γανόωντα καὶ ἀστυφέλικτα σιδάρῳ,
οἷά περ οὐκ ἐνοπᾶς, ἀλλὰ χορῶν ἔναρα·
οἷς θάλαμον κοσμεῖτε γαμήλιον· ὅπλα δὲ λύθρῳ
λειβόμενα βροτέῳ σηκὸς Ἄρηος ἔχοι.

164. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Γλαύκῳ καὶ Νηρῆϊ καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ,
καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ, καὶ Σαμόθρᾳξι θεοῖς,
σωθεὶς ἐκ πελάγους Λευκίλλιος ὧδε κέκαρμαι
τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

165. ΦΑΛΑΙΚΟΥ.

Στρεπτὸν Βασσαρικοῦ ῥόμβον θιάσοιο μύωπα,
καὶ σκύλος ἀμφιδόρου στικτὸν ἀχαΐνεω,
καὶ κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρων,
καὶ θύρσου χλοερὸν κωνοφόρου κάμακα,
καὶ κούφοιο βαρὺν τυπάνου βρόμον, ἠδὲ φορηθὲν
πολλάκι μιτροδέτου λίκνον ὕπερθε κόμης,
Εὐάνθη Βάκχῳ, τὴν ἔντρομον ἄνικα θύρσοις
ἄτρομον εἰς προπόσεις χεῖρα μετημφίασεν.

166. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Εἰκόνα τῆς κήλης Διονύσιος ὧδ' ἀνέθηκεν,
σωθεὶς ἐκ ναυτῶν τεσσαράκοντα μόνος·
τοῖς μηροῖς αὐτὴν γὰρ ὑπερδήσας ἐκολύμβα.
* Ἔστω καὶ κήλης ἔν τισιν εὐτυχίη.

167. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Σοὶ, μάκαρ αἰγίκναμε, παράκτιον ἐς περιωπὴν
τὸν τράγον, ὦ δισσᾶς ἀγέτα θηροσύνας —
σοὶ γὰρ καστορίδων ὑλακὰ καὶ τρίστομος αἰχμὴ
εὔαδε, καὶ ταχινῆς ἔργα λαγωσφαγίης,
δίκτυά τ' ἐν ῥοθίοις ἁπλούμενα, καὶ καλαμευτὰς

163. EJUSDEM.

Quis hæc mihi speciosa circum septa *templi* suspendit
arma, turpissimum oblectamentum Enyalii?
neque enim jacula hinc-illinc-fracta, neque galea
sine-crista, nec cæde fœdum scutum afflixum-est,
sed sic splendentia et incoucussa ferro,
qualia non pugnæ *sunt*, sed chororum instrumenta :
quibus thalamum decorate nuptialem ; sed arma cruore
humano stillantia fanum Mavortis habeat.

164. LUCIANI.

Glauco, et Nerei, et Inonis-filio Melicertæ,
et maritimo Jovi (*Neptuno*), et Samothracum diis,
servatus ex mari Lucillius, sic mihi-totondi
crines de capite : aliud enim nihil habeo.

165. PHALÆCI

Tortum rhombum Bassarici thiasi stimulum,
et pellem qua-totus-contectus-fuit maculosam cervi,
et corybantiorum sonitus æneos crotalorum,
et thyrsi viridem coniferi stipitem,
et levis gravem tympani fremitum, ac gestatam
sæpe mitrâ-vinctos vannum super capillos,
Evanthe Baccho *dicat*, tremulam quando thyrsis *gerendis*
non-tremulam ad compotationes manum traduxit.

166. LUCILLII.

Imaginem herniæ Dionysius huc dedicavit,
ex nautis quadraginta servatus solus :
lumbis enim eâ superligatâ natabat.
Est igitur etiam herniæ in quibusdam bona-fortuna.

167. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Tibi, beate Capripes, ad speculam in-littore-positam
hunc caprum, o duplicis moderator venationis —
nam tibi castoridum latratus et tricuspis hasta
placet, et celeris opera leporum-cædis,
et retia in undis expansa, et hamator

---

163. MELEAGRI.

Quis spolia apposuit nostris laquearibus ista,
Qualia Gradivo dona placere nefas?
Non ingens datur hasta mihi nec saucia cassis,
Nec quæ de multo sanguine scuta madent;
Sed nitida atque ipso nimium ridentia ferro:
Bellorum non sunt ista, sed arma chori.
Hæc date nuptarum thalamis : manantia tabo
Tela virûm templum Martis habere decet.

164. LUCIANI.

Glauce tibi et Nereu, Matutæque et Melicertæ
Saturnoque Sami Threiciæque Deis,
Sospes ab insano Lucillius æquore crines
Tondeor hic, aliud quippe ego nil habeo.

166. LUCILLII.

Hernia picta patet : sacrat hanc Dionysius, unus
De nautis decies quattuor incolumis.
Quippe ligans ipsam supra femora ambo natavit.
Est quando ruptum (quis putet?) esse juvat.

167. AGATHIÆ ORATORIS.

Littoris ad scopulum venatu duplice lætus
Hirsutum, capripes, fert tibi, Faune, caprum.
Namque tibi latrans canis et venabula ternâ
Cuspide sunt cordi, prædaque parva lepus,
Retiaque in fluctus immersa et sedulus auceps,

κάμνων, καὶ μογερῶν πεῖσμα σαγηνοβόλων —
ἄνθετο δὲ Κλεόνικος, ἐπεὶ καὶ πόντιον ἄγραν
ἄνυε, καὶ πτῶκας πολλάκις ἐξεσόβει.

168. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Βοτρυΐων ἀκάμαντα φυτῶν λωβήτορα κάπρον,
τὸν θρασὺν ὑψικόμων ἐνναέταν δονάκων,
πολλάκις ἐξερύσαντα θοῶν ἀκμαῖσιν ὀδόντων
δένδρεα, καὶ νομίους τρεψάμενον σκύλακας,
ἀντήσας ποταμοῖο πέλας, πεφρικότα χαίτας,
ἄρτι καὶ ἐξ ὕλας πάγχυ λιπόντα βάθος,
χαλκῷ Ξεινόφιλος κατενήρατο, καὶ παρὰ φηγῷ
θηρὸς ἀθωπεύτου Πανὶ καθῆψε δέρας.

169. ΑΔΗΛΟΝ.

Κώμαυλος τὸν ἐχῖνον ἰδὼν ἐπὶ νῶτα φέροντα
βᾶγας, ἀπέκτεινεν τῷδ' ἐπὶ θειλοπέδῳ·
αὐήνας δ' ἀνέθηκε φιλακρήτῳ Διονύσῳ
τὸν τὰ Διωνύσου δῶρα λεϊζόμενον.

170. ΘΥΙΛΛΟΥ.

Αἱ πτελέαι τῷ Πανὶ, καὶ αἱ τανυμήκεες αὗται
ἰτέαι, ἥ θ' ἱερὰ καμφιλαφὴς πλάτανος,
καὶ λιβάδες, καὶ ταῦτα βοτηρικὰ Πανὶ κύπελλα
ἄγκειται, δίψης φάρμακ' ἀλεξίκακα.

171. ΑΔΗΛΟΝ.

Αὐτῷ σοὶ πρὸς Ὄλυμπον ἐμακύναντο κολοσσὸν
τόνδε Ῥόδου ναέται Δωρίδος, Ἄελιε,
χάλκεον ἀνίκα κῦμα κατευνάσαντες Ἐνυοῦς
ἔστεψαν πάτραν δυσμενέων ἐνάροις.
Οὐ γὰρ ὑπὲρ πελάγους μόνον * ἄνθεσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν γᾷ,
ἄβρὸν ἀδουλώτου φέγγος ἐλευθερίας·
τοῖς γὰρ ἀφ' Ἡρακλῆος ἀεξηθεῖσι γενέθλας
πάτριος ἐν πόντῳ κἠν χθονὶ κοιρανία.

172. [ΑΓΑΘΙΟΥ.]

Πορφυρὶς ἡ Κνιδίη τὰ στέμματα, καὶ τὸ δίθυρσον
τοῦτο τὸ λογχωτὸν, καὶ τὸ περισφύριον,
οἷς ἀνέδην βάκχευεν, ὅτ' ἐς Διόνυσον ἐφοίτα
κισσωτὴν στέρνοις νεβρίδ' ἀναπτομένη,

laborans, et funis sagenam operose jacientium —
dedicavit Cleonicus, quandoquidem et maritimam prædam agebat, et lepores sæpe agitabat.

168. PAULI SILENTIARII.

Racemosarum plantarum indefessum vastatorem aprum,
audacem alticomarum incolam arundinum,
sæpe qui-evulsit rapidorum mucronibus dentium
arbores, et pastorios fugavit canes,
obviam-factus fluvium propter, horrentem setis,
modo et silvæ ex profundo egressum recessu,
ære Xenophilus interfecit, et ad fagum
belluæ immitis Pani religavit pellem.

169. INCERTI.

Comaulus quum erinaceum vidisset in tergo ferentem
acinos-uvæ, interemit hac in vinea;
et siccatum dedicavit merum-amanti Baccho
Bacchi dona prædantem.

170. THYILLI.

Ulmi Pani, et proceræ hæ
salices, ac sacra late-luxurians platanus,
et fontes, et hæc pastoritia pocula Pani
sacra-sunt, sitis remedia malæ-depulsoria.

171. INCERTI.

Ipsi tibi usque-ad Olympum eduxerunt colossum
hunc Rhodi habitatores Doricæ, Sol,
æneum quando fluctum consopiverant Bellonæ et
coronaverunt patriam spoliis hostium. [terra,
Non enim super pelago solum accenderunt, sed etiam in
pulchrum non-subjugatæ lumen libertatis:
quippe illis, qui ex Herculis creverunt sobole,
paterna est in ponto et in terra dominatio

172. AGATHIÆ.

Porphyris Cnidia coronas et duplicem-thyrsum
hunc hastilia-referentem, et tibiale, [bat
quibus effrenate bacchabatur, quando ad Bacchum vade-
hedera-ornatam pectori pellem-capreæ afflixam-habens,

Et toto pisces amne sagena trahens.
His te muneribus merito Cleonicus honorat,
Felix in lepores, nec minus ille mari.

169. INCERTI.

Uvas ferre videns tergo Comaulus echinum
Intulit erranti plana per ista necem:
Et tibi siccatum merito, Lenæe, sacravit,
Quippe tuas fuerat qui populatus opes.

171. INCERTI,

de imagine Soli sacrata a Rhodiis.

Eductum cœlo, Sol, admovere Colossum
Hunc tibi gens habitans Doridos urbe Rhodi,
Ære probo, sævo reduces cum Martis ab æstu
Suspendere suis hostica signa tholis.
Quippe redonarunt pariter terræque marique
Libera nullius subdita jura jugo.
Herculeo siquidem patrium est de semine natis
Imperium terris, imperiumque mari.

172. AGATHIÆ.

Porphyris orta Cnido, gemina cum cuspide thyrsum,
Sertaque, et hæc circum vincula ducta pedes;
Læta quibus Bromii sese jactabat ad aras,
Partim hedera, partim nebride cincta latus;

αὐτῷ σοὶ, Διόνυσε, πρὸ παστάδος ἥρησε
ταῦτα τὰ [καὶ] κάλλευς κόσμια καὶ μανίης.

173. ΡΙΑΝΟΥ.

Ἀχρυλὶς ἡ Φρυγίη θαλαμηπόλος, ἡ περὶ πεύκας
πολλάκι τὰς ἱερὰς χευαμένη πλοκάμους,
γαλλαίῳ Κυβέλης ὀλολύγματι πολλάκι δοῦσα
τὸν βαρὺν εἰς ἀκοὰς ἶχον ἀπὸ στομάτων,
τάσδε θεῇ χαίτας περὶ δικλίδι θῆκεν ὀρείᾳ,
θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ὧδ' ἀνέπαυσε πόδα.

174. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Παλλάδι ταὶ τρισσαὶ θέσαν ἅλικες, ἶσον ἀράχνᾳ
τεῦξαι λεπταλέον στάμον' ἐπιστάμεναι,
Δημὼ μὲν ταλαρίσκον ἐΰπλοκον, Ἀρσινόα δὲ
ἐργάτιν εὐκλώστου νήματος ἠλακάταν·
κερκίδα δ' εὐποίητον, ἀηδόνα τὰν ἐν ἐρίθοις,
Βακχυλὶς, εὐκρέκτους ᾗ διέκρινε μίτους·
ζώειν γὰρ δίχα παντὸς ὀνείδεος ἤθελ' ἑκάστα,
ξεῖνε, τὸν ἐκ χειρῶν ἀρνυμένα βίοτον.

175. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Τὸν κύνα, τὸν πάσης κρατερῆς ἐπιΐδμονα θήρης,
ἔξεσε μὲν Λεύκων, ἄνθετο δ' Ἀλκιμένης.
Ἀλκιμένης δ' οὐχ εὗρε τί μέμψεται· ὡς δ' ἴδ' ὁμοίην
εἰκόνα παντοίῳ σχήματι φαινομένην,
κλοιὸν ἔχων πέλας ἦλθε, λέγων Λεύκωνι κελεύειν
τῷ κυνὶ καὶ βαίνειν· πείθε γὰρ ὡς ὑλάων.

176. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν κύνα, τὰν πήραν τε καὶ ἀγκυλόδοντα σίγυνον,
Πανί τε καὶ Νύμφαις ἀντίθεμαι Δρυάσιν·
τὸν κύνα δὲ ζώοντα πάλιν ποτὶ ταῦλιον ἄξω,
ξηρὰς εἰς ἀκόλους ξυνὸν ἔχειν ἕταρον.

177. [ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.]

Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων

ipsi tibi, Bacche, ante thalamum erexit
hæc et venustatis *suæ* ornamenta et insaniæ.

173. RHIANI.

Achrylis, Phrygia neocora, quæ circum tædas
sacras sæpe effudit capillos,
Gallos-decente Cybeles ululatu sæpe mittens
gravem ad aures sonum ex ore,
hosce deæ capillos montanæ circa fores posuit,
fervidum postquam a-furore hic cohibuit pedem.

174. ANTIPATRI.

Palladi dedicaverunt trinæ æquales, simile araneæ
texere filum tenue scientes,
Demo quidem quasillum bene-textum, Arsinoa autem
laboriosam bene-plexi fili colum;
radium vero bene-fabricatum, lusciniam inter texentes,
Bacchylis, quo probe-pulsata fila distinguebat:
vivere enim sine omni opprobrio volebat quæque,
hospes, victum ex manibus sibi-parans.

175. MACEDONII CONS.

Canem hunc, omnis validæ venationis peritum,
Leucon formavit, dedicavit autem Alcimenes.
Et Alcimenes non invenit quod reprehenderet; sed ut vi-
omnimoda specie apparentem imaginem, [dit similem
collare habens accessit, Leuconi dicens, Imperet
cani ut etiam eat. *Hoc* enim persuasit *illi*, quasi latrans.

176. EJUSDEM.

Canem, peramque et adunco-dente venabulum
Panique et Nymphis dedico Dryadibus;
canem tamen vivum retro ad stabulum ducam,
siccas ad offas communem ut-habeam socium.

177. THEOCRITI.

Daphnis alba cute, qui pulchra syringe modulatur

Ista suæ formæ simul et monumenta furoris,
Bacche, tibi thalami dedicat ante fores.

173. RHIANI,

de Baccha quadam.

* * * * * *

Implevit quæ sæpe feris ululatibus aures,
Dum Cybeles toto pectore numen habet,
Dedicat hos dominæ montano in limine crines:
Nam pedibus desit hic vetus ille furor.

174. ANTIPATRI.

Tres ætate pares, tenuatum ducere doctæ
Stamen, Arachneum quod superaret opus,
Dat calathum Demo lento de vimine; donat
Arsinoe solitum pensa tenere colum;
Bacchylis argutum radium dat, aedona lanæ,
Digerit in partes qui nova fila suas.
Elegere etenim vitam quæ labe vacaret,
Victum qui satis est sufficiente manu.

175. MACEDONII CONSULIS.

Indagare canem solitum genus omne ferarum
Effinxit Leucon, dedicat Alcimenes.
Vidit ut Alcimenes, vitio culpaque carentem
Effigiem cunctas corpore ferre notas;
Vincla tenens queis colla liget: Jam dic age Leucon
Currat, ait: latrans nam tua jussa manet.

177. THEOCRITI.

Candidus hæc Daphnis Fauno dat munera, Daphnis

βουκολικοὺς ὕμνους, ἄνθετο Πανὶ τάδε·
τοὺς τρητοὺς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
νεβρίδα, τὰν πήραν, ᾇ ποτ' ἐμαλοφόρει.

bucolicos hymnos, Pani dedicavit hæc:
perforatas arundines, pedum, acutum jaculum,
capreæ-pellem, peram qua olim mala-ferebat.

178. ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Δέξαι μ', Ἡράκλεις, Ἀρχεστράτου ἱερὸν ὅπλον,
ὄφρα, ποτὶ ξεστὰν παστάδα κεκλιμένα,
γηραλέα τελέθοιμι, χορῶν ἀΐουσα καὶ ὕμνων·
ἀρκείτω στυγερὰ δῆρις Ἐνυαλίου.

178. HEGESIPPI.

Accipe me, Hercules, Archestrati sacrum clypeum,
ut, politum ad vestibulum reclinatus,
senescam, choros audiens et hymnos:
satis-sit exosa contentio Martis.

179. ΑΡΧΙΟΥ.

Ἀγραύλῳ τάδε Πανὶ βιαρκέος ἄλλος ἀπ' ἄλλης
αὔθαιμοι τρισσοὶ δῶρα λινοστασίης,
Πίγρης μὲν δειραχθὲς ἐΰβροχον ἄμμα πετανῶν,
Δᾶμις δ' ὑλονόμων δίκτυα τετραπόδων,
ἄρκυν δ' εἰναλίων Κλείτωρ πόρεν· οἷς σὺ δι' αἴθρας
καὶ πελάγευς καὶ γᾶς εὔστοχα πέμπε λίνα.

179. ARCHIÆ.

Agresti hæc Pani alius ab alia victum-ministrante
venatione-retiaria germani tres dona,
Pigres quidem cervicem-premens bene-laqueatum vinculum avium,
Damis autem silvestrium retia quadrupedum,
cassidem vero marinorum Clitor dedit: quibus tu in æthere et pelago et terra felicia mitte lina.

180. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ταῦτά σοι ἔκ τ' ὀρέων, ἔκ τ' αἰθέρος, ἔκ τε θαλάσσης
τρεῖς γνωτοὶ τέχνης σύμβολα, Πάν, ἔθεσαν·
ταῦτα μὲν εἰναλίων Κλείτωρ λίνα, κεῖνα δὲ Πίγρης
οἰωνῶν, Δᾶμις τὰ τρίτα τετραπόδων·
οἷς ἅμα χερσαίαισιν, ἅμ' ἠερίαισιν ἐν ἄγραις,
Ἀγρεῦ, ἅμ' ἐν πλωταῖς, ὡς πρὶν, ἀρωγὸς ἴθι.

180. EJUSDEM.

Hæc tibi et ex montibus, et ex æthere, et ex mari
tres fratres, artis symbola, o Pan, posuerunt:
hæc quidem marinorum lina Clitor, illa autem Pigres avium, Damis tertia quadrupedum.
Quibus cum in terrestribus, tum in aeriis venationibus, *deus* Venator, et in natantibus, ut prius, adjutor veni!

181. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τρίζυγες, οὐρεσίοικε, κασίγνητοι τάδε τέχνας
ἄλλος ἀπ' ἀλλοίας σοὶ τάδε, Πάν, ἔθεσαν,
καὶ τὰ μὲν ὀρνίθων Πίγρης, τὰ δὲ δίκτυα θηρῶν
Δᾶμις, ὁ δὲ Κλείτωρ εἰναλίων ἔπορεν·
τῶν ὁ μὲν ἐν ξυλόχοισιν, ὁ δ' ἠερίῃσιν ἐν ἄγραις
αἰὲν, ὁ δ' ἐν πελάγει εὔστοχον ἄρκυν ἔχοι.

181. EJUSDEM.

Terni fratres, o monticola *deus*, hæc arte
alius ab alia tibi, Pan, dona posuerunt:
et avium quidem Pigres, ferarum autem retia Damis, Clitor denique marinorum præbuit.
Quorum hic quidem in lustris, ille autem in aeriis venationibus semper, tertiusque in pelago, felix rete habeat.

182. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΑΓΝΗΤΟΣ.

Πίγρης ὀρνίθων ἄπο δίκτυα, Δᾶμις ὀρείων,

182. ALEXANDRI MAGNESII.

Pigres ab avibus retia, Damis a montanis,

Dulce canens tritis carmen arundinibus:
Nebrida cum ternis calamis, jaculumque, pedumque,
Et peram, quondam qua sua poma tulit.

179. ARCHIÆ.

Agricolæ Fauno tres præda vivere sueti
Fratres, quisque operis dona tulere sui:
Pigres alitibus nodant quæ vincula fauces,
Damis silvicolis lina timenda feris,
Quæ pisces capiunt Clitor. Tu dexter adesto,
Ut pelago, terris, aere rem faciant.

180. EJUSDEM,

de eodem.

Hæc tibi tres fratres de montibus, aere, ponto
Instrumenta operis, Pan, posuere sui.
Retia fluctivagi Clitor gregis, altera Pigres
Alituum, Damis tertia quadrupedum.
Tu bonus ut semper facilis fac præda sit illis,
Quæ volat, et quæ se fert pede, quæque natat.

181. EJUSDEM,

de eodem.

Hæc tibi tres fratres studio diversa professi,
Pan, habitas montis qui juga, dona ferunt:
Alituum Pigres, Damis dat fila ferarum,
Clitor quæ fatum piscibus esse solent.
Ille fac e silvis deportet, ab aere prædam
Alter, ab insanis tertius æquoribus.

182. ALEXANDRI MAGNETIS,

de eodem.

Fila Pigres avium, Clitor vada salsa natantum,

Κλείτωρ δ' ἐκ βυθίων, σοὶ τάδε, Πάν, ἔθεσαν,
ξυνὸν ἀδελφειοὶ θήρης γέρας, ἄλλος ἀπ' ἄλλης,
ἴδρι τὰ καὶ γαίης, ἴδρι τὰ καὶ πελάγευς.
Ἀνθ' ὧν τῷ μὲν ἅλὸς, τῷ δ' ἠέρος, ᾧ δ' ἀπὸ δρυμῶν
πέμπε κράτος ταύτῃ, δαῖμον, ἐπ' εὐσεβίῃ.

Clitor ex degentibus-in-profundo, hæc tibi, Pan, posu-
commune fratres venationis præmium, alius ab alia, [ere,
perite eorum quæ sunt terræ, perite et quæ pelagi.
Pro quibus *tu* huic ex mari, illi ex aere, tertio ex nemo-
mitte victoriam, o dæmon, hanc ob pietatem. [ribus

183. ΖΩΣΙΜΟΥ ΘΑΣΙΟΥ.

Σοὶ τάδε, Πάν, θηρευταὶ ἀνηρτήσαντο σύναιμοι
δίκτυα, τριχθαδίης δῶρα κυναγεσίης·
Πίγρης μὲν πτανῶν, Κλείτωρ ἁλὸς, ὃς δ' ἀπὸ χέρσου,
Δᾶμις, τετραπόδων ἀγκύλος ἰχνελάτης.
Ἀλλὰ σὺ κἠν δρυμοῖσι, καὶ εἰν ἁλί, καὶ διὰ μέσσης
ἠέρος εὔαγρον τοῖσδε δίδου κάματον.

183. ZOSIMI THASII.

Tibi hæc, Pan, venatores suspenderunt consanguinei
retia, triplicis dona venationis : [a continente,
Pigres quidem volatilium, Clitor autem a mari, tertius
Damis, quadrupedum astutus investigator.
At tu et in nemoribus, et in mari, et in medio
aere prædæ divitem hisce præbe laborem.

184. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τρισσὰ τάδε τρισσοὶ θηραγρέται, ἄλλος ἀπ' ἄλλης
τέχνης, πρὸς νηῷ Πανὸς ἔθεντο λίνα·
Πίγρης μὲν πτανοῖσιν ἐφεὶς βόλον, ἐν δ' ἁλίοισιν
Κλείτωρ, ἐν θηρσὶν Δᾶμις ἐρημονόμοις.
Τοὔνεκα, Πάν, τὸν μέν γε δι' αἰθέρος, ὃν δ' ἀπὸ λόχμης,
τὸν δὲ δι' αἰγιαλῶν θὲς πολυαγρότερον.

184. EJUSDEM.

Tria hæc tres venatores, alius ab alia
arte, ad fanum Panis posuere lina :
Pigres avibus immittens rete, piscibus
Clitor, feris Damis solivagis.
Propterea, Pan, illum per ætherem, hunc vero a saltibus,
tertium per litora facito venationis-feliciorem.

185. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βριθὺ μὲν ἀγραύλων τόδε δίκτυον ἄνθετο θηρῶν
Δᾶμις, καὶ Πίγρης πτηνολέτιν νεφέλην,
ἁπλότατον δ' ἅλι τοῦτο μιτορράφὲς ἀμφίβληστρον
Κλείτωρ, εὐθήρῳ Πανὶ προσευξάμενοι.
Τοὔνεκα, Πάν, κρατερῷ πόρε Δάμιδι λητίδα θηρῶν,
Πίγρῃ δ' οἰωνῶν, Κλείτορι δ' εἰναλίων.

185. EJUSDEM.

Grave quidem hoc silvestrium rete dedicavit ferarum
Damis, et Pigres aves-perdentem nubem,
simplicissimum (?) autem mari hoc ex-filis-consutum rete
Clitor, bene-venantem Pana venerantes.
Quapropter, Pan, forti Damidi para prædam ferarum,
Pigræque avium, et Clitori marinorum.

186. ΙΟΥΛΙΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ.

Δίκτυα σοὶ τάδε, Πάν, ἀνεθήκαμεν * οἶκος ἀδελφῶν
οἱ τρεῖς, ἐξ ὀρέων, ἠέρος, ἐκ πελάγευς.
* Δικτυβόλει τούτῳ δὲ παρ' ἠϊόνων κροκάλαισιν·
* θηροβόλει τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις·

Retia tibi hæc, Pan, dedicavimus votum fratrum,
qui *sumus* tres, ex montibus, aere, pelago.
Et reti-piscari huic dona ad littorum lapillos,
illique feras-ferire in vallibus ubi-feræ-gignuntur

Damis quadrupedum quæ juga celsa tenent;
Tres tibi, Pan, fratres donant, sua quisque periti,
Hic nubes, hic aquas, hic spoliare solum.
Pro pietate vicem tu fratribus, optime Divûm,
Per saltus, per aquas, et per inane refer.

183. ZOSIMI THASII,

de eodem.

Suspendere tibi tres, Pan venatice, fratres,
Quæ de venatu triplice dona ferunt;
Nempe Pigres avium, sed Clitor ab æquore, Damis
A terris, sollers exagitare feras.
Tu fac ut huic aer, fac ut isti saltus, et illi
Plus solito prædæ littora curva ferant.

185. EJUSDEM,

de eodem.

Rete quod implicuit cervorum corpora Damis,
Alitibus nebulam vincula certa Pigres;
Verriculum pelagi de textu simplice Clitor,
Juncta piis precibus munera Pani ferunt.
Tu, Pan, redde vicem : multos fac Clitora pisces,
Fac Pigren volucres, Damin habere feras.

186. JULII DIOCLIS,

de eodem.

Hæc fraterna domus tibi, Pan Tegeæe, sacramus
Retia de cœlo, montibus, atque mari.
Tu fac piscator felix sit in æquoris undis,
Ille leves capiat per juga vasta feras :

τὸν τρίτον ἐν πτηνοῖσιν ἐπίβλεπε· τῆς γὰρ ἁπάντων,
δαῖμον, ἔχεις ἡμέων δῶρα λινοστασίας.

187. ΑΛΚΑΙΟΥ (ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ).

Πανὶ κασιγνήτων ἱερὴ τριάς, ἄλλος ἀπ' ἄλλης,
ἄνθετ' ἀπ' οἰκείης σύμβολον ἐργασίης,
Πίγρης ὀρνίθων, ἁλίων ἀπομοίρια Κλείτωρ,
ἔμπαλιν ἰθυτόνων Δᾶμις ἀπὸ σταλίκων.
Ἀνθ' ὧν εὐαγρίην τῷ μὲν χθονὸς, ᾧ δὲ διδοίης
ἐξ ἁλὸς, ᾧ δὲ νέμοις ἠέρος ὠφελίην.

188. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ὁ Κρὴς Θηρίμαχος τὰ λαγωβόλα Πανὶ Λυκαίῳ
ταῦτα πρὸς Ἀρκαδικοῖς ἐκρέμασε σκοπέλοις.
Ἀλλὰ σὺ Θηριμάχῳ δώρων χάριν, ἀγρότα δαῖμον,
χεῖρα κατιθύνοις τοξότιν ἐν πολέμῳ,
ἔν τε συναγκείαισι παρίστασο δεξιτερῇ οἱ,
πρῶτα διδοὺς ἄγρης, πρῶτα καὶ ἀντιπάλων.

189. ΜΟΙΡΟΥΣ ΒΥΖΑΝΤΙΑΣ.

Νύμφαι Ἀνιγριάδες, ποταμοῦ κόραι, αἳ τάδε βένθη
ἀμβρόσιαι ῥοδέοις στείβετε ποσσὶν ἀεὶ,
χαίρετε καὶ σώζοιτε Κλεώνυμον, ὃς τάδε καλὰ
εἴσαθ' ὑπαὶ πιτύων ὔμμι, θεαὶ, ξόανα.

190. ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Λάζεο, τιμήεσσα Κυθηριὰς, ὑμνοπόλοιο
λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω·
πεντάδα τὴν σταφυλῆς εὐρώγεα, καὶ μελιηδὲς
πρώϊον εὐφύλλων σῦκον ἀπ' ἀκρεμόνων,
καὶ ταύτην ἀπέτηλον ἁλινήκτειραν ἐλαίην,
καὶ ψαιστῶν ὀλίγον δράγμα πενιχραλέων,
καὶ σταγόνα σπονδῖτιν, ἀεὶ θυέεσσιν ὀπηδὸν,
τὴν κύλικος βαιῷ πυθμένι κευθομένην.
Εἰ δ', ὡς εὖ βαρύγυιαν ἀπώσαο νοῦσον, ἐλάσσεις

tertium adspice inter volatilia : omnium enim
nostrùm, o dæmon, habes tensionis-linorum dona.

187. ALCÆI (MITYLENÆI).

Pani fratrum sacra trias, alius ab alia,
dedicavit symbola ab opera consueta :
Pigres avium, marinorum particulas Clitor,
rursus Damis a palis recta-serie-positis.
Pro quibus faustam-venationem huic quidem ex tellure,
ex mari; et tertio tribuas ex-aere fructum.

188. LEONIDÆ TARENTINI.

Cretensis Therimachus peda Pani Lycæo
hæc in Arcadicis suspendit scopulis.
At tu, agrestis dæmon, Therimacho donorum causa
manum dirigas arcitenentem in bello,
et in saltibus assiste ei dextera *tua*,
prima dans ex-venatione, prima et ex-inimicis.

189. MŒRUS BYZANTLÆ.

Nymphæ Anigriades, fluvii *Anigri* puellæ, quæ hæc pro-
immortales roseis calcate pedibus semper,
salvete et servate Cleonymum, qui has pulchras
statuit sub pinis vobis, deæ, imagines.

190. GÆTULICI.

Accipe, veneranda Cytherias, hymnorum-poetæ
tenuia hæc a tenui dona Leonidæ :
quinque uvas bonis-acinis, et mellea-dulcedine
ficum maturam a foliosis ramis;
atque hanc quæ-sine-foliis in-marina-aqua-natabat oleam,
et placentarum exiguum manipulum paupercularum,
et guttam libationis, semper sacrificiis comitem,
calicis in parvo fundo occultatam.
Quodsi, ut illi membra-gravantem expulisti morbum,

Tertius alitibus redeat gravis, o pater : omni
Nam de venatu nos tibi dona damus.

187. ALPHÆI MITYLENÆI,

de eodem.

Faune, favens prædis fraternæ munere trigæ,
Quæ tibi quisque suæ dona dat artis, habe :
Quæ retulit Clitor de fluctibus, alite Pigres
A grege, varorum Damis ab insidiis.
Tu facito felix captura sit aeris isti,
Ille, dato, terras, hic populetur aquas.

188. LEONIDÆ TARENTINI.

Rupibus Arcadicis suspendit Pani Lycæo
Therimachus lepores docta ferire peda.
At tu Therimacho Deus hoc pro munere dona
In bello certa mittere tela manu,
Auxiliumque illi dextris convallibus adsta
Ut spolium victo primus ab hoste ferat.

189. MYRUS BYZANTINÆ.

Formosæ Dryades natæ de flumine, cujus
Atteritis ripas luxuriante pede,
Incolumem præstate Cleonymon, optima vobis
Pinetum supra qui simulacra dedit.

190. GÆTULICI.

Accipe quæ mittit tibi dona Leonida vates,
Diva, Cytheriacis suspicienda jugis :
Cærulea in quinis tibi ponitur uva racemis,
Præcoquaque umbrosis ficus ab arboribus,
Jamque immersa sali sine tegmine frondis oliva,
Libaque non ditis victima parva manus :
Guttaque libatrix comes indivulsa sacrorum :
In calicis fundo perbrevis illa latet.
Si mihi quæ morbum potuisti pellere, pellas

καὶ πενίην, δώσω πιαλέον χίμαρον.

191. ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ ΛΟΓΓΟΥ.

Ἐκ πενίης, ὡς οἶσθ', ἀκραιφνέος, ἀλλὰ δικαίης,
Κύπρις, ταῦτα δέχευ δῶρα Λεωνίδεω·
πορφυρέην ταύτην ἐπιφυλλίδα, τήν θ' ἁλίπαστον
* δρύπεπα, καὶ ψαιστῶν τὴν νομίμην θυσίην,
σπονδήν θ', ἣν ἀσάλευτον ἀφύλισα, καὶ τὰ μελιχρὰ
σῦκα. Σὺ δ', ὡς νούσου, ῥύεο καὶ πενίης·
καὶ τότε βουθυτέοντά μ' ἐσόψεαι. Ἀλλὰ σὺ, δαῖμον,
σπεύδοις ἀντιλαβεῖν τὴν ἀπ' ἐμεῦ χάριτα.

192. ΑΡΧΙΟΥ.

Ταῦτα σαγηναίοιο λίνου δηναιὰ Πριήπῳ
λείψανα καὶ κύρτους Φιντύλος ἐχρέμασεν,
καὶ γαμψὸν χαίτῃσιν ἐφ' ἱππείῃσι πεδηθὲν
ἄγκιστρον, κρυφίην εἰναλίοισι πάγην,
καὶ δόνακα τριτάνυστον, ἀβάπτιστόν τε καθ' ὕδωρ
φελλὸν, ἀεὶ κρυφίων σῆμα λαχόντα βόλων·
οὐ γὰρ ἔτι στείβει ποσὶ χοιράδας, οὐδ' ἐπιαύει
ἠϊόσιν, μογερῷ γήραϊ τειρόμενος.

193. ΦΛΑΚΚΟΥ.

Πρίηπ' αἰγιαλῖτα, φυκόγειτον,
Δαμοίτας ἁλιεὺς, ὁ βυσσομέτρης,
τὸ πέτρης ἁλιπλῆγος ἐκμαγεῖον,
ἡ βδέλλα σπιλάδων, ὁ ποντοθήρης,
σοὶ τὰ δίκτυα τἀμφιβλήστρα ταῦτα,
δαῖμον, εἵσατο, τοῖς ἔθαλπε γῆρας.

194. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Σῶζε, θεὰ Τριτοῖ, τὰ τεθέντα [τε] τόν τ' ἀναθέντα.

195. ΑΡΧΙΟΥ.

Τρῳάδι Παλλαναῖος ἀνηέρτησεν Ἀθάνᾳ
αὐλὸν ἐριβρεμέταν Μίκκος Ἐνυαλίου,
ᾧ ποτε καὶ θυμέλῃσι καὶ ἐν πολέμοισιν ἔμελψεν
πρόσθε, τὸ μὲν στοναχᾶς σῆμα, τὸ δ' εὐνομίας.

196. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Ῥαιβοσκελῆ, δίχαλον, * ἀμμοδυόταν,
ὀπισθοβάμον', ἀτράχηλον, ὀκτάπουν,
νήκταν, τερεμνόνωτον, ὀστρακόχροα,

etiam pauperiem, dabo *tibi* pinguem caprum.

191. CORNELII LONGI.

Ex paupertate, ut scis, vera, sed justa,
Cypris, hæc accipe dona Leonidæ :
purpureum hunc racemum-ex-reliquis, et sale-conspersam
druppam, et placentarum legitimum sacrificium,
et libamen, quod quietum de-fæce-defudi, et melleas
ficos. Tu vero, ut morbo, eripe *me* etiam paupertati ;
et tunc boves-immolantem me conspicies. At tu, dea,
festines accipere gratum, ut a me, donum.

192. ARCHIÆ.

Has sagenarum fili vetustas Priapo
reliquias et nassas Phintylus suspendit,
et uncum crinibus in equinis ligatum
hamum, occultam marinis-piscibus pedicam,
et arundinem longissimam, nec mergendum in unda
suberem, semper sortitum abditorum indicium retium :
non enim jam calcat pedibus scopulos, nec indormit
littoribus, ærumnosa senectute attritus.

193. FLACCI.

Priape littoralis, algarum-vicine,
Damœtas piscator, profundi-mensor,
rupis mari-pulsatæ tersorium,
hirudo scopulorum, marinus-venator,
tibi retia prædæ-circumplectendæ-apta hæcce,
numen, posuit, quibus fovebat senectam.

194. ANONYMI.

Serva, dea Tritonia, quæque sunt posita quique posuit.

195. ARCHIÆ.

Troadi Pallanæus suspendit Minervæ
tibiam gravisonam Martis Miccus,
qua aliquando et in-theatris et in bellis cecinit olim, gemitus nunc signum, nunc bene-constituti-ordinis.

196. STATYLLII FLACCI.

Varum, duobus-brachiis, arenas-subeuntem,
retrogradum, sine-collo, octipedem,
natatorem, firmo-dorso, testaceo-corpore,

Pauperiem, dabitur pinguis ad ista caper.

191. CORNELII LONGINI.

Sume Venus, quæ vera quidem, sed conscia recti,
Dat tibi paupertas dona Leonideæ :
Uviferas frondes, et quam sal condit olivam,
Libaque majorum relligione data,
Et ficus teneras et vinum fæce solutum :
Sed Dea tu, cujus morbus abivit ope,
Fac mihi paupertas abeat quoque : bos tibi fiet
Victima, tu propera munus habere meum.

196. STATILII FLACCI.

Arenimergum, flexicrurem, forcipem,
Collo carentem, pedibus octo, retrogradum,
Fluctivaga tectum terga, testicorporem,

τῷ Πανὶ τὸν πάγουρον ὁρμιηβόλος,
ἄγρας ἀπαρχὰν, ἀντίθησι Κώπασος.

pagurum Pani piscator-hamarius,
venationis primitias, dedicat Copasus.

197. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἑλλάνων ἀρχαγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσα Μήδων
Παυσανίας Φοίβῳ μνᾶμ' ἀνέθηκα τόδε.

197. SIMONIDIS.

Græcorum dux, postquam exercitum delevi Medorum,
Pausanias Phœbo monumentum dicavi hocce

198. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ὥριον ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
κειράμενος, γενύων ἄρσενας ἀγλαΐας,
Φοίβῳ θῆκε Λύκων, πρῶτον γέρας· εὔξατο δ' οὕτως
καὶ πολιὴν λευκῶν κεῖραι ἀπὸ κροτάφων.
Τοίην ἀλλ' ἐπίνευε, τίθει δέ μιν, ὡς πρό γε τοῖον,
ὡς αὖτις πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.

198. ANTIPATRI THESSALONIC.

Rite florentem sub temporibus lanuginem
tonsam, genarum masculum decus,
Phœbo posuit Lycon, primum donum; optavitque ut sic
etiam canos ab albis tonderet temporibus.
Itaque tales *canos* annue, et fac eum, ut ante talem,
sic rursus *talem*, quando cana senectute nivesceat.

199. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Εἰνοδίη, σοὶ τόνδε φίλης ἀνεθήκατο κόρσης
πῖλον, ὁδοιπορίης σύμβολον, Ἀντίφιλος·
ἦσθα γὰρ εὐχωλῇσι κατήκοος, ἦσθα κελεύθοις
ἵλαος· οὐ πολλὴ δ' ἡ χάρις, ἀλλ' ὁσίη.
Μὴ δέ τις ἡμετέρου μάρψῃ χερὶ μάργος ὁδίτης
ἀνθέματος· συλᾶν ἀσφαλὲς οὐδ' ὀλίγα.

199. ANTIPHILI BYZANTII.

Vialis-dea, tibi hunc de-suo dedicavit capite *demptum*
pileum, itineris symbolum, Antiphilus:
eras enim votis *ejus* favens, eras *in* viis
propitia. Non magnum autem donum, sed pium.
Ne vero aliquis nostrum attrectet manu avidus viator
donarium: rapere tutum *est* ne tenuia quidem.

200. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἐκ τόκου, Εἰλείθυια, πικρὰν ὠδῖνα φυγοῦσα,
Ἀμβροσίη κλεινῶν θήκατό σοι πρὸ ποδῶν
δέσμα κόμας καὶ πέπλον, ἐφ' ᾧ δεκάτῳ ἐνὶ μηνὶ
δισσὸν ἀπὸ ζώνης κῦμ' ἐλόχευσε τέκνων.

200. LEONIDÆ.

Ex partu, Ilithyia, acerbum laborem effugiens
Ambrosia præclaros posuit tibi ante pedes
vincula comæ et peplum, eo-quod decimo in mense
duplicem de zona fœtum enixa-est liberorum.

201. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Σάνδαλα καὶ μίτρην περικαλλέα, τόν τε μυρόπνουν
βόστρυχον ὡραίων οὖλον ἀπὸ πλοκάμων,
καὶ ζώνην, καὶ λεπτὸν ὑπένδυμα τοῦτο χιτῶνος,
καὶ τὰ περὶ στέρνοις ἁγλαὰ μαστόδετα,
ἔμβρυον εὐώδινος ἐπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον,
Εὐφράντη νηῷ θῆκεν ὕπ' Ἀρτέμιδος.

201. MARCI ARGENTARII.

Sandala et mitram perpulchram odoratumque
cincinnum pulchris crispulum ab cirris,
et zonam, et tenuem subuculam hanc tunicæ,
et circum pectus splendida mammarum ligamina,
fœcundum facili-partu postquam effugit uteri pondus,
Euphrante fano posuit in Dianæ.

202. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Εὐθύσανον ζώνην τοι ὁμοῦ καὶ τόνδε κύπασσιν
Ἀθὶς παρθενίων θῆκεν ὕπερθε θυρῶν,
ἐκ τόκου, ὦ Λητωΐ, βαρυνομένης ὅτι νηδὺν
ζωὸν ὑπ' ὠδίνων λύσαο τῆσδε βρέφος.

202. LEONIDÆ TARENTINI.

Bene-fimbriatam zonam tibi simul et hunc cypassim
Athis virginales (*Dianæ*) posuit super fores, [uterum
post puerperium, o Latonia, ferente-gravem quoniam ipsâ
tu vivam sub partus doloribus exsolvisti prolem.

203. ΛΑΚΩΝΟΣ, οἱ δὲ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛ.

Ἡ γρῆυς ἡ χερνῆτις, ἡ γυιὴ πόδας,

203. LACONIS, *aliis* PHILIPPI THESSALON.

Anus mercenaria, invalida pedes,

Istum pagurum Pani de præda sua
Partem dat hamo Copasus captum suo.

198. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Hunc modo detonsum subter sua tempora florem,
Quo nosci sexus teste virilis amat,
Primum, Phœbe, Lycon munus tibi sacrat; et optat
Sic etiam canos ponere posse suos.
Tu melius tales da tunc quoque consecret: et nunc
Da sapiat, quantum cana solent capita.

203. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Nendi labore loripes vivens anus

πύστιν κατ' ἐσθλὴν ὕδατος παιωνίου
ἦλθεν ποθερπύζουσα σὺν δρυὸς ξύλῳ,
τό μιν διεσκήριπτε τὴν τετρωμένην·
οἶκτος δὲ Νύμφας εἶλεν, αἳτ' ἐριβρόμου
Αἴτνης παρωρείῃσι Συμαίθου πατρὸς
ἔχουσι δινήεντος ὑγρὸν οἰκίον.
Καὶ τῆς μὲν ἀμφίχωλον ἀρτεμὲς σκέλος
θερμὴ διεστήριξεν Αἰτναίη λιβάς·
Νύμφαις δ' ἔλειπε βάκτρον, αἳτ' ἐπήνεσαν
πέμπειν μιν ἀστήρικτον, ἡσθείσαις δόσει.

famam ob bonam aquæ salutaris
venit adreptans cum querno baculo,
qui ipsam suffulciebat debilitatam.
Miseratio autem Nymphas cepit, quæ late-frementis
Ætnæ montis-in-lateribus Symæthi patris
tenent vorticosi humidam domum.
Et illius quidem utrimque-claudum femur incolume
fervidus sustinebat Ætnæus liquor.
Nymphis autem reliquit baculum, quæ promiserant
dimissuras eam non-fultam. gavisis dono.

204. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Θῆρις ὁ δαιδαλόχειρ τᾷ Παλλάδι πῆχυν ἀκαμπῆ,
καὶ τετανὸν νώτῳ καμπτόμενον πρίονα,
καὶ πέλεκυν ῥυκάναν τ' εὐαυγέα, καὶ περιαγὲς
τρύπανον, ἐκ τέχνας ἄνθετο παυσάμενος.

204. LEONIDÆ TARENTINI.

Theris artificiosa-manu Palladi ulnam non-flexam,
et longam, tergo curvatam serram,
et asciam runcinamque splendentes, et circumactam
terebram, dicavit artem suam desinens.

205. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

LXXXII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Μελίσκου. In Plan. ἀδέσποτον. — 1 ὁ δ' Plan.; ὅδ' Cod. Heckerus : « Distichon hoc tanquam sanissimum omnes transeunt interpretes, sed quid significare possint verba γέρας αἴρειν τούτοις, exputare non possum. Scribendum χέρας. *Tibiam Meliscus Pani hanc dedicavit, dixitque periculosum esse cum ea manum conserere, quippe quæ sibi amoris attulerit* οἶστρον. » Quis, quæso, *manus conserat* cum tibia? Rectissime Jacobsius : « Pan se negat munus accepturum esse, quod arundines (Syrinx) ipsum amoris flamma incenderint. Pristini amoris memoriam deus refugit. » Fortasse aliquid latet in τούτοις, cetera sana.

LXXXIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ Εὐμόλπου. « Fortasse Macedonius intelligi voluit Eumolpum illum, Musæi filium, quem Hυθιονίκην in musico certamine antiquitas tradidit. Vide Suid. s. v. » *Jac.* — 2 γεραλέῃς χείρεσι μεμφ. Wernick. ad Triphiod. p. 266. — 4 φέρειν Plan.; φέρων Cod., superposito ειν. — 6 ἐρεισόμεθα

Plan. Alterum etiam Suidas v. Βάκτρον,... λέγεται καὶ σκηπάνιον.

LXXXIV. Lemma : ἀνάθημα τῷ Διὶ παρὰ Νικαγόρου στρατιώτου. — 1. « Suidas : ὀμφάλιον ἀσπίδος, τὸ μεσαίτατον αὐτῆς. Ipsi scilicet ὀμφάλιον erat pro nomine diminutivo, quum revera sit adjectivum nominis τρύφος. » *B.* — 3 ἰσάριθμος Cod., alterum Plan. « Confer Agathiam Hist. III, p. 97 : εἴκασεν ἄν τις τὸ χρῆμα (pugnæ conflictum) νιφετῷ μεγάλῳ ἢ χαλάζῃ πολλῇ ξὺν βιαίῳ πνεύματι καταῤῥαγείσῃ · et Ennii versum :

Undique conveniunt, velut imber, tela tribunо.

— 5 De μεναίχμᾳ feminino vide Lobeck. Paralip. p. 464. » *Jac.* — 6 σώιζετο νικαγόραι Cod.; Νικαγόρα (genit.) Plan. Concinnior videtur dativus. — 7. « Respectu ad nobile dictum matrum Lacænarum : ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς. Plurima apposui ad Aristæn. II, 17, p. 707. Vide et Caryophyll. De clyp. p. 73; Column. ad Ennium p. 242. Joannes Chrys. Eclog. p. 230 : αἱ δὲ Λακωνικαὶ γυναῖκες καὶ παραινοῦσι τοῖς παισὶν ἢ τὴν ἀσπίδα διασῶσαι ἐκ τοῦ πολέμου, ἢ ἐπ' αὐτῆς ἐνεχθῆναι νεκρόν. Seneca Suas. 2, p. 641 : *Referam præcepta matrum?* AUT IN HIS AUT CUM HIS. » *B.*

LXXXV. « Ridetur barbara græcorum vocabulorum pronuntiatio, qua magnos interdum centuriones in imperatorum Constantinopolitanorum legionibus usos esse credere licet. — 1. καὶ κρά Cod. — 2. Γορδ. Cod. cum nota corruptelæ aut dubiæ scripturæ. Γορδοπριλιάριος Plan., quod pro nomine proprio habebat Brodæus Aut nomen est a Pallada ridicule fictum, aut militis officium ab ipso barbare defiguratum. Cogitabam de Γοργοπριλιάριος, quod ex πριμπιλάριος contractum, et adjecta voce γοργός auctum esset, ad jactantiam hominis notandam. Τιμοθεωι Cod., Planudeæ edd. Τιμοθέω vel Τιμοθέου, ut sit pater illius : quod probabile [etiam Boissonadio visum], sed in re obscura nihil mutavi. » *Jac.* Adde sequens epigr.

LXXXVI. Codex in margine : εἰς τὸ παιχθὲν ὑπὸ Παλλαδᾶ, « τὸν θὼ καὶ τὰς κνή », εἴτουν (ἤτουν Cod.) θώρακα καὶ κνημῖδα, ἀσπίδα, δόρυ καὶ κράνος. In codice Medic. ap. Bandin. I, p. 103 auctoris nomen in Εὐνομίῳ depravatum. — 1 κόρυς et ἀθήνη Cod. — 2. μεμβιάδης Plan.; μεμβλιάδης ed. princ.

LXXXVII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Διονύσῳ παρὰ τοῦ Παννός. In Planud. *Agathiæ* inscribitur. — 1 ἡμέτερος edebatur ex Plan.; ὑμέτερος Codicis (et Suidæ) reduxerunt Jac. nott. mss., et Hecker., hic addens : « Hoc adjectivum satis certum est indicium ætatis, quo epigramma conscriptum est. » Suidas hinc : νεβρίς· ἐλάφου δέρμα. — 4 τέχνην Plan., male. Apud Nonnum a Jac. citatum XLII, 190 seqq. Pan, auditis Bacchi amoribus, ὀλίγην παραίφασιν εἶχεν ἐρώτων, et dixit :

Ξυνὰ παθών, φίλε Βάκχε, τεὰς ῥᾳκτειρα μερίμνας.
Καὶ σὲ πόθεν νίκησεν Ἔρως θρασύς; εἰ θέμις εἰπεῖν,
εἰς ἐμὲ καὶ Διόνυσον Ἔρως ἐκένωσε φαρέτρην.

LXXXVIII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ ἠνοῦς (Ἰνοῦς). Epigramma non est ἀναθηματικόν, sed ἐρωτικόν. In contrariam partem sæpius esse peccatum a Cephala multis et perspicue ostendit Heckerus in Commentt. I. — 1. « Hinc Suidas : ἱμερόεντα· ἐράσμιον, λαμπρόν. Et e versu 3 idem : θελξινόοις, τοῖς τὸν νοῦν ἐξαπατῶσιν. » *B.* — 2 ἠνὼ Cod., corr. Salmas. Aliud agens corrector Codicis : γρ. λουσαμένη.

LXXXIX. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πριήπῳ παρὰ Παρίδος ἁλιέως. — 1 νησίδος Cod. a pr. m., ῐ a corr. « Ἀκταίη νησίς, *insula haud procul a littore posita.* At vide an non *Nesis* significetur insula prope Campaniam (hodie *Nisita*), memorata Statio Silv. III, 1, 150; II, 2, 78, Ciceroni ad Att. XVI, 1, » *Jac.* Quod probo; forsan scribendum Νήσιδος. Suidas : Νῆσις, Νήσιδος, ὄνομα πόλεως. *Boiss.* — 2 τερπόμεναι Cod., corr. Brunck.; τερπόμενος Plan. — 5. Ἡμίβρωτον. « Senem tibi finge piscatorem, dentibus senio corruptis et male affectis. Ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους dicit Theophrastus Char. XIX. » *Jac.* —6 αὐτὸς δὲ Cod. — 7. Margo Codicis : τὸ δίδου ἀπὸ κοινοῦ. — 8. « Hinc Suidas : ὑλακτούσης· μαργώσης. » *B.*

XC. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ποσειδῶνι παρὰ Χαρικλέους (sic pro Ἀρχικλέους). In marg. : ταῦτα ἰαμβικὰ Φιλίππου Θεσσαλονικέως. — 1. « Hinc Suidas : ἐμβούοικος, ἡ ἄγκυρα ἡ τὸν βυθὸν οἰκοῦσα. Non corrigendus, quum τὰ βρύα in τῷ βυθῷ habitent. » *B.* — 3 μόλυβδον ἠψηδ. Codex, corr. Brunck. « Agitur de plumbo retis ἀψίδι appenso. Sunt autem ἀψίδες proprie τὰ κύκλα τῶν τροχῶν, αἱ περιφέρειαι, Hesych. Confer supra ep. 28, 3. » *Jac.* — 5 υδασι τεγη sine acc. et juncta τῷ ὑφὲν signo Codex, corr. Salmas. — 6 πυρσητόκον Heckerus, quem vide p. 105; πυρητόκον Cod. Jacobs. conjiciebat πυρισπόρον vel πυρίπνουν. — 8 ἐπ' Toupius; legebatur ἀπ', etiam ap. Suid. v. Ἄλη, ἡ πλάνη.

XCI. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἄρει παρά τινων. Θαλοῦ (sic) Μιλ. — 5 ἄρες Cod., corr. Jac. « Hinc Suidas : βροτολοιγός, ὁ ὀλέθριος, ὁ τοὺς βροτοὺς ὀλοθρεύων. » *B.*

XCII. Lemma : καὶ ταῦτα ἰαμβικά (ut ep. 90)· ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Δημοφῶντος χρυσοχόου. In marg. siglae ὡραῖον, et χρήσιμον. — 1. « Hinc Suidas : αὐλός, ὁ ἐπιμήκης φυσητήρ. — 2. Hinc idem : ῥίνη, τὸ χρυσοχοϊκὸν ἐργαλεῖον. »*B.* Qui ῥίνην τεχνησίχρυσον. Plan. τε τηςίχρυσον, unus χρησίχρυσον. Deinde Bothius et Heckerus I, p. 165, ὀξυδήκτορα. Legebatur ὠκυδήκτορα. — 3 δίχειλον, 4 λειψανολόγους Codex; recte Plan. utrobique.

XCIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἡρακλεῖ παρὰ Ἀρπαλίωνος. — 1 ὁ πᾶς (cum nota dubii) ῥυτίσουλινευτὴς Codex, superposito quattuor postremis syllabis πιλινευτῆς. Correxit Jacobsius. Ἐπιλινευτής, qui retia observat. — 2 σιγύνην Suidas. Scholium in marg. Cod. : σιβύνη, ὅπλον παρὰ Μακεδόσιν δόρατι παραπλήσιον. — 3. Hinc Suidas : πλειών, πλειῶνος, ὁ ἐνιαυτὸς ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ πληροῦσθαι τοὺς καιρούς. « ἐκ πολλοῦ πλειῶνος » ἤγουν ἐκ πολλοῦ χρόνου. Rectius ἐκ πολλῶν ἐνιαυτῶν. — 4 ἔστεγον Salmas. et Brunck., probante Mehlhorn. Anthol. Lyr. p. 88. Sine exemplo est locutio σθένειν βάρος, *oneri ferendo parem esse.* Quare Jacobs. conjecit ὅτ' εἰς (pro ἐπεὶ) βάρος, probabilius Heckerus I, p. 146, ἐπεὶ βαρὺς οὐκέτι χεῖρας ἔσθενεν. Quod sanum præstat locum et commode poterat recipi.

XCIV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ῥέᾳ παρὰ Κλυτοσθένους. Et in marg. : ὅρα ὅτι καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἰαμβικῶν. — 1 ἀραξάχειρα Cod. et Suidas, correctum in editt. Suidæ. Rectius videtur ἀραξίχειρα, quod Reiskius et Bothius posuerunt. « Hinc Suidas : τύμπανον ἐκ δερμάτων ἐστὶ γινόμενον καὶ κροῦον, ὃ κατεῖχον αἱ Βάκχαι. Ex versu 2 idem : κύμβαλα· θυμελικὰ παίγνια Attigit hunc locum Ellys. Comm. de cymbalis c. 22, p. 333. » *B.* — 3. Ad λωτοὺς in Cod. glossa : αὐλούς. Adjectivum indicat e cornu factas — 4. στροβηλίσας Cod. — 5. Ad σάγαριν glossa : πέλεκυν. In λυσιχλεῆ intelligitur γονίμη φλέψ, *genitalia*

XCV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Δηοῖ παρὰ Πάρμιδος γεωπόνου. — 2 μέτρον Cod. et Suid., corr. Salmas. « Σιτοδόκον μέτρου σπορίμου dictum ut ep. 257, ἀμφιφορῆα νέκταρος οἰνοδόκον, et multa ap. poetas tragicos. » *Jac.* — 4 παλιουρόφορον Cod. et Suidæ quidam, alii — ροφόρον, Leidensis παλινουρόφορον, « quod conjecerat Toupius. Idem valet παλίνορος et παλίνορσος; sed παλινουρόφορος derivandum videtur a πάλιν et οὖρος, quod, qui frumentum ventilant, id adversus ventum jactant. [Ante explicaverat : *qui huc et illuc, rursum prorsum, jactatur.*] Θρίναξ Suidæ est τὸ πτύον, ὄργανον γεωργικὸν ὀδοντικόν. Disertius schol. Hom. Il. N, 588 : τινὲς τὰ μὲν σιδηρᾶ, πτύα, τὰ δὲ ξύλινα καὶ τρόπον χειρὸς ἔχοντα, οἷς καὶ τὰς στάχυας ἀναρρίπτουσι, θρίνακας καλοῦσι. » *Jac.* Boissonadius hoc modo annotavit : « Cogitavi de herba paliuro. Virgilius : *carduus et spinis surgit paliurus acutis.* » Denique Heckerus : « Παλιουρόφορον Passov. explicat *ligneum, ex ligno* παλιούρου *confectum.* Conf. ep. 246, 2. Prima in θρῖναξ quum constanti veterum usu producatur, verba transponenda esse θρίνακα, χεῖρα θέρευς, statuit Spitzner. Prosod. p. 88; sed rectius restitues τρίνακα, collato Philippo ep. 104, 6 :

καὶ τρίνακας ξυλίνας, χεῖρας ἀρουροπόνων. »

Hoc posui. Cod. et Suidas θέρευς (ους superposuit corrector Cod.) θρίνακα. De adjectivo autem nihildum probabile allatum. — 5. « Hinc Suidas : ποδεῶνες· εἶδος γεωργικόν. An ἔσθος? » *B.* Scholiastes Aristoph. Vesp. 670, ποδεῶνας, inquit, καλοῦσι τοὺς τῆς μηλωτῆς πόδας. Sunt igitur extremitates pellis ovinæ, qua pastores amiciebantur, et quidem proprie pedes, quibus pellem sibi sub collo alligabant, ut Amycus leonis exuvias ap. Theocr. XXII, 51 :

Αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ᾑωρεῖτο
ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.

Hanc igitur amictus partem, sive totam μηλωτὴν, Parmis Cereri dicasse videtur. Pellibus autem humeros amicire agricolam jubet Hesiodus Op. 543 seqq. *Jac.* In latinis reliqui expositionem H. Stephani *perones*, cui aptum est adjectivum τρητούς.

XCVI. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Γλαύκωνος καὶ Κορύδωνος ποιμένων — 2 τὴν κεραὴν Jacobs. in nott. mss., qui ante ediderat τὰν κεραὰν ὁ. Codex τον κεραον, bis superposito ὴ. Sed nihil erat mutandum; v. Thes. v. Δαμάλη. Notum Virgilii *Arcades ambo*, Ecl. VII, 7. — 3 αὖ ἐρυσ. Cod., « sed alterum in apogr. Par. Conf. V, ep. 248. — 4. Suidas, hoc loco usus : δῶρον, ἡ παλαιστή. Conf. ep. 114, 3. » *B.* Homerus Il. Δ, 109 : κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα. — 5 ἄλλω (sic) Cod., cum nota dubitationis, et in marg. ζήτει. Suidas ἄλλῳ, corr. Salmas. Tum ποτι inter lineas suppletum. De re Jac. inter alia citat Longum II, c. 31, de capro Pani immolato : τὸ δέρμα κέρασιν αὐτοῖς ἐνέπηξαν τῇ πίτυϊ πρὸς τῷ ἀγάλματι, ποιμενικὸν ἀνάθημα ποιμενικῷ θεῷ.

XCVII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι παρὰ Ἀλεξάνδρου βασιλέως. Et in marg.: χρηστόν. « Editum fuit et in Catalogo Bibl. Taurin. t. I, p. 304. » *B.* Alexandri Macedonis hastam, in templo Dianæ dedicatam, veneratur poeta. *Jac.* — 1 δούρατ' et ἐκείνου Cod.; vera ap. Plan. — 2. Jungenda esse σύμβολον ἀνικήτου βραχίονος monuit Heckerus. Quem posterius I, p. 215 offendit vox ὅπλον interposita; ni fallor, immerito. — 4. ἦκε Cod.; alterum Plan. — 6 θιμβήσει corrigit Heckerus : « Alexandri enim hastam metuerunt æquales, posteri vero mirati sunt. » At alia suus quemque sensus docet hujusmodi monumenta visentium.

XCVIII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Δηοῖ παρὰ Ἡρώνακτος. — 1 ἐναυλακοκοίτισιν conjecit ut videtur Salmas., hoc scholium ponens : Ὧραι αἱ τὸν σῖτον καὶ τοὺς καρποὺς πεπαίνουσαι ἐν τοῖς αὐλαξι κοιταζόμεναι. — 2 ἠρώναξ Cod. — 3 ἀλωΐτα, *arearii*, ab ἀλωΐτης, vir d. in marg. apogr. Buberiani ap. Brunckium, probatus ab editoribus Thes. I, p. 1608, D, et Jacobsio in nott. mss.; eadem nunc est correctio Meinekii p. 223, quem illa latuerant; ἀλωεῖται Codex et Suidas. Reiskius ἀλωρήταις ex Suidæ glossa : ἀλωρῆται, οἱ τὰς ἅλως φυλάσσοντες. Jacobs. conjiciebat ἀλωευτής, « ab ἀλωεύς derivatum ut κηπευτὴς a κηπεύς. » Boissonadius : « Pro corrupto ἀλωεῖται mihi placuit Toupiana lectio ὠρεῖται, quam et ipse conjeceram; adeo facilis et obvia. Sic δωρεῖται ep. 355, δωρεῦμαι ep. 105, 2. Latet tamen fortasse reconditius vocabulum. » — 4 ὅσπρι' Reiskius; ὃς πρὶν Codex. — 5 πέπατο Cod., posito υ super α; et in marg.: γρ. πέπαστο γάρ. Sed recte πέπατο etiam Suidas. — 6. « Hinc Suidas : λυπρή· πενιχρά. Et eundem versum apponens : γεώλοφον, ὀρεινόν· ὄρος, ὕψωμα γῆς. » *B.*

XCIX. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ Φιλοξενίδου ποιμένος. « Eleganti hoc carmine caprarius Pani, quem ipse rudi manu edolaverat, sacra facere fingitur. — 4 διδυμητόκοι Cod., non διδυμακ., quod edebatur. Vide Nækium in Museo Rhen. tom. V, 1, p. 22. Vocem ἔσονται in Codice corrector addidit. Correctio Brunckii ἔσοιντο minime necessaria. » *Jac.* — 6 γαστέρι Bothius.

C. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Ἀντιφάνους. — 1 ἐναγκάς Cod., corr. Reiskius. Ἐνεγκὼν malit Hecker. I, p. 139, ubi alias inscriptiones victorum in his ludis collegit. « De cursu juvenum τῶν λαμπαδηφόρων conf. infra Append. 230; Larcher. ad Herodot. VI, 105, p. 177; Coray ad Theophr. Char. 27, p. 317; Barthel. *Anach.* c. 24, t. II, p. 493; Stanl. ad Æsch. Ag. 290, etc. » *B.* — 2 πυρικλοπίης Cod., o inter lin. posito. — 3 ἔτ' om. Codex, additum in marg. apographi quo Reiskius usus est. — 4 sic Codex; ὁμωνύμιος conj. Jacobsius; ὁμωνυμίου Heckerus. Boissonadius autem annotabat : « Vulgo θῆκεν ὁμωνυμίῃ, quod versum valde scabrum facit. Scripsi θῆκ' ἐν ὁμωνυμίῃ : scilicet θῆκεν Ἀντιφάνης παῖς ὢν ἐν ὁμωνυμίῃ πατρός. » Quod recipiendum non putavi. Eodem substantivo utitur Crinagoras VII, ep. 628, 2.

CI. Lemma : Ἰαμβικά. ἀνάθημα τῷ Ἡφαίστῳ παρὰ Τιμασίωνος μαγείρου. Subjicitur : καὶ τοῦτο πάντως τῶν ἰαμβικῶν τυγχάνει. (Haud dubie scribendum τῶν ἰάμβων. Est enim versus politicus, ut infra in lemm. ep. 107. Glossator autem alibi quoque ἴαμβος posuit pro ἰαμβικόν, ut VII, ep. 98, 4.) In margine : ὡραῖον. — 1. Hinc Suidas : κνώδαλον· ζῶον μικρὸν et alia plura non rectius dicta. De omni animalium genere apud poetas usurpari hanc vocem constat. — 2 πυρηνέμους Codex. « Correxeram τηρηνέμους, collato ep. 207, 3 : νοθον κεύθουσαν ἄημα Ῥιπίδι. Nunc præfero leniorem emendationem Boissonadii ad Theophyl. Simoc. p. 236, πορηνέμους. » *Jac.* Præplacet Heckeri emendatio φυσηνέμους. — 3 ἰσθμὸν Plan. præter ed. princ. — 4. Hinc Suidas : ἐσχάρα· μαγειρικὸν ἐργαλεῖον. « Glossator Aristoph. Ach. 887 exponit ἄρυλλαν, quæ sic describitur in glossa biblica ap. Hemst. ad Polluc. X, 101 : « *Arula*, vas æneum et quadratum, quatuor pedes habens, in quo carbones posuerunt, et super ipsum erat craticula, et sic assabant carnes. » *Jac.* — 5 ζωμηρεῖσιν Cod. Deinde κρέους pro λίτρους per errorem librarius Leid. Suidæ. — 7 σοὶ Plan.; σοῦ Cod.

Bothius distinxit post βραδυσκελής, sed in exitu simillimo ejusdem Philippi epigrammatum 90 et 94 dei epitheton hunc ipsum locum occupat, non dedicantis. — 8 ὠρφανισμένος Plan.

CII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πριήπῳ παρὰ Λάμωνος κηπουροῦ. — 1. « Malum punicum *flavo tegmine*, ξανθογίτωνα, quum ab eo colore, quem vulgo habet, abhorreat, Schneiderus ad Nicandri Alexiph. p. 339 dubitabat an a vulgari diversum significare voluerit poeta. Γεραιόφλοια, rugosæ ficus, ῥυτιδόφλοιον σῦκον Diodoro Zonæ ep. 22, 2, unde nostrum epigramma expressum. (Hinc Suidas : γεραιός·... ὁ ῥυτίδων ἀνάπλεως. *B.*) — 2. Ῥοδέας : nam roseus color est racemorum, dum maturescere incipiunt. — 3. Usitatum in hac re est λάχνη. Virgilius :

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Versus 4 in contextu omissus, in margine Codicis suppletus. Quanto elegantior hoc Planudeo :

καὶ κάρυα χλωρῶν ἐκφανέ' ἐκ λεπίδων. »

Jac. — 5 sic Suidas v. Σίκυον, ἀπὸ σίκυος. Cod. γνοάωντα, Plan. χλοάοντα, et πεδοκοίταν. — 6 ἑλάτι Cod., ι addito a correctore, et in marg. ζήτει. Alterum recte Plan., sed perperam περκὴν vel περκνήν. — 7 φιλοδῖτα Plan.; φιλοδῆτα Codex. Ad quæ recte Hecker. I, p. 164 : « Miror Priapum villicorum deum et rubrum hortorum custodem dici viatorum deum tutelarem, quum dei munus sit fures viatores hortis arcere. Lectionem Codicis emendandam puto φιλόκηπε, quod est legitimum Priapi epitheton. »

CIII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ Λεοντίχου τέκτονος. Conf. ep. 205. — 1 μολυβαχῆ. Cod., alterum Plan. — 2 σφῦραν Plan. « Hinc Suidas σφῦρα, et ἡ εὐθεῖα ἁρίς, τεκτονικὰ ἐργαλεῖα. Conf. Anecd. mea t. III, p. 441. In editione Grotii erat *scobimque*, quod mutavi in *scobina*. Sed sic sunt typi correctiores, non ipsa versio. Significari videntur dolabellæ duæ vel plures funiculis vel paleis circumvinctæ. » *B.* Brunckio ἁρὶς esse videbatur « instrumentum quod fabri nostri *la plane* appellant, duobus instructum manubriis, ideo Philippo ἀμφίδετον dictum. » Hi omnes hariolantur ; quid res sit docet Schneiderus in Lexico et Thes. v. Ἁρίς, ubi v. Est *arcuatum instrumentum fabrile quo terebra*, τρύπανον, *circumagitur et regitur*, ab utraque parte vinctum et terebræ astrictum. — 4 μιλτίῳ Cod. a pr. m., εἰ a correct.; βάμματι Suidas v. Πρίων. — 5 τέλετρα Cod., cum ρ et τε (τέρετρά τε) inter lineas. Deinde μιλτοφυρῇ idem, μιλτοφυῇ Suid., μιλτοθυρῇ Plan. Μιλτοφυρῇ, correpto υ quod in φύρω producitur (conf. ep. 205, 4), defendebat Meinek. p. 220, contra quem disputat Heckerus p. 104 et I, p. 165, conjiciens μιλτοχρῇ τε, « collato Hesychio : ἁρόχρης, καθαρός, θύσιμος, et Etym. M. p. 265, 48, ἀχρής· οἷον, Ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο· ἴστιν ἄχρους, et Lobeck. Paralip. I, p. 256 seq. » Vel ob spondeum prætuli μιλτοχαρῇ, quod Jacobsius egregie conjecit in nott. mss.; olim μιλτοβαφῇ proposuerat. — 6 « Hinc Suidas : κυρίως ἐστὶ ψάλλειν τὸ τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι. » *B.* — 8 ἀπέλυσε Brunck., frustra.

CIV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Δηοῖ παρὰ Λυσιξένου γεωπόνου. — 2 σφύρην Plan. Βωλοκόπον σφῦραν appellat Pollux X, 129. Deinde πυριλόγους Cod., alterum Plan. et Suidas. — 4 ὕνην Cod. — 5 βουστρόφα Guil. Dindorfius pro βούστροφα quod edebatur. — 6 Conf. ad ep. 95, 4. In Addendis Jac. malebat τρίναξας, ξυλίνας χεῖρας ἀρ. — 7 γυῖα πεπηρωθεὶς Cod. et Plan. Boissonadius et Bothius receperunt γυῖ' ἅτε emendationem Jacobsii, qui in notis mss.: « πεπηρ. varie sed frustra hactenus tentatum. » Scaliger γυῖ' ἐπιπηρωθείς, Brunck. ἀναπηρωθείς. « Αὔλακι πολλῇ, multum arando, assidue arandi labore. Minus recte Grotius. » *Jac.*

CV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι παρὰ Μηνιδὸς (sic) ἁλιέως. — 1 τρίγλαν Cod. et Plan. Iidem et Suidas λιμενῆτιν, Toupius λιμενῖτιν, quod editur. Sed recepimus Jacobsii emendationem, citantis λιμενοσκόπον Dianam in Callimachi hymno 259, coll. 39, 183. — 2 Μῆνις etiam codd. Plan., cujus edd. Θῆρις, item tribus locis edd. Suidæ, cujus codd. optimi quinque ignorant hoc hemistichium. — 3 ζωρὸν, non ζωρότερον, codd. Suidæ. — 4. « Hinc Suidas : αὖον· ξηρόν. » *B.* — 6 παμμάκαιρα Cod. a pr. m., πάντα μάκ. corrector. « Sensus : tibi omnia retium, i. e. venationis, genera tributa sunt. Ac Dianæ piscatus non minus quam venationis primitiæ offerebantur ; v. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 39, p. 197. » *Jac.*

CVI. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Τελέσωνος κυνηγοῦ. Iterum legitur in Codice infra post ep. 255. Conf. ep. 35. — 1 τοι pro σοι Cod. altero loco. Utrobique cum Plan. ὑλειῶτα. « Hinc Suidas : ὑλειώτης, ὁ ἐν ὕλῃ διατρίβων. Ex v. 2 idem : λυκορράϊστης, ὁ τοὺς λύκους διαφθείρων. Et ex v. 3 : κότινος· ἀγριέλαιος. » *B.* De primo vocabulo Heckerus : « Velim scire qua lege formatum sit ὑλειώτης, quod ap. Suid. ex hoc uno loco ductum comparet. Emendandum puto ὑληωρέ, ut Leonidas IX, ep. 337, 3. » Optime Schneidewinus ὑληκοῖτα, qui conferendus ad IX, ep. 824, 2. — 3 τάν ποκα Boiss. ex Plan. et apogr. Paris. : « Palatinus, Brunck. et Jac. τὰν πόκα. Et sic scribi jubet regula Gregorii Cor. De dial. Dor. § 5. Infra ep. 151, 3, est πόκα pro ποτὲ sine varietate. Conf. et ep. 305, 8. Sic edidi πόκα pro ποτὲ in repetito Theocrito. » — 4 χειρὸς Cod., sed recte altero loco. — 5 βουνεῖτα Cod. utroque loco. — 6 εὐάγρει Cod. loco priore, εὐάγρῃ altero ; εὐαγρεῖν Plan., qui sequentia sic interpolavit : τῷδ' ἐπίνευσον ὄρει. Unde infinitivus quoque, quem Jac. in nott. mss. et Bothius probabant, de simili origine suspectus. Recte igitur Boiss. et Heckerus prætulerunt εὐαγρεῖ, ab adj. εὐαγρής, quod Jac. in Addendis Pal. proposuerat.

CVII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Γέλωνος κυνηγοῦ. Φιλίππου

Ἰαμβικὸν καὶ τοῦτο, καὶ σκόπει φίλος.

— 1 ὑλισκόπῳ Codex, corr. Salmas. Illud tenebat Boiss. — 3 λίνωι πολυστρόφωι Codex, corr. Albertus et Reisk. — 4. « Suidas haud dubie ex hoc loco : δεραγχέας πάγας, τὰς τὴν δέρην ἀγχούσας. » *Brunck.* — 6 τραχηλοδεσμότας Codex, corr. Meinekius p. 220, « id est τραχηλοῦ κρατοῦντας, minime ineptum κλοιῶν κυνάγχων epitheton. » Probat Heckerus p. 104 et I, 164 ; mihi non omne dubium exemptum.

CVIII. Lemma : ἀνάθημα τοῖς Πασὶ παρὰ Διοτίμου. « Pro Μυρίνου est Μαρίνου in apogr. Paris. — 1. Hinc Suidas : βουχίλου, τουτέστιν εὐτρόφου. Et κράντορες· ἡγεμόνες. Conf. ep. 116, 6. » *B.* Codex κεραοῖ, 2 πάνες βουχείλου. Recte utrumque Suidas. Propertius :

Capripedes calamo Panes hiante canent

CIX. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Κραύβιδος. — 1 τρύχος Cod. — 2. « Ἰχνοπέδη esse videtur quam vulgo

ποδάγρην vocant. Τριελικτον explicatur his Pollucis V, 27 : δεῖ δὲ τὰς ἄρκυς εἶναι...ἐννεαλίνους, ἐκ τριῶν τόνων συμπεπλεγμένας... πέπλεκται δὲ ὁ τόνος ἐκ λίνων τριῶν. » *Jac.* — 3 κλφοὺς aut κλοιοὺς Jacobsius, de quorum usu in feris capiendis nihil usquam annotatum vidi ; nam de canibus nemo hic cogitabit, qui recte memorantur in ep. 107, 7. Quæritur an vox recens κλωβὸς revera habeat auctoritatem Babrii, CXXIV, 3 Lachm. « De nomine κλωβὸς monui ad Herodian. Epim. p. 72, ad Andreopuli Syntipam p. 180. » *B.* Plan. δέ τε ῥάγχας. — 4. Στάλικες, pali quibus retia sustinentur. — 5 τῶν τε πετινῶν Cod., η superposito ; τόν τε πετεινῶν Plan. — 7 καὶ τρυφίου (sic) Cod. « Ἐπισπαστήρ, Schneidero interprete, est funis quo orbes lignei semicirculares adducuntur, ut præda intra illos includatur. » *Jac.* — 8 ἄρκυν Suidas et haud dubie Codex ; ex quo quod Brunckius refert ἄρην, est in apogr. Paris. et in Plan. — 9 νεολάδα codd., corr. Brunckius ex Pausania qui Arcadicum nomen habet Νεολατδας, et Κραῦγις, item Arcadicum, unde Brunckius Antipatro quoque Κραῦγις reddendum esse vidit. Conf. G. Dindorf. in Thes. — 10 κραῦβις Cod.; Κράμβις Plan. De Ὀρχομενοῦ Boiss. : « Scholiastes Pindari Ol. XIV argum. : δύο δὲ Ὀρχομενοί, ὁ μὲν Μινύειος ὁ ἐν Βοιωτίᾳ, ὁ δὲ πολύμηλος ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Præibat Homerus Il. B, 605, de Arcadibus militibus : οἵ Φένεόν τ' ἐνέμοντο καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον. »

CX. Lemma : ἀνάθημα Κλεολάου. — 1 κλεόβουλος Cod. a pr. m., cui eraso κλεόλαος substitutum. Κνημοί, Hesychio δασεῖς, τραχεῖς καὶ δύσβατοι τόποι. — 3. « Suidas : σαυρωτῆρσι· τοῖς στύραξι τοῖς ὄπισθεν τῶν δοράτων. De quo vocabulo monui ad Simocatt. p. 311, ad Planud. Metamorph. p. 685. Add. Scheffer. et Walz. ad Theon. Progymn. p. 192. » *B.* Cod. ὀκτάριζα. — 4 κραναὰν ἀλὸς Cod. et Suidas, corr. Jacobsius ; ἄλλος Plan., quod reddit Grotius. « Non minus probabiliter corrigas ῥαδινάν [et ipsum a Jacobsio propositum tom. VII, p. 92], sive malis ῥαδαλάν. Theognis 6 : φοίνικος ῥαδινῆς. Nicænetus ap. Parthen. Erot. 11 : ῥαδαλαῖς ἐναλίγκιον ἀρκεύθοισιν. » *Meinekius* p. 119. Boiss. : « Hinc Suidas : φρᾶγματα· ἀσφαλίσματα. Conf. infra ep. 115, 6. » Cervis feminis poetæ veteres non raro tribuunt cornua ; vide Ælian. N. A. VII, 21, Bœckh. ad Pindari Ol. III, 26, p. 139.

CXI. Lemma (a correctore impositum aliis vocibus a librario scriptis) : ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι παρὰ Αυκόρμα. Ἀντιπάτρου. — 1 ἐριμάνθυον Cod. — 2 Φολόης Plan. Amnes montesque Arcadiæ. — 3. Lasion (ων), urbs Arcadiæ. — 4. Suidas : Ῥομβεῖν, στενδονᾶν. Καὶ ῥόμβος, ἡ κίνησις. Πλήξας..., ut videatur legisse ῥόμβῳ τῷ vel τοῦ, nam nonnulli codd. ῥομβωτοῦ. Bothius : « Jacobs. in annot. probabiliter ῥομβητῷ pro ῥομβωτῷ. » Quod non vidi ap. Jacobsium. — 5. Hinc Suidas : δικέραιον· δύο κέρατα ἔχουσαν. « Quidquid in apicem fastigiatum erat, στόρθυγγα vocabant. » *Jac.* — 6 σπασάμενος Cod., corr. Jac.

CXII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ χαιρε (inter lin. correctum χερε) Δαΐλόχου καὶ Ηρομένους. « Nomen χερε corruptum est, nec ex versu tertio, ubi γυγερῷ χέρε, facile corrigendum. Scripsi quidem cum Jacobsio Γύγεω χέρε, ut lector non hæreat, sed non puto veram sic esse restitutam lectionem. — 1. Hinc Suidas : ἄρατοι· μεγάλαι ἢ καταπληκτικαί. » *B.* — 2 ἔγκεινται Cod., correctum ex Suida. — 3 γυγερῶι (cum nota corruptelæ) χέρε Cod., corr. Jacobs., exempla citans p. 150 litteræ ρ male illatæ. Bisyllabe legendum Γύγεω. Brunckius cum Reiskio βριαρὼ χέρε, Salmas. σθεναρῇ χερί, Bothius στυγερᾷ χερί, sed *tres* esse fratres apparet.

CXIII. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Νικομάχου. In Planud. Σαμμίου inscribitur. Recte Heckerus observat nihil in hoc carmine inesse quod inscriptionem *donario* additam prodat. Probabam equidem Bœttigeri (ap. Jac. tom. XII, pag. 420) sententiam, qui « agi putat de ibicis cornu a venatore olim arbori affixo, ita ut ei corollæ in Dianæ Panisve honorem appenderentur. Hoc cornu postea detractum, a fabro in arcum mutatum. » Sed meliora docuit Ungerus ; vide ad v. 2. — 1 διάτριχος Cod., Suid. et Plan., corr. Reiskius, « probabili emendatione, si similitudinem literarum α et συ reputes. » *Jac.* Brunckius : « Ἴξαλος αἴξ est ibex seu caper montanus, Gallis *bouquetin*, Germanis *Steinbock*, de quo operæ pretium est legere quæ congessit Bochart. Hieroz. III, 23. Pandari arcus ap. Hom. Il. Δ, 105, ex ibicis cornibus fabricatus, quem male mulierum eruditissima *une chèvre sauvage* vertit. Nam de mare loquitur poeta, et notum est in hoc genere feminis cornua esse admodum exigua. » Malebat tamen Jacobs. Ἴξαλον non peculiare genus intelligere, sed *lascivum*, ut supra ep. 32, 2, et alibi. — 2 δοιὸν ὅπλον Piccolos ; δοιὸν (cum signo dubii) ἐπὶ Cod. et meliores libri Suidæ ; δοιὼ ἐπὶ Plan. ; δισσὸν (ex δυσὶν quorundam Suidæ) ἐπὶ Brunck. ; sed substantivum desiderari recte observavit Meinek. p. 100, neque in tali loco Heckerus ad ellipsin in ἀναθηματικοῖς usitatam provocare debebat. Plan. ἑστεφόμην. Boissonadii hæc est notula : « Schol. Wech. : στέφουσι γὰρ τὰ ποίμνια ποιμένες. Ibex ille videtur fuisse cicur, qui coronandum se præberet. » Haud paulo rectius sensit Ungerus *Stud.* II : « Cornuti illi silvarum incolæ discurrendo inter arbores aut frutices cornibus decutiunt folia sæpius hærentia ipsis, vel ut ap. Eustath. Hexaem. p. 36 : ἀνθόλοψ παίζει ταῖς ἐρικίναις. Λεπτόκλωνοι δὲ ὑπάρχουσαι ἐμπλέκονται αὐτοῦ περὶ τὰ κέρατα [ut alia omittam a viro docto ibi allata multa], et quasi coronant se. Opponit poeta χλωρὰ πέταλα pristina et hodierna νεῦρα βοός. Ex Homero autem, Il. Δ, 105 seqq., totus poematii color ductus :

> Αὐτίκ' ἐσύλα τόξον εὐξοον, Ἰξάλου αἰγὸς
> ἀγρίου....
> τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει·
> καὶ τὰ μὲν ἀσκήσας κεραυξόος ἤραρε τέκτων,

ubi Eust. ἤραρε explicat ἥρμοσε, quo utitur Simmias ; ibidemque v. 122 νεῦρα βόεια. » Idem vir doctus de δοιὸν sentit cum Heckero, ἐπὶ autem ponens pro ἐπί : mihi Piccolos verum tetigisse videtur ΕΠΙ mutans in ΟΠΑ'. Ac nunc demum video in eandem emendationem incidisse etiam Geistium, Diurn. Litt. antiq. 1844, m. Aug. n. 90. — 3 Νικόμαχος Heckerus, alia quoque tentans I, p. 231 seq. — 4 ἕλικος Plan. ; ἔλκος Codex, et in marg. ἔνδον, pessima conjectura.

CXIV. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἡρακλεῖ παρὰ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου. *Simmiæ* tribuitur in Plan., quodammodo ducente ipso Codice, in quo præter « Φιλίππου Θεσσαλ. » scriptum etiam τοῦ αὐτοῦ. « Rex Macedoniæ Philippus, Demetrii, ut videtur, filius, tauri in Orbelo, Thraciæ monte, cæsi exuvias Herculi, generis sui auctori, dedicat. Nobiles erant feri Paeoniæ tauri, ὧν τὰ κέρεα ὑπερμεγάθεά ἐστι, Herodot. VII, 126. » *Jac.* In eandem rem sequuntur alia epigrammata duo — 2 ἀμφιτρυωνίδαι (sic) Cod. ; Ἀμφιτρυωνιάδα Plan. Dativum recte prætulit Jac. — 3. « Τεσσαρ., vide ad epigr. 96, 4. » *B.* — 5. « Ὀρβηλόν oxytonum est etiam in sequentibus epigrr. Apud Herodotum V, 16 et Strabon. VII, p. 329 scribitur Ὄρβηλον. » *Meinek.* p. 221, qui deinde ἀ πολύολβος pro ἀ.

Idem scripsit Boiss., et ante hos Jacobs. ad Analecta t. VII, p. 344. — 6 Ἡμαθία τοίῳ codd., corr. Meinek. Pronomen posuerunt etiam Jac. et Boiss., sed cum elisione non ferenda. Deinde Cod. πικραίνεται, duabus literis ει erasis.

CXV. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 1. « Hinc Suidas : δείρα καὶ δειράδες, οἱ τραχώδεις τόποι τῶν ὀρῶν. Ex v. 2 idem : ἐρημωτής· ἐρημοποιός. Ad versum 3, ut puto, respiciens : Δαρδανεύς· ὄνομα ἔθνους. » *B.* — 2 μακηδονικὸν Suidas, sed cod. Leid. μακηδονίους, frequenti permutatione literarum α et ου. — 3 ὀλετῆρ' Cod. et Plan., correxit Brunckius, probantibus Boiss. et Heck., ipsoque Jac. in Analectis : « Philippus Dardanos, perpetuos Macedonum hostes, superavit olymp. 149, a. 1. Nihil aptius in tali re epitheto ὀλετήρ. » Etiam Grotius ad Philippum retulit. — 6. « Ἔρεισμα, conf. φράγματα ep. 110, 4. » *B.* — 7 οὔ οἱ ἀεικὲς Heckerus, formula homerica. Codex et Plan. οὔ τι ἀεικές, « quod in universum minus recte enunciatur. » Jac. conj. οὔ τοι ἀεικές. — 8 πατρῴα; Plan. Alterum tuetur Heck., et Boiss. : « Nulla fuit satis magna causa cur lectio Pal. in πατρῷα mutaretur. » Quod ediderat Jac. Respicitur ad bovem Cretensem, quem Hercules perdomuit.

CXVI. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. In Planud. inscribitur *Simmiæ*. — 1. Μινυαμάχε, v. Eurip. Herc. Fur. 50 et ejus interpp. — 2. Epitheton λευρόν, quod neminem offendit, mihi fateor πράγματα παρέχειν. — 3 τό, ὑβρεχμω (a correctore ὑβριχμῶι, posito γ super χ) κυδιοῶντα Codex ; τὸν βρεγμῷ (edd. vett. βριχμῷ) κυδιόωντα Plan. Jos. Scaliger τὸν βρυχμῷ κυδ., qui haud dubie etiam κέρασιν. Boiss. recepit κέρασιν, τὸν βρεγμῷ κ., propositum a Jacobsio, qui addebat : « Multo tamen commendabilior Brunckii lectio, τὸν ὕβρει κυδ., quæ, si ab una litera discesseris, in Codice habetur, syllaba χμῷ vel γμῷ a librario ex præcedente epigr., v. 4, addita. » Etiam in nott. mss. Brunckii emendationem « veram » esse censet. Item Bothius. — 5 αὐαίνοιτο Plan. et Suidas, qui exp. ξηραίνοιτο. Codex αὐαίνυτο et ἀέξει superposito οι. Editur ἀέξοι, ut in Plan., sed unice verum puto ἀέξει. — 6. Βέροιαν urbem ad radices Bermii montis condiderat Philippus Amyntæ. Quo non efficitur hunc intelligi a Samio, non filium Demetrii, significatum Antipatro ep. 115, 3.

CXVII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἡφαίστῳ παρὰ Πολυκράτους χαλκέως. — 2. ἄγκειθ' Plan. et nonnulli Suidæ, cujus meliores ut Pal. — 4. « Hinc Suidas : ὀίζυρήν· ταλαίπωρον, χαλεπήν. » *B.*

CXVIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρά τινων. « Dedicant tres tria : Sosis, Phile, et Polycrates. Unde autem novit Grotius esse illum horum filium? Præpositio ἐκ repetenda ante Σώσιδος, quæ transpositio frequens est. Vide ad IV, ep. 3, v. 58. Vertendum igitur : Lyra, arcusque et curva retia *ponuntur* a Soside, Phileque et Polycrate : et ille jaculator corneum arcum, illa lyricen lyram, hic venator dedit plexa lina, etc. » *B.* — 4 ἀγρευτὴρ Plan.

CXIX. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ. — 1. Quamquam defendi possunt hæc ita scripta, probabiliter disserit Heckerus : « Templum Veneris aureum dici mihi mirum videtur ; quare epitheto solemniter Veneri tribui solito usam poetriam puto, et sic scribam :

Κεῖσαι δὴ χρυσέας ὑπὸ παστάδι τᾶδ' Ἀφροδίτας. »

— 2 σταγῶνι Cod. — 3. « Etiam apud pedestres scriptores arbores, respectu fructuum, *matres* vocantur. Exempla collegit Gataker. De stilo N. T. p. 104. » *Jac.* Et de viti poetæ eximie utuntur ea voce : μελαίνης μητρὸς μέθυ, Eurip., etc.

CXX. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ ἐπὶ τέττιγι. « Cicada se a Musis amari et Palladem colere gloriatur, cujus hastæ insideat. » *Jac.* — 2. « Hinc Suidas : ζαθερεῖ· ἅγαν θερμῷ. Etym. M.: ζαθερές· τὸ μεσημβρινὸν καῦμα. — 3. Hinc idem : προίκιος· ἄνευ μισθοῦ. Et : κελευθήτῃσι, τουτέστιν ὁδοιπόροις. » *B.* Sic Plan., κελευθητῆσιν Codex ; ad analogiæ legem reduxit Meinek. p. 124. — 4. « Hinc rursus Suidas : ἔρση, ἡ δρόσος· οἱ γὰρ τέττιγες ὄρσον στίζονται. Cicada Anacreontis od. 43 : ὀλίγην ὄρσον πεπωκώς. Ibi Fischer. Conf. VII, ep. 195, 196 ; IX, 373, 3. Quod commentum confutat Camus ad Aristotelem. Andreas Chenier Eleg. I :

Et comme la cigale, amante des buissons,
de rameaux en rameaux tour à tour reposée,
d'un peu de fleur nourrie et d'un peu de rosée,
s'égaye....

— 5. Hinc Suidas : εὐπήληκος· καλὴν περικεφαλαίαν ἐχούσης. — 6. Pro edito ὄψῃ scripsi ὄψει, quod est magis in usu, exhibeturque a Planude, ac pro varietate etiam in Palatino [qui ὄψηι, superposito ει] et, etiam a Suida in Ὦνερ, ubi ὦ ἄνερ, κατὰ συναίρεσιν. [Etiam Meinek. ὄψει.] — 7. Vulgo τόσσον Ἀθήνη ἐξ ἡμέων [Plan. ἡμείων]· ἡ γὰρ .. Codex Ἀθήνῃ, quod recepi, et junxi sequentia : ἐξ ἡμέων ἡ γὰρ παρθένος αὐλ. Hæc fuit et Grotii mens ; sed erravit in vertendo αὐλοθετεῖ, quod significat *tibias instituit, invenit*. » *B.* Quam distinctionem cur non sim secutus apparet. — 8 ἀθλοθετεῖ Meinekius, emendatione certa. Codicum αὐλοθετεῖ Toupius et Brunck. explicabant *tibiarum certamina instituit*, Grotius *tibias deponit, aversatur* (ex nota narratione), Jacobs. *tibiam componit, invenit*, coll. Pindaro Pyth. XII, 33=18, ubi schol. et Bœckh. p. 344 : « ut cicadæ Minervam amare dicantur quod tibias, illarum cantum quodammodo referentes, invenerit. » Cui sententiæ, denique ait Geistius, « aptissimæ melius respondeat αὐλοκρεκεῖ, verbum legitime fictum. »

CXXI. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι ἐπὶ τοῖς τόξοις Ἐχέμμου. In Plan. est ἄδηλον. « Echemma Cretensis arcum Dianæ dedicat. Quo facto poeta capris, quibus ille olim insidias struxerat, securitatem gratulatur. » *Jac.* — 1 κυνθίδες Cod.; κυνθῖδες Plan., correctum ex Suida. Bentl. Epist. ad Grævium XXVIII, p. 92 citat Jac. Cynthias capras dixit etiam Hymno in Apoll. 91 ; adde infra XV, ep. 25. Codex inter lineas Ἐχέμμου, « quæ correctio nihili facienda, quum [præter Suidam] Chœroboscus Can. p. 37, 15, genitivum Ἐχέμμα memoret hinc et ex VII, ep. 524. » *Hecker.* Boiss. : « Ruhnken. Epist. ad Valck. proponit in hoc versu inutilem mutationem. » — 3 πέπαυται Codex, superposito ν, ut fieret πέπαυνται, et sic Jac. in exemplo nostro Palatinæ correxit, πέπαυνται αἰγες. « Malim νῦν τε πέπαυται, si servetur vetus lectio πέπαυται. Recepi varietatem πέπαυνται. Grotius vertit [Jos. Scaligeri] conjecturam πέπαυσθε. » *B.* Etiam Meinekius tenuit πέπαυται (Echemmas), recte. — 4 pro ἡ θεὸς Heckerus ingeniose conjecit ἥθεος, *juvenis*, de Echemma ; sed alterum nec excludit Echemmam (ob πέπαυται) et poeta dignius esse quis non videt ?

CXXII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ. — 1. « Μαινάς,

ex homerico ἐγχείη vel ὄρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν, Il. Θ, 111; Π, 74. Et in hastam transtulit epitheton, quo Stesichorus ipsam pugnarum deam ornaverat ap. schol. Aristoph. Nub. 964 :

Παλλάδα περσέπολιν κλήζω, πολεμαδόκον, ἀγνάν.

Pindarus quoque dixit, ἐν πολεμαδόκοις Ἄρεος ὅπλοισιν, Pyth. X, 22. » *Jac.* Plan. θοῦρι, Cod. θοῦρε, quod servabat Boiss. De κράνεια conf. ep. 123, 1. — 3 ἦ Cod. pro ἠ. Apogr. Par. ἦ. — 4 ἐν προμάχοις ἰδρύσας (cum nota depravationis) δήϊον ἀμπέλιον Codex, qui in margine : γρ. ἀμπέδιον, et ζήτει. (Non exstat epigr. in Plan.) Quæ audaciore conatu, verba etiam transponentes, tentarunt critici. Postremo Jacobsius in notis mss. : « Fort. ἐν προμάχοι; θύσας δ. ἀμπ., *furebas in prælio*. Conf. Iliad. E, 87, 249. » Sed egregie Meinekius p. 138 : « Equidem vereor ne aliud quid dixerit poeta quam viri docti suspicantur. Primum illud non potest dubitari, quin hastam poeta ipsam loquentem et ad ea quæ superiore disticho interrogata erat, respondentem induxerit. Itaque necessario requiritur prima persona ; neque eam conjectura inferre opus est, sed habemus in δήϊον, quod pro δηϊόω dixit Apoll. Rhod. III, 1374. Hoc si verum est, consequitur in ἰδρύσας latere hostilis populi nomen, contra quem Menius pugnaverat. Is vero vix alius esse potest quam populus *Odrysarum*. Menium autem illum Philippi, Demetrii filii, fuisse militem suspicor, cujus de Odrysis victoriam celebrat poeta anonymus Anth. Plan. 6 : κοίρανος Εὐρώπας... Ejusdem Philippi contra Dardanos, finitimam Odrysis *gentem*, expeditio memoratur a pluribus. (Vid. ep. 115, 3.) Hanc conjecturam si quis eo convelli existimet, quod non probabile esse videatur Niciam Milesium, Theocriti æqualem, Philippi ætatem tetigisse, nihil impedio quominus Menius Iphicratis miles fuisse statuatur, de cujus expeditionibus contra Odrysas susceptis vide Polyænum Strateg. III, 8, § 60—62. » Ungerus (*Beitræge* p. 34) sine mutatione ulla scribi posse putat ἐν προμάχοισι Δρύσας, coll. Paradoxis Thebanis, coroll. 22, p. 443; idemque restituit Stephano Byz. v. Δρῦς, πόλις Θράκης ... ὁ πολίτης Δρυεὺς καὶ Δρύσης. Ceterum Boissonadius quoque præcedentium criticorum errorem deprehenderat. En ejus notulam : « Conjecit Jac. ἔθρισας. Scripsi ἔθρισα. Hasta loquitur. »

CXXIII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 1 τῇδε codex, corr. Meinek.; nam dialectus constans in reliquis. « Hinc Suidas : κράνεια· ἐκ κρανείας ὄρυ. Et ex versu 4 : ἠνορέη· ἀνδρεία. » *B.* — 2 δηΐων Codex, sed apud Suidam optimi quique δαΐδων, quod Kusterus correxit. Ὄνυξ, ut στόνυξ, de quavis *cuspide* dicitur. — 3 εἱμένα Codex, corr. Salmas. — 4 ἠνορέην ap. Suid.

CXXIV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ Τιμάνορος στρατιώτου. Simile epigramma Simonidæ supra, ep. 2. — 1 « Pro βροτέων Jacobsius conjecit βριαρῶν, probante Peerlkamp. Bibl. Crit. Nova t. IV, p. 47. Suidas, qui scribit ἄημαι, quod et in codice Palatino scriptum est, id explicat per ἀνάκειμαι, quæ interpretatio et Planudeo verbo ἧμαι conveniet. Conf. epp. 52, 123, 128. « *B.* Prius varie tentatum : Meinek. p. 146 conj. κρατέων (a κρατύς) vel κρατερῶν, « quod robustæ manus epitheton est ap. Pindarum ; » Schneidewinus στιβαρῶν, Ungerus εὐρώστων, Heckerus βριθέων vel ἀπ' ἐμβριθέων : quæ omnia ut aptissima, ita incerta ; sed certum quod idem Heckerus restituit I, p. 71, ἄμμαι, ab ἅπτω, « nam in ἄημαι Codicis H male pictum pro genuina litera M. Ἧσθαι autem, recte dictum de hasta ep. 123 et alibi, ferri non potest de clypeo, qui vult ἅπτεσθαι. Quod restituendum etiam in epigrammate clypei Cydiæ ap. Pausan. X, c. 21, 3 : Ἥμμαι δὴ πυθέουσα νεὴν ἔτι Κυδίου ἥβην, pro Ἧ μάλα δὴ π. » — 2 ὑποῤῥοφίας Cod.; ὑπωροφίας Plan.; correxit Brodæus collato Simonidæ epigrammate supra 2, 2. Νηῷ Plan. Ὑποῤῥοφία nunc Jacobs. hic quoque secundum Codicem et Suidam, pro ὑπωροφία, quod Meinekius tenet. « Hinc Suidas : ἀλκιμάχη· ἡ Ἀθηνᾶ, ἡ ἐν πολέμοις κραταιά. » *B.* Ungerus Παλλάδος Ἀλκιμάχας. — 3 κεκονημένα Cod., sed alterum in Plan. Suidæ libri fluctuant inter — ισμ., — ιμ., — ιαμ. — 4 ἀεὶ Plan., præter ed. princ. Heckerus corrigit ῥυσαμένα, sed alia est ratio in sequente epigrammate, v. 2, nec quicquam movendum.

CXXV. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. In Plan. est ἄδηλον. Ipsa ἀσπὶς loquitur. — 1. τῇδε, in templo aliquo. « Aut τεῖδε aut τᾷδε scribendum. Eleganter Hermannus Opusc. I, p. 93, κάμνον pro καλόν, quod parum decorum fortis pectoris epitheton est. Codicis tamen lectionem tuetur homericum πάρος χρόα καλὸν ἰκέσθαι. » *Meinek.* p. 91. Recte addit Heckerus, κάμνον στέρνον a forti viro alienum videri, et minime mirum esse clypeum a pulchritudine laudare domini pectus. — 3 ἅπερ Heckerus pro καίπερ, asyndeto offensus minime inepto. — 4 δεξαμένα Plan.; δεξαμένη Cod. et Suid., qui hinc : κάμαξ· ὀρθὸν ξύλον· λέγεται θηλυκῶς. — 5 κλειτοῖο Codex et tres libri Planudeæ, cujus editt. κλεινοῖο. « Scripsi Κλείτοιο, nomen viri enim desiderabatur. » *Jac.* Dissensum in hac re suum significavit Boiss. ad Christod. v. 263 et sæpius alibi. — 6. « Et ad sententiam aptius et ad morem elegiacorum poetarum usitatius esset βλοσυροῦ φλοῖσβον Ἐνυαλίου. » *Meinek.*

Post hoc epigramma lacuna est in Codice versuum sex, cum sigla ζήτει. Sed in margine scriptum : οὐ λείπει ὡς οἶμαι.

CXXVI. Lemma : ἀνάθημα Διοσκορίδου. — 1 τόδ' Meinekius p. 162, probante Heckero ; σᾶμά τοι Codex. Deinde Salmasius Πολίτου, Reiskius et Brunckius Πολύγνου, Lobeckius Pathol. prol. p. 390 Πολύλλου. « Sed nihil mutandum videtur. Simillimum nomen Δινύττας habes ap. Pausan. VI, 8. » *Meinek.* — 2. Vitium latere in ἄλλος omnes consentiunt. Heynius Ἴλλος, Tyrwhittus Γάλλος. Boiss. : « Conjeci Δᾶλος, quod palæographice probabile est : ΑΛΛΟΣ, ΔΑΛΟΣ. Sed exemplum ejus nominis non habeo, quod promere possim. Urbs Δαλὶς memoranda tamen. Suidas exhibet vulgatum ἄλλος, in Θοῦρον καὶ θούριον, πολεμικώτατον [ubi libri meliores ἀπὸ Κράτας]. » *B.* Meinekius Θάλλος, « possis etiam Ἴλλος. » Illud recepit Heckerus I, p. 74, non memorans quæ in priore Commentatione disseruerat p. 49 : « Sanum esse videbitur ἄλλος, si animo recurras ad pristinum ordinem, quo epigrammata ejusdem generis indolisque se in ipsis poetarum libellis excipiebant ; unde explicandum etiam illud καί, quod toties in initio carminum recurrit. Præcesserit igitur hoc loco epigramma Dioscoridis in alium Cretensem, item fortissimum virum, ut et in ejus epitaphiis in Sophoclem et Sositheum tragicos scriptis, et in Anthologia per interjecta alia sejunctis idem conspicitur nexus ; v. dicenda ad VII, ep. 707, 2. » His omnibus probabilius est quod Ungerus posuit Λᾶος, Cretense nomen, de quo copiose disseruit *Stud.* X, etiam hoc annotans argutius, aptum videri vocabulis λιθοεργόν et ταχὺν ἄνδρα, quia λαιὸς sit *avis* nomen saxatilis. — 3 τριπλόα γυῖα ediderat Reiskius. — 4 γραψαμένος (sic)· δῆεις Codex. « Hinc Suidas : δῆεις· εὑρήσεις. Malim ζητεῖς, postulante sententia. Sed multo præstat conjectura [Tyrwhitti et aliorum]

δῆλοις. » Edebatur δῆις; *Quæris quid hoc sibi velit?* Heynio interprete, qui hoc carmen pro exemplo indoctæ interpretationis symboli Siciliæ, in numis obvii, habendum esse existimabat, nulla cum probabilitate; nec probabilior Heckeri hariolatio : δῆοις τοῦτο δ' ἐυηκε λέγειν. — 6 καὶ φεῦγε Heckerus rectissime, male idem dativos intelligens, « ut Thallus ipse (inquit) dicatur τρισσοῖς ποσὶ ταχύς. » Legebatur ἢ φεῦγε. Non male Bothius : (ἢ) φεῦγ' ἐν τρισσοῖς.

CXXVII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι παρ' Ἐπιξένου. « Loquitur clypeus, vel hasta, vel galea. Omissum est rei dedicatæ nomen. — 1. Hinc Suidas : Δῆρις, δήρεως, δήρει· καὶ δῆριν, μάχην. Etsi videatur optime a viris doctis emendatum Ἄρηος, favente etiam epigrammate 178, 4, reliqui tamen Ἀρηΐ, quod dederunt Codex et Suidas. Sæpe dativus sic pro vulgatiore genitivo reperitur, figura Colophonia : quam fuse ac sæpius tractavi, ad verba Inscriptionis Actiacæ Ἱεραπόλου τῷ Ἀπόλλωνι, post Holstenii Epistolas p. 422, vel in Classico Diario t. XVII, p. 369; et ad Basilii scholia in Notitt. manuscr. t. XI, p. 87; et ad Nicetam p. 270. Vide Krabing. ad Synes. Calv. p. 124, ubi τῆς μαχαίρας αὐτῷ· Osann. ad Lycurg. p. 68; Matthiam ad Eur. Herc. 176, ubi Γίγασι πλευροῖς, *Gigantum lateribus*, pro Γιγάντων· Valcken. Schol. in N. F. t. I, p. 567; Wessel. ad Diod. I, 4. Maximus Tyr. Dissert. XXXVI, 1 : οὐρανοῦ μὲν πολῖται θεοὶ, τὰ δὲ γῆς θρέμματα οἱ ἄνθρωποι οὐπώποτε ἐν φωτὶ ἦσαν. Codex 1962 οὐρανῷ, quod prætulerim. *Conf. supra* V, *ep.* 204, 3. » *B* Olim observaverat Jacobsius : « Si verus est dativus Ἀρηΐ, poeta non στυγερὰν scripsit, sed γλυκερὰν, *pugnam Marti gratam*. — 2. Cogitandum de puellarum choris in Dianæ honorem institutis, de quibus egit Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 170 et 242. Diana autem, cui poeta Milesius hanc inscriptionem fecit, inter tutelaria Mileti numina fuit; v. Callim. ib. 225. »

CXXVIII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι. « Verissime Reiskius hoc epigramma retulit ad Alexandri Magni clypeum; cui fortasse non adversatus esset Jacobsius, si memor fuisset Antiphili epigrammatis, supra n. 97. » *Hecker.* — *1.* Ἥσο, *conf.* ep. 52, 2. « Inest quietis et otii significatio. — 2. Δήϊον, de eo quod ad bellum pertinet. » *Jac.* — 4 μαρναμένου χρυσέαν οὐκ ἐκόνισσε γένυν Codex. Brunckius cum Salmasio : μαρναμένα χ. οὐκ ἐκόνισσας ἴτυν, Jacobs. et Meinek. ἐκόνισεν ἴτυν, cujus transitus a secunda persona ad tertiam exempla protulit Jac. p. 154 et alibi. Boissonadius : « Displicet γένυν. Proponunt ἴτυν. Forsan χρυσέαν γένυν intelligendum de capite quodam aurato, quod ex clypei umbone eminebat. Major est difficultas versus præcedentis. Si fit structura, μετὰ χερσὶν οὖσα Ἀλεξάνδρου μαρναμένου, non potuit μετὰ χερσὶν dici de clypeo quod unum tantum brachium fert : si junxeris μαρναμένου μετὰ χερσὶν absolute, dubium est an formula Homerica μετὰ χερσὶν alicubi cum verbo μάρνασθαι reperiatur. » Recepimus egregiam et lenem emendationem Heckeri; nihil frequentius permutatione literarum *o et ε*, *ε et αι*.

CXXIX. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρ' Εὐανθέως. *Immo Hagnone, Euanthis filio.* Erravit de versu extremo. — 1, 2. « Ὑφαντοὺς θώρηκας. Exstat Apini Dissert. de loricis linteis veterum, sed in qua hoc epigrammate non est usus. » *B.* — 2 θ' αἱμ. Brunck. et Meinek.; δ' αἱμ. Cod. et Plan. — 3 ταῦτ' Plan.; ταῦτα Codex, in quo superscriptum : γρ. τόσσ' ἀπὸ Λευκανῶν. Jacobs. conj. πάντ'. Qui de re : « Tarentini cum Lucanis crebro bella gesserunt, etiam Leonidæ ævo, duce Pyrrho, olymp. 125. Vide Strabon. p. 429, B, Heynium Opusc. t. II, p. 227. Κορυφάσια Cod. et Plan., *librariis cum ἔντεα jungentibus*; correxit Brunck. Minervæ Coryphasiæ templum fuit in promontorio prope Mothonem, ut diserte tradit Pausan. IV, 36. » — 4 ἄγνων libri, corr. Meinek. p. 117; Εὐανθεύς et βιαιομάχας Plan.; βιαιομάχος Codex, « qui accentus indicare videntur verum esse alterum. » *Meinek.* Boiss. : « Pro Εὐάνθευς videtur Grotius, qui vertit *o sertis florens*, legisse εὐανθεῖ. »

CXXX. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ Πύρρου τοῦ (παρ' ut videtur Cod.) Ἠπειρώτου. « *Leonidæ* tribuit Plan. Pluribus ejusdem auctoris poematis sese excipientibus, Codex interdum nomen poetæ omittit. Item sine auctoris nomine legitur hoc epigramma ap. Pausaniam I, c. 13, 3, et Plutarchum Pyrrho c. 26. Qui rex quum post expeditionem in Italiam arma in Antigonum, Macedoniæ regem, convertisset eumque, impetu in Macedoniam facto, una cum mercenariis Gallorum copiis fudisset fugassetque, Galatarum spolia in Minervæ templum dedicavit. Conf. Justin. XXV, 3. — 1. Nomen *Itonidis* Minerva accepit ab Itone, oppido Thessaliæ. Ejus templum, quo Pyrrhus Gallorum spolia dedicavit, situm erat inter Pheras et Larissam, teste Pausania l. c. » *Jac.* « De Itonia Minerva vide etiam IX, ep. 743; schol. ad Callim. Cerer. 75; not. ad Suidæ Ἰτών., Siebelis. ad Pausan. I, 13; Heyn. Obs. ad Apollod. p. 196; Creuz. ad Hecat. p. 44. » *B.* — 2 γαλάταν Cod., sed recte Plan.

CXXXI. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ. Etiam hoc inscriptum Lucanorum spoliis in templo Minervæ dedicatis. — 1 Αἰδ' Meinekius p. 115 et Bothius; οἴδ' Codex et Plan.; ille θυρεάσπιδες et οἱ δὲ χαλ.; Plan. οἵδε χ., sed Suidas οἱ δὲ χ. — 2 ξεστοὶ iidem tres consensu. Brunckius ξεσταί, « quomodo scribendum esse docet sequens ποθέουσαι. — 3. Notatu dignum est δεδμᾶσθαι de rebus *coacervatis* dictum. » *Meinek.* — 4 Παλλαδίου libri Suidæ.

CXXXII. Lemma : ἀνάθημα. Nimirum Locrensium, arma Brutiis hostibus detracta in templis dedicantium. — 1 βρείτιοι Codex, corr. Brunck. — 2 ὑπ' Cod., corr. Meinek. — 3 ὑμνεῦται, adrasa ultima litera et ν posito super ῦτ, Cod. — 4. Κακῶν, Brutiorum, qui ipsa in fuga abjecerant.

CXXXIII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἥρᾳ παρ' Ἀλκιβίης. « Est apud Liebelium p. 185. » *B.*

CXXXIV. Lemma : ἀνάθημα. « Subscripti fuisse videntur hi versiculi tabulæ tres Bacchas exhibenti. Editor Marmorum Taurinensium t. I, p. 43, comparavit hoc epigramma cum opere anaglypho Bacchas repræsentante, recte monens, ex iis mulieribus, quas noster describit, unam gestasse thyrsum, Xanthippen fortasse canistrum uvis plenum, Glaucen *travisse hircum aut hædum*, et tria proinde munera, quæ hic commemorantur, tribus mulieribus respondere. » *Jac.* — 1 ἡ δὲ παρ' Plan.; αἵ τε malit Jac. — 3 γλαύκη τ' ἐς χορὸν Cod.; Γλαύκη ἡ σχεδόν Plan.; unde Bergkius Γλαύκη τ' ἐνσχερὼ ἐρχομένη, quod ab ipso poeta scriptum fuisse verisimillimum est. — 4 καὶ χίμαρον πίονα καὶ σταφυλήν malit Hecker. I, p. 183.

CXXXV. Lemma : ἀνάθημα τῷ Διὶ παρὰ Φειδόλα. Vidit eam statuam Pausanias, hæc de Phidolai equa narrans, VI, 13, § 9 : Ἡ δὲ ἵππος ἡ τοῦ Κορινθίου Φειδώλα (sic) ὄνομα μὲν, ὡς οἱ Κορίνθιοι μνημονεύουσιν, ἔχει Αὔρα, τὸν

δὲ ἀναβάτην ἔτι ἀρχομένου τοῦ δρόμου συνέπεσεν ἀποβαλεῖν αὐτήν· καὶ οὐδέν τι ἧσσον θέουσα ἐν κόσμῳ περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε, καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τὸν δρόμον, φθάνει δὲ δὴ ἐπὶ τοὺς Ἑλλανοδίκας ἀφικομένη, καὶ νικῶσα ἔγνω καὶ παύεται τοῦ δρόμου. Ἠλεῖοι δὲ ἀνηγόρευσαν ἐπὶ τῇ νίκῃ τὸν Φειδώλαν, καὶ ἀναθεῖναί οἱ τὴν ἵππον ταύτην ἐψιάσιν. — 2 ἀρετάς Cod.

CXXXVI. Lemma : ἀνάθημα. « Nimirum vestis, quam duæ mulieres fecerant, altera ornamenta ejus adumbrans, altera ad prioris mentem texens : quasi dicas : *Praxidice fecit, Dyseris invenit.* — 2 ἀμφοτέροις Suidas. Voluit ἀμφοτέραις. » *Jac.* Sed ejus liber optimus ἀμφοτέρων.

CXXXVII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ Ναυκράτους. — 1. « Πρόφρων, id est πρόθυμος, εὔνους, ut interpretatur Hesych. — 2. Εὐχωλή, ipsa votorum solutio, res voto promissæ. » *Jac.*

CXXXVIII. Lemma : ὁμοίως. « Scilicet ἀνάθημα [vel ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι. *Bergk.*] est ὁμοίως· sed cujus rei fuerit nunc ignoratur. » *B.* — 1 τὸν δέ δ' ἐκ. Cod., corr. Jac. — 2 ἔστασαν, τοῖς Heckerus I, p. 148; quo minime opus.

CXXXIX. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Πραξαγόρα. — 2 Anaxagoram Ægineten esse putat Reiskius, quem post Platæensem pugnam Jovis simulacrum a Græcis Olympiæ dedicandum fecisse narrat Pausanias V, 23, § 3.

CXL. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Μελάνθου τῇ Σεμέλῃ. Imo filio Semeles, Baccho. Fuerit tripus. — 1 φιλοστεφάνῳ Barnesius, quem Bergk. et alii secuti sunt; φιλοστεφάνου Cod. Heckerus I, p. 147 apte inseruit μ'.

CXLI. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ. — 1 Ῥυσαμένη... δυσηχέος Suidas in Δυσηχὴς, ὁ κακόηχος. — 2. « Malim κρέμαμαι. » *Bergk.*

CXLII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Διονύσῳ. — 1 δίδου ante καὶ habet Codex, sed punctis notatum.

CXLIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Τιμώνακτος. « Timonax, artis palæstricæ, ut videtur, magister, ante vestibulum ædium suarum in honorem Mercurii sive hermam, i. e. columnam quadratam, sive aram collocaverat. Hoc monumentum prætereuntes alloquitur, eosque hortatur ut Timonacti Mercurium apprecentur propitium. Simul Timonax palæstræ studiosis operam suam promittit. Ita (quod valde memorabile) illa columna vel arula inserviebat eidem usui, quem nostris artificibus tabulæ ædibus appensæ præstant. » *Jac.* — 3 κρειόεντι Cod., corr. Brunck.

Post hoc epigramma lacuna est in Codice sex versuum, cum nota in marg. : οὐ λείπει ὡς οἶμαι οὐδὲ ἐνταῦθα.

CXLIV. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Λεωκράτους τοῦ αὐτοῦ. Sed idem epigramma infra post ep. 213 repetitum in Codice inscribitur *Simonidi.* Cui tribuendum esse censet Bergkius Lyric. p. 918, quod hoc loco aliquid turbatum fuisse evincit lacuna. « Accedit quod Simonides eundem Leocratem carmine epico celebraverat, fr. 21. Epigramma Hermæ ab Leocrate in *ulnis* Academiæ posito non ab ipso, sed ab antistitibus ludorum gymnicorum inscriptum videtur. » *Schneidewinus* p. 200. — 1 Στοίδου, altero loco Στρόμδου Codex, correxit Schneiderus ex Thucydide I, 105. Plura de Leocrate Schneidew. p. 201. — 2. Significat statuam esse χαρίεσσαν, elegantem, pulchram. — 3 ἀκαδημείαν (sic) Cod.; ἀκαδημίαν Suidas v. Ἀγοστῷ, τῷ ἀγκῶνι, ubi duo codd. ex optimis τὴν (pro τῆς). — 4 εὐεργεσίαν, superposito η, Codex utroque loco.

CXLV. Lemma : ἀνάθημα Σοφοκλέους ποιητοῦ τῶν τραγῳδιῶν. « Manifestum est non esse Anacreontis fœtum, in cujus ætatem non cadit Sophoclea. » *B.* Brunckius et hoc distichon et alia quædam ex præcedentibus *Simonidi* tribuenda esse suspicabatur. Bergkius p. 925 : « Hoc quidem epigramma falso, ut apparet, nec tamen Sophocli ausim vindicare. » — 2 εἶλε Heckerus, coll. Append. ep. 271 : κλέος εἶλον ἀοίδιμον. Codex εἶδε, editi plures εἶχε, ex corr. Reiskii.

CXLVI. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Αυκαινίδος. Adscriptum : ζήτει· δὶς φέρεται. Iterum scriptum infra post epigr. 274. — 1 εἰλήθυια Codex, sed altero loco εἰ a correctore. Item altero loco καλούσης. — 2 εὐτυχίηι Codex altero loco, unde Heckerus εὐτυκίῃ, « quod minime aptum huic loco, qui mihi εὐκολίῃ requirere visus est. (Hic Codex et edd. εὐτοκίῃ.) Quod suspicari possis, ὠδίνων εὔλοχος conjungenda esse, id ideo fieri non potest, quoniam εὐτοκίη ægre adjectivo vel genitivo adjectivi vicem explente careret. » *Meinek.* Diatr. p. 291. — 3 ὡς τοι Cod., altero loco ἃς (pro ἅς) τόδε, corr. Jacobs. Qua varietate firmatur Meinekii emendatio supra ep. 126, 1.

CXLVII. Lemma : ἀνάθημα. « Aceson pro uxore Demodice votum fecerat apud Æsculapium; hoc jam persolvit. Quod ne lateret deum, tabulam se apposuisse dicit. » *Jac.* — 1. Suidas hinc : ἀπέχω, αἰτιατικῇ, ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. Qui om. ὡς. — 2. « Nisi metrum coegisset, non dubium est quin ὤφειλε scripsisset. » *Meinek.* — 3 γιγνώσκειν Cod., correctum in apogr. Guyeti et a Tyrwhitto, probantibus Jac. et Mein. Boissonadius : « Non erat satis magna causa cur emendantibus γιγνώσκεις viris dd. parerem; » vertitque *cognosce.* Deinde Codex et Suidas λάθῃ καί μιν ἀπ. Brunckius post Toupium καὶ δή μιν, Bothius καὶ μή μιν, Salmasius λάθῃ ποτὲ, καί μιν. Boiss. et Meinek. receperunt Porsoni conjecturam in Append. ad Toupii Opusc. IV, p. 485, καὶ μισθὸν ἀπ. Nobis contigit frui Jacobsiano invento, qui in nott. mss. : « Scripsi τῖμον, quod doctus poeta debebat Archilocho ap. Athen. I, p. 8, A, vel Æschylo Choeph. 916. »

CXLVIII. Lemma : ἀνάθημα. Loquitur lucerna dedicata. — 1. Intelligitur Serapis, de cujus templo Canobico celeberrimo, in quo inc: babant, lege Strabon. XVII, p. 801, § 17. Notæ *polymyxi lucernæ* ex Martiali XIV, 41, et al. — 2 ἡ Κρ. Cod., corr. Meinek. — 4. « Ἔπεσες dictum ut ap. Philostr. Epist. 33 : οὕτω καὶ λύχνος πίπτει πυρὸς ἡττηθεὶς μείζονος· et 50 : τὸν μὲν ἥλιον ἡγοῦμαι πεπτωκέναι. » *Jac.*

CXLIX. Loquitur gallus gallinaceus, donarium positum Tyndaridis ab Euæneto ob victoriam (ut probabile est, curulem; v. Heck. I, p. 152 seq.). « In quo respicitur ad galli fortitudinem. Erat hujus avis simulacrum in galea Minervæ, ὅτι οὗτοι προχειρότατα ἔχουσιν εἰς μάχας, inquit Pausan. VI, 26. » *Jac.*

CL. — 1. Isis *Inachia,* quia eadem putabatur quæ Io. Res nota.

CLI. Tubam tubicen Minervæ dedicat. Imitatur epi-

gramma Archias infra ep. 195. — 1. Παλληναῖος apud Archiam, ex Pallene in Thracica Chersoneso; *Pellene* autem est Achaiæ urbs : uterque Trojanæ Minervæ donarium offert, ut hoc loco videatur esse erratum; quare Valcken. hic corrigebat Παλλ. De ultimis vide ad v. 3. — 2 ἀθαναίης Cod., ας superposito a correctore. — 3. « Μελέδημα dicitur quod quis curat et exercet, cura. Puer Χαρίτων μελέδαμα ap. Ibycum Athen. p. 564, F. Virgines hortatur Naumachius v. 2 καθαροῖσιν ἀεὶ μελεδήμασι χαίρειν. » *Jac.* De Τυρσηνὸν hæc Boiss. : « Tyrrhenorum vel Tyrrheni herois inventum fuisse tubam sæpius a poetis dictum. Monui de ea re breviter ad Ajacem 18; pluribus Michaelis Exerc. de Gideone § 7; Stanley. ad Eumen. 570, etc. Conf. ep. 350. Intelligo enim cum viris dd. Ἐνυαλίου βαρὺν αὐλὸν de *tuba*; possit tamen esse proprie *gravis tibia* vel Phrygia; cui, teste Athenæo IV, 84, cornu adaptabant : τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι. Erant autem cornua Tyrrhenum inventum; Athen. IV, 82 : Τυρρηνῶν δ' ἐστιν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγες. Apte igitur dictum fuerit Τυρσηνὸν μελέδημα vel de tibia gravi seu Phrygia. Erat et tibiarum species una peculiariter dicta Τυρσηνική· vide Casaub. ad Athen. IV extr.; sed quæ ὀξυφώνως sonabat. » Heckerus conj. Τυρσηνὸν κελάδημα, quod de ipsa tuba dici potest, ut λαλάγημα, ἰάχημα de tympano, etc. Deinde Cod. πόκα et ἐβόησεν, superposito α. — 4. « Εἰράνας : in gymnicis enim certaminibus tubæ frequens usus. » *Jac.* Ad sententiam conf. epp. 46, 159, 195. *Boiss.*

CLII. In lemm. Αἰγιδος Plan., præter edit. princ. Midon, venator et auceps, Phœbo artis suæ instrumenta dedicat. — 1 Μήδων Plan. — 3 δ' ἐτι Cod. Ἔργον non raro dicitur de eo quod redit ex opere, de reditu laboris, lucro aut fœnore.

CLIII. In lebetem dedicatum. — 1 βουχάνδης Cod., sed ap. Suidam βουχανδής, βοῦν χωρῶν, et Hesychium : βουχανδέα, πολυχώρητα. Ejusdem Suidæ libri ἐραπίδαυλος κεῦδοτος vel κεύματος, unde apparet non nitidos fuisse ductus codicis Anthologiæ quem excerpebat. — 2 τέγεα Cod. — 4 γενέτωι Cod.; γενέτῃ margo apogr. Lips.

CLIV. *Leonidæ* soli inscribit Plan. « Triplici deorum ordini sacra facit rusticus. » *Jac.* — 1. Hinc Suidas : εὐαστὴρ, ἐπίθετον Διονύσου· παρὰ τὸ εὖοῖ ἐνθουσιαστικόν. — 3 ἀρτίτοκον Plan.; ἀρτιτόκον Cod., et sic Meinek. Deinde scribendum μητρός. — 8 super γλαγ. inter versus Cod. : γρ. γλυκερόν. Conf. ep. 158, 3 et 4. Αὔξετε vertendum erat *usque-magis-reddite*.

CLV. « Puer Apollini sacra facit, comam ponens. » *Jac.* — 1. Recte Jacobsio Κρωβύλος hic quoque est nomen proprium, ut versu 5. Confert ἥλικα χαίτην ap. Callimach. Del. 297 seq. « Jacobsius dubitare videtur num sit κρωβύλος in Codice; est certe in apogr. Paris., idque recte. Is enim est accentus nominum in υλος. De quo multa annotavi ad Choricium p. 333. Quibus addo, sic mutandum esse etiam Suidæ Μείδυλος. » *B.* Κρώβυλος Plan. et Suidas, cujus explicatio : Κρώβυλος, ὁ μαλλὸς τῶν παιδίων, ex hoc ipso versu conficta est. Ejusdem libri tres ἕλικος. Codex Pal. ἃς ἀπο Φ. — 2 πέξατο Plan.; παίξατο Cod., πλέ notato in margine; πλέξατο Suid. Deinde κῶμος omnes consensu, quod correxit Jos. Scaliger. — 3. Pro πλακοῦντα. Gallus gallinaceus Soli et Apollini sacer. — 5 Κρώβυλον Plan. Εἰς τέλος ἄνδρα, quod dici solet ἄνδρα τέλειον. — 6 ἔχων Schneiderus in Bibl. philol. IV, p. 79. Conf. ep. 157, 1. Legebatur ἔχειν, sensu valde incommodo.

CLVI. — 1 χαρισθένεος Cod. et Plan.; χαρισθενέως vel — νέος Suid. « Quum sic desit nomen ejus qui θῆκε, videtur deesse distichon [quod statuebat Brunckius], nisi fuerit latens corruptela in καλῷ, vel in τήνδε, quod quidem vix probabile, aut, quod probabilius, in Χαρισθένεος. Ne lector hæreret, scripsi Χαρίξεινος. » *B.* Idem nomen posuerat Heckerus I, p. 135, « quo a ductibus vulgatæ literis uncialibus exaratæ nihil propius abesse videtur, idque nomen est apud Meleagrum VII, ep. 468, 1. » Antea scripserat τέττιγ' ὁ Χαρισθένεος, « ut sæpius in his epigrammatis filii patris nomine solo indicantur, quibus idem cum patre fuisse nomen verisimile est. » Meinek. p. 224 conj. Χάρης Σθένιος, *Chares Sthenidis filius*. Lennepius ad Anthol. Grot. p. 247, Χάρης τέκεος. Passovius Scriptt. misc. p. 219 vulgata tuetur θῆχ' accipiens pro θῆκα, prima persona. — 2. Celebris Diana Amarynthia in Eubœa, quam Athenienses quoque colebant οὐδὲν Εὐβοέων ἀφανέστερον, Pausan. I, 31. Ejus Dianæ Nymphæ hic intelliguntur. Ipsam tamen Dianam dici mavult Heckerus, scribens κούρῃ θῆχ' Ἀμαρυνθιάδι, quod perprobabile. — 3. « Χερνιφθέντα, quod recte Jac. ad donaria primo versu memorata refert, verte *sacro liquore adspersa*, ut ap. Eur. Iph. Taur. 622. *Bovem* autem intelligo de bovis imaguncula ex farina confecta (v. notata ad ep. 40). » *Meinek.* Bothius scribebat χερνιφθέντι. — 4. « Jacobsius χνοῦν de spuma circa os equi collecta interpretatus est, Bœttigerus vero de sordibus aqua abluendis. Quorum neutrum huc quadrat. Neque in duplici comparatione hærendum. Nam verba ὡς ἵππος ad ἀποσεισάμενος pertinent; prior comparatio verbo λάμπει addita. Jam ut χνοῦς dicitur juvenilis et puerilis lanugo, ita hoc loco πωλικὸς χνοῦς est quod ap. Hesych. legitur v. Μνοῦς : ἡ πρώτη τῶν ἀμνῶν καὶ πώλων ἐξάνθησις. Quam et colore et forma diversissimam esse a longioribus equorum adultorum crinibus nemini non compertum. Hac igitur Charixeni cum equo comparati imagine intelligimus juvenem ἔφηβον primitiis capillorum deæ consecratis togam sumpsisse virilem. » *Hecker.* I, p. 136.

CLVII. In Plan. est ἄδηλον. « Gorgus Dianam σώτειραν precatur, ut agrum suum a furibus defendat, votis additis. » *Jac.* — 1 Γόργοιο Plan.; γοργοῖο Cod. — 2. « Hinc Suidas : κλώψ· κλέπτης. Ex v. 3 idem : ἐπιῤῥέξει· θύσει. Et : νομαία, ἡ ἐκ τῆς νομῆς. » *B.* — 3 νομαίης Plan., Suid.; νομείης Cod., superposito αι a correctore. Sic Theocritus ep. XVII (Ahrens.), 15 : κεὐδὺς ἐπιῤῥέξειν χίμαρον καλόν.

Post hoc epigramma in Codice est lacuna, cum nota in marg. : ζήτει στίχους ἑνδεκα.

CLVIII. Expressum ex epigrammate 154, Leonidæ Tarentini. — 1. « Hinc Suidas : θύρσος, βακχικὴ ῥάβδος· ἢ λαμπὰς ἣν ἐβάσταζον εἰς τιμὴν τῷ Διονύσῳ. Ex v. 4 idem : γάνος, ὁ οἶνος. » *B.* — 2 φόβαις Plan.; φοιβωι Cod., inter lin. γρ. αις. « Sunt φόβαι εὐπέταλοι *frondes foliis bene instructæ, umbrosæ*. Finge tibi aram Pani, Nymphis et Baccho sacram, sive simulacra horum numinum, sub arboris umbra collocata. » *Jac.* — 4. πήδακα Cod.

CLIX. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Φερενίκου. Expressum ex epigrammate 151, Tymnæ. Conf. et epigr. 46. — 1. « Hinc Suidas : ἐαί, τῇ μάχῃ. Et ex v. 4 : κελάδων, τουτέστι θορύβων. » *B.* — 3 ἔγκειμαι Suidæ libri plures; in Palatino quoque Codice ductus non raro anceps in hoc verbo.

CLX. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ Τελεσίλλας. — 1 ὀρθρινᾶ Cod.; ὀρθρινᾷ Plan. (qui insuper χελιδόνων), corr. Huetius. — 2. Ἀλκυόνα Dorvillius refert ad pectinis vel radii sonum *velut querulum*. — 3 πολυῤῥοίδητον Cod. et Plan., correctum ex Suida v. Ἄτρακτος. « Καρηβαρέων dicitur fusus in superiore sui parte lanæ glomere gravatus. Schneiderus tamen refert potius ad *verticillum* capiti fusi additum. » *Jac.* — 5 πήνας Plan.; πήνια; Cod. — 7 φιλαεργὸς Cod., sed recte Plan. — 8. Minervæ Ἐργάνῃ.

CLXI. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Μαρκέλλου ὑπάτου. Iterum legitur in Codice infra post epigramma 344. « Marcellus, qui puer in bellum profectus fuerat, vir factus in patriam rediit. Hoc carmen et IX ep. 545 ad Octaviæ sororis Augusti filium referenda esse monuit Brunckius, post Dorvillium Vanno crit. p. 192, qui de bello Cantabrico circa a. U. 729 confecto agi censebat. Qui quum anno 731 e vita excesserit (Dio Cass. LIII, 30), vicesimo ætatis anno vix dum superato (Vell. Pat. II, 93), carmen paulo ante hoc tempus scriptum fuisse necesse est. » *Jac.* — 1 μάρκυλλος Cod. altero loco. — 2 τέρμα Codex hic, τέλσα altero loco, quod recte prætulit Jac. Alpina regio intelligitur. Ap. Suidam ταναῆς τέρμα. Editi παρ'. — 3 ξανθὴν Cod. utroque loco, non ξανθάν. — 4 οὕτως Cod. utroque loco; οὕτω Plan.

CLXII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ Μελεάγρου. — 2. Conf. cap. V, epigr. 4 et 8, aliaque.

CLXIII. Lemma : ἀνάθημα. Mars loquitur, arma nova et splendida, non bello spectata et sanguine conspersa, in templo suspensa esse indignatus. Simillimum Leonidæ Tarentini epigramma IX, 322 et Antipatri ibid. 323. — 1 τάδ' ἐμοὶ cod. Leid. Suidæ v. Θριγκός. Idem Suid. θνητῶν θριγκ., Codex et Plan. θνητῶν περὶ θριγκ. (θρηγκ. ille), labante versu. Kusterus περὶ τοῖς θρ. (sic Bothius), Jacobs. ἱεροῖς θρ., Græfius ἱερὰ, corruptelam ortam esse monens ex veteri signo spiritus asperi ⊢. Boisson. cum Lobeckio τὰ περὶ θρ. Piccolos πρῶτα θρ., collato ἄχαριν χάριν Leonidæ supra citati. Verum viderat jam olim vir doctus qui Scaligeri codici adlevit

Τίς τάδε μοι θ η η τὰ περὶ θριγκοῖσιν ἀνῆψε,

probante Huetio, in idemque nuper incidit Heckerus I, p. 234. Nimis mirum si tali in loco θηητά non abiisset in θνητῶν per librarios. In fine Cod. ἀνῆψεν. — 4 εὔλοφος Plan., male. — 5 αὐτῶσι γαν. Cod. « Hinc Suidas : ἔναρα, τὰ σκῦλα· κυρίως ἔναρα ὅσα ἅραρε καὶ συνήρμοσται τῷ σώματι, οἷον θώραξ, κυνέα. » *B.* Pueros in Panathenaicis cum clypeis saltasse constat ex Aristoph. Nub. 984, ubi v. schol. Alias cum clypeis saltationes, cum virorum tum feminarum, memorat Spanhem. ad Callim. Dian. 241, p. 341. *Jac.* — 7 τοῖς malit Græf. « Cum indignatione hæc pronuntiat deus, muliebria ista ornamenta esse significans. Respicitur ad morem veterum ædes et loca publica armis ornandi. Sic in curia Eleorum scuta erant suspensa, θέας εἵνεκα καὶ οὐκ ἐς ἔργον πολέμου πεποιημένα, Pausan. VI, 23. » *Jac.* Ad sequentia Boiss.: « Hinc Suidas : λύθρος· φόνος· ἢ ἐκ τοῦ αἵματος μολυσμός, συνιστάμενος δ' ἱδρῶτος καὶ κόνεως καὶ αἵματος μετὰ ἰχῶρος. De nomine λυθρὸς vide Moschop. Π. σχεδ. p. 179; mea ad Eunap. p. 502; Wernsd. ad Philen p. 88. »

CLXIV. Lemma : ἀνάθημα Λουκίλλου (sic). « Illustravit hoc epigramma Gutberl. De myster. Cabir. c. 10. » *B.* — 1 νιρεῖ Cod.; νηρεῖ Plan., corr. Jos. Scaliger. Uterque codex καὶ Ἰνοῖ καὶ Μελ., quod correxit Dorvillius, fido sponsore : est enim Parthenii versus a Macrobio Sat. V, 17, et Gellio XIII, 25 (qui καὶ εἰναλίῳ M.) allatus, quo utitur hic Lucianus et usus erat Virgilius, Georg. I, 437 :

Glauco et Panopeæ et Inoo Melicertæ.

Vide Meinek. Analect. Alex. p. 285 seq. — 2 σαμόθρηξι Plan. — 3. « Juvenal. XII, 81 :

Tuti stagna sinus : gaudent ibi *vertice raso*
Garrula *securi* narrare pericula nautæ.

De more naufragorum caput radendi v. Rigalt. ad Artemid. Onir. p. 9 et interpretes Petronii c. 105. » *Jac.*

CLXV. Lemma : ἀνάθημα τῷ Βάκχῳ παρ' Εὐάνθης Φαλάκκου (sic). — 1. « Hinc Suidas : ῥόμβος· κύλινδρον. Et : θίασος· ἱερὸς χορός. Ex versu 2 : ἀμφίδορον, τὸ πανταχόθεν περιέχον, ἐν Ἐπιγράμμασι· « Καὶ σκύτος ... », τουτέστιν ἐλάφου δέρμα· ἀχαΐνη γὰρ ἡ ἔλαφος. Ex v. 3 : κορυβαντείων· μαινομένων, ἐνθουσιώντων. Et : ἰαχήματα· ᾠδαὶ Διονυσιακαί. Ex v. 4 : κωνοφόροι, θυρσοφόροι· κῶνος δὲ λέγεται ὁ βοτρυειδὴς τοῦ στροβίλου καρπός, ὃν ἕτερον αἱ γυναῖκες βαστάζουσαι ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς. » *B.* Jacobsius : « Στρεπτὸς ῥόμβος esse videtur tympanum rotundum, quod Bacchæ manibus tenentes crebro rotabant, μύωπα autem θιάσου poeta vocat, quod incitat Bacchas ad bacchandum et stimulat. » — 2 σκύτος... ἀχαΐνεο, alibi ἀχαϊνέης, Suid. Στικτόν, ut hinnulorum. In latinis Boiss. non debebat exprimere Suidam, consequens (ut loquuntur) exponentem. Recte Jac.: « Ἀμφίδορος est πανταχόθεν δεδαρμένη, cui pellis tota cum capite pedibusque detracta, ita ut Baccham totam ambiret. » — 4 χλοερῶν Cod., sed recte Suid. — 5 τυμπάνου Suid., sed recte Codex. — 6. « Μιτροδέτου. Bacchus cum turba sua mitram gerit. Λίκνος, mystica vannus Iacchi. — 7. Ferendis quatiendisque thyrsis minus jam valens mulier ætate provectior, in compotationibus tamen satis fortis, thyrsum cum poculis commutavit. » *Jac.* — 8 μετ' ἠμφίασεν Codex, ε notato super α eadem m. Et Bothius μετημφίεσεν.

CLXVI. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Διονυσίου κηλήτου. — 2. Hinc Suidas : ναύτης, καὶ ὁ ἐπιβάτης. Cujus codd. Διονύσῳ vel Διονύσου, duo ἀνέθηκα. — 3 τοῖν μηροῖν Heckerus. — 4 οὕτω Jacobsius, in notis mss. addens : « vel ἔστ' οὖν καί. » Nisi erat simpliter ἔστιν καί.

CLXVII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Κλεονίκου. — 1 in fine ἐσπέριω πάν (sic) Cod. — 2 ὠδὶς σὰς (σᾶς Plan. Ald.) ἄγετ' ἀθηροσύνας Cod. et Plan., jam ab Jos. Scaligero correctum ex Suida v. Ἡγέτης, ὁ ἡγεμών. « Prætuli dualem numerum, δισσαῖν ... θηροσύναιν, a Suida oblatum ut paullo exquisitiorem. [Sed optimi quique codd. Suidæ non hoc præbent, sed δισσαὶ ... θηροσύναι, litera σ, ut aliquoties factum, versa in ι.] Grotius mala recensione fuit usus. — 3. Hinc Suidas : καστορίδων· κυμάτων. — 7. Post parenthesim particula δὲ sententiam redorditur interruptam : de quo memini scribere ad Marinum, ad Eunapium. » *B.*

CLXVIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ αὐτῷ παρὰ Ξενοφίλου. — 1. βοτρύων Cod. et Suidas. « Est βοτρυτων correctio probabilis Jacobsii. Reiskius conjecerat ἐμβοτρύων. Hinc Suidas : ἀκάμαντα· ἀκαταπόνητον. Et : λωβήτωρ, ὁ βλαπτικός. Ex versu 2 : ἐννατεῖται· οἰκήτορες. Ex v. 8 : ἀθώπευτον· ἀκολάκευτον, ἄσπλαχνον. » *B* — 2. ἐννατέτην Suid. In

locis palustribus et arundinosis latere solent apri. — 3. Homerus de apro Calydonio, Il. I, 540 :

πολλὰ δ' ὅγε προθέλυμνα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρά.

— 5 χαίταν Bothius. — 6. Junge ἐκλιπόντα. « Videtur παγχυ pro adjectivo adhibitum. Adverbii quæ vis foret? et totus versus valde languet. » *B.* — 7 ξενόφιλος Cod. a pr. m., illud ex corr. Deinde Salmas. παρὰ φηγοῦ, quod esse debebat ἐκ φηγοῦ. Heckerus περὶ φηγόν, coll. Leonida infra ep. 298, 5 : περὶ θάμνον σκῦλα... ἀνεκρέμασεν. Poterat hæc in alio stipite suspendisse, posito proxime παρὰ φηγῷ, ut hoc tantummodo ad locum indicandum addiderit, quemadmodum alibi παρὰ κρήνῃ et sim.

CLXIX. Lemma : ἀνάθημα τῷ Διονύσῳ παρὰ Κωμαύλου. Conf. epigr. 45, et not. — 2 θηλοπέδῳ Cod., Plan. et codices Suidæ. « Tantam esse herinacei sollertiam non credebat Buffon. — 3 Hinc Suidas : αὐήνας· ξηράνας. » *B.* Codicis corrector α posuit super η in φιλακρήτῳ.

CLXX. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ θυηλάου, sic pro Θυτλλου. — 1. « Hinc Suidas : τανυμήκεες, αἱ μῆκος ἄπειρον ἔχουσαι. Ex v. 2 : ἀμφιλαφής· μεγάλη· οἷον ἀμφιλαβής, ὅτι ἀμφοτέραις χερσὶ λαμβάνεσθαι αὐτῆς ἐστιν. Ex v. 3 : λιβάδα· σταγόνα, κρήνην, εὔυδρον τόπον. » *B.* — 3 καὶ λιβάδες Schæferus, quod commendarunt Jac. in nott. mss. et Boiss.; καὶ λ. Cod. — 4 ἄγκεινται Brunckius.

CLXXI. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἡλίῳ παρὰ τῶν ἐν Ῥόδῳ οἰκούντων περὶ τοῦ κολοσσοῦ. « Primos quattuor versus ex codice Matritensi protulit Yriartes Catal. p. 264. » *B.* Scriptum in colossum Solis, a Rhodiis post hostes terra marique devictos ex manubiis positum : quod factum fuisse constat olympiade CXXIV. Plurimi præterea ibidem fuerunt colossi minores illo, sed *ubicumque singuli fuissent, nobilitaturi locum,* teste Plinio XXXIV, 7, § 18. Unde Rhodenses appellati *Colossenses,* Κολοσσαεῖς. *Jac.* — 1 Οὕτω σοὶ Bothius. — 3 vulgo post χάλκεον distinguebatur, quod ad κολοσσὸν referebant; sed poetam haud dubie voluisse χάλκεον κῦμα, observavit Heckerus I, p. 134, coll. ep. 124, 3 σιδαρείου πολέμοιο· VII, ep. 232, 2, σιδηρείης μάχης. De figura Jac. comparat Æsch. Sept. 114 : κῦμα ποτὶ πτόλιν καχλάζει, πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον. — 5 πελάγους μόνον κάτθεσαν Cod.; πελάγευς μόνον ἄνθεσαν Plan., quod editur, haud dubie levis conjectura Planudis, « nec idoneum esse sensum verborum ἀνατιθέναι φέγγος » recte dixit Heckerus, qui conjicit ἄψαντ', mediam formam exemplis tuitus p. 351. Sed dissimillimum id tradito κάτθεσαν. Memor frequentissimæ in antiquis libris permutationis literarum H et K, cogitabam de HN quod abiverit in ΚΑΙ, ΚΑΤ, ex ἤνθεεν. — 6 ἐλευθερίης Cod. et Plan., mutavit Brunck. — 7 γενέθλης uterque, sed Cod. superscripto α. « Herculis filius Tlepolemus, ob cædem patria profugus, Rhodum venit et urbes ibi condidit, teste Homero Il. B, 652 seqq., Pindar. Ol. VII, 20, al. » *Jac.* — 8 κοιρανίαι Cod.; κοιρανίη Plan., corr. Brunck.

CLXXII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Διονύσῳ παρὰ Πορφυρίδος. Codex sine nomine poetæ. *Agathiæ* tribuit Planud. « Suidas, qui versus primos exhibet in Δίθυρσον, tribuit *Arriano.* Sed puto Arriani fuisse alia verba quæ nunc perierunt. Qui contulerit ejusdem vocabulum Ἀνέδην, vix ea de re dubitabit. » *B.* — 1, 2. « Verba δίθυρσον λογχωτὸν vix recte accepit Grotius : *gemina cum cuspide thyrsum.* Binos thyrsos nonnunquam gerebant Bacchæ; qui quum proprie hastæ sint, quarum cuspides hederæ ambiebant, appellantur λογχωτοὶ et una voce θυρσόλογχοι. De his egit Salmas. ad Solin. p. 379. » *Jac.* — 4 κισσῷ τὴν Plan. male. — 5 ἀβροκόμῃ Διόνυσε Plan. et editt. Suidæ v. Ἠώρησεν· ἐκρέμασεν, ἀνῆψεν. Sed scripti libri Suidæ magno consensu Palatinum codicem referunt. Bothius αὐτὴ σοί, Δ. — 6 καὶ addidit Jacobsius; τὰ τοῦ κάλλους Plan. Suidas quoque τὰ κάλλευς, sine ταῦτα.

CLXXIII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ῥέᾳ παρὰ Ἀχρυλίδος. — 1. « Hinc Suidas : θαλαμηπόλος, ἡ περὶ τὸν θάλαμον ἀναστρεφομένη καὶ φυλάττουσα, ἡ νεωκόρος. » *B.* Proprie dicitur de Cybeles sacerdote. Cum sequentibus cont. Thyillum VII, ep. 223, 1, 2, monente Heckero. — 2 τὰς ἱερὰς Heckerus : faces *Cybelæ sacras*; legebatur τοὺς ἱεροὺς ... πλοκάμους, capillos quos modo consecrat Achrylis, et recte legebatur, ut apparet ex ep. 133 :

Ἀλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην
Ἥρῃ·

et infra ep. 178 Hercules jubetur δέξασθαι Ἀρχεστράτου ἱερὸν ὅπλον. Nihil igitur in his movendum erat. — 3 Κυβέλῃ corrigit idem Heckerus, collato epigr. Thyilli quod modo memoratum, et Callimachi fragmento 310 : θεῷ δ' ἀλάλαγμα νομαῖον δοῦναι. Sane haud idoneum est ὁλολύγματι δοῦναι ἦχον, verum non hæc jungenda sunt, sed δοῦσα εἰς ἀκοάς, et omnia legitime procedunt. Voci γαλλαίῳ in Codice scholium hoc adscriptum : τῷ τῶν Γάλλων, ἤτουν (l. εἴτουν) εὐνούχων. Deinde : Κυβέλης δὲ τῆς Ῥέας· Κύβελα γὰρ ὄρη Φρυγίας, ἐν οἷς τιμᾶται ἡ αὐτή. Similia ap. Suidam. — 5 τᾶς δὲ Cod. Depravate περικλεῖδι Suidas in Ὀρεία. — 6. Conf. VII, ep. 37, 6.

CLXXIV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ. Antipatri *Sidonii* apud Plan. Conf. Leonidæ epigrammata infra 288, 289. — 1. « Hinc Suidas : ἀράχνης ἀρσενικῶς, τὸ ζωῴφιον, παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν. Ex versu 5 : κερκίς· ἱστουργικὸν ἐργαλεῖον. Et : μίτος, τὸ λεπτότατον σχοινίον. Ex v. 7 : ὀνειδος· μέμψις. Ex v. 8 : ἀρνυμένη· ἀντικαταλλάσσουσα. » *B.* — 2 στήμον' Plan. — 3 εὔπλοκος Cod. a correctore, ov a pr. m., ut Plan. et Suid. Ἀρσινόαι Cod. « Ἀηδόνα vocat radium textorium ab arguto, quem edit, strepitu. Euripides Meleagro ap. schol. Arist. Ran. 1351 κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας dixit. Tarsensibus, ronchos inter loquendum per nares edentibus, vicini nomen Κερκίδων imposuerant, ap. Dio Chrysost. Or. XXXIII, p. 405 (463 extr. ed. Emper.). » *Jac.* — 6 ᾗ Plan.; εὖ Cod. et Suid. — 7 ἕκαστα (sic) Cod., sed recte Leidensis Suidæ ; εἷλεθ' ἑκάστη Plan.

CLXXV. Lemma : ἀνάθημα Ἀλκιμένους. » Vide Chardon. Roch. Miscell. t. I, p. 104. » *B.* — 1 ἐπὶ εἴδμονα Cod. — 3. « Ἰδ' ὁμ., vide Wernick. ad Tryphiod. p. 267 seq. » *Jac.* — 5. « De nomine κλοιὸς, Suidæ περιτραχήλιος; δεσμός, vide ad mea Anecd. t. V, p. 429, n. 2. » *B.* Plan. Λεύκωνα. — 6. « *Latrantis enim simulacrum canis persuadebat illi, se etiam incedere posse.* Græcorum verborum qualia leguntur hic mihi videtur esse sensus, quem non exprimit Grotii versio. » *Brunck.*

CLXXVI. Lemma : εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. « Gallice vertit Chardo Roch. Misc. t. I, p. 103. — 1. Hinc Suidas : σιγύνη· καὶ σιγύνους, τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν. Ex versu 4 : ἀκόλους· κλάσματα καὶ θραύσματα ἄρτων. » *B.* Codex σιγνον, superposito νν, in marg. σίγυνον. — 2 δὲ ζῶντα Cod.; δ' ὡς ζώοντα Suid., qui deinde ταῦλιον, Cod. τωῦλίον. Nimirum canem ille σταϊτινον dedicabat, ut boves agricola ep. 40, ubi vide.

CLXXVII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Δάφνιδος. « Sine nomine poetæ. « *Theocriti* nomen incertum est, quum adsit tantum in Appendice Planudeæ p. 516 Steph. » *B.* Ap. Ahrensium p. 168 seq. — 1 καλῇ Cod. Hinc Suidas : λευκόχρως· λευκὸν τὸ σῶμα ἔχων. — 4 καὶ πήραν Bothius. Codex αἴ ποτ', Parisinus D ἄ ποκ'.

CLXXVIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἡρακλεῖ παρ' Ἀρχεστράτου. Conf. ep. 127. — 1. Ὅπλον, scil. ἀσπίς, quo referuntur feminina in sequentibus. — 2. Hom. Il. Z, 243 : δόμον... ξεστῆς αἰθούσῃσι τετυγμένον. — 3. « Post imperativum haud raro sic sequitur optativus, v. c. Odyss. X, 391. » *Jac.* Qui vid. ad VII, ep. 391.

CLXXIX. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ τριῶν ἀδελφῶν θηρευτῶν. In margine ζήτει et infra : ἀντεβλήθη ἐπιγράμματα θ' ὡς κείμενα ἔμπροσθεν. ζητεῖται (sic) κάκεῖ. Vide schol. ad ep. 16. — 1. « Hinc Suidas : βιαρκές, τῆς εἰς τὸ ζῆν ἐπαρκούσης. — 2 (πίγρις Cod. a pr. m., πίγρης a correctore, item in ep. 180 et 181.) Hinc Suidas : δειραχθὲς, τὸ τὴν δειρὴν ἀλγῦνον. Scripsi quod in Codice, πετανῶν, pro πετηνῶν. Est πετηνῶν in codd. Suidæ. Stephanus, quem in Thesauro hoc epigramma respexisse opinor, pro πετηνὸς malebat πετεινός. » B. Plan. πετεινῶν. « Non ausus sum mutare, quamquam probabilis est correctio Brunckii δειραγχές. » *Jac.* Quam Bothius recepit. — 4 ὑλανόμων Cod., illud Plan. — 5 πόρε Cod.; αἴθρης Plan. — 6 καὶ γᾶς καὶ πελάγευς Plan.

CLXXX. Lemma : εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. — 1 θαλάσσας corrector Codicis. — 2 τέχνας Cod. Utrumque recepit Boiss. — 3 καὶ τὰ μὲν Bothius, « pravam repetitionem » corrigens. Sic in sequenti epigr., sed excipiente τὰ δὲ... — 5. « Mutavi vulgatum ἠερίῃσι ob reliqua. » *B.* Retinuerat ex Cod. et Plan. Jacobsius, χερσαίῃσιν posito cum Plan., et servanda hæc erant. — 6 πλωτοῖς Plan. Hesychius : Ἀγρεύς, ὁ Πάν.

CLXXXI. Lemma : εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. — 2 σοὶ γέρα correxit Brunckius, probabiliter. Conf. ep. sequens. — 5 ἠερίοισιν Cod.; illud Plan. — 6 εἶεν ὁ δ' ἐν πελάγει ἄρκυν (quod voc. punctis notavit corrector) εὔστοχον ἄρκυν ἔχοι (hæc postrema vocabula duo a correctore scripta) Codex; ἄγραν ἔχοι Plan. Hiatus prodit nos poetæ manum non habere.

CLXXXII. Lemma : εἰς τὸ αὐτὸ Ἀλεξάνδρου Μαγνήτου. Imo Μάγνητος, ut corrigit Meinek. Anal. Alex. p. 236, qui *Æolo* Alexandro non posse tribui docet; « Alexandro *Milesio* vindicandum videri. » Ap. Planud. est *Alexandri*, sine gentili. — 1 Πίγρης hinc ipsa prima m. Codicis. — 4 ἰδρυτὰ bis Plan.; ἰδρίτα Codex, quod ab ἰδρίτης pro ἴδρις dicto ducit Suidas v. Ἴδριας. In quo gravissimum mensuræ peccatum notat Meinek. p. 237 : quod si esset Alexandri Milesii, ad seriorem græcæ poesis ætatem esse relegandum. Sed emendatione certissima et vitium et mirum substantivum removit Heckerus I, p. 236. Conf. Lobeck. Pathol. p. 381. — 5 ᾧ δ' ἀπὸ Plan.; τῷ δ' ἀπὸ Cod.

CLXXXIII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 1 θηρευταὶ Heckerus. Edebatur Πὰν θηρευτά. — 2 κυνηγεσίης, 3 πτηνῶν Plan. — 5. « Μέσσης ἠέρος. Suidas in Ἠέρος· λέγεται δὲ θηλυκῶς. Et hunc locum affert. Ut nomen αἰθὴρ, sic sæpe ἀὴρ apud poetas femininum est. Poeta Parthenii c. 21 : πολλὰ δ' ἐς ὑγρὴν Ἠέρα χεῖρας ἔτεινεν. Vir doctus citans Empedoclea, Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ita, inquit, *rescribendum fuit pro* δῖαν. Imo servandum fuit δῖαν. Add. Mœris p. 2 et not.; Wakef. in Diario Classico t. XXXV, p. 52. » *B.*

CLXXXIV. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 2 τέχνας Cod. — 3 πτηνοῖσιν Plan.; illud etiam « Suidas in Βόλος, τὸ βαλλόμενον εἰς ἄγραν ἰχθύων. Præpositio ἐν etiam ad πτανοῖσι pertinet. Sic mox ep. 187, 5. Vide not. ad IV, ep. 3, 58. — 4. Refert nomen θηρσὶν ad tria adjectiva Tafel. in Thes. Steph. Didot. sub Ἅλιος. » *B.* — 5 μέν γε Jacobsius; μέν τε Cod.; μέν τι Plan.

CLXXXV. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 2. Νεφέλην, conf. ad ep. 11. — 3 ἁπλότατον ἀλὶ non videtur esse sincerum. Intelligi certe possit ἁπλωτὸν δ' ἁλί, *quod panditur mari*, simul ac jacitur. His ita scriptis Lobeckium vidi hæc disserere in Pathologiæ elem. I, p. 300 : « Schæferus Præf. Apoll. p. XV his adjungit ἁπλότατον, quod minime evincitur ex Zosimi ep. Nam pro illo adjectivo, quod cum dativo ἁλὶ parum cohæret, scribendum videtur ἁπλωτὸν, ut ep. 167, 5 : δίκτυα ἐν ῥοθίοις ἁπλούμενα. » — 6 πίγρη δ' Cod., τ' superposito a correctore.

CLXXXVI. Lemma εἰς τὸ αὐτό. In Plan. est Ἰουλιανοῦ. — 1 εὖχος Huschkius, coll. ep. 43, 3 : (βάτραχον Νύμφαι:) εὖχος ἔθηκεν. Minus probabiliter Heckerus οἶκον ἀδ., « ut retia vocentur horum fratrum bona et totum patrimonium. » — 2 πελάγου; Codex, non πελάγευς. — 3. Versus hic in Plan. omissus, in Codice suppletus recenti manu hominis planudea ætate, ut judicat Paulssen., inferioris Versus sequens δικτυβόλει τούτῳ δ' .... et ap. Plan. et in Codice ab antiquo librario exaratus, a Suida v. Ἄγκη sic affertur :

θηροβόλει τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις,

ἄγκεσι explicante συνδένδροις καὶ ὑλώδεσι τόποις. Egit de ea re Huschkius Analect. crit. p. 132, sed distichon haud probabiliter constituit. Melius successit Jacobsio :

δικτυβολεῖν πόρε τῷδε παρ' ἠιόνων κροκάλαισιν,
θηροβολεῖν τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις.

Quod in latinis posui. Piccolos servat imperativos, scribens δικτυβόλει σὺν τῷδε. Sed lacuna impedit quominus ipsa Dioclis manus unquam possit reperiri. Heckero « pentameter a Suida allatus ex initio hexametri et posterioribus versus minoris verbis conflatus videtur. »

CLXXXVII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. Apud Plan. *Alpheo* Mitylenæo inscriptum. Vere inter *Messenii* Alcæi epigrammata referre videntur Brunck. et Meinek. — 1 ἄλλης ἀπ' ἄλλης Cod., lapsu. Struendum : σύμβολον ἄνθετο ἀπ' οἰκείης ἐργασίης, ἄλλος ἀπ' ἄλλης. — 4 ἰθυτενῶν Plan.; alterum etiam Suidas v. Στάλικας, πασσάλους· ἡ εὐθεῖα στάλιξ. Bothius maluit ἰθυτόμων. — 5 ὦ μὲν Plan. — 6. « Suidas v. Ὠφελείας : ἐν δὲ Ἐπιγράμμασι διὰ τοῦ ι (sequitur hic versus), διὰ τὸ μέτρον. Quæ observatio futilis est, quum et ὠφελία in prosa quoque oratione reperiatur. » *B.*

CLXXXVIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Θηρομάχου (sic). — 5 ἐν ταῖς ἀγκείαισι Codex, qui in marg. ἔν τε ἀναγκαίῃσι, « quod proxime abest a vero, modo αν pro συν scriptum cogites. » *Jac.* Alterum ex Plan. « Scribi possit etiam ἐν τ' εὐαγκείῃσι, ut Callimach. Cer. 82 : Πίνδῳ ἀν' εὐάγκειαν. » *Hecker.* Qui in fine correxit δεξιτερῇ οἱ. Cod. et Plan. δεξιτερῇσι. Brunckius δεξιτερῇ σῇ, Jac. δεξιτερῇ σὺ (sic Boiss.) aut δεξιτερῇφι (sic Meinek.). Lennep. p. 347, δεξιτερὸς σύ. — 6 δῶρα κατ' ἀντιπάλων Cod. et Plan., quod servabat Boiss., annotans : « Proposuit probabiliter Jac. καὶ ἀντιπάλων. Potest tamen nomen et de hostibus et de belluis capi. » Sed δῶρα ferri non potest. Recepi Jacobsii

probabilissimam conjecturam πρῶτα καὶ ἀντ., « quæ perelegans emendatio est. Nisi forte ὦνα scribendum. » *Meinek.* p. 119. Σκύλα malit Hecker.

CLXXXIX. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Κλεωνύμου ταῖς Μούσαις, Μυροῦς (sic) Βυζ., sed recte ep. 119; v. Meinek. p. 99. Egregia dissertatione hoc epigramma primus explicuit Ungerus, *Kritische Studien zur gr. Anth.* I, in Diurn. antiq. stud. 1843, m. Jul. n. 73. Nimirum ipsa prima verba, Νύμφαι Ἀμαδρυάδες, lectoris mentem in aliena omnia compellebant. Quorum vitio perspecto Ungerus docuit Cleonymum in *Anigro* Arcadiæ fluvio lavisse, ut vitiligo, qua laborabat, sanaretur, et Nymphis *Anigriadibus* ξόανα dedicasse. Locupletes testes sistit Pausaniam et Strabonem. Ille V, 6 : ἔστι δὲ ἐν τῷ Σαμικῷ σπήλαιον οὐκ ἄπωθεν τοῦ ποταμοῦ καλούμενον Ἀνιγρίδων Νυμφῶν· ὃς δ' ἂν ἴχων ἀλφὸν ἢ λεύκην ἐς αὐτὸ ἐσέλθῃ, πρῶτα μὲν ταῖς Νύμφαις εὔξασθαι καθέστηκεν αὐτῷ καὶ ὑποσχέσθαι θυσίαν ὁποιανδήτινα· μετὰ δὲ ἀποσμήχει τὰ νοσοῦντα τοῦ σώματος· διανηξάμενος δὲ τὸν ποταμὸν ὀνείδους μὲν ἐκεῖνο κατέλιπεν ἐν τῷ ὕδατι ἐκείνου· ὁ δὲ ὑγιής τ' ἀνεισι καὶ ὁμόχρους. Strabo autem VIII, p. 346 : ἔστιν ἐν τῇ παραλίᾳ δύο ἄντρα· τὸ μὲν Νυμφῶν Ἀνιγριάδων . . . πρὸς γὰρ τῷ ἄντρῳ τῶν Ἀνιγριάδων Νυμφῶν ἐστι πηγή . . . ὑποδέχεται δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ ὕδατος ὁ Ἄνιγρος βαθὺς καὶ ὕπτιος ὢν ὥστε λιμνάζειν ... ἀλφοὺς δὲ καὶ λεύκην καὶ λειχῆνας ἴδοι τὸ ἐκεῖθεν λουτρόν. — 1. Ἀνιγριάδες Ungerus, pro Ἀμαδρυάδες, quod obvium librariis, postquam ANI lectum erat AM. Jam prætereunda sunt artificia quibus ποταμοῦ κόραι his arborum Nymphis accommodare tentabant interpretes. — 2. « Perversum ῥοδέοις ποσί, quasi venustarum essent rosei pedes, non candidi, ut res est. Imo roseæ dicuntur ipsæ Hamadryades : ἀμβροσίοις ῥοδέαι στείβ. » *Bothius.* Hoc quoque explicavit Ungerus : « Nymphis Anigri ima tenentibus *rosei* pedes tribuuntur ob colorem aquarum hujus διωδύνου ποτιμοῦ, et διὰ τῆς ὕλης ἐρυθραίνοντος τὸ ῥεῖθρον, ut loquitur Gregorius Nys. Epist. II, p. 628, A, hodie dicti « *Mauro-Potamo* », sicut Alpheus, simili vi medica præditus, hodie est *Rouphian* vel *Rofeo*, a pari colore, quem testantur Dodwell. et Pouqueville. » Hæc et alia scitu digna Ungerus, ἀμβρόσιαι de medica facultate intelligens, de qua iterum agit in *Beitrage* p. 3. — 4. « Hinc Suidas εἴσατο· κατέθετο. » *B.* Ungerus docte et ingeniose : εἴσατ' ἀπ' Αἰπυτίων, *ab Arcadibus*, quorum nomen Αἰπύτιοι documentis astruit : ut Arcas fuerit Cleonymus. Probabile est enim in ipso illo antro Anigriadum, quod superstes vidit Dodwellus (II, 2, p. 196), posita a Cleonymo fuisse ea ξόανα, non alicubi ὑπαὶ πιτύων, quod dativo dici solet, ὑπὸ (ταῖσδε) πιτύσιν, et epitheton abest incommode. Verum si super ipso antro creverant vel proxime stabant pinus, ibi poterant simulacra esse posita; quare hic quidem nihil movimus, non sane ob latinum epigramma quod medio fere sæculo superiore prope Spoletum terra fuisse erutum fertur, a Burmanno in Anthologiam Latinam receptum V, 215 :

NYMPH. FONT. LYSIMACH. V.

Nymphæ, fonticolæ Nymphæ, quæ gurgitis hujus
Æternum roseo tunditis ima pede :
Lysimachum servate! sub alta *maxima* (?) *pinu*
Numinibus posuit qui simulacra tuis.

Quod epigramma recentem docti alicujus hominis lusum esse abunde demonstravit Ungerus *Beitrage* p. 1-3, in eo tamen laudandi quod *Hamadryadas* hinc ablegaverit.

CXC. Lemma : ἀνάθημα παρὰ Λεωνίδου. Γαιτουλίκου, cui corrector superposuit γαιτούλλου. Plan. Γετουλίκου. « Leonidas, morbo liberatus, exigua, ut pauper, Veneri dicat munera. Optime autem noster Leonidæ dicendi genus imitatus est. » *Jac.* — 2 λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ Jacobsius; αἶψα τάδε κλυτοῦ Cod. et Suid.; αἶψα τάδε κλειτοῦ Plan. et Brunck., « vitium obliterantes potius quam tollentes. » Nimirum AITA in antiquo codice esse videbatur AI-|-A, quæ fere vetusta forma est literæ Ψ. Dubitare non sinit ipsum epigramma Leonidæ n. 300, et sequens Cornelii Longi, de nostro expressum. « Hinc Suidas : αἶψα· θᾶττον. Non servavi receptas conjecturas, quamvis probabilissimas. Fuit etiam in epitheto κλειτοῦ quod Venerem moveret. Ex versu 5 Suidas : ἀλινήκτειραν, τὴν ἐν ἁλσὶ νηχομένην. Ex v. 6 : ψαιστῶν, ἅπερ ἦν ἅλφιτα ὑπὸ μύλης κατεψημένα. Conf. ad ep. 334. Et : πενιχραλέον· εὐτελές, πενιχρόν. Ex v. 8 : κύλιξ· ψιάλη, ποτήριον. » *B.* — 3. Εὐρώγεα, conf. ad ep. 22, 3. — 4 πρώϊμον Græfius; εὐρύλλου Plan. — 5. Ἀλινήκτειραν, producto ι, cujus alia exempla, quæ a liquida litera excusationem non habent, attulit Hecker. p. 120. « Condiebantur olivæ in muria : unde ὀλυράδες et κολυμβάδες, Athen. II, p. 56, B. — 6 ψεστῶν Cod. Δράγμα est quantum manu capi potest. Quod vide an placentis conveniat; nam ὀλίγων est pro μικρῶν. Malim ἄγμα, i. e. κλάσμα, aut θραῦσμα, *exiguum parvæ placentæ frustum.* » Hæc Jacobsius scripserat in Delectu p. 41. Sed in notis mss. præfert ὀλίγον, quod a pr. m. legitur in Cod., et conjicit πενιχραλέων, nam Cod. et Plan. πενιχραλέον, Suidas quoque, sed idem ὀλίγον. Quod verum putamus; idemque proposuit Boissonadius ad Pachymerem p. 146, quinquennio post missas ad me Jacobsii notas editum. Heckerus conj. ποᾶγμα πενιχραλέον, « de qua periphrasi v. intt. ad Plat. Crit. p. 53, D. » — 7 σπονδίτην Cod., alterum Plan. et Suid. — 8 τῆς κύλικος βωμῷ Plan.; τῆς etiam Suidæ edd., sed liber optimus τὴν κ. — 9. « Memorabile duplex Veneris munus, a morbo liberandi et paupertatis levandæ. Sed Venerem domesticum puta Leonidæ fuisse numen, ad quod sua referebat omnia. Sic in similium donorum enumeratione Phanias infra ep. 299 : τοῖσιν ἄδοι καὶ Κύπρις, ἐμὰ θεός. » *Jac.* — 9 ὥς μευ Codex et Plan., corr. Heckerus; ὥς οἱ proponebat Jacobsius. Qui in notis mss., servato μευ, recepit Planudeum δώσω. — 10 δάσει Codex, superscripto γρ. δώσει. Plan. δώσω, pro quo Brunck. malit θύσω. Boissonadius autem sic disserit, ad Pachym. p. 147 : « Offenditur ad transitum primæ personæ μευ ad tertiam δώσει, et conjecturæ fiunt. Sed meminisse oportet Gætulicum non suo, sed nomine loqui Leonidæ. Quem Venus valetudini restituerat, Gætulicus deæ præmittit, si pariter queat et ejus levare paupertatem, daturum, Leonidam scilicet, non jam ficus et uvas, et talia dona, sed pinguem caprum. Mutatio personæ, post hanc explicationem, lectorem non morabitur. Quodsi quis desideret Leonidæ paupertatis disertiorem mentionem, corrigere est in promptu ἐλᾷς οἱ pro ἐλάσσεις, sic servato futuro et addito pronomine. Notam formam futuri atticam habes ap. Aristoph. Ran. 203, Soph. Aj. 499, Œd. T. 407. »

CXCI. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ Λεωνίδου. Κορνηλίου Λόγγου. Plan. Λογγίνου. Confer epigr. præcedens. — 1 οἶσθα ἀκρ. Cod. et Plan. « Quum plerumque syllabas elidendas scribat integras librarius, Jacobs. probabilissime correxit οἶσθ' Sed Meinek. ad Menandr. p. 122 proponit οἴσθας, ac se probavisse videtur viro d. in Thes Didot. tom. III, p. 200. Equidem non assentior barbarum esse οἶσθας dicenti Elmsleio ad Acharn., quum tot ea forma auctoritatibus defendi possit; sed citra necessitatem

non recipienda est. Vide not. ad XI, ep. 73. » *B.* In nott. mss. Jac. Meinekio assentitur. — 2 δέχου Plan. — 3. Hinc Suidas ἐπιψυλλίδα· μικρὸν βοτρύδιον, qualia vindemiatores relinquunt. Ἀλίπαστος, quæ ἁλινήκτειρα v. 5 epigr. præcedentis. — 4. Hinc Suidas : ὄρυπετα, τουτέστιν ἐλαίαν. Singulari et mensura et ἑτεροκλισίᾳ, quare ὀρύππαν Kusterus ad Suidam, et G. Dindorf. in Thes. p. 1695. Bothius ὀρυπεπέα, ψ. Tum νομίην Cod., superposito μ. — 5 σπονδὴν τὴν ἀσ. Cod. et Plan., corr. Brunck. Voci ἀφύλισα in Cod. superposita nota dubitationis vel corruptelæ. — 7 ἐσδψεται (sic) Cod. « Si me a paupertate servaveris, majoribus tibi hostiis litabo. Quare festina, precor, o Diva, me opulentiorem facere, ut mox lautiora a me accipias munera. » *Jac.*

CXCII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πριήπῳ παρὰ φιλτύλου, sic, etiam in marg., sed corrector Φιντύλου. Conf. Leonidæ epigr. supra n. 4, inprimis autem ep. 23. — 1 δίναιά (sic) Cod., corr. Salmasius, « id est ἀρχαῖα, σαθρὰ, πολυχρόνια. » In Πριήπῳ superscriptum α. — 3. « Hinc Suidas : γαμψόν· ἐπικαμπές. Ex versu 5 : τριτάνυστον· μακρόν. Ex v. 6 : βόλος, τὸ βαλλόμενον εἰς ἄγραν ἰχθύων. » *B.* — 5. Pindarus Pyth. II, 80 :

ἀβάπτιστός εἰμι, φελλὸς ὡς ὑπὲρ ἔρκος ἅλμας.

— 6. Idem versus in ep. 23, 6, ubi vide.

CXCIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ αὐτῷ. Hendecasyllabi. — 1 αἰγιαλῆτα Codex, corr. Salmas. aut Guyetus. In apogr. Par. φυκογεῖτον. « Qui in maris littore a nautis et piscatoribus colebatur Priapus vicinus erat τῷ φύκει, algæ marinæ, quam undæ in littus ejiciunt — 2 κυσσομέτρης Cod., quod minimo apice distat a βυσσομέτρης. Qui maria percurrunt, mercatores, piscatores et alii hujus generis homines τὰ κύματα μετρεῖν dicuntur. — 3. Piscator, qui cautibus per omnem vitam ita adhæserat, ut cera gemmæ inhæret, πέτρης ἐκμαγεῖον vocatur. Cujus vocis potestatem fuse explicuit Hemst. ad Polluc. IX, 130. Idem sensus sequentis ἡ βδέλλα σπιλάδων. » *Jac.* Aliter Boissonadius : « Ἐκμαγεῖον. In rupibus tam constanter habitaverat et diu et noctu eas adeo triverat membris, ut factæ essent leves, tersæ, nitidæ. » Cujus sunt latina : *rupis tersorium.* Numeris timens Bothius τῆς πέτρης, frustra. — 5 κἀμπίβλησ-τρα Brunckius, tanquam ex Codice. « At ibi τἀμφ. legitur, qua voce non diversum plagarum genus, sed amplitudo retis, prædam ambientis et comprehendentis, significatur : ταῦτα τὰ δίκτυα τὰ τὴν λείαν ἀμφιβάλλοντα. » *Jac.* — 6 εἴσατο Cod.

CXCIV. Lemma : ἀδέσποτον εἰς σάλπιγγα. εἴρηται δὲ εἰς μέρος σαλπιστικόν. Quod nondum expedio. In margine scriptum : Ἀρχίου γραμματικοῦ σάλπιγγες, et σάλπιγξ calami ductu delineata. « Lemmatis εἰς σάλπιγγα veritatem non præstiterim. Est in margine apographi Par. literis grandioribus scriptum ΣΑΛΠΙΓΓΕΣ, quod nescio an ad τὰ τεθέντα referendum sit. » *B.* — Codex σῶιζε. « Τριτοῖ, i. e. Pallas, quæ alias Τριτωνίς, Τριτωνία, Τριτογενής. Nominis origo τριτώ, quod veteri lingua Caput significat. » *Brunck.* Qui addidit τε.

CXCV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ Παλλαναίου. « Expressum est Tymnis epigrammate, supra n. 151. Homo hic Παλλαναῖος, sed Πελλαναῖος ap. Tymnem (ubi v. ad v. 1). Utrum ex altero emendandum sit, dicat qui Miccum hunc aliunde sibi notum sciverit, cujus fuerit, quod ego prorsus ignoro. Utroque in loco Παλλαναῖος scribendum esset, si de gentilibus nominibus vera tradidisset Stephanus in Πελλήνη, quem redarguit Holstenius. » *Brunck.* — 2 ἀριθρεμέταν Cod., superposito ἐρι, et σμικρὸν pro μίκκος, quod jam in apographis ex Tymne repositum — 3 αἱ, i. e. ἃ ποτε Codex, scilicet σάλπιγγι quæ intelligitur : ut nescias poetæne hoc sit an librarii; omnes cum Brunckio ᾧ. — 4 εὐνομίης Cod. De re conf. not. ad ep. 151, 4.

CXCVI. Lemma : ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Κωπάσου. ἰαμβικόν. « Piscator Pani pagurum dedicat. De hoc cancrorum genere, quod nostrum epigramma bene descriptum dedit, hodieque in Græcia eodem vocabulo appellatum, vide Ælian. N. A. VI, 31; IX, 43, Oppian. Hal. I, 285 seqq., et præsertim Herbstii librum Turici editum : *Von Krabben und Krebsen.* — 1. Ῥαιβοσκελής, i. e. ὁ καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη ἔχων, secundum Polluc. II, 192. » *Jac.* Δίχηλον Plan.; διχαλὸν apogr. Paris., quod sine accentu videtur esse in Codice. Ἀμφοδυότης autem, « mirabilis forma, cujus similem jure negat Jacobsius alibi inventam, neque invenerat Lobeckius Pathol. elem. vol. I, p. 472. Vitiosam recte putare videtur Meinekius p. 222, quum certe ἀμφοδυϊτης exspectes potius, inserto ε ad analogiam nominum in ϊτης, vel ubi præcedens syllaba corripitur, in ήτης. » *L. Dindorf.* in Thes. Meinekius tentat ἀμφοδυσόπαν, *arenæ latebras subeuntem.* Addit Lobeckius : « Si poeta ἀμφοδύτορα scripsisset, ut ἀμπελοφύτορα, nemo quidquam ambigeret. » — 2 ὀπισθοβάμονα τραχηλὸν Cod.; ὀπισθοβάμονα, τρίχηλον Suidas. — 3 νήκταν τερεμνόωντον Meinekius; νηκτάν τ' ἐρυμνόωντον Codex et Plan. Suidas in voce νηκτάν desinit. Hesychius : Τέρεμνος· ἰσχυρὸς, ἢ στέρεμνος. Edebatur νηκτάν, ἐρυμνόωτον.

CXCVII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι εἰς Παυσανίου, « sic, quod ex altero lemmate irrepsit. » *Paulss.* Et in marg. : Σιμωνίδου εἰς Παυσανίαν. Habet etiam Thucydides I, 132 : καὶ ὅτι (ὁ Παυσανίας) ἐπὶ τὸν τρίποδα ποτὲ τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε· Ἑλλήνων κτλ. Simonidis esse epigramma diserte testatur Pausanias III, 8, § 2 : ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δὴ καὶ ἔτι πρότερον Παυσανίᾳ τὸ ἐπὶ τῷ τρίποδι Σιμωνίδης τῷ ἀνατεθέντι ἐς Δελφούς, ἄλλο δέ γε παρὰ ἀνδρὸς ποιητοῦ, Λακεδαιμονίων τοῖς βασιλεῦσιν οὐδέν ἐστιν ἐς μνήμην. Præterea legitur ap. Demosth. C. Neær. p. 1378, Plutarch. De malign. Herod p. 873, C, et latine apud Corn. Nepotem Paus. c. 1. — 1 et 2 sic Cod.; ceteri ὤλεσε et ἀνέθηκε, et ionicis fere vocabulorum formis.

CXCVIII. Lemma : ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ Αὐκώνος. In Plan. priora modo disticha duo leguntur sine auctoris nomine. — 1. « Hinc Suidas : Ἰουλος, τὸ ἐξάνθημα τὸ ἐπὶ τῶν γενείων. » B. Jac. contulit homerica Odyss. A, 319, de Aloei filiis, qui perierunt πρίν σφωϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυς εὐανθέϊ λάχνῃ. — 2 ἄρσενας ἀγλαΐας Heckerus I, p. 137, verissime, collato Euphorionis epigr. infra 279, ubi πρῶται ἔθειραι sunt παιδεὶη ἀγλαΐη. Legebatur ἄρσενας ἀγγελίας, apud Suidam ἄρσενος ἀγγελίας. — 3. « Hic Apollonidam invenisse πρῶτον θέρος suspiceris ex ejus imitatione X, ep. 19 :

ἤδὺ παρηιάδων πρῶτον θέρος ἥματι τούτῳ
κείρεο καὶ γενύων ἠϊθέους ἕλικας. »

Jac. — 5, 6. « Ultimum distichon, quod est difficile, liberius vertit Grotius. Refertur τοίην ad πολιήν, et est τίθει δὲ... explicatio τοῦ τοίην : *talem vero da senectam, facitoque eum, ut antea talem fecisti, sic postea, quando venerint capiti nives.* De νιφόμενον conf. ad

VII, ep. 91. » *B.* Τοῖον, scil. οἷος νῦν ἐστι. Conf. ep. 242, 5. 6. — 6 ὡς Cod., corr. Jac.

CXCIX. Lemma : ἀνάθημα Ἀντιπίλου. « Antiphilus, itinere feliciter peracto, Dianæ Εἰνοδίᾳ, *viarum custodi*, pileum, tanquam σύμβολον peregrinationis, ponit. Constat pileum peregrinantes tantum gestasse et qui sub divo opus faciebant; vide Winckelmann. Op. V, p 78 seq. — 1 χίλη Cod., etiam Suidæ libri. Quod ob hiatum non ferendum. Φίλης κόρσης, *sui ipsius capitis*, secundum usum homericum. » *Jac.* — 3 ἔνθα κελεύθοις Cod. et libri Suidæ in Ἤσθα, ἦ:, ὑπῆρχες. Cujus edd. ἔν τε, quod receperunt Brunck., Piccolos et Boiss. Assentimur Jacobsio : « Lenius videbatur ἦσθα, præpositione ad κελεύθοις subaudita. » Nimirum hic quoque, ut in ep. 190, olim peccatum esse videtur in legendis uncialibus HC, quibus simillimæ NC, ex νεθα autem quid facerent nisi ἔνθα? Heckerus : « Mihi ab Antiphilo profectum videtur ἔμπα κελεύθοις, coll. Jacobs. p. 355, de posteriore syllaba correpta. » — 5. Μάρπτειν cum genitivo structum ex analogia tot *tangendi* et *corripiendi* verborum, addendum Thesauro. « Μάργος, manum ab alienis non cohibens, ἀκόλαστος ap. Theophylactum Epist. 83 : ὁδίτου γὰρ χεῖρες ἀκόλαστοι, καὶ γεωργικοὺς ἰδρῶτας ἁλικεῖν ἑτοιμόταται. » *Jac.*

CC. Lemma : ἀνάθημα τῇ Εἰληθυίᾳ (sic) παρ' Ἀμβροσίης. — 1 εἰληθυια Codex, cui corrector ει superposuit. — 2. Πρὸ ποδῶν. « Omnia enim quæ ad basin statuæ jacent, ante pedes statuæ jacere dicuntur a Græcis. » *Hecker.* I, p. 124, ubi et p. 350 exempla habes. — 3 ἐφ' ᾧ δεκάτῳ ἐνὶ μηνὶ Heckerus, « quibus ratio redditur quare donarium hoc dedicaverit Ambrosia, ut alibi verbis ὅτι, οὕνεκα, aliis », quæ vide p. 139 seq. Legebatur ἐν ᾧ δεκάτῳ ἐπὶ (Cod. ἔπι) μηνί. Addit p. 350 ἐπὶ μηνὶ per se posse defendi. Πέπλον, ἐν ᾧ Jacobsius intellexerat de « vestibus quibus, quum pareret, induta fuerit », quod improbabile. — 4. « Κῦμα pro κύημα. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Agam. 117; ad Choeph. 122; Wakefield. Silv. crit. t. IV, p. 89. » *B.*

CCI. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀρτέμιδι παρ' Εὐφράντης. « Sed versu 6 nomen Εὐφράντη dubium ferme est, quum sit εὐφράντῃ in Codice. » *B.* — 1 μυρόπτην Codex, superposito πνουν. — 4. « Μαστόδετα, fasciæ quibus mammæ erigebantur, hoc loco diversæ sunt a *mitra*; quum contra ap. Callimachum ep. 19, μίτρη, ἣ μαστοὺς ἐτίλησε, reperiatur, et ap. Hedylum supra V, ep. 199, 5, μαλακαὶ μίτραι, μαστῶν ἐνδύματα. » *Jac.* — 5 ἔμβρυον Hermannus, quod Heckero etiam (I, p. 142) « unice verum » videtur; atque idem conjecerat Bothius; ἄμβροτον Codex. De quo Meinekius p. 183 : « Verba ἄμβροτον ὄγκον sanissima sunt. Nimirum abortum fecerat Euphrante. Notum est quid sit ἀβροτεῖν et ἀβροτόζειν. Hinc ἄβροτος sive ἄμβροτος idem est quod ἀμάρτητος, ἀμαρτωλός, *frustratus*, nec differt ab ἀβροτήμων. » Quod cum εὐωδῖνος stare vix posse, exemplis docuit Hecker. Comm. p. 123. Boissonadius : « Ut epigramma posset intelligi ab iis qui legunt poetice, non critice, et notas non aperiunt, ἀμβροτον mutavi in ἄμμορον. Ὄγκον ἄμμορον φεῦγε, *vitavit onus infelix ac perniciosum uteri qui peperit facile ac sine labore.* In simili argumento ep. 272 est ἀργαλέον ζυγοῦσα βάρος. » — 6 εὐφάντῃ νηῷ Cod., ι vel per lapsum transposito vel longæ vocali, ut fit, adjecto.

CCII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Λητοῖ (vide ad v. 3) παρὰ Ἀτθίδος. — 1. « Hinc Suidas : κύπασσις, κόσμος γυναικεῖος. Conf. simillimum ep. 272, ibique schol. » *B.* Hic in Cod. superscriptum : τίς ἡ (sic) κύπασσις; — 2. Παρθένιοι θύρσι, fores templi Dianæ virginis. Heckerus I, p. 139 θῆκεν ἐπὶ προθύρων. — 3 ὦ λητοῖ Codex, corr. Græfius ad Meleagr. p. 150. Nam Latonæ nec παρθένιαι θύραι conveniunt, nec munus parturientibus opitulandi. — 4 ὑπ' ὠδίνων Heckerus recte pro ἀπ' ὠδ. quod legebatur. « Infans ζωὸς ἀπ' ὠδίνων est *natus vivus*, quod hoc loco, ubi ζωὸν per se rectissimum est, ineptum. Ὑπ' ὠδίνων dictum ut ὑπ' αὐλῶν, ὑπὸ συρίγγων, ὑπὸ μαστίγων. » Singulariter autem dictum ἐλύσαο, quod ex usu verbi de captivis derivatum videtur; ac βαρυνομένης τῆσδε accipio pro genitivis absolutis. Bothius τῇδε.

CCIII. Lemma : ἀνάθημα ταῖς Νύμφαις παρὰ γραὸς πενιχρᾶς. « De vetula, pedibus laborante paralytico morbo, a quo calidarum aquarum ope liberata est. Destinatum videri potest hoc epigramma tabulæ ob gratam beneficii recordationem ad thermas illas ponendæ. » *Jac.* Additum erat tabulæ donarium votivum. Ita in aquis Pyrmontanis olim ad fontem, cujus vaporibus sulfureis sanabantur ægroti et claudi et paralytici, appendebantur baculi, quibus adminiculis usi erant antequam aquarum ope sanati fuerant. *Hecker.* — 1 γρηὺς Cod. Idem et Suidas γυρὴ, Grotio *loripes anus.* « At tali vitio, quod naturæ est, non morbi, thermæ non medentur. Quare γυρὴ scripsi. Hesych. : γυιός· χωλὸς, νοσώδης, πηρώδης. Γυιή· χωλή, ἀσθενής. Ap. Lycophr. 144 Parcæ sunt γυιαί, schol. χωλαί. » *Jac.* — 3 edebatur ἦλθεν ποθ' ἑρπύζουσα, quod correxit Hecker. — 4. Τετρωμένην, debilitatam pedum morbo. Hinc Suidas : διεσκήριπτεν· ἐπεστήριζεν. — 5 εἶλεν Cod.; εἶχεν Salmas. Deinde Codex et Suidas ἐσινόμου. Recepimus cum plerisque conjecturam Hemsterhusii, cujus alteram, οἵ τ' ὀρεινομοι, præfert Heckerus, coll. Babr. Fab. XXIII, 3. Jacobs. in nott. mss. mavult αἵγ'. — 6 παρ' ὠρείῃσιν εὐμέθου Cod. et Suid., corr. Salmas. *Symæthus* fluvius in agro Catinensi, « de quo multa in Amici Lexico topogr. Siciliæ. » *B.* — 8, 9 ἀμφίκωλον Salmas. et Toupius. « Ἀρτεμὲς cohæret cum διεστήριξεν, quod gravius est quam ἔθηκεν. Eadem prolepsi epigr. Append. 100 : ἔνθα Μελάμπους Ῥυσάμενος λύσσης Πρωτίδας ἀρτεμέας, quod non magis cum ἀργαλέης permutandum, quam in nostro loco ἀρτερὲς cum ἀσθενὲς aut ἀδρανές. Vide plura ap. Lobeck. ad Ajac. 517, p. 277 seq. ed. sec. » *Jac.* Codex διεστήριζεν, corr. Brunck. — 10, 11 sic edebantur :

> Νύμφαις δ' ἔλειπε βάκτρον· αἱ δ' ἐπήνεσαν
> πέμπειν μιν ἀστήρικτον, ἡσθεῖσαι δόσει.

« In quibus sententiæ tenor hiulcus. Præcedente enim versu aquæ fontis calidi sanasse dicuntur pedes vetulæ, quamobrem Nymphis baculum dono dedit, munus gratificata. Tum demum Nymphæ dono delectatæ dicuntur eique tribuisse ut sine baculi ope domum redire posset. Huic incommodo ut prospiciatur, scribo αἵτ' et ἡσθεῖσαι. » *Hecker.* Quod haud dubie verum.

CCIV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ Θήριδος λεπτουργοῦ (id est *minutiario*, unde nobis *menuisier*, fabro lignario). — 1. « Hinc Suidas : δαιδαλόχειρ, ὁ ποικίλα καὶ ἐξαίσια ταῖς χερσὶν ἐργαζόμενος. » *B.* Ap. Suidam Δῆρις. — 3 εὐαυγέα L. Dindorfius Thes. III, p. 2178, et Ungerus, ad utrumque, πέλεκυν et ῥυκάναν, referens; εὐαγέα, *fragilem*, Codex. Meinekius p. 118, εὐθαγέα, *acutam*. « Ruhnkenius Epist. ad Valcken. p. 151, ῥυκάναν esse ait monstrum vocabuli et legit τυκάναν τ' εὐακέα. » *B.* Imo εὐάκεα, quod Meinek. quoque conjecerat p. 31.

CCV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ Λεοντίχου λε-

πτουργοῦ. — 2 βορέες Meinekius et Boissonadius consensu; βορεμι Codex. Ille p. 112 : « Brunckius cum Kustero τορέες. Sed τορέες commemorantur versu 8. Aliorum conjecturas sciens prætereo. Repono κάλων οἱ ταχινοὶ βορέες, *rapidi lignorum voratores*, quibus verbis runcinas describi apertum est, quas omissas esse in fabri lignarii instrumentorum recensu nequaquam credibile est. [Recte tamen animadvertit Geistius, non memorari runcinas in epigrammate 103, quod e nostro expressit Philippus Thessalonicensis; præterea proprium nomen ægre desiderari.] Vocabulum βορεὺς aliunde non cognitum, at recte formatum est. » Boiss. : « Scripsi βορέες, *voratores*, et intelligo de limis. » Aliam dubitationem Heckero movit (I, p. 143) στάθμαι sine copula ulla subjectum; qui ex epigrammate Philippi (quod vide) hariolatur καὶ κάλων ἰδυτενὴς μολίβῳ στάθμα. Illud recepi ob lectorem, quem βορέῃ vehementer turbaret. Ceterum Brunckius distinguebat inter κάλων τορέας, et γόμφων τορέας, illos esse dicens « instrumentum quod gallice vocamus *tarière de charpentier, de fontainier*; hos, *une vrille*. » — 3 αἱ σχεδόν, prope jacentes. — 4. Ἀρίδες, vide ad ep. 103, 2. — 7. « Valde displicent ὠκήεντα τέρετρα. Sed placeret ὀξήεντα. Quod ab ὀξύς eadem ratione formatum qua ὠκήεις ab ὠκύς et αἰπήεις ab αἰπύς VII, ep. 273, 1. » *Hecker*. — 8. « Τορέες esse videntur torni quibus clavi figebantur. » *Jac*. Courrierius corrigebat τομέες, vertens *coupe-chevilles*. Bothius οὗτοί γ' οἱ τ. — 9. « Hinc Suidas : ἀμφίξουν, τὸ καλῶς ξέον. Et χαριεργός, ἡ κεχαρισμένα ἐργαζομένη. » *B*. Ante σκέπαρνον vocalis correpta ut ap. Hom. Od. E, 237; I, 391. *Jac*. Quum χαρίεργος sine exemplo sit neque ex solita analogia formatum, Heckerus scriptum a poeta fuisse statuit χειρουργῷ Ἀθάνᾳ, de Ergane, coll. Sophocle ap. Plutarch. Mor. p. 99, A; 802, B. Codex χαριέργῳ, hoc accentu, ut videtur. — 10 ἀνὴρ Cod., corr. Brunck.

CCVI. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ γυναικῶν. « Conf. epigramma sequens, et Larcher. Diss. de Venere p. 287. — 1. Hinc Suidas : θαλπτήρια· θάλλειν ποιοῦντα, περισκέποντα. Male; est ab θάλπω. » *B*. Cod. βίττινα, sed recte in ep. seq et Suidas. — 2 ἑρατῶν ... καμάτων Codex, corr. Salmas. — 3 φιλοπλάγκτοιο Heckerus I, p. 230, coll. πολυπλάγκτου χαίτας ep. seq. v. 1; φιλοπλέκτοιο Cod. et Suid., quod vix admittit commodam explicationem. — 4 Purpura intelligitur. « Hinc Suidas : κεκρύφαλον .... κεφαλοδέσμιον. Vide not. ad V, ep. 260. » *B*.—5 δ' Brunckius; τ' Cod., quod et ipsum ferri potest. — 6. « Quum inseruerit Suidas Lexico verba ἀραχνεῖον νῆμα, ea forsan ex hoc epigrammate sumpsit, in quo invenerat ἀραχνείοις νήμασι. Habet tamen ἀραχναίοις νήμασιν in Ἁρπεδόσι. — 7. Hinc idem : εὐσπειρῆ· καλῶς συνεσπειρομένον. » *B*. De armillis serpentum speciem referentibus v. Clement. Al. Pædag. II, 12; Philostr. Epist. 40 : οἱ ἐπικάρπιοι ὄφεις. Hesych. : Ὄφεις· τὰ δρακοντώδη γινόμενα ψέλια, et quæ ex monumentis congessit Bœttiger. *Furienmaske* p. 87, Comment. de Ariadne p. 46, not. 10. *Jac*. — 8 ῥαδινῇ conjecit Bothius : « scilicet ῥαδινῇ τινι κόρῃ. » Suidæ cod. Leid. ῥαδινόν.

CCVII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. « Expressum e præcedente epigrammate, quocum hoc in singulis comparavit Ilgen. Opusc. philol. tom. II, p. 80 seqq. » *Jac*. — 1 πολύπλαγκτόν τε φ. Codex, corr. Jacobs.; πολυπλέκτου δὲ Brunck. cum Toupio, ob φιλοπλέκτοιο κόμας, quod in præcedente ep. legebatur. — 3. Librarius Pal. in quintum versum aberraverat, sic : ξανθὰ δ' ἀντίκλεια τόδε προκάλυμμα προσώπου, sed corrector in margine integra apposuit. Codex νόθον κεύθουσα νόημα, quod egregie correxit Toupius. « Νοθον ἄημα, *factitius* flabelli ventulus opponitur *vero*, ut νόθον κάλλος fucatorum genuinæ pulchritudini. Sæpe apud seriores νόθα vocantur, quæ speciem veri habent, ut conchæ σὰρξ νόθη IX, ep. 86, etc. » *Jac*. — 4 ἀμυνομέναν Suidas in Μαλερόν· ἰσχυρὸν, ὀξὺ, δριμύ. Codex ἀμυνομέννην. — 5 τοδὲ hic Cod. — 6. Hinc Suidas : ἁρπεδόσι, τοῖς ἱστοῖς. Imo νήμασιν intellige. — 7 σπείρημα Cod. De re vide ad præcedens ep., v. 7. Jac. confert Æschyli versum :

θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι
δεινῆς ἐχίδνης,

Choeph. 246. — 10 αἰγιαλῶν Ναυκρ. in multis apographis, « et sic profert Wesseling. ad Herodoti verba II, 135, § 5 : φιλέουσι δέ πως ἐν τῇ Ναυκράτι ἑταιρόδιτοι γίνεσθαι αἱ ἑταῖραι. » *Jac*. De feminino ναεταί v. Lobeck. Paralipom. p. 267.

CCVIII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ γυναικῶν. Ἀντιπάτρου. (Et sic Plan.) In margine : ζήτει· δὶς κεῖται. Nimirum IX, post epigramma 365, ubi lemma : Ἀντιπάτρου Θεσσαλ., εἰς τρεῖς πάλαι πόρνας, λαβούσας δὲ ἄνδρας καὶ σωφρονισθείσας. In marg. : ἐπὶ τρισὶ γυναιξίν. « Paulo obscurius argumentum carminis. In pictam tabulam scriptum esse arbitrantur, in qua mulieres trinæ trina dona manibus tenentes, una cum Veneris templo et simulacro repræsentatæ erant. Heynius autem tres illas meretriculas Veneri templum et statuam, Aristomachi opus, dedicare censet. » *Jac*. — 1 ἃ δὲ Codex altero loco; φάρος hic. — 2 φημένη Cod. hic, superposito o. Altero loco ἁ τό κ.—3 δ' ὁ Cod. altero loco, hic ὁ sine δ'.—4 Ἀριστομέν.υς Codex altero loco. Leviter, ni fallor, Silligius ex hoc loco, Catalog. Artif. p. 95 : « Statuarius Strymone natus incertæ ætatis, fecit primus meretricum statuas, in quas exstat Antipatri epigramma. » Aristomenem *pictorem Thasium* memorat Vitruvius, « qui a poeta poterat vocari Strymonius, quum Thasus insula non longo intervallo a Strymonis ostiis posita sit. » *Jac*.— 5 αἱ τρεῖς ἁσταὶ Cod. altero loco. Heckerus quod scribendum putavit in Philologo a. 1849, p. 484, πᾶσι δ' ἑρασταὶ ἔσαν, postea improbasse videtur. — 6 εὐκρήτου Plan.; εὐκρίτου Codex hic, εὐκταίου altero loco. « In sequentibus poeta respexit legem quam ad Cecropem referre solebant Attici, ap. Athen. XIII, p. 555, D : ἐν δ' Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἐνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνοδῶν. Conf. intt. ad Diog. L. II, § 26. » *Jac*.

CCIX. Lemma : ἀνάθημα τῇ αὐτῇ παρὰ τοῦ αὐτοῦ. — 2 μορφᾶς et εὐξαμένα Codex, corr. Brunck. « Λύγδινον, ex marmore Pario; v. schol. Pindari Nem. IV, 131, et intt. ad Philostr. Imag. p. 763. » *Jac*. — 3. τῇ μικκῇ, scil. χάριτι. — 4. Ὡς ἔθος, ut solent dii parvis mortalium muneribus magna retribuere. Codex ὁμοφροσύνᾳ.

CCX. Lemma : ἀνάθημα τῇ αὐτῇ παρὰ Νικιάδος. Φωκιτὰ (sic Codex etiam alibi) Σαμίου. — 1 πενταικονταέτης Cod., corr. Reisk; ἔτι πλέον Salmas., sed v. Jac. p. 172. — 3 « Χαίτης ἀνελίγματα videntur esse cincinni ex crinibus suppositiis. » *Jac*. Deinde Brunck. τόν τε δ. —4. « Nimirum nondum rubigine læsum ac corruptum, » recte, puto, Jacobs. Boiss. vertebat *accurata conformatione non carens*. — 5. « Οὐ φωνητὰ πρὸς ἀνδρός. Videtur ipse poeta refugere a mentione ceterarum rerum : *et quæ non sunt a viro nominanda*, a me scilicet qui Niciadi compono hos versiculos. » *B*. Similiter Jacobs. in notis critt., in græcis Brunckium secutus, qui οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας ediderat. — 4 ἐσορᾷς Jacobs. in nott. mss.; ἐσόρᾳ (sic) Cod. In Pal. ediderat ἐσορᾷς. Ὀπτασία Hesychio θεωρία, φαντασία, θέαμα.

CCXI. Lemma : ἀνάθημα τῇ αὐτῇ παρὰ Καλικρατς (sic Paulss.). Ἰαμβικὸν καὶ τοῦτο (respectu ad ep. 203 et alia). — 2 πορφυρεῦν Codex, quod Meinek. p. 112 reduxit. Editi πορφυροῦν. « *Lesbiam* comam dici videri *adscititiam* annotarunt Reisk. et Toup. In Luciani Dial. meretr. 5 exhibetur Lesbia mulier πηνίκῃ instructa. » *Jac.* — 3. « Pro scripto μελοῦχον bene viderat cum Toupio Larcherus Diss. de Venere p. 287 legendum esse μηλοῦχον, sed ὑαλόχροα prave de pellucido intellexit. » *B.* Est coloris caerulei, subviridis. — 6. « Γνησία (sic Cod.) Κύπρι multis variisque conjecturis tentatum est. Inconsiderate Toup. et Brunck. Κτησία, quod nihil est (conf. Porson. ad Toup. Emend. IV, p. 457). Nec bene Jacobs. γνησίαν de *legitima* Venere interpretatur, quam vagæ et vetitæ opponi existimat; nam γνήσιος non *legitimus* est, sed *genuinus*. Accedit correptio syllabæ ante γνησία, quæ in castigato poeta, qualis Leonidas est, non sine offensione fuerit. Mihi non videtur posse dubitari quin Κρησία Κύπρι scribendum sit. In Creta res agitur apud Leonidam etiam aliis epigrammatis, v. c. 262, 289. » *Meinek.* — 7 καλλικρια (sic) Codex, corr. Jac., quem sequitur Meinek.; Boiss. Καλλίκρεια cum Brunckio.

CCXII. Lemma : ἀνάθημα. Carmen injuria in suspicionem νοθείας vocatum esse ab Reiskio et Schneidewino (p. 227) consentiunt Heckerus et Bergkius Lyr. p. 921. — 1 τοῖς Salmasius, quod receperunt Schneidew. et Heck., post Brunckium; τοι Codex; σοῖς malit Bergk. — 2. « Existimandum Apollinis templum in foro exstructum, unde ipse deus τῆς ἀγορῆς πρύτανις vocatur. Sic Diana ap. Soph. Œd. T. 161, κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει. Et Corinthi Apollinis statua ex ære fuit in foro, Ἀπόλλων ἐπίκλησιν Κλάριος, Pausan. II, 2. » *Jac.* — 3 καὶ οἱ et κόρυνθον Cod. — 4 δέσποτα τοῖς στεφ. Codex. « Offendunt ad nomen δέσποτα viri critici, ut pro spurio habeant epigramma, saltem finem. Sed putaverim potius falsum esse Simonidis nomen, et poetam quemcunque, nunc ignotum, fuisse Cytonis servum ac pro hero versus illos composuisse. Major difficultas in στεφάνοις. » *B.* Sed ab aliis criticis recte animadversus est antiquus et simplex nitor carminis. Jac. conjiciebat

αἶνον ἔχεις χαρίτων, αἶσι πάτραν στεφανοῖς,

cujus conjecturæ incommoda exponit Heckerus, ipse proponens lenem et aptissimam emendationem, quam recepimus. « Coronas summa arte et venustate confectas Apollini dedit dona artifex Cyto, ut auream coronam item Apollini tribuit Flamininus Plut. Flam. c. 12. » Ingeniose, ut omnia, Bergkius : « Simplicissimum fuerit : αἶνον ἔχοις· χαῖρ' ὦν, δέσποτα, τοῖς στεφάνοις, ut ipse deus invocetur; sed videtur aliud latere, fort. αἶνον ἔχεις, Χαρίτων δ' ἔσπετ' ὄπις στεφάνοις. »

CCXIII. Lemma : ἀνάθημα. « Agitur de victoriis, quas Simonides ex certaminibus poetarum dithyrambicorum retulerat : quod indicat *taurorum* mentio. In his certaminibus eum Lasum Hermionensem habuisse adversarium, constat ex Aristoph. Vesp. 1391, ubi v. schol. » *Jac.* — 1 σιμωνίδης ἤρατο Cod., τ posito super αο, ut fieret ἤρατο. Editum præbet Tzetzes loco mox afferendo. « Junxit poeta tauros et tripodas, quod aliis locis tripodas abstulerat, ut Athenis, aliis tauros. » *Schneidew.* p. 191. — 3 τοσσάκις Ιμ., deleto δ', Hecker. I, p. 149. — Ad hujus carminis similitudinem expressum est epigramma in Simonidem mortuum, quod affert Tzetzes Hist. I, 636, a Bacchylide compositum, ut statuit Schneidewinus :

Ἐξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο νίκας
καὶ τρίποδας· θνήσκεις δ' ἐν Σικελῷ πεδίῳ.
Κείῳ δὲ μνήμην λείπεις, Ἕλλησι δ' ἔπαινον
εὐξυνέτου ψυχῆς σῆς (τοῖς Schneider.) ἐπιγεινομένοις.

Sequitur in Codice epigramma Simonidis jam supra exhibitum n. 144.

CCXIV. Lemma : ἀνάθημα. « Epigramma inscriptum tripodi illi quem Gelon, victoria de Carthaginiensibus ad Himeram parta (olymp. 75, a. 1), una cum fratribus Apollini dicavit. Vide Diodor. XI, 26. » *Jac.* Affert scholiastes Pindari Pyth. I, 155 : φασὶ δὲ τὸν Γέλωνα τοὺς ἀπελτοὺς φιλοφρονούμενον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ χρυσοῦς τρίποδας (sic), ἐπιγράψαντα ταῦτα· Φημὶ κτλ. « Ex quo gallice vertit Boissyus Vit. Simon. p. 106. » *B.* Cum Diodoro consentiunt Phanias Eresius et Theopompus ap. Athen. VI, p. 231, F. — 2 Δεινομένεις schol. Pind., quo nomine erat Gelonis pater; Διομένεις Cod. Deinde schol. τοὺς τρίποδας θέμεναι. Sed Suidas etiam v. Δαρετίου ut Codex, et unus fuit tripus. — 3 ἐξ Cod. et Suid.; correxit Boeckhius *Metrolog. Untersuch.* p. 295 et 304, ubi hoc distichon, a schol. Pind. omissum, vindicat a Schneidewini (p. 183 seqq.) suspicione, qui subditititium putabat. — 4 ζαρετίου Codex (cum suspicionis nota) et Suidas. « Boissyus scholiasten exprimens vitavit difficultatem quæ est in adjectivo Δαρετίου, quod nec videtur intellectum fuisse a Suida, qui Lexico id nude inseruit. Lud. Dindorfius in Thes. Steph. ait Δαρετίου esse nihili, ac videtur probare Wesselingii [sive Salmasii] conjecturam legentis Δαρείου ad Diodor. XI, 26. [Melius O. Müllerus in Amalth. III, p. 27, Δαρεικοῦ χρ.] Magis equidem in Bentleianum [Dissert. de Phalar. p. 259] Δαμαρετίου inclinarem, non tamen de pæone cum Bentleio cogitans, sed scribens, saltem pronuntians, Δαμρετίου. » *B.* Similiter Toupius et Schneidew. p. 185. Bergkius quoque recepit, annotans : « nisi forte Δαμαρέτου præstat. » Νόμισμα Δημαρέτιον memorat Diodorus l. c. et Pollux IX, 85, ubi v. Hemsterh. et alios a Schneidew. indicatos p. 185. In fine τὰς δεκάτας Cod. et Suid. — 5, 6. Hi versus suadente Bentleio additi ex schol. Pind. — 6. « Χεὶρ Suidæ est etiam ἡ βοήθεια καὶ ἡ δύναμις. Quantum autem præsidii Syracusanorum contra Carthaginienses susceptum bellum Græcis attulerit, docet Herodotus VII, 163 seqq. Ac dicitur Gelon eos fudisse eodem die quo Persæ ad Salamina ingentem cladem acceperunt. » *Jac.*

CCXV. Lemma : ἀνάθημα τῇ Λητοῖ παρὰ ναυτῶν. Profert Plutarchus De malign. Herod. § 39, p. 870, F : Διοδώρου δέ τινος τῶν Κορινθίων τριηράρχων ἐν ἱερῷ Λητοῦς ἀναθήμασι κειμένοις καὶ τοῦτο ἐπιγέγραπται· Ταῦτ' κτλ. — 1 ἀπὸ δυσαμένων Codex, corruptum ex altero, quod servavit Plut. — 2 ἀνέθεντο Λατοῖ Cod. et libri Plutarchi. « Putandum non est potuisse Simonidem de quantitate nominis Λατοῖ errare. Passovius proposuit, ὅπλ' ἔθεσαν A. Larcherus ad Plutarchi locum inter Herodotea t. VI, p. 499, vitium non est odoratus. » *B.* Certatim correxerunt Blomfield., Dobraeus, Boeckhius in Corp. Inscrr. I, p. 47, receperunt Schneidew. et Bergk. At Heckerus I, p. 133 : « Hanc verbi formam poetis usitatam fuisse nego. » Plut. ναυμαχίης.

CCXVI. Lemma : ἀνάθημα τῷ Διὶ παρὰ Σώσου καὶ Σωσοῦς. « Natum nomen Διὸς ex interpretatione nominis σωτῆρι, quod quum versus respueret, scripsi σωτήρια ex conjectura viri d. [in margine apographi quo Reiskius utebatur]. » *B.* « Abjudicavit Schneidewinus Simonidi, sed insertum est genuinis epigrammatis, neque talis lu

sus indignus hoc poeta » *Bergk.* Lyr. p. 921, qui ipse quoque σωτήρια. Codex σωτῆρι. Reiskius σωτείρῃ.

CCXVII. Lemma : ἀνάθημα ἐπὶ Γάλλῳ λάτριδι τῆς Κυβέλης. « Non esse hoc veteris illius Simonidis carmen constat; sed nec nepoti ejus cum Reiskio tribui potest. Sacra Gallorum post olymp. 125 in Græciam penetrarunt. Jam Antiocho M. regnante, i. e. post olymp. 139, a. 2, vixit Simonides *Magnesius*, *Sipyli* filius, quem Suidas Antiochi res gestas scripsisse tradit. Vide van Gœns. Dissert. de Sim. p. 33. Hic fortasse hoc epigramma conscripsit, in quo Gallus, vi tempestatis sub rupem compulsus, leonem tympani sui sono in fugam egisse narratur. Et alii idem argumentum tractarunt. » *Jac.* Bergkius p. 924 tribuendum putat *Leonidæ* Tarentino; « in eodemque argumento illustrando versantur proxima epigrammata Alcæi, Antipatri, Dioscoridæ, ut alias quoque certatim in eadem materia versantur; neque illud obstat, quod n. 221 aliud Leonidæ epigramma similem fabellam prodit. Celebrem hanc chriam tangit etiam Varro in Saturis, Ὄνῳ λύρας ap. Nonium p. 483 : *Non vidisti simulacrum leonis ad Idam e loco, ubi quondam subito eum quum vidissent quadrupedem Galli tympanis adeo fecerunt mansuetum, ut tractarent manibus?* » — 1. « Hinc Suidas : κατήλυσιν· ἐπέλευσιν, κάθοδον. Idem ex v. 6 : ἤρασσον· ἔκρουον, ἔπληττον. Rursus ex v. 9 : θηλυκὸν λάτρις θεράπαινα, δούλη. Et ex v. 10 : ἐνδυτά, τουτέστι περιβλήματα. Conf. ep. 237. » *B.* — 2 ἦλθεν ὑπὸ Suid., quod probabat Hermann. ad Orph. p. 724. — 3 ἀπομόρξατο Bergk. Edebatur ἀπεμόρξατο. — 5 ὁ Suid.; ὃ Cod., qui deinde τύμπανον ἐσχετε χειρί, in margine : γρ. ὃ σχέθε χ., quod verum. Suidas ἴσχετο. Verba ὃ σχέθε quodammodo pleonastica, ut sæpius ἔχων, virgulis cinxit Passov. Scriptt. misc. p. 200; nam male distinguebatur post χειρί. — 9 ὃς ταδ' ερείαι (sic) Cod.; τάδ' ὄρεια Suidas duobus locis. — 10 ἐνδυτὰ Cod., non ἔνδυτα.

CCXVIII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. Ἀλκαίου Μιτυληναίου. Sed est Alcæi *Messenii*. Sine gentili in Planud. — 1 ἄπο Jac. pro ἀπὸ φλ. codicum. « Hinc Suidas : ἀγύρτης... καὶ γάλλος. Ex versu 2 : πρῶνες· ὀρῶν ἐξοχαί, βουνοί. Ex v. 3 : πελώριος· μέγας. Item : θοίνη· τροφὴ, εὐωχία, κατάβρωμα. Ex v. 5 : ὠμηστῶν· ὠμὰ ἐσθιόντων. Ex v. 7 : γένυσι· σιαγόσιν. Et τενοντας· τοῦ τραχήλου τὰ διατεταμένα νεῦρα. » *B.* — 2 ὧλις εὐδ. Codex « obscuris ductibus, qui jam Salmasio faciebant negotium. Primam vocem omittit Suidas in Πρῶνες. Plan. ex conjectura procul dubio βησσήεντας ἀνὰ πρῶνας. J. G. Schneiderus probabiliter Ἴδης εὐδένδρου. Conf. Varronis locum (modo ad epigr. 217 allatum). » *Jac.* Recepit Meinek. p. 158, et Ungerus *Beitræge* p. 11, conferens *Idam frondosam* Virgilii, et alia. Heckerus montis nomen *in Lydia vel Phrygia* hic obliteratum putabat, propter ep. 220, 1. Aldus ἐβουνοπάτει « ex codice aliquo. » — 3 θοίναν Cod, Suid. et Plan. — 4 πιναλέου Cod. — 5 ὠμηστέων apogr. Paris. Deinde Cod. ὡ; αὐδάξαι, Plan. ὡς αὐδαξε vel, ut in nonnullis edd., ἀνδαξε. Ap. Suidam ὡ; ἀν δόξα vel δόξαι vel δόξα;. « Hæc alii aliter, sed nullo cum successu emendare conati sunt. Haud indignum poeta fuerit ... μόρον, ἐξαλαλαξας τύμπ, coll. ep. 219, 17 seq. » *Meinek.* Quod a verisimili abesse monstrat Ungerus p. 13. Eodem verbo ὡς ἀλάλαξε Hier. de Bosch., probante Lennepio p. 229. Una litera mutata posui cum Heckero Comm. p. 127 ὡς αὐγαξε, de quo verbo etiam Bothius cogitaverat, scribens μόρον, ὃν γ' αὔγαζε. Posterius Hecker. I, p. 241, μόρον εἰσαυγάξαι, plura tentans utroque loco. Geelius :

δείσας δ' ὠμηστέω θηρὸς μόρον, οὔτ' αὐδάξας,

coll. ep. 220, 9 : τότ' ἀναυδος μεῖνε δέους ὕπο. Sed Ungerus quum θηρὸς μόρον passive accipi soleat de *exitio belluæ*, non *ex bellua*, traditæ scripturæ apicibus diligenter examinatis, ad novam scitamque sententiam delatus est hancce :

δείσας δ' ὠμηστέω θηρὸς βρόμῳ οὔας ἀδάξαι,

« veritus Gallus ne strepitu vel bombo ferissimæ belluæ aures irritaret, nihilominus ex sacra quadam amentia tympanum pulsavit. » De βρόμῳ in Cybeles sacris multa Huschkius Analect. crit. p. 108 seqq. Boissonadius receperat conjecturam Jacobsii olim ad Analecta prolatam, ὡς ἀν ἀλύξῃ. — 6 ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησε νάπης Cod. et Plan., quod intelligi non potest nisi de sono ex sacra valle, ubi tympanum pulsabat Gallus, longinquius exaudiendo : at proximus astabat leo; neque νάπη aptum post πρῶνας v. 2. Heckerus conjiciebat ἐξ ἱερᾶς ἐπλατάγησ' ἐνοπῆς « sacra deæ voce admonitus tympana pulsavit », coll. ep. 220, 9, τινὸς αὔρῃ δαίμονος ἐς τύμπανον ἦκε χέρας. Verum assecutus est Ungerus, coll. Plat. Cratylo p. 421, B : ὡς θεία οὖσα ἀλη, et Bast. Comment. palæogr. p. 729 seq. — 9 δὲ προφυγὼν Plan.; εἴσατο ῥείη Cod. — 10 ὀρχησμῶν corrector Codicis, ὀρχησμὸν a pr. m.; ὀρχηθμῶν Plan.

CCXIX. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. Etiam Plan. sine gentili. Antipatro *Sidonio* tribuit Brunck. — 2. « Hinc Suidas : λυσσομανεῖς· ὑπὸ μανίας λελυσσηκότας. Idem ex v. 3 : ἀσκητός· μετ' ἐπιμελείας κεκοσμημένος. Ex v. 4 : ἄμματα· δέσμια. Denique ex v. 12 : σφεδανῶν· στερρῶν, ἰσχυρῶν. » *B.* Ῥομβητοὺς Jac. comparat cum his Apulei Metam. VIII, p. 581 : *crinesque pendulos in circulum rotantes.* Conf. Huschk. Anal. p. 106. — 4 ἀβρῶν Cod., et Plan. et Suid., corr. Brunck. — 5 ἴδρις iidem. « Ἴθρις Huschkii sagacitati debetur. Sed rectius hoc nomen ἴδρις scribi videtur. » *Meinek.* p. 208. Hesych. exponit σπάδων, τομίας, εὐνοῦχος. In fine πέτρην Codex et Plan., ille α superposito a recentiore m. — 7 τὸν δέ κεν Cod.; τῷ δέ κεν Plan. Jacobs. conj. τάνδε καὶ, *eandem speluncam*, in notis mss. τῷ δὲ καὶ ἀῤῥ. « Unice verum est τὸν δὲ μέτ' ἀῤῥ., scil. ipsi κατ' ἴχνος, ep. 217, 3; κατὰ στίβον, ep. 220, 8. » *Meinek.* In Codice ἀῤῥήγητος. Frustra dubitabat Ungerus *Beitr.* p. 18 de leone ἀῤῥιγήτῳ, qui molli Gallo opponitur, rectius de notissimo μετ' a librario in rarum κεν corrupto, improbabiliter autem tentabat,

τῷ δ' ἐς ἓν ἀ ῥιγητὸς ἐπείσθορε ταυροφόνος θήρ,

« ἐπίῤῥημα σχετλιαστικὸν καὶ ἐκπληκτικόν, Lex. ap. Bast. ad Greg. p. 293 : ut Gallus dicatur ex *horrore* nivium in *horrorem* alium incidisse, θῆρα ῥιγητὸν vel ῥιγηλόν. » — 8 ἐς Plan. et Cod., qui sequenti versu εἰς. — 9 εὐγρήτοισιν Cod. — 12 σφεδανῶν Cod. a pr. m.; σφεδανὸν corrector. Deinde ὄμβριμον Suid. — 14 ὑλάης Cod. a pr. m. — 15 ἐν μὲν Cod. et Plan., corr. Jacobs., scil. ἐξεάγη. — 21 βύρσας Brunck.

CCXX. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 1 πισσινόεντος Cod. « Pessinuntem Phrygiam dicit, quoniam ibi τὰ παλαιὰ τῶν Φρυγῶν οἰκητήρια fuerant teste Strabone XII, p. 568. Fortasse tamen scribendum Πεσσινόεντος ἀπ' ὄρρυος, quo nomine Dindymum montem significare potuit, Pessinunti imminentem et magnæ Matris sacricolarum furoribus nobilitatum. » *Meinek.* p. 161. Quod magis etiam proprie, ut observat Ungerus *Beitræge* p. 17, intelligeretur de Agdisti monte, sec. Pausaniam I, 4, 5 : Πεσσινοῦντα ὑπὸ τὸ ὄρος τὴν Ἀγδιστιν, ἔνθα καὶ τὸν Ἄτυν τεθάφθαι λέγουσι. — 2 κυμαίνειν δοὺς ἀνέμοισι τρίχα conj. Heckerus, coll. Himer. I, 4 : τὰς λοιπὰς κόμας ἀφῆκε ταῖς αὔραις ὑποκυμαί-

νειν. — 3 ἄτυς Cod. a pr. m, deinde a correctore ἄτις, sed idem in margine : γρ. ἄτυς. « De Κυβέλης θαλαμηπόλος v. Schneider. ad Nicandr. Alex. 8, p 80. Θάλαμαι Ῥέας vocantur τόποι ἱεροὶ, ὑπόγειοι, ἀνακείμενοι τῇ Ῥέᾳ, ὅπου ἐκτεμνόμενοι τὰ μήδεα κατετίθεντο οἱ τῷ Ἄττει καὶ τῇ Ῥέᾳ λατρεύοντες. Distinguenda autem θαλάμῃ ab ἄντρῳ κατάντει. » *Unger.* p. 18, ubi plura. — 4. « Gallus a furore quiescit, et per hoc intervallum in antrum concedit. Πνεῦμα θεοφορίας est aura furoris divinitus ei immissa gravesque in ejus pectore procellas excitans. » *Jac.* Boiss.: « Hinc Suidas : ἐψύχθη· ἀπεπαύθη, ἠρέμησεν. Et θεοφορία· ἐνθουσιασμός. Ex versu 8 : οὐκ ὀνομαστός· ὁ μὴ ῥηθῆναι δυνάμενος, ὁ πολύς. Ex v. 15 : θαλάμη καὶ θάλαμος, οἶκος ἢ κοιτών. » — 7 τοῦδε Cod. — 9 αὐδῇ Bothius : « *voce*, jusso. » — 10 τὸν ἐὸν Codex et Suidas, qui hinc annotat τύμπανος dici ἀρσενικῶς. Salmas. τὸ ἐὸν, « fortasse recte : quamquam ὁ τύμπανος non magis miror quam ὁ πρόσωπος et similia. » *Meinek.* Jacobs. conj. εἰς τὸ κενὸν, cavum, κοῖλον. « Scripsi ἐς κενεόν. Modo ep. 219, 22 : κενεὸν δοῦπον. Et malim χέρα pro χέρας. » *Boiss.* Heckerus ἐς ταναὸν τ., coll. ep. 219, 19, μέγα τύμπανον. Ungerus τοναῖον, *sonorum*, correpta diphthongo ut nonnunquam in γεραιός, πατρῷος, al. — 11 οὐ βραχὺ μυκ. Ungerus, ob repetitum mox βαρύ, et quia sententia postulare videatur : *statim ut insonuit tympanum*. — 13 ἀκοῆς Codex; ἀκοῇς Salmas., « quod verum videtur. » *Jac.*; ἀκοῆς, *auribus*, Meinek. « Nisi quis βαρὺν ἀκοῆς ψόφον eo sensu accipiat quo dicitur ἀκοαὶ βομβοῦσι, ψοφοῦσι. » *Unger.* Ita cepisse videtur Boiss., vertens *aurium sonorem*. In fine Codex cum lacunula ἐκ δὲ β..ῆς, ubi Ungerus restituit βοείης, in quod etiam Bothius inciderat; neque infrequens βοείη de tympano. Explicat autem : *non sustinens strepitum et ex tympano matrem*, ἐκ δὲ βοείης μητέρα, i. e. Matris potentiam quæ ex illa vi tympani manifesta ipsi fiebat. At nemo facile « satis obviam mutationem tertiæ personæ cum prima » hic quidem ferat. Alius plane generis sunt exempla ap. Welckerum Syllog. p. 203. Jacobsius in nott. mss., ἐκ δὲ βόησε, μῆτερ, idemque posuisse video Boissonadium. Brunckius cum Salmasio : ἐκ δὲ βοήσας, μῆτερ. Illud præferendum. Librarius sane scripsisse videtur βοείης, postea correxisse βοῆς, inspecto fortasse archetypo. Minime autem exploserim cum Ungero suspicionem Meinekii : « Probabilius mihi videtur post ψόφον duos versus intercidisse. » — 14 μητέρα Cod. Admonet Ungerus, in Sangarium aquas exonerare Gallum fluvium cui adsita est Pessinus. — 15 πλατάγημα olim Jacobsius. — 16 θηρὶ φυγῆς Reiskius; θηροφυγῆς Cod., θηρίον φυγῆς Suid.

CCXXI. Est Leonidæ Tarentini. « Historia de leone, qui, ut tempestatem vitaret, per noctem in caprili latuit unde, cessante tempestate, nec hominibus nec pecude læsis, abiit. — 1. Χαλαζήεντα συρμόν, pro συρμὸν χαλάζης, ut dicitur συρμὸς νιφετῶν, πρηστήρων, ἀνέμων, in quibus omnibus *tractum*, i. e. cursum, impetum, progressum significat. » *Jac.* — 3 ἄθροα Cod., sine accentu, « de quo in utramque partem a grammaticis disputatum esse constat. Plan. ἀθρόα. Scripsi ἀθρόα spiritu aspero, ut ap. Homerum voluit Aristarchus et Platoni ex libris nunc restitutum. Recte Jac. explicat *firma et compacta membra*. » *Meinek.* p. 136. Lobeckius Pathol. prol. p. 235 (not.) conjecit ἄτρομα γυῖα. — 4 αἰγονόμων Plan. — 6 εἶατο Cod. — 7. Χεῖμα μείνας, i. e. *finem* tempestatis exspectans, exemplis tuitus est Heckerus Quinti VII, 137; VIII, 379, et jam Hesiodi Op. 652 Otto Schneiderus, qui repetitum θὴρ vi sua non carere existimat, item ut Jacobsius in Delectu p. 387. « Codex Vatic. 100, a me olim Lutetiæ inspectus, cum Planudea conspirans : χεῖμα δὲ δὴ μείνας. Unde Canterus χ. δὲ δειμήνας. Recepi Jacobsii conjecturam, quam et feceram [itemque Peerlkamp. Nova Bibl. crit. IV, p. 56] : χ. δὲ θερμήνας. Vertas : *hibernam quum calidius transegit fera noctem*. » *B.* Sic Bothius χεῖμα δὲ θερμήνας θὴρ νύκτιον. Brunckius θὴρ μείνας διανύκτιος. Meinek. χεῖμα δ' ἄφαρ μείνας θ. ν., adverbio cum sequentibus jungendo. Heckerus χεῖμα δ' ἄθηρ μείνας θὴρ νύκτιος, « leo qui feræ indolem plane exuit », sed in talibus oxymoris O. Schneiderus duo vocabula contraria semper jungi observavit, alio nullo interposito. — 8 βροτῶν Cod., sed recte Plan. et Suidas. Qui deinde οἶχετ' ἐπαυλόσυνος, ut Codex; ut editur, Plan. et Vatic. 100. Sed de eo adjectivo Lobeckius valde dubitat Pathol. prol. p. 235 : « neque ἀποικόσυνος, ἀποδημόσυνος vel tale aliquid probari posse arbitror. Quam suspicionem adauget correctionis facilitas; nam et sic scribi potest : ᾤχετ' ἄπαυλος ὄρος, ut in epigr. quod imitatur 217 : ὑλονόμος θὴρ... ἀν' ὑλῆεν ὠκὺς ἔθυνεν ὄρος, et, si quid variare voluit, ᾤχεθ' ὀπουλύσινος, quod ab ἐπαυλόσυνος minimum distat sententiæque pondus addit oppositione contrariorum *nocentissima bestia nocuit nulli*. » — 9 οἱ δὲ πάθης Jacobsius, probatum a Meinek., Heck. et O. Schneidero. Codex εὖ δὲ παθὼν τόδε (superposito δ', et in marg. repetitum : τόδε δ' εὐγρ.) εὐγραφές. Brunck. τόδ' εὐγρ. Interpolavit Planud.: εὖ δὲ παθόντες ἄγαλμα τόδ' εὐγραφές. In fine Cod. ἀκρολοφεῖται, Plan. ἀκρολοφῖται. « Ἔργον εὐγραφὲς, tabulam pictam boni artificis, id quod tum ipsis contigerat, τὴν πάθην, τὸ πάθος, repræsentantem. Ἀκρολοφῖται, caprarii, qui greges in scopulis et saltibus pascebant : nisi poeta dedit ἀκρολοφίτᾳ Ζανί, Jovi in montis jugo posito. Sic Plan. 256, 3 : οὐ γὰρ ὀρεσσιχαρὴς ὡρμᾶς (ὁ Ἑρμῆς), οὐδ' ἀκρολοφίτας. Hoc malebat J. G. Schneiderus, qui præterea etiam Πανί suspicatur pro Ζανί. At *Jovi* donarium fuisse dedicatum vix dubitare nos patitur v. 6, σωτῆρα Ζῆν' ἐπικεκλόμενοι. » *Jac.* Quod levissimi est momenti. Cum Heckero recepimus correctionem Schneideri, cujus ipse dorismus auget probabilitatem. — 10 τῷδ' Cod., alterum Plan.; « quo fortasse non erat opus. Sic enim schol. Aristoph. Nub. 402 : σημειωτέον ὅτι οἱ Πελοποννήσιοι ἀρσενικῶς λέγουσι τοὺς δρῦς. » *O. Schneider.*

CCXXII. Lemma : εἰς σκολόπενδραν. « Belluam hanc marinam, naturæ curiosis hodie non cognitam, commemorat Ælianus N. A. XIII, 23 : πέπυσμαι καὶ σκολόπενδραν εἶναί τι θαλάττιον κῆτος, μεγίστων κητῶν καὶ τοῦτο, καὶ ἐκβρασθεῖσαν μὲν θεάσασθαι οὐκ ἂν τις θρασύνοιτο· quæ verba manifeste nostrum epigramma respiciunt. » *Jac.* « An est serpens ille marinus, de quo nuper portentosæ percrebuerunt narrationes? — 1. Hinc Suidas : κυκᾷ· ταράσσει. Ex v. 2 : ἔβρασεν· ἐκ τῆς θαλάσσης εἰς τὴν γῆν ἐρρίψεν. Rursus ex v. 4 : βουφόρτων· πολυφόρτων. » *B.* Nota vis Orionis nimbosi. — 2 Ἰαπυγίων Jacobsius; sed vide G. Dindorf. Thes. in v. Ἰάπυξ extrema. — 4 σελάχεις Suid.: σελάγεις Cod. cum nota dubii. Σελάχη « Aristoteli sunt pisces qui pro spina cartilaginem habent et animal pariunt », *Plinius*. — 4. Δαίμοσι, diis marinis, Palæmoni et Inoni; v. epigr. sequens. Βούφορτοι εἰκόσοροι magnificentius dictum de navibus onerariis.

CCXXIII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. Est Antipatri Thessalonicensis. — 1 « Hinc Suidas : ἀμφίκλαστον· πάντοθεν κεκλασμένον. Et ex v. 3 : πεφορυγμένον· κεκαλυμμένον. » *B.* — 3 ἅπαν πεφ. Salmasius et alii; ὑπαὶ πεφ. Codex. « Si quid mutandum, præferrem ὕδου πεφορυγμένον ἁρῷ. Sed quamvis præpositio satis otiosa, in Codicis lectione acquiescendum videtur. » *Hecker.*, qui ὑπ' ἁρῷ junxit. Verum Suidas quoque aliter : πολλῷ (Leid. ἢ πολλῷ) πεφ. Octo ὀργυιαὶ efficiunt duodequinquaginta ferme pedum mensuram. — 5 ἑρμώναξ δ' Cod. et Suidas; sed particulam

nunc delet Jacobs. cum Salmasio et Brunckio. « Si genuina est, ad λείψανον verbum substantivum subaudiri debet. — 6. Ἰχθυόεντα βόλον, pro τὸν ἰχθύων βόλον, rete cum piscibus. Sic Oppian. Hal. I, 6 : βίον ἰχθυόεντα, pro ἰχθύων. » *Jac.*

CCXXIV. Lemma : ἐπὶ κοχλίᾳ θαλασσίῳ. — 1 εἰν ἁλὶ Codex et Suidas ; Εἰνάλι᾽ λαβ. Brunckius et Boiss.; Εἰνάλι᾽ ὦ λαβ. Dorvillius et Bothius. Jac. in notis mss.: « Aliud quid latet. » Opus erat epitheto ; neque in sequenti ἐξ ἁλὸς agnosco « parum jucundam tautologiam. » — 2. Hinc Suidas : ἀγρέμιος, ὁ ἀπὸ τῆς ἄγρας. Alibi non obvium vocabulum. In fine εὑράμενος Suid. — 4. Idem : ἀντριάσι, ταῖς τοῖς ἄντροις φιλοχωρούσαις. Phrynichum Appar. Soph. p. 17 : ἀντριάδες, νύμφαι, citat Boiss. « Nymphæ Naiades in antris præcipue colebantur, ut docet Goens. ad Porphyr. p. XXIV. Ejusmodi antri Nymphis sacri descriptionem satis illustrem dedit Longus initio Past. — 4. Inventa erat illa cochlea ad Pelorum sive Pelorida, Siciliæ promontorium. Cochlearum Peloritanarum carnes in deliciis fuisse, testas vero a ludentibus usurpatas, docet Dorvill. Sicul. p. 13. » *Jac.*

CCXXV. « Agricola primitias ponit Nymphis, heroinis Libyæ, quas sic, ut in hoc epigrammate, descriptas dedit Apollonius Rh. IV, 1358 seq. Conf. Wesseling. ad Diodor. tom. I, p. 217, 7. » *Jac.* — 1. ἄκριτον haud dubie vitiosum ; ἄκτιον Brunckius ; ἄκτιτον, *incultum*, O. Schneiderus. Meinekio p. 154 « montis nomen latere videtur. » Nescio cujus viri d. emendationem,

Ἡρῷσσαι Λιβύων, Χαρίτων ὄρος αἵτε νέμεσθε,

Wesselingius Dissert. Herod. p. 12, « veram censet, tum quoniam ὄρος ἄκριτον incommode dicitur et difficillimos habet explicatus ; tum etiam quod Libyæ collis Χαρίτων sive *Gratiarum* fuerit amœnissimus opportunusque adeo ἡρῴσσαις Λιβύης. De colle Herodotus IV, 175 : *Cinyps fluvius labitur* ἐκ λόφου τοῦ καλευμένου Χαρίτων, additque esse δασὺν ἴδῃσι, quum cetera, et vicina quidem Africa omnis, sit arboribus nuda. Meminit ejus Callimachus ap. schol. Pind. Pyth. V. » Omnibus præstat Lobeckii inventum, Pathol. prol. p. 392, ὄρος ἄβροτον. — 3 φιλήτιδος Cod., quod viri nomen esse posse docte ostendit O. Schneider. p. 804 (Diurn. antiq. stud. 1845, n. 101). Meinek. Φιλητίδου aut Φιλίστιδος. Edebatur Φιλητίδος. — 4. Χλωρούς. Apte comparat Jac. Ovid. Metam. XIV, 645, de Vertumno :

Tempora sæpe gerens *fœno* religata *virenti*.

— 5. « Grammaticus post Gregorium Cor. p. 661 notat Æolensium esse ἄσσα pro ὅσσα. » *B.* Frustra Heckerus χάσσ᾽. Ἀλλὰ καὶ οὕτως, opinor, quod modicas primitias potius quam sacrificium aliquod obtulerat Heroinis. Jac.: « quia ex exigua messe primitiæ. » Geelius versu 3 corrigebat ἱερὰ παῦρα, pro ταῦτα.

CCXXVI. — 1 τοῦτο κλείτ. Codex, et in margine : ζήτει. A Jacobsio additum ὀλίγον, probabiliter ob sequentia. Heckerus τοιοῦτο Κλ. vel τυτθὸν τὸ Κλ., « ut ap. Boeckh. C. I. n. 1499, p. 695, marmor præbet ΤΟΥΘΟΝ δ᾽ ἀνθήσαντας pro τυτθόν. » Boiss.: « τοῦτο τὸ τοῦ Κλ., multum insuaviter. Scripsi : τοῦτό τε τοῦ Κλ. » Lobeckius Pathol. prol. p. 392 et Elem. p. 345, τοῦτο γέ τοι Κλείτ. Ungerus τοῦτ᾽ αἶπος Κλείτωνος « quod ὀλιγῶλαξ, ἀμπελεών, ῥωπεῖον ostendant ὑψηλὸν τόπον καὶ τραχύν, ut schol. Theocr. I, 1. » Meinekius p. 123,

Τοῦτο Κλείτωνος μὲν ἐπαύλιόν ἐστ᾽ ὀλιγῶλαξ,

sed ἐπαύλιον de stabulis et pratis dici, nunquam de agris, observat Hecker. In fine versus Brunckius vel Kusterus ἢ τ᾽ ὀλιγῶλαξ, Codex ἡ τ᾽ ὀλιγόλαυξ (sic), Suidas ἦτ᾽ ὀλιγαύλαξ, explicans ἡ μικρὰ χώρα. Quale substantivum usus linguæ non admittit, neque magis σπείρεσθαι cum adjectivo ὀλιγαῦλαξ. Jam quum statim subsequatur simillimum substantivum ὀλιγόξυλον, prudens criticus a mutatione manum abstinebit ut abstinuit Heckerus ; mira parilitas in ὀλιγῶλαξ σπείρεσθαι et ὀλιγόξυλον ῥωπεύειν. Videndum an non rusticorum quendam loquendi usum in hoc rustici senis testimonio exprimere voluerit Leonidas. Aliter Lobeckius, qui ad ὀλιγῶλαξ supplet ἄρουρα. Vide ad v. 3. — 2 λειτὸς δ᾽ ὁ σχεδὸν Cod., sed recte Suidas λιτός θ᾽ ὁ σχεδόν. « Qui hinc : λιτός· εὐτελής. Et ἀμπελεών, ἡ ἀμπελόφυτος γῆ. Ex v. 3 : ῥωπεύειν· ξυλεύεσθαι. Rursus ex v. 4 : ὀγδοήκοντα καὶ ὀγδώκοντα· » *B.* Ante Meinek. edebatur λιτὸς δ᾽. — 3 τε ῥωπαίειν Cod.; τοι ῥωπεύειν Suid. « Suspicabar ὀλίγον ξύλον, ut ξύλον, quemadmodum in nostro sermone, de silvula dictum sit. » *Meinek.* Ita jam Schneiderus in Lex. v. ῥωπεύω. Sed Lobeckius Pathol. prol. p. 523 fortasse restituit poetæ manum scribens τοῦτό τε ῥωπεῖον τὸ λιπόξυλον, *frutectum ab arboribus defectum*. In Elem. pathol. p. 345 conjicit τοῦτο τὸ ῥωπήειν ὀλιγόξυλον, « quod natura est neutrum adjectivi ῥωπήεις, sed in substantivum abiit. »

CCXXVII. Μυτιληναίου hoc loco Codex. Poeta Proclo natales celebranti calamum scriptorium mittit dono. — 2 νεόκμητον vel νεόγλυπτον conj. Kusterus. « Νεόσμηκτον sollicitari non debebat ; Suidas, qui huc respexisse videtur, exponit νεόθηκτον καὶ νεοκάθαρτον. Neque mihi valde placet, calamum, scribendi instrumentum, per appositionem vocari δουράτιον [sic enim Toupius]. Δοράτιον est parvum hastile, quod cum calamo nihil commune habet, nec cum eo comparari potest. Scribendum censeo δουράτεον. » *Brunck.*, male ille ἀργύρεον struens cum ἦμαρ. Bothius conjecit δουρατίου, « id est ἀντὶ δορατίου, satis nota ellipsi. » Aliter sananda vox. — 3. « Κέρατα calami sunt apices, qui calamo in infima parte fisso oriuntur, alibi διασοὶ ὀδόντες. — 4 εἰς Cod., qui v. 1 ἐς. Dicitur arundo atramentum in lævem chartam facile effundens. Nam chartæ solebant lævigari, ne calamus festinans retineretur scabritie. » *Jac.*, qui plura, sed postrema non satis accurate ; *properata*, i. e. prompte et celeriter exaranda, *pagina* intelligenda cum Boissonadio in latinis. Notandum etiam εὖ in utroque versu duplicatum a poeta. — 6 ἀρτιδαῆ Codex ; sed Suidas ἀρτιδαεῖ, exponens ἀρτιμαθεῖ, pro εὐμαθίῃ vero præbens ἐργασίῃ. « Cum Toupio Bruncknius σύμπονον ἐργασίῃ. At calamus qui scribendi studium adjuvat, bene dici potuit σύμπνοος εὐμαθίῃ. Ceterum ex hoc versu intelligimus, Proclum puerum fuisse, qui scribendi artem paulo ante didicerat. » *Jac.*

CCXXVIII. Ἀδαίου Cod. « De bove operario, quem senectute confectum dominus libertate donaverat, idque αἰδεσθεὶς ἔργων, secutus priscorum hominum consuetudinem, quos bobus aratoribus pepercisse testatur Cic. De nat. deor. II, 63. Æneæ ætatis scelera commemorans Aratus Phæn. 132 : πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ᾽ ἀροτῆρων. » *Jac.* — 1. « Hinc Suidas : τετρυμένον· καταπεπονημένον. Et ex v. 2 : κοπίς, ἡ μάχαιρα. » *B.* Codex ἐργατίην, sed recte Plan. et Suid. — 2 Ἄλκων Suidas v. Τετρυμένον ; male Cod. et Plan. ἔλκων. — 4 ἀρότου Plan., quod nolim cum Jacobsio dicere « fortasse rectius, » nec memoravit in Delectu X, 1.

CCXXIX. « Dentiscalpium poeta Lucio cuidam mittit

ex pinna aquilæ factum. » *Jac.* — 1 ἀγκυλογείλου Salmasius. Legebatur ἀγκυλόγειλος. — 3 ἐντὸς ὀδ. Heckerus. Legebatur ἐγγὺς ὀδ, quod tot lectores effugisse mirum. — 4 ἐκνῆσαι Valcken. et Brunck., frustra. — 5. Ἀπ' οὐκ ὀλίγης φρενός, ut modo ἀπὸ θυμοῦ μείζονος, ep. 227, 5. Sequitur in Codice οἷα * δεδαπὸς (superposita nota suspicionis aut corruptelæ, quod brevitatis causa præmisso asterisco significabo) δῶρον ὅπασσ' ἐπὶ σοὶ λ. κρ. In quibus πέμπει et ὅπασσε nullo modo coire posse observat Heckerus. « Scripsi δεδαώς. [Atque idem posuit Bothius.] Sententia hæcce fuerit : veluti *apprime sciens dona dare tibi*, qui nolis certe pretiosa dona, sed parva accipias tantum cum amico oblata animo. » *B.* Emendatio in margine apographi Lipsiensis indicata, οἷα δὲ δαιτός, arrisit et Jacobsio et Heckero, in altero versu dissentientibus. Jacobsii conjecturam non satis probabilem habes in Add. Pal. pag. XLIV. Heckerus conjecit :

βαιὸν ἀπ' οὐκ ὀλίγης πέμπει φρενὸς οἷά τε (sic) δαιτὸς
δῶρον ἐπεισόδιον, Λεύκιε, Κριναγόρης.

« Dentiscalpium recte dicitur instrumentum necessario cœnæ addendum ; conf. Crinag. mox ep. 232, 6, et Rufin. V, ep. 19, 4. » Quibus præferam fere quod ante proposuerat : οἷά τε λιτὸς (sic Reiskius) δῶρον, ὁ πᾶς ἐπὶ σοί, A., Κρ. « Quum enim εἶναι ἐπί τινι significet *alicui subjectum esse, ei servire*, satis commode formulam Romanorum *totus tuus* græce Crinagoras reddidit, cujus tamen aliud exemplum frustra quæsivi. »

CCXXX. Damis piscator Phœbo muricem offert. — 1 * ἀρίτα Codex. Ἀκρίτᾳ vel Ἀκρείτᾳ an Ἀκτίτᾳ Φοίβῳ legendum sit, valde dubium est : illud Valesius, hoc Toupius. Ἀκρείτα cognomine Apollo fuit etiam apud Lacedæmonios, Pausan. III, 12, § 8. Erat promontorium Bithyniæ Ἀκρίτας dictum (v. in Thesaur.); « Apollinem autem dictum fuisse Ἀκρίταν, qui in eo promontorio colebatur, minime probabile » visum Heckero ; immo probabilissimum ab illo Apolline nomen adeptum fuisse ipsum promontorium. Merrickius Ἀκταίῳ, coll. schol. Theocr. V, 14 : Πᾶνα τὸν ἄκτιον.... τινὲς δὲ τὸν Ἀπόλλωνά φασι τὸν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἱδρυμένον· φησὶ δὲ καὶ Πίνδαρος τῶν ἁλιέων αὐτὸν φροντίζειν. Apollinem ἐπάκτιον ex Apoll. Rh. I, 403 memorat Jac. — 2 γειτονέον συνέχει Salmas. et Reiskius ; γειτονέουσιν ἔχεις Cod., ἔχει Toupius, quod editur, sed vix et ne vix quidem poterit explicari. Heckerus αἰγιαλὸν γειτονέοντά τ' ἔχει, unde non poterat oriri quod Codex offert. Boiss. tenebat ἔχεις. Συνέχεις fortasse dictum ob pericula ex fluctibus illi κρασπέδῳ ruinam minitantibus. Est autem, præter sententiam, aliud etiam quapropter συνέχεις habeam fere necessarium. Ex duodequadraginta enim pentametris, qui supersunt Mæcii, *duo* tantum disyllabe desinunt, noster suspectus et alius, τραῦμ' ἀόρατον, Ἔρως. — 3. « Bene monstravit Toupius, Emend. t. IV, p. 425, κέρας esse cornu hamo superimpositum ; sed quid esset ψάμμῳ κέρας ἐρείδειν non docuit. » *B.* Videtur illos αἰγιαλοὺς alluere mare haud profundum, ut demissus hamus attingeret arenas. — 4 * φρουρητὸν Cod. Κῆρυξ piscis ex genere τῶν ὀστρακοδέρμων, prominentibus cuspidibus vel aculeis præterea munitus vel, ut poeta loquitur, custoditus. Σκόλοπι est pluralis loco.

CCXXXI. « Isidi Damis ex undis servatus sacra facit, deamque precatur ut ipsum ex paupertate quoque eripere velit. » *Jac.* — 1. « Hinc Suidas : μελάμβωλος· μελανόγειος. Ex v. 3 : λαγαρόν· ὑπόκενον. Rursus ex v. 8 : κεμὰς, κεμάδος, ἔλαφος. » *B.* Isis *linigera* Ovidio. — 3. « Λαγαρὸν schol. Aristoph. Vesp. 672 exp. εὐθραυστον καὶ εὐτελές. Sic apud Juvenalem VI, 540 : *ansere magno scilicet et* TENUI *popano corruptus.* — 4. Anser Isidi sacer et in deliciis fuit. Ovidius Fast. I, 453 :

Nec defensa juvant Capitolia, quominus anser
Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.

— 4 νάρδωι ψαφαρὴ κεχρητισιν Codex, sine acc., literis εχ superposito ν, in marg. κεγχρήτισιν. Ficus κεγχρίτιδες appellari videntur a granulis quibus complentur, milii granis similibus. » *Jac.* A Salmasio est νάρδος. Apud Suid. νάρδῳ ψαφαρῇ. — 7. « Ἐκ πελάγους. Isis Pharia, nautis favens. Ap. Lucian. D. deor. III Jupiter Isidi munia sua tribuens : τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω, καὶ σωζέτω τοὺς πλέοντας. Ob hanc causam e fluctibus servati tabulas votivas ponebant in templo hujus deæ, Juvenal. XII, 27 *seq.* » *Jac.* — 8. Χρυσόκερων, victimam inauratis cornibus. Conferendum hoc distichon cum ep. 190, 9-10.

CCXXXII. Lemma : ἀνάθημα Φιλοξενίδου τῷ Πανί. — 1. Οἰνοπέπαντοι, racemi uvarum vino maturo pleni, interprete Reiskio. — 2. « Hinc Suidas : στρόβιλος, ὁ τοῦ δένδρου καρπὸς τῆς πίτυος. Ex v. 3 : ἀμυγδαλῆ, τὸ δένδρον· ἀμυγδάλη, ὁ καρπός. De quo discrimine egi ad Theoph. Simoc. p. 209. Idem ex v. 5 : γέλγιθες· σκορόδων κεφαλαί. » *B.* — 3. Amygdalæ *morsum timentes*, « i. e. fractu faciles et mollioribus putaminibus munitæ. » *Hecker.* — 4 * ἰτρ. Cod. « Ἰτρινέαι πυπάδες sunt placentæ tenues, ex sesamo et melle confectæ, quæ alias ἴτρια dicuntur. » *Jac.* — 5 * γέλγιθες Cod., et γελγηθες a corr. in margine. Deinde ἰδ' ὑελακυκαδες (sine acc.). Vocem depravatam bis locum citans omittit Suidas. « Scripsi ὑελοκυκάδες. Mutatio major esse facienda videtur. Vel sic scriptum nomen vix intelligo. Si vitrum pro calice vitreo dici potest, sunt forsan pira quæ inter miscenda et agitanda pocula eduntur. » *B.* Reiskius ὑετοκυκάδες, *aquosæ*. Toupius ὑελοοίδακες, *cyathi ad instar tumentes*. Bruncius ὑαλογρώδεες. Piccolos ὑελομιμάδες, sed non memini in codice Pal. κ et μ permutari, ut fit in aliis manuscriptis. Recepi quod Heckerus conjecit ὑελοκικάδες, « pira quorum cicci vitri splendorem æquant, cicco vitreo prædita. De nomine κίκκος dixit Lobeck. Patholog. prol. p. 254. » — 6. « Ἐπεισόδια vocantur hæ ad potandum illecebræ, quia veluti accessio sunt potationis et inter potandum, tanquam aliud agendo, deglutiuntur. » *Reisk.* — 7. « Notandus Pan baculo instructus. Intellige pedum pastorale. » *Jac.* De quo dubitare licet. Hecker. conj. φιλοπρηῶνι sive φιλοσπήλυγγι, notis epithetis dei convenienter. Idem εὐστόρθυγγα Priapum de cornibus dei intelligit, non, ut Brunckius, de « porrecto ab inguine palo. » Codex πριάπῳ.

CCXXXIII. Lemma : ἀνάθημα Στρατίου τῷ Ποσειδῶνι. — 1. « Hinc Suidas : γομφιόδουπα χαλινά· τὰ εἰς τοὺς γομφίους τυποῦντα, τουτέστι τὰς σιαγόνας. In fine Codex et libri Suidæ ὑπεικτάν, quod correxit Bernhardyus ; Reiskius ἀπείρκταν. Edebatur apud Suidam ὑπηκτάν, unde Jac. : « Fortasse duarum literarum sedibus permutatis ὑπακτήν, *adducentem*, *constringentem*, ut παρακτής. » — 2 * νεκύων Codex et Suid., in apographis correctum. — 3 τὰν δ' (deinde inter lin ἔτ') ἐπὶ πλήκτειραν ἀποῤῥύτοιο Codex. Salmas. et Brunck. ἀποῤῥήκτοιο. Addit Boiss. : « Forsan ἀπολλύτοιο. Sic ἄλυτος et ἀλύτος. » Sed Jacobs. in notis mss. : « Scripsi ἀπὸ ῥυτοῖο, id est ἀπὸ ῥυτῆρος, de qua locutione vide Musgrav. ad Soph. Œd. Col. 955. Ῥυτὰ χαλαίνειν est ap. Hesiod. Sc. 308. » Eadem sententia Heckeri, nisi quod adjectivum statuit « ab ῥυτά, *frena*, derivandum et significatione conveniens cum di-

ctione ἀπὸ ῥυτῆρος. » Sic etiam Piccolos. — 4 δήγματ' ἐπὶ ψ. Codex. Σκαιοῦ O. Schneiderus interpretatur *obliqui, incurvi*, citans J. G. Schneid. ad Nicandri Ther. p. 229. Jacobsius conjecit σκληροῦ, melius fortasse Heckerus μάστιγ', ἀσκητοῦ δ. Sed ultima vox ἐπιψαλίου esse debebat, non ἐπιψέλιον. Composito alibi non obvio significari videtur catenula *super* nares ducta (quum ψαλίον substringat mentum), eaque lupata et pungens quando (fortasse a sinistra parte) adducatur, equo habenis nullis parente. — 5 ἐναιμόεντα cod. Paris. Suidæ. — 6 σιδηροδέτου Reisk. et Brunck. Sed « in periphrastica circumlocutione epitheton plerumque copulatur cum eo vocabulo, quod periphrasin facit. Ceterum durus vocabulorum et syllabarum in hoc versu concursus fortasse studio quæsitus est. » *Jac.* Codex et Suidas ψήκτρης. — 7 ἀϊόνων Heckerus; ἠϊόνων Salmas.; αἰώνων * ὠρ. Codex.

CCXXXIV. Gallus furoris instrumenta Matri deûm dedicat. — 1 χαιτάεις Cod., superposito η, idemque * ὠποτυμώλου. « Suidas ὃς ποτε Τμώλου (ὀμώλωι cod. Leid.). Hoc quidem simile est Callimacheis fragm. 93 : ἐκ κοτε Τμώλω. Editur ὁ πρὸ Τυμώλου, e conj. Salmasii. Sed multo præstat scriptura Holstenii quam recepi. Nonnunquam dicitur poetis Τύμωλος ἀντὶ τοῦ Τμῶλος. Vide mea ad Planud. Metam. p. 224. » *B.* Eadem sententia Meinekii p. 207, et Heckeri, qui addit : « Non poetica forma est Τύμωλος, ut perhibet Steph. Byz., sed accolarum et indigenarum, ut patet ex Corp. Inscrr. n. 3451. » Codex inale νεητόμος. — 3 λαγάρα * σαιταρίωι Cod., correxit Reiskius. Deinde Codex τύμπανα ταῦτα, quod optime correxit Piccolos : ματέρι τύμπαν' ἀγαυᾷ. Ut τάδε... τοῦτα removerent, Bothius, Hermannus et Boiss. conjecerant ταύτῃ (« quod ὧδε, τῇδε vel ἐνθάδε dicendum fuisset. » *Heck.*); Jacobs τύμπανα ταύρου, coll. ep. 219, 21 et Catullo LXIII, 10 : *Quatiensque* TERGA TAURI *teneris cava digitis*. Meinekius τᾷ παρὰ Σ. παμμάτορι τ. Heckerus « tympanorum epitheton » requirebat. — 4. « Hesychius : μάστιν· τὴν μάστιγα. Sed plurimum huc facit Plutarchus Mor. p. 1127, C : οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς Μητρῴοις κολάζουσι. Adde Apulej. Metamorph. VIII, p 185 ed Bip Figuram flagelli ἀστραγαλωτοῦ habes ap. Winckelmann. in *Monim. ined.* tom. II, p. 8. » *Jac.* — 5. « Hinc Suidas : ὀρείχαλκος, ὁ διαυγὴς χαλκός, ὁ δόκιμος. De orichalco monui ad Philostr. Her. p. 602, ad Hesiod. Sc. 122. Adde Gaetan. ab Anchora Quæsitis de fossilibus metallicis Calabriæ p. 22. » *B.* Et inprimis Rossignol : *Mémoire sur le metal que les anciens appelaient orichalque*, Paris. 1852. — 6 ἄρτι ἀναπαυσάμενος Codex; ἄρτ' Jacobs. edidit, « sed ἄρτι elidi non potest. Corrigo, ἄρτια παυσάμενος. » *Meinek.* Heckerus γήραϊ παυσάμενος, coll. ep. 51, 10; « adjectivum enim νεήτομος significat *qui juvenis castratus est.* »

CCXXXV. « Edidit hoc epigramma, et interpretatus est non omnino recte, Boivin. in Mem. Acad. Inscrr. tom. II, p. 268 seqq. » *B.* Qui quæ erraverit pluribus explicat Jacobs., ceterum « ipse quoque agi putans de natalibus *Tiberii* Cæsaris. » — 4 γηθόσυνοι λ. σπένδομεν ἀθανάτῳ malebat Mitscherlich. ad Horat. tom. II, p. 370. — 5. « Tiberius enim juvenis avi [sic] Augusti virtutem referre videbatur. Sensus est qui ap. Theocritum XVII, 121, de Ptolemæo secundo dicentem :

> μοῦνος ὃς προτέρων τοκέων ἔτι θερμὸ κονίῃ
> στειβόμενος καὐύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη. »

Jac. Cod. παππώιος. Boiss. παππῴοις vertit *paternis*. — 6 μένοις an μέλοις legendi essent ductus exarati quum librarius incertum reliquisset, corrector voci superposuit : γρ. μένοις.

CCXXXVI. « Historia de apibus, quæ in rostris navium, ab Augusto in memoriam pugnæ Actiacæ Apollini dicatarum, mel fecerant. De his navibus v. Dion. Cass. LI, 1, ibique Fabricium p. 631 seq. » *Jac.* — 1 τείχεα Cod., Plan. et Suid., correxit Stanleius ad Æsch. Pers. 415. — 2 κείμεθα iidem consensu; κείμενα Brunckius, recepitque Jac. in Delectu p. 399, nobis quoque visum necessarium. Idem sentit Hecker. I, p. 126. — 3 ἠνὶ δὲ Cod., Plan. et Suidas in Ἠνί, ἀντὶ τοῦ ἰδοῦ, δωρικῶς. « Τὰ ἔμβολα σιμὰ ἐλεύει, apum munera intra se recipiunt atque colligunt, ut favi in alvearibus. — 5 χρηστῆς Cod., sed Plan. recte. Suavi hac imagine de apibus in armis favos struentibus recentiores poetæ passim usi sunt. » *Jac.*

CCXXXVII. Galli et leonis historia, ab aliis poetis celebrata in epigrr. 217, 218, 219, 220. — « Suidas in Ἐνδυτά, τουτέστι περιβλήματα, affert pro exemplo,

> Ἐνδυτὰ καὶ ξανθοὺς ἐκρέμασε πλοκάμους·

qui versiculus ex hoc epigrammate sumptus esse dicitur, quum pertineat ad epigr. 217. » *B.* — 4 ἄθλος (superposito ν literæ σ) ἀπ' ἐκρέματο, corr. Salmas. « Est in apogr. Par. ἄθλον tantum. Hoc visum est illo melius. Recepi etiam e Codice ἀπεκρέματο pro vulgato ἐπεκρ. » *B.* De quo velis doctissimum virum disertius exposuisse; vertit enim : *vitæque præmium suspensum erat.* — 5 ἐπὶ φρένας Salmas. et Brunck., quod Jacobsio quoque « verum videtur, quamquam etiam Codicis scripturæ ἐπὶ φρενὸς ἦκε potest ratio reddi. » Heckerus corrigit ἐπὶ φρενὶ vel ἐπὶ φρεσὶ θῆκε, homerica locutione. Initio θεὰ scrib. — 6 ἔτρα περίζα λέων Codex, sed recte scriptum apud Suidam v. Φύζα. — 7 ὑπὸ δείσ. et ἡνίκα (non ἥνεκα) Codex. — 8. « Coma *de ramo pendens* dici posse videtur κεῖσθαι ἀπ' ἀκρεμόνων. Similiter ἐκ usurpat Soph. Antig. 411 : καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων, ubi vide Erfurdt. [et Nitzschium in Philologo vol. XII, p. 3]. Συρικταὶ ἀκρέμονες iidem qui ψιθυρίζοντες alibi, *arguti rami* Virgilio. » *Jac.*

CCXXXVIII. « Euphron, parvi agri nec majoris vineæ possessor, deo alicui parva ex parvis munera offert; largiora promittens, si major ipsi copia contigerit. » *Jac.* — 1. « Hinc Suidas [in versu allato nomen Εὔφρων omittens] : πολυαύλακος· μεγάλου, πλατέος. Ex v. 2 : πολυγλεύκου· πολυοίνου. Rursus ex v. 6 : ἀπαρξόμεθα, ἀντὶ τοῦ ἀπαρχὰς προσοίσομεν. » *B.* Codex εἰμ'. — 2. *Uva multum fundentis mustum* poetice dicit pro : magnæ vineæ. — 4 πήδακα ῥωγὸς Codex, superposito α. — 5 εἰμὶ δ' ἐξ ὀλίγων Codex; σοὶ νῦν δ' ἐξ ὀλίγου Suidas. « Quod non dubium est quin correctori debeatur. Scribendum videtur ἢ μὴν ἐξ ὀλ. » *Meinek.* p. 198. Jacobs. in nott. mss. : « Syllaba repetita sic corrigo Codicis scripturam : εἰμὶ δ' ἰὸ' ἐξ ὀλ. » Boiss. : « Scribo Σοὶ μὲν τὸ' ἐξ ὀλ Alii aliter. » Geelius ἦ μου δ' ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις. Ungerus εἰμαι δ' ἐξ ὀλ. Recepi quod minima mutatione feliciter scripsit Heckerus εἴη δ' ἐξ ὀλ., coll. ep. 248, 7 : εἴης δ' ἐκ Μάρκου γέρας ὀγλαόν. « Requiritur autem nomen dei cui parva dona Euphron dedicat; nullum enim exemplum est omissionis hujus, nisi in paucis epigrammatibus poetarum antiquiorum, quæ revera donariis in templo insculpta fuerunt, ubi nomen dei addi non necessarium, necessarium contra in iis quæ ficta dona celebrant, quale hoc Apollonidæ. » Quod dei nomen invenisse videtur Schnei-

dewinus, qui in sequenti versu δαῖμον proposuit mutandum in Δηοῖ, *o Ceres*. In latinis expressi.

CCXXXIX. Clito mellis ex alvearibus primitias offert deo. In hoc quoque epigrammate ægre desideratur significatio dei cui fit dedicatio. — 1 ἀμφινομέων, ab ipso librario mutatum in αἰων, Codex; ἀντινομαίων Suidas. « Unde Toupius facile fecit ἀντὶ νομαίων, quod recepi. Jacobsius conjecit docte et laboriose αἰγινομεῦ Πάν. » *B.* Νομαίῳ, alias νομίῳ, de Pane dictum inesse putabat Hecker. — 2 inter Κλειτὸς et Κλειτῶν variant Suidæ libri. — 4. « Ἀποιμάντου, gregis sine duce pascentis, et tamen *fœdere pacto*, ut Virgilius ait, i. e. certo ordine, opus facientis. Suidas quoque, ut Codex, τηλοπέτευς, τῆς τῆλε πετομένης. Malim τηλεπέτευς [quod posui], Dœderlinius τηλυπέτευς. — 5 θείης θεσμοτόκον Codex et Suidas, hic interpretatione addita : τὰς μελίσσας φησὶ, διὰ τὸ εὔτακτον. At hoc poetæ elegantia indignum. Vere Salmas. ὀ' ἐσμοτόκον. » *Jac.* Deinde Suid. ἐκ δὲ μελ. — 6. Conf. Virg. Georg. IV, 163 seq.

CCXL. Preces ad Dianam (σώτειραν) pro Cæsare ægrotante. — 1 κούρᾳ corrigit recentior m. in Codice. — « 2. Θαλαμους ὀρέων, i. e. μυχούς. Quo modo alibi dicitur θαλάμη. » *Jac.* — 4. Suidas : ἄχρις Ὑπερβορέων, ἀντὶ τοῦ πόρρω. — 6 καλλιθυτῶν Brunckius; hocne sit in Codice an καλλιθύτων (ut apogr. Paris. et Plan.) non liquet. Deinde Plan. ταῦρον ὀρ., item Grotius, participium haud recte interpretatus.

CCXLI. Iterum scriptum in Codice cap. IX, post epigr. 754. « Lemma : εἰς κράνος. Apogr. altero loco κράνον. [De lemmate nihil quicquam neque Jac. neque Paulss.] Gallice reddidit Boivin. in Mem. Acad. Inscriptt. t. II, p. 287. » *B.* Loquitur galea. — 3. Suo periculo Jacobsius : « Pylæmenes is esse videtur, quem Paphlagonum ducem fuisse ait Hom. Il. B, 851. Hujus enim milites, Troja eversa, antequam in Venetiam penetrassent, in Thraciam venisse narrat Strabo XII, p. 819, B. Hujus igitur herois galeam, nescio ubi servatam, dignum Pisone munus existimat Antipater. » Plan. et altero loco Codex ἔπρεπε δ'. — 4 κόμη Cod. altero loco, hic κόμαι, et χαίτας, correctum superposito αι. Quod pro χαίτᾳ accepit Boiss., qui sua manu verba sic refinxerit :

ἔπρεπεν ἄλλῃ
οὔτε κόρυς χαίτᾳ, οὔτε κόμη κόρυθι,

addens : « Malim et κόμαι. »

CCXLII. « Vota facit poeta pro incolumitate fratris Euclidis, eo die quo ille primam barbam deposuit. » *Jac.* — 1. « Est τέλειος inter epitheta Jovis et aliorum deorum Æschylus Ag. 946 :

Ζεῦ, Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τελει.

Ibi Blomfield., quem vide et ad Theb. 111. Conf. ep. 244. » *B.* — 4. Sic Apollonides X, ep. 19, 1 : ἡὺν παρειαων πρῶτον θέρος. — 5 αὐτίκα Codex, « quod sua mo jure corruptum habuit Jac., quum Crinagoras inepte admodum a diis petiturus fuisset ut Euclidem *statim* senem faceret. Lenissimum et aptissimum αὖτις, ut ap. Antipatrum supra 198, 6. Huic emendationi *unum* obstat, quod hic poeta nusquam in pede quarto spondeo uno vocabulo absoluto sine cæsura usus est : quo numeri hexametri ex alacrioribus fiunt asperiores. » *Hecker.* I, p. 138.

CCXLIII. « In puerperio uxoris, ut videtur, Maximus Junoni sacra cum precibus facit. Nam sacra γενεθλίδια sunt quibus a diis faciles mulieris labores et felicem partum precantur. Juno, *Ilithyiarum mater* (v. ep. seq.), his sacris gavisa, quod Maximo in votis erat annuit. » *Heckerus* verisimiliter, an vere, potest dubitari. Maximum autem ex versu 4 admodum probabiliter collegit Jacobsius sacerdotem fuisse Junonis. — 1. Ad Imbrasum, Samı fluvium, Junonem esse natam veteres tradebant. — 2 θυηπολίης Cod., superposito α. — 4 εἰ ὅσιοι Heckerus; εἴη ὅσοι Codex; ἴσμεν ὅσοι Plan., quæ interpolatio in editiones omnes invecta erat. — 5 ἤ ὀ' Cod.

CCXLIV. « Poetæ pro Antonia ad Lucinam preces. Versus 5 dubitari non patitur quin de Antonia minore agatur, Antonii triumviri ex Octavia filia, quam Drusus, Liviæ filius, in matrimonio habebat; v. Plut. Anton. c. 87, Fabric. ad Dion. Cass. t. II, p. 885. » *Jac.* — 1 * εἰλειθυιῶν et ἥρη δὲ Cod., corr. Dorvill. — 2 πάτερ Cod. « Scripsi cum Reiskio πατὴρ, ob præcedens μήτηρ. » *B.* — 4. *Epione*, Æsculapii uxor. — 5. « Πόσις est Drusus, Liviæ ex Claudio Nerone filius; μήτηρ, Octavia, Augusti soror; ἐκυρὰ, ipsa Livia. » *Jac.* — 6 νηδὺς τοκέων Græfius, metro timens frustra.

CCXLV. Nauta ex tempestate servatus vestem Cabiro ex voto dedicat, eundemque precatur ut paupertatem ab ipso arceat. Vestis loquitur. — 1 ἐπεῖδε Suidas v. Ἄνεμοι, at ejusdem v. Βορρᾶς libri mire variant inter ἐπέλεκε, ἐπέλῃκε et ἐπέλυκε. — 2. Subjectum petendum ex versu 6. — 3 σοὶ * μι * κάβειρε Cod.; σοί με Salmas. « De Cabiris, magnis numinibus, quorum ope qui mysteriis eorum initiati sunt, e fluctibus servantur, multi egerunt. Huc imprimis facit quod in Bœotia Cabirorum mysteria cum mysteriis Cereris, Δήμητρος Καβειρίας, conjuncta erant; v. Pausan. IX, 25; conf. ep. 301, et Creuzeri *Symbolik* t. II, p. 349 seq. » *Jac.* Boiss. : « De cultu Cabirorum apud Bœotios vide Gutberlet. De myst. Cabir. c. 14; Astor. De diis Cab. c. 15. Scripsisse etiam memini de Cabiris Cumberlandum, cujus dissertationem consulant qui nihil negligunt. — 5. Hinc Suidas : λώπιον· λαῖφος. — 6 ἀλέγοις Cod. Ἀλέκοις est correctio a criticis facta et laudata Schæfero in Thes. Steph. Didot. » *B.*

CCXLVI. *Philodemo* soli inscribitur in Plan. « Charmus, Lycini filius, victoria in ludis Isthmicis parta, Neptuno frena, phaleras et quæ alia ad equorum usum pertinent, dedicat. » *Jac.* — 1. « Hinc Suidas : κημός· εἶδος χαλινοῦ, ἢ φιμός. Conf. ep. 233. » *B.* Capistrum quia nares ambit et amplectitur, φιλορρώθων appellatur. *Jac.* — 2. Lobeck. ad Soph. Aj. 847, χρυσόνωτον ἡνίαν, p. 372 : « Pro auro habenis affigebantur ἀστραγαλίσκοι ἐλεφάντινοι, quibus Homeri interpres Ven. Il. Θ, 116, illa ἡνία λεύκ' ἐλέφαντι exornata fuisse scribit, bullisque ejusmodi eburneis obductam antilenam Philodemus vocat τὸν περὶ στέρνοις κόσμον ὀδοντοτόρον, quomodo hodieque phaleræ ornantur conchis porcellaneis, quorum nomen vernaculum sonat *capitula serpentium*. » — 3 καὶ σοίνην Cod. et Plan.; οἰσυίνην Salmas.; κοἰσυίνην δ' ἔτι ῥ. ob metrum Eldickius; ἔτι sine δ' Jac. in ultimæ manus exemplo; sed parum placet ἔτι, ut vel οἰσυίνην τε ῥάβδον malim, ε ante ρ producendo. « Grotius quid verterit nescio. » *B.* — 4 Χάρμις malebat Salmas. — 5 ψηκτρὴν Cod. — 7 λυκείνου Cod. « Fortasse idem est Lycinus, cujus mentionem fecit Pausanias V, 2. Spartanus fuit : ἀγαγὼν δ' εἰς Ὀλυμπίαν πώλους, καὶ οὐ δοκιμασθέντος ἐνὸς ἐξ αὐτῶν, καθῆκεν εἰς τῶν ἵππων τὸν δρόμον τῶν τελείων

τοὺς πώλους, καὶ ἑνίκα δι' αὐτῶν. » *Jac.* — 8 υἱα Codex.

CCXLVII. Vetula Minervæ artis textoriæ instrumenta consecrat. Similia epigrammata aliquot supra leguntur. — 1 ὀρθριλάλοισι Cod., alterum Plan. et Suid. Conf. ep. 174, 5. — 2 λειομίτου κάμακος Cod. et Suid., alterum Plan. recte. « Κάμακες, quod verbum per appositionem cum κερκίδας jungendum, pectinis perticas significat, quibus fila seu stamina lævigantur. Rem explicavit Schneider. in Ind. Scriptt. rei rust. v. *Tela*, p. 370, ubi docet κερκίδα esse pectinem quo confusa stamina discriminantur, telaque percutitur. Hinc tot epitheta, quæ ad sonitum applausi pectinis spectant. — 3. Κτεὶς κοσμοκόμης, pecten lanificum, quo comæ lanarum ordinantur; v. Schneider. ibid. p. 362. » *Jac.* Codicis librarius δακτυλότριβον scripserat, sed πτ superpositum. — 5 σχοίνοις Codex recte; editi ex Plan. σχίνοισιν, male, de quo monuit Heckerus I, p. 164. In fine Plan. ὀδόντων. Intelligitur dens pectinis. — 7. « Παλλαντιάς. Sic nonnulli Minervam appellabant, ut Pallantis filiam. Vide Clem. Alex. Cohort. p. 24, Heyn. ad Apollodor. t. II, p. 746. » *Jac.* Deinde « vulgo βαθύγηρως. Mutavi accentum, monente L. Dindorfio in Thes. » *B.*

CCXLVIII. Lagenam poeta Veneri dedicat. — 3 βακχιὰς Codex a pr. m.; βακχειὰς est correctoris. — 4. Ψήφου συμβολικῆς *pro* periphrasi τῆς συμβολῆς recte interpretatur Salmasius. Est autem ψῆφος vel ipsa pecunia, quæ a singulis convivis conferebatur, vel tessera quædam ab iisdem data. » *Jac.* — 8 ηὔνασεν conj. Toupius.

CCXLIX. « Pisoni poeta in Saturnalibus cereum dat muneri. Hoc pauperes clientes fecisse, constat ex Macrob. Sat. I, 7. — 1. Κηροχίτων, cerà quasi induta. » *Jac.* Codex τυφηρέα, Plan. τυφήρεα. « Hinc Suidas : τυφήρεα· τυφωνικήν. Immo τυφωνικόν. Sed est τυφήρεα a nomine τύφη derivandum, quod monstravit, nec primus, vir doctus qui in Classico Valpyi Diario t. XV, p. 28, prius distichon interpretatus est et a falsis critici cujusdam conjecturis vindicavit, genusque et quantitatem tractavit nominis πάπυρος. » *B.* Τύφη est herba palustris, quæ lucernis faciendis inserviebat. — 2. « Verba λεπτῇ παπύρῳ accipienda sunt de scirpi cortice, e quo candelæ fiebant, teste Plinio XVI, 37 : *scirpi fragiles palustresque,... e quibus detracto cortice, candelæ luminibus et funeribus serviunt.* Naturam papyraceam hic cortex habebat, qui semper intelligi debet, ubi de papyro lychnis adhibito agitur, docente Salmas. ad Solin. p. 705, G. Recte Burmannus nostrum admovit carminibus duobus in Anthol. Lat. V, ep. 188, 189. Ceterum παπύρῳ hic mediam corripit, quam Latini constanter producunt. Conf. Mœrin p. 311. » *Jac.* — 3. « Cereum γέρας vocat, quod honorarium cliens debebat patrono. Quod addit, ἦν δέ μ' ἀνάψας εὔξηται, hoc vocabant *lucem facere Saturno* : cereis enim accensis illi preces concipiebant. Quamquam Paulus Diaconus, mutilator Festi, dicit *Lucem facere Saturno*, esse *caput detegere Saturno*. Non dubitamus tamen, quod cerei accendebantur Saturno, propterea potius ita dixisse veteres. Reliquis enim diis caput obnubebant, quum concipiebant preces. » *Scaliger* ad Varron. L. L. p. 46 ed. Bip. — 4 εὔχηται Suid. in Ἀκουσίθεον, τὸ εἰς θεοῦ ἀκοὰς ἐρχόμενον. Immo flammam quæ preces tum conceptas ad deorum aures pervenisse indicabat. Plan. ἀκουσόθεον.

CCL. Generosæ cuidam mulieri munera mittit poeta. — 1 ἐγὼ τὰ ἀτυχης Codex; ἐγώ τ' ἀτυχὴς Suidas; corr. Reiskius. In fine πολλὸν (ad ὄλβον referendum) Toupius, quod pro var. lect. est in uno cod. Suidæ. Emendatio « necessaria » visa Heckero, qui respuere debebat, ne quis ὄλβον τὸν σὸν conjungeret. — 2 ὄλβιον aliquot libri Suidæ. Τὸν σὸν esse *tuum*, *tibi deditum*, pro ἐμὲ, observavit Hecker. Edebatur ὅσσον ἀπὸ κρ, e Reiskii conjectura. — 3 * μνιαροῖο * βαθυῤῥαίνοιο Codex, et libri Suidæ v. Μνιαρόν. « Ad quem vir d. conjecit βαθυῤῥίνοιο, non addita interpretatione. » *B.* Heckerus : « Tapetes μνιαροὶ et βαθύῤῥηνοι explicantur *villosi* [proprie *muscosi*, molli lana veluti musco obducti] et *pelle densa* instructi, sed ῥὴν de pelle dici nequit; quare Antiphilo reddendum puto βαθυῤῥίνοιο. Tunicam autem mulieri nobili poetam dono dedisse patet ex v. 7 : ὅρρα χιτὼν μὲν χρῶτα περισκέπῃ· eam tamen, licet villosissimam, dici posse τάπητος ἐνδυτὸν Jacobsius nemini puto persuadebit. Commate, quod post ἐνδυτὸν ponitur, sublato verba ita jungenda sunt : ἐνδυτὸν εἰδόμενον πορφύρῃ εὐανθεῖ τάπητος μνιαροῖο, *vestis par tapetibus densis villosis.* » Hoc recte, sed βαθυῤῥαίνοιο nondum esse sanatum apparet. — 6. Hinc Suidas : νάρδος· μυρεψικὸν ἔλαιον. — 8 εὐειδὴς ἁτμὸς ἔχει Cod., corr. Salmas.

CCLI. « Apollini, cui in fastigio promontorii in Leucadia peninsula templum erat late conspicuum (Virgil. Æn. III, 274), nautæ tenuia offerunt munera, faustam navigationem precantes. » *Jac.* — 1 τηλεσκόπον Cod., sed recte ap. Suidam. « Qui hinc : αἰπύ· ὑψηλὸν, μέγα. Ex v. 3 : δαῖτας· εὐωχίας. Ad versum 4 : ὀλίγῃ, ἀντὶ τοῦ μικρᾷ. Rursus ex v. 5 : βραχυφεγγίτης, ὁ ὀλιγοφαής. » *B.* — 2 τὸν ἠϊονίοι Cod.; corr. Salmas. — 6 * οἰνγης Codex : ὄλπης Salmas. « Forsan πινομένου, active. Converti editum πινόμενον sensu passivo. Quum σέλας λύχνου efficiatur ebibito oleo, ipsum σέλας dictum fuit πινόμενον a poeta docto ac laborioso. » *B.* Cum ἡμιμεθεῖ confer Philodem. V, ep. 4, 2.

CCLII. « Nobili cuidam mulieri, fortasse Cæsaris conjugi, poeta hiberno tempore malum ex præteriti anni proventu sine macula servatum mittit. Malum loquitur. — 1 στρούθιον Cod., alterum Suidas in Ποίη et Plan. Est mali cydonii species. Galenus De sanit. tuenda c. ult. : τῶν Κυδωνίων μήλων τὰ μείζω τε καὶ ἡδίω καὶ ἧττον στρυφνὰ, ἃ στρούθια καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες. » *Jac.* Deinde Plan. ἀφ' ὁπλοτέρης, male. « Suidas : ποίη, ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ Καλλιμάχῳ, παρὰ τὸ ἅπαξ καὶ μόνον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τὴν βοτάνην φύεσθαι. Vide not. ad VII, ep. 627. Grotianum *in foliis* non respondet græcis ullo modo. » *B.* — 2 μνιαρῷ Heckerus, et jam olim conjecerat Jacobs. ad Analecta vol. XIII, p. 7. Codex νιαρῶι, superposito a correctore ε, ut esset νεαρῷ, quod legitur ap. Suid. et Plan. — 3. « Hinc Suidas : ἄσπιλος, ὁ μὴ ἔχων σπίλον τινά. Ex sequenti versu : ἀκμὴν, ἀντὶ τοῦ ἔτι. Ibidem apogr. Par. ἀκρεμόσιν, quod recepi pro vulg. ἀκρέμοσιν. Vide not. ad IX, ep. 3. » *B.* — 5 εἰς δέ σ' ἄνασσα Cod. et Suid.; εἰς σὲ δ' ἄνασσαν Plan. « Εἰς σὲ δ' pr.etuli, ne *σέ*, quod est in antithesi, elisione obscuraretur. Dicit : *in tuam gratiam*. Non proprio autem sensu accipiendum esse ὀπωροφορεῖ, sponte apparet. » *Jac.*

CCLIII. Sosander venator Nymphis, Pani et Mercurio cervorum spolia dedicat. — 1. « Hinc Suidas : σπήλυγγες· σπήλαια, κοιλώματα. Ex v. 2 : εἴβει· στάζει. Et, πρεὼν, πρεόνος· ὡς πρὼν, πρωνός. » *B.* — 3 Πανὸς τειχήεσσα ap. Suid. — 4 κασσαίης Codex, corr. Heckerus : « Βάσσαι regio Arcadiæ vicina monti Cotylio, ex quo fons profluit; vide Pausan. VIII, 41, § 7. » Jacobsius βησσαίης, « a βῆσσα, ut ab ὕλη est tam ὑλήεις quam ὑλαῖος, etc. Hanc formam tanquam gentile habet Steph.

Byz : Βῆσσα, πόλις Λοκρῶν...ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου φύσεως, ναπώδους οὔσης· τὸ ἐθνικὸν Βησσαῖος. » Salmas. conj. Κασταλίης, Brunckius Κωρυκίης, Reiskius Κρισαίης. Deinde Cod. λίλογχε. — 6 λιθολογέες Cod., corr. Kusterus. « Πρέμνα γερανδρύου intellige vetustum stipitem, ad quem venatores captarum ferarum cornua aliasque exuvias affigere solebant. Λιθηλογέες Ἑρμέω ἰδρύσιες sunt lapidum acervi qui Mercurio solebant exstrui, ἑρμαῖα sive ἑρμακες appellati; de quibus v. schol. et Eustath. ad Odyss. II, 471. Qua forma fuerint intelligitur ex Strabone XVII, p. 818 (694 seq. ed. Didot.), ubi v. Casaub. » *Jac.* — 7. « Nescio an αὐταί θ' sanum sit. Servatum, refero ad Nymphas. Quibus enim aliis? » *B.* Αὐταὶ sic dicitur pro ὑμεῖς. In fine Codex δέχοισθε, superposito ε.

CCLIV. « Scriptum est in Statyllium, hominem mollitie diffluentem, qui quum ad inferos descensurus erat, apparatum mollitiei suæ Priapo dedicavit. — 1. Recte intellexit Reiskius hominem *pathicum* significari, qui quia muliebria patiebatur, ἀνδρόγυνος vocatur; idemque Ἡαφίη δρῦς μαλακή, quia in Veneris sinistræ servitio consenuerat; Græcis enim quicquid annosum δρῦς appellatur. Sic de vetula Horatius Carm. IV, 13, 9 : *Amor importunus transvolat aridas* QUERCUS. » *Jac.* — 3. « Codex * ὑστίνοιο, et sic Suidas sub Ὕστινος, βάμματος εἶδος. [Cod. Leid. ὑσίνοιο.] Parui viris doctis ὑσγίνοιο scribentibus. De hysgino herba vide Lagrang. ad Senecæ Consol. Helv. 11, t. V, p. 231. Rursum hinc Suidas : θέριστρον· θερινὸν ἱμάτιον. Vide mea ad Theocrit. XV, 69 ed. sec. Lexicon in Fabric. Bibl. Gr. t. VI, p. 645. Libanius t. IV, p. 623 : ἐφόβει δὲ καὶ τὸ τὰς πολλὰς τῶν γυναικῶν σπαθᾶν καὶ παραναλίσκειν εἰς οὐδὲν χρηστὸν, βαμβυκινὰ ἱμάτια καὶ βύσσινα, καὶ διαφανὲς χιτώνιον, καὶ κροκωτὸν καὶ θέριστρον. » *B.* — 4 ἀνδρολιπεῖς Cod. et Suid.; corr. Salmas. — 6 τρυτοδόκην * κοίτιδα * παμβακίδων Codex. « Hinc Suidas : πάμβαξ καὶ παμβακίς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον βαμβάκιον. Idem τρυτοδόκην interpretatur τὸ ζυγὸν τῆς παμβακίδος. Recepi Toupii lectionem γρυτοδόκην, quæ et placuisse videtur L. Diudorfio. Sunt παμβακίδες Libanio, quem modo laudavi, βαμβυκινὰ ἱμάτια. » *B.* Ubi βαμβύκινα (sic) etiam in antiquissimo codice Laurentiano. Vide Thes. v. Βαμβακὶς. p. 99. — 7 ἑταιρίοις Cod. Bothius vertit *amicorum*, Boiss. *meretriciis*.

CCLV. Bubulcus tauri ferocientis cornu, quod clava fregerat, arbori affigit. — 1. « Hinc Suidas (qui ionicas formas offert) : κόλον· κολοβόν. Ex v. 2 : ἀτιμαγέλου· μὴ συναγελαζομένου. Ex v. 5 : ἰξύας, τουτέστι τὴν ῥάχιν. Et βούτας· βοονόμος. Ex v. 7 : ἀπεκράνιξε· τῆς κάρας ἀπεχώρισεν, ἀπέκοψεν. » *B.* Legebatur σύμβρακιώτας, quod correxit Hecker. — 4 ἐξερέων Heckerus, coll. Apoll. Rh. II, 695. Legebatur sine sensu ἐξ ὀρέων. In fine Suid. ἠιόνι. Bos grege relicto ad fluvium frigus captabat. — 5 αὐτὰρ ὃ Cod., non ὁ. Videlicet bos. — 6 ἐκ πλαγέων Cod., erasa litera λ; ἐκ πλαγίων Suid. in Βούτης. Iidem et edd. ἴεθ'. « Sic aper Odyss. T, 451, ὀδόντι λικριφὶς ἀξας, i. e. πλαγίως. Bubulcus irruentem clava exceperat, ut Hercules Acheloum et κέρας θάτερον τῷ βοπάλῳ τῶν κροτάφων ἐκπρεμνίζει, Philostr. Jun. IV, p. 117, 15. » *Jac.* — 7. « Est in αὐτᾶ; quod displiceat merito. Elegans est suspicio Reiskii, αὔας. Nihil tamen mutavi. Sit αὐτᾶς pro ταύτας, quod exspectabatur; conf. ep. 262, 4. » *B.* Sic etiam Jacobs p. 186. Ingeniose O Schneiderus ad βόπαλον refert, ex ἀχράδι factum, ut jam ἀχρὰ; recipiat quod ipsa ut βόπαλον comparaverat. — 8 εὐμύκω idem vir doctus conjecit, de arbore, coll. Hesiod. Op. 510 : μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη. Quo non insolentius dicitur εὔμυκος; κλισίαι boum mugientium plena.

Sequitur in Codice *Diodori Zonæ* epigramma jam supra positum n. 106.

CCLVI. Lemma : ἰαμβικόν. In marg. : ὡραῖον. « In Nicophontem Milesium, pugilem, quem Olympiæ vincentem ne Juppiter quidem sine metu videre potuit. — 1. In tauro cervix pars validissima; unde qui Herculem finxerunt statuarii, cervicem inprimis ad tauri similitudinem finxisse existimantur; quæ Winckelmanni est sententia, *Mon. ined. Tratt. prelim.* I, p. XLIII. Talem cervicem labor palæstricus efficiebat. » *Jac.* Corrigit βαρὺν Heckerus, coll. Theocr. XXV, 145 : κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίης κλάσσε βαρύν περ ἐόντα. « Hinc Suidas : τένοντας· τραχήλους, τὰ διατεταμένα νεῦρα. Ex v. 2 : Ἄτλας ὁ μυθευόμενος τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν βαστάζειν. » *B.* Qui σιδηρέους, κόμην, etc. — 2. De coma Herculis Jac. citat Winckelm. Hist. art. p. 46, 56, et *Tratt. prelim.* p. LVIII seq. — 6 πυγμὴν Plan.

CCLVII. « Amphora, vino destinata, conqueritur quod frumento asservando sit adhibita. — 2 ἀνδρικοῦ Suidæ libri præter unum, sed eum optimum. Vinum Adriaticum pro *Italico*, quia per Adriaticum vel Ionium mare in Græciam mittebatur. » *Jac.*

CCLVIII. Agricola post largam messem Cereri sacra facit. — 1. « Hinc Suidas : δῖν· πρόβατον. Et ἐπόγμιος Δημήτηρ, ἡ ἔφορος τοῦ θέρους. Ex v. 2 : φθοῖς, φθοΐδος, ὄνομα πέμματος· πέμματα δὲ τοῖς θεοῖς μετὰ τῶν σπλάγχνων ἔθυον. Ex v. 3 : ἄντλος, ἡ συγκομιδὴ τῶν ἀσταχύων ἐν τῇ ἁλῷ. » *B.* — 2 τροχιὰν Cod. a pr. m. et Suidas, τροχίαν a correctore. Deinde Suid. φθοΐδας. — 3 ἀλῶιος Cod. « Ἄντλος est acervus manipulorum. Significatur ventilandi negotium. Timæus Lex Plat. : Βράσσειν, ἀνακινεῖν, ὥσπερ οἱ τὸν σῖτον καθαίροντες. — 4 Κριθῶν (sic) Suid.; unde Brunck. Κρίθων, quod ob sequens εὔκριθον arridet. Γεωμορία, quod proprie ipsum agrum significat, hic pro messe videtur positum. — 6. Pro ἀγοις exspectabatur θείης vel simile quid. Quare cum Reiskio scripserim σὺ δ' ἐς Κρήθωνος ἄρουραν πᾶν ἔτος εὔκριθον ἄγοις. » *Jac.* Qui in nott. mss. ἀρούρᾳ conjicit. Passovius Scriptt. misc. p. 201 casce ἄνοις. Sed accedente temporis notione poetice dici posse videtur Ceres εὔκριθον ἄγειν ἄρουραν, ut in loco quem Toupius comparavit, XII, ep. 107, 2, Χάριτες his adeuntur precibus : Διονύσιον καὶ εἰς ὥρας αὖτις ἄγοιτε καλόν.

CCLIX. « Diverbium viatoris cum Mercurii statua a puero, in certaminibus victore, posita. — 1. Ἄγνουν respectu habito ad dedicantis ætatem. » *Jac.* « Hinc Suidas : ἄγνους· ἀγένειος. Et ὕσπληξ· φραγέλλιον, ἀφετηρία. Ex v. 4 : στάδιον, ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος. » *B.* Plan. ὑσπλήγγεσιν. — 2 δαῖμον ἑὸς Cod., in cujus margine corrector : γρ. δαιμονέως. Quod editur. Plan. δαιμονεῦς. « Δαιμονέως non adducor ut græcum nomen fuisse credam. Neque Philippus ita scripsit, sed corrector Codicis. Unius literæ mutatione exit Δαιμένευς, cujus nominis exemplum habes ap. Pausan. Ach. VI, 2, aliosque. » *Meinek.* p. 222. — 5. « Ἑλὼν est Brunckii correctio pro scripto ἔχων. Vertit Grotius ἔχων, quod omnino non convenit loco. » *B.* — 6 ἠερίους Planud., Mercurium *alipedem* loqui oblitus.

CCLX. In Plan. est ἄδηλον. Tullii Gemini autem hoc epigramma egregie animadvertit Heckerus I, p. 176, « neque satis plene intelligi posse, neque pro inscriptione haberi, quum artificis nomen non sit additum, nisi ex latere ei opponatur alterum epigramma Gemini, alteri, ut videtur, basi statuæ inscribendum, quod legitur Plan. 205. » Ibi alia quoque epigrammata habes composita in hanc Amoris statuam a Praxitele Phrynæ amicæ donatam, ab

hac autem Thespiis dedicatam, primum ipsius Praxitelis (vide Athen. XIII, p. 591, A) n. 204, deinde Juliani Ægyptii n. 203, et Leonidæ Tarentini n. 206. Gemini autem epigramma legendum est *ante* hoc nostrum :

Ἀντί μ' ἔρωτος Ἔρωτα βροτῷ θεὸν ὥπασε Φρύνῃ
Πραξιτέλης μισθὸν καὶ θεὸν εὑρόμενος.
Ἡ δ' οὐκ ἠρνήθη τὸν τέκτονα· δεῖσε γὰρ οἱ φρὴν
μὴ θεὸς ἀντὶ τέχνης σύμμαχα τόξα λάβῃ·
ταρβεῖ δ' οὐκέτι που τὸν Κύπριδος, ἀλλὰ τὸν ἐκ σοῦ,
Πραξίτελες, τέχνην μητέρ' ἐπισταμένη.

Hunc Amorem Praxitelis jam Phryne velut in ipsa Amoris urbe, Thespiis, ponit. — 2 ὑπὲρ λέκτρων Orellius in Append. ad Isocr. Περὶ ἀντιδ. p. 404, quod receperunt Boiss. et Both.; ὑπὲρ λεχέων Jacobsius in ultimæ manus exemplo; ὑπὲρ τέκνων Cod., Plan. et Suidas. Olim Jac. ὑπὲρ κτεάνων, *ob divitias Veneris ope comparatas;* pro quo Heckerus malebat ὑπὲρ κερδέων, coll. Callimacho XIII, ep. 25. Deinde legebatur Θεσπιάσιν, « quod metro adversari monuit Lobeckius in Buttm. Gramm. t. II, p. 352. Restituendum quod ipsæ membranæ Palatinæ et Suidæ optimi libri præbent Θεσπίεσιν (sic illi, debebant Θεσπιέσι) pro Θεσπιεῦσι, ut δρομέσι, τοκέσι, v. Buttm. t. I, p. 193 seq. Conf. Leonidam Plan. ep. 206, 1. » *Hecker.* — 3 ζητούμενον Cod., alterum Plan. Male distinguebatur post τέχνη, sed jungenda esse Κύπριδος ὤπασε vidit Heckerus. Τέχνη de opere artis, noto usu. — 4. Ἐς ἀμφοτέρους pro solito ἀμφοτέροις. « Conf. Antipatrum Plan. 184 : ἔπρεπεν ἀμφὶ Καὶ μέγαρον Βάκχῳ καὶ Βρόμιος μεγάρῳ, et Ovidii Her. XV, 181 :

Grata lyram posui tibi, Phœbe, poetria Sappho :
Convenit illa mihi, convenit illa tibi.

Artificem decebat hoc donum, quod Phrynen perdite amabat; mulierem, quod Amoris Venerisque ope talem tantumque artificem allexisset. » *Hecker.* — 5 δοίης (sic) ἐκ τέχνης * αἰνοβρότὸν Codex; αἰνέω βροτὸν Plan., quod edebatur. « Junxi initium hujus versus versui præcedenti. Vulgo plene distinctum post Ἔρως. Jam clarum fit esse δοιὴν τέχνην artem Phrynes artemque sculptoris. » *Boiss.* Sed dubitari non potest quin vere Heckerus scripserit αἰνεῖ βροτόν, « scil. Phryne, et propter amorem quo se complecteretur Praxiteles et propter summum artificium quo Amoris imaginem elaboraverat. »

CCLXI. « Simonis filio, natales celebranti, poeta ampullam æneam muneri mittit. — 1. Cur appelletur hæc ampulla *Indicum opus,* se ignorare fatetur Reiskius. Nec mihi quicquam de Indorum in hujusmodi artibus peritia constat. » *Jac.* — 2. Schol. Codicis in marg. interiore : ζήτει ὅλπην : λήκυθον. In marg. exter. : λήκυθον. ὅλπις : οἰνοχόη. λήκυθος δέ ἐστιν ἐλαιοδόχον ἀγγεῖον ἢ οἰνηρόν. Hinc etiam Suidas : ὅλπη, ἡ λήκυθος.

CCLXII. In lupi, ut videtur, ab Eualce pastore occisi exuvias. — 1 τὴν νομίην Codex; τὸν νομίην Suidas v. Βώτορες, νομεῖς. Heckerus τὸν ποίμνην, ad traditos ductus propius accedens quam ceteri. Jacobsius τόνδε νομὴν καὶ ἔπ., postea pronior factus in Salmasii conjecturam τὸν μόνιον vel μονιὸν, *lupum,* quod nec de lupo nec de apro dici solum sine addito λύκος aut σῦς, observat Meinek. p. 112, ipse ponens τόν τε νομὴν καὶ ἔπαυλα, « hoc sensu, ut lupus armentis et in pascuis et in stabulis insidiatus esse dicatur. Feræ nomen autem ut disertim adderetur non erat necessarium, quoniam carmen hoc arbori insculptum fingitur, ex qua lupi exuviæ suspensæ erant. » — 3 εὐαλκὴς Codex. Ἐπινύκτια adverbialiter capiendum esse annotat Heckerus, ut μεσημβρινὰ IX, ep. 641. Idem addit : « In fine mutilum haud dubie est epigramma. » Nobis ea de re dubitari posse videtur.

CCLXIII. In Plan. ἄδηλον est. De leone a pastore hasta occiso, dum vitulum intra stabulum dilaniaret. — 1 πυρσῶι Codex, i. e. πυρσῶ, quod posuit Meinek. p. 122, idemque Codicis ἀπ' ὠφλοιώσατο correxit ἀπ' ὧν φλοιώσατο, alio dorismo. Ex Plan. edebatur πυρσοῦ et ἀπεφλοιώσατο; Heckerus malit activum ἀπεφλοίωσε τὸ δέρμα, ut Nonnus Dion. XIV, 380, quem contulit Jac. in Delectu p. 387. — 2 βουπαλίων Cod. et Plan., « quod Grotius convertit, sed corrigere potius debuit. Correxit Valckenarius (ad Ammon. p. 190) verissime. » *B.* — 3 καταβρύχοντα Cod. et Plan., alterum Suidas, exponens τρώγοντα, κατεσθίοντα. — 4 μάνδρης Cod., alterum Plan., qui αὖθις et ξυλόχους. Ξύλοχος Suidæ σύνδενδρος καὶ ξυλώδης πάγος, δρυμὸς, ὕλη· οἱ δὲ κοίτην θηρίου. — 5 μοσχείῳ Cod.; μοσχίῳ Suid., « quod, ut supra πυρσῶ, fortasse ex dorica terminatione ortum est. » *Jac.* Edebatur μοσχείου ex Plan. — 6 ἀλγεινὰν Heckerus; οἶδε duo codd. Plan., male. Εἶδε, *expertus est,* supra ep. 258, 4, et alibi non raro. « Nollem hujus versus versionem tam ineptam excidisse poetæ latino. *Nunc* occisus leo nihil jam vult. Volebam corrigere *tunc;* sed orationis forma id vix patitur. » *B.*

CCLXIV. Scutum viri fortis Apollini consecratur. — 1 φυλέος Cod., corr. Reiskius. Incertum Φυλεὺς pro patrisne Alexandri nomine sit habendum, an dicatur Alexander civis Φύλλου, urbis Thessaliæ, ubi, teste Strabone, Ἀπόλλωνος τοῦ Φυλλαίου ἱερόν, ethnicum autem Φυλλεῖς annotatur a Stephano. In fine ἅδε Codex, quod Jac. ab ultima m. reduxit. — 2 χρυσοκόμᾳ Heckerus I, p. 71. — 3. « Hinc Suidas : ἴτυς· περιφέρεια ὅπλου. » *B.* — 4 αἷς Cod. et Suidas. « Scripsi ἂν ἔκιχον cum Brunckio. Jacobsius ἃς ἔκιχον, verbum κιγχάνειν analogiam verborum τυγχάνειν, λαγχάνειν, κυρεῖν sequi statuens. Quod parum credibile est, quum κιγχάνειν proprie idem sit quod ἱκάνειν. » *Meinek.* p. 91. Salmasius ἃς ἔτυχον. Ἀρετὴ hoc loco de *laude* virtutis, noto usu. — 5. « De hiatu in ἀριστεὺς ὃς ... v. Hermann. ad Orph. p. 731 seqq. » *Jac.*

CCLXV. « Theophilis, Cleochæ filia, Nossidis mater, Junoni Laciniæ vestem byssinam, quam simul cum filia texuerat, dedicat. — 1. Templi Junonis Laciniæ, ipsa Crotone, in cujus urbis vicinitate situm erat, illustrioris, descriptionem dedit Livius XXIV, 3. » *Jac.* Boiss. citat Mazoch. in Tab. Heracl. p. 31. Codex λακείνιον ἃ, a correctore ἡ. Suidas Λακώνιον ἢ τὸ, cod. Leid. αὐτὸ. — 2. « Placet Salmasii conjectura ποθορῆς Vel καθορῇς erit quasi κατανεισομένα ὁρῇς. » *Boiss.* « Sine causa Brunckius sequitur Salmasium, ut docet Dioscor. supra ep. 126, μὴ κατίδῃς με, ubi item exspectes προσίδῃς. Conf. Leon. Tar. IX, ep. 179, 3. » *Meinek.* p. 95. — 3 βάσσινον Cod., eadem m. in βύσσ. mutatum. « Hinc Suidas : βύσσινον, τὸ βύσσῳ βεβαμμένον. Male βύσσον pro colore habuit. Et : εἶμα· ἱμάτιον, ἔνδυμα. » *B.* In fine cod. Leid. ἀγαυοῦ. — 4 θευφιλὴς Cod., corr. Kuster. aut Bentleius. Ap. Suid. ὕφαινε. « Pro Κλεόχας G. Dindorfius in Thes. maluit Κλεόλα, patris, opinor, nomen desiderans : per se enim Κλεόχη non minus recte formatum est quam Κλέοχος. » *Meinek.*

CCLXVI. Hagelochia Dianæ ob ἐπιφάνειαν imaginem ponit in trivio. (Vide ad v. 3.) « De poetica hujus epigrammatis virtute v. Hermann. Opusc. I, p. 90. » *Jac.* — 1 ἀγελ. Cod. — 3 εἴσατο Hermannus ad Orph. p. 785, *posuit,* ut ep. 268, 1; 271, 1, et alibi. Receperunt Meinek., Boiss. et Both. Codex ἔσσατο, Suidas ἔσσατο, exponens

περιεβάλετο, cujus expositionis falsitatem jam Bruncius ostendit. In Delectu tamen p. 12 et in notis mss. Jacobsius (motus opinor verbis ἱστοῦ παρὰ κρόκαισι v. 4) servabat ἔσσατο, in illo hæc annotans : « Passim statuæ textis vestibus indutæ commemorantur, ut Ilithyia Ægii ap. Pausan. VII, 23. Conf. Winckelmann. Opp. III, p. 33 et 291, Quatremère de Quincy *Jup. Olymp.* p. 8 seqq. Celeber peplus Palladi Athenis, Apollini Spartæ quotannis textus. » In fine Cod. αὐτᾶ, Suid. αὐτά. Hermannus δέ οἱ, pro γάρ, metro timens. — 4 ὡς λύγα Cod. et Suidas; αὐγὰ Ruhnkenius, « quam correctionem *elegantissimam* vocavit Valckenarius Epist. ad Ruhnk. p. 60 » (*Boiss.*), *certam* Meinekius. « Apparebat dea tanquam flammis circumdata et splendore coruscans, fere ut ἡ Θεοτόκος in numis et tabulis pictis flammis circumfusa sæpe conspicitur. » *Jac.*

CCLXVII. « Pollis quidam Dianam, cui signum sive aram sacellumve in agro suo posuisse videtur, sibi ut sit propitia precatur. » *Jac.* — 1. Πόλλιδος Reiskius, quem probant Hecker., O. Schneider., alii. Cod. et Suidas Παλλάδος. « Reiskianum Πόλλιδος parum abfuit quin reciperem. Nam Παλλὰς Παλλάδος pro viri nomine valde mirabile est. » *B.* Meinek. p. 143 conjecit ἐπ' Ἀπολλάδος, « cujus generis nomina sunt Μηνάς, Φιλωνάς, Λεοντάς, ἄλος. » Deinde Cod. ἔσταθι (sic), Suid. ἔσταθι. — 2. Ἐὸν pro σόν. — 3 τὸ πόρ' εὐμ. Codex; τόπερ εὐμαρές (vel τὸ γὰρ εὐμ.) Meinekius, in idemque incideratBothius; « in quibus pronomen σοὶ vix abesse potest, quo addito Jac. τό σοι εὐμαρὲς scribendum conjecit [quod recepit Boiss.] », *Hecker.*, valde improbabiliter tentans καὶ γενεῇ τὸ πόρ' Εὐμάρει, filio suo Eumari. — 4 εἰθείης Cod., alterum ap. Suid. — 5 καὶ ἀν Χαρίτεσσι θεούσαις Cod. et Suidas. Minima mutatione Jacobsius in notis mss. : « καταὶ Χαρίτεσσι θεούσαις, i. e. καταθεούσαις, *percurrentibus* », at hostiliter incurrendi notionem habet hoc verbum. Boiss. : « Mihi placuit ἀν scribere pro ἀν, et jungo ἀναθεούσαις. Posset et ἀν referri ad ἄλσος, ἀνὰ ἄλσος τοῦτο, sed hoc durius. » De quo cogitaverat etiam Jacobsius : « τοῦτ' ἀνὰ καὶ X., i. e. ἀνὰ τοῦτο τὸ ἄλσος. Sic etiam καὶ vim suam habet. » Sed recte Meinekius : « Vereor ne vitium in θεούσαις lateat, quod etiam per se parum decore de Gratiis dicitur et ad sententiam superfluum est. » Quod Heckerus et Piccolos egregie mutarunt in θελούσαις, ex quo θελούσαις εἴη pendet infinitivus in sequenti versu, « ut ap. Thuc. II, 3; VII, 35; Plat. Gorg. p. 448, D » et alibi non admodum raro. Prima autem verba, quæ ita scribit Heckerus :

> ἄλσους δ', Ἄρτεμι, τοῦδε καὶ ἀν Χαρίτεσσι θελούσαις
> εἴη ἐπ' ἀνθεμίδων σάμβαλα κοῦφα βαλεῖν,

ἄλσους cum ἀνθεμίδων jungens, minime erant mutanda : quid enim in his sibi vult vocativus Ἄρτεμι? Hoc dicere poetam existimo : *Lucum autem, Diana, hunc* ita florentem reddas, *ut Gratiæ ipsæ lubenter in eo obambulare velint.* Quod rupta constructione vivide sic expressit : *Lucum autem*, vel *Quod ad lucum attinet, o Diana : etiam Gratiæ velint* etc. Neque post superiora opus erat addere *hoc precor.* — 6 σύμβολα Cod. et Suid.; correxit Salmas. Hesychius : Σάμβαλα, σάνδαλα. Hinc Suidas : Ἀνθεμίδων, ἀντὶ τοῦ ἀνθέων.

CCLXVIII. Cleonymus statuam quam Dianæ in monte posuit, optat ut permaneat.— 1 εἶσατ' Cod.— 2 τοῦτο non est hujus loci; πότνα Reiskius (sed sequitur πότνια); κοῦρα Hecker. Jac. primo versu proponebat Τῇδε vel Πουλύ (pro μέγα), vel hic χεῖρα (ad sequens ὑπέρισχε), ut τοῦτο sit librarii male explentis antiquam lacunam. Deinde Codex ταῦθ' * ὑπερισχε βίου, Suidas τοῦδ' ὑπέρισχε βίου, quod Jacobs. correxit plaudentibus Meinekio p. 92 et Heckero : *super hunc scopulum emineas.* In nott. mss. Jac. ponit ὄρίου, et : « vel κρᾶθ' ὑπέρισχε ὄρίου, *capite promineas.* Epigramma fortasse mutilum. » — 3 εἴτε Codex et duo libri Suidæ, ἤτε reliqui; egregie correxit Heckerus. « Hinc Suidas : εἰνοσίφυλλον, ἔνθα κινοῦνται τὰ φύλλα. Ex v. 4 : μαιμῶσα· ὀξέως ὁρμῶσα. Et : ἐγκονέουσα· διεγείρουσα, ἐποτρύνουσα. » *B.* Imo σπεύδουσα, ἐπειγομένη, quod jam Bruncius notavit. — 4 ἐγκροτέουσα conj. Meinek., « i. e. δεινὸν κρότον κυσὶν ἐνσείουσα ». Immemorabilis plane est quam Geistius tentavit hujus carminis scilicet restitutionem in Diurn. antiq. stud. 1844, n. 89, p. 710.

CCLXIX. Lemma : ὡς Σαπφοῦς. (Sic mox ep. 273 : ὡς Νοσσίδος, ex fama aliqua aut traditione, non auctoritate certa.) εἰς τὸ ἀντιβόλιν οὐ κεῖται τοῦ κυροῦ Μιχαηλῖ (sic Cod. Qui Cephalæ librum ἰδιογείρως transcripserat). πόθεν οὖν ἐγράφη οὐκ οἶδα. In marg. interiore : ζήτει. περισσόν· exteriore : ὁλοσφαλτόν, i. e. scripturæ vitiis totum repletum. Loquitur statua Dianæ dedicata ab sacerdote ejus. — 1 ἔοισα τετ' ἐννέπω αἴ τισ ἐρῆτα Codex. Non immerito in ipsa prima voce offenderunt critici, de qua Neuius : « Sicut in aliis monimentis ad conspectum omnium propositis vocativi ὦνερ et ὦνθρωπε frequentantur, ita in hoc sigillatim compellantur puellæ, quippe ad quas ejus deæ cultus inprimis pertineat. » Dorvillius παιδνὴ, quod recepit Jac. (nam in nostro exemplo παιδνὸς delevit), Bothius παιδνά. « De vocabulo παιδνὸς Blomfield. Gloss. Agam. 463. » *Boiss.* In ἔοισα observatum videri tenorem æolicum annotat Neuius. Qui pro τετ' proposuit περ, Dorvill. τάδ', Meinek. p. 226 τότ', Bergkius Lyr. p. 694 τόδ'. Heckerus *I*, p. 125, ἄφωνος ἐοῖσ' ἅπερ ἐννέπω αἴ τις ἐρῆται, pentametrum ad sequentia disticha trahens, quod fieri nullo modo potest. Verum unus viderat Meinekius : « τότ' (vel τόκ') ἐννέπω αἴ τις ἐρῆται, *licet muta sim, tum tamen loquar, si quis me interrogaverit.* » — 2. « Omnia quæ ad basin statuæ jacent, *ante pedes* statuæ jacere dicuntur a Græcis; v. ep. 200, 2, al. Conferas Pausan. V, 25, § 2 : ἔστι δὲ πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ Ὀρκίου πινάκιον χαλκοῦν· ἐπιγέγραπται δὲ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτοῦ. » Hæc rectissime Heckerus. Loquitur statua ἄφωνος per *vocem indefessam* inscriptionis πινακίῳ ad pedes ejus posito incisæ. Sed ἄφωνον dici statuam « cujus basi nihil inscriptum », id vero acutum nimis. — 3. « Ἀθοπίᾳ. Idem Dianæ cognomen est VII, ep. 705. » *B.* Quod explicat Steph. Byz. v. Ἀθόπιον. In fine Ἀριστὼ Bentleius et alii, sed Ἄρίστα exemplis tuetur Meinek. Neuius ἀρίστᾳ, de Diana, ob hæc verba Pausaniæ I, 29, 2 : κατιοῦσιν ἐς τὴν Ἀκαδήμειαν περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος, καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης· ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Σαπφοῦς, τῆς Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αὗται. Quod probat Bergkius. — 4 ἑρμοκλείταο τὼσ ἀῦν ἀιάδα Cod. Bentleius Ἑρμοκλείδαο τῷ Σαΐωνιάδα, qui *filiam*, Dorvillius vero *conjugem* Hermoclidæ intelligit. Edebatur τῷ Σαωναϊάδα. « Scripsi addito, qui post ἄρίστα facile excidere potuit, articulo ἁ Ἑρμοκλεΐδα, hiatu satis excusabili et qui haud paucis exemplis defendi potest. Sequens nomen una litera mutata scripsi τῷ Σαὐλαϊάδα. Quod in vulgari sermone efferebatur Σαολφάς, ut Νικολφάς, Νεολφάς, alia. Σαῦλαΐδας autem dixit Sappho more Æolico qui o mutabant in υ. » *Meinek.* Heckerus :

> ἁ Ἑρμοκλείτω τῷ Σαὐνηϊάδα.

« Patronymicum Hermocliti, inquit, a patris nomine Σαυνεὺς repeto. Σαὐναϊάδα correxit Keilius Anal. Epigr. p. 118, non improbante Ahrensio Dial. Dor. p. 506 seq., qui nomina

Bœotica Σαύμειλος et Σαυκράτεις comparat. » Quod recepimus. Bergkius malit : ἀρίστᾳ

Ἑρμῶ καλλίστᾳ τῷ Σαὐναΐδα,

ob locum Pausaniæ. — 5 ᾧ σὺ χ. Heckerus, de donario, probabiliter; sed alterum minime « ineptum. » — 6 εὔκλεισον Cod.; εὐκλεῖσον Suidas : ἀντὶ τοῦ δόξης καὶ εὐκλείας ἀξίωσον. « Ἀμετέραν inde videtur explicandum, quod sacerdos suam imaginem Dianæ dedicaverat. » *Bergk.*

CCLXX. Lucinæ mulier post puerperium quædam dedicat. — 1 Ἀμφαρέτας Jacobs. in notis mss. (« sive Ἀμφιρόας ») et Meinek. p. 139; ἀμφαρέτρις Codex. Notiora nomina proposuerunt Salmasius Δαμαρέτας, Heckerus I, p. 141 Φαιναρέτας. In fine καλύπτρα Jac. et Mein.; καλύπτρη Cod. — 2 εἰλείθυια corrector Cod., εἰλήθ. pr. m. — 3 ἃς σε μετ' εὐχωλᾶς Heckerus : *cum voto hæc ipsa dona a se dedicatum iri.* Codex ὥσσε (ὥσσε Suidæ libri) μετ' εὐχωλαῖς. Edebatur ἃ σε μετ' εὐχωλᾶς auctore Kustero. Meinekius Codicis lectionem explicat : ὡς σὲ μετεκαλέσατο εὐχωλαῖς. In fine Reiskius οἱ, Cod. et Suid. τοι. « Hinc Suidas : λευγαλέας· ὀλεθρίους, χαλεπάς. » *B.*

CCLXXI. « Cichesiæ filius, Leon, et Themistodice Dianam, quæ illi mulieri in puerperio opem tulerat, muneribus colunt. » *Jac.* Sic etiam Meinek. p. 151 et Boiss. — 1 εἵσατο Cod. Mire Paciaudius πέδιλα de ἐνδρομίσιν, i. e. calceis venatoriis intelligebat. — 2 ὀλίγων Suid. « Qui hinc : πτύγμα· δίπλωμα. Ex v. 5 : λεχὼ, ἡ ἀρτίτοκος. » *B.* — 3 πρηεία λέχοι Cod. — 5 Λέοντι Meinekius, coll. IX, ep. 306. Legebatur Λέοντος. — 6 κοῦρον υἱέ' ἀεξόμενον Codex, corr. Meinek. Jacobsius conjecerat ῥεῖ' ἐπαεξόμενον, in Add. αἰὲν ἀεξ. « Sic junguntur ἀεὶ et ἀεξόμενον in ep. 279. » *Boiss.* Aliter rem accipiebat Heckerus scribens κούρην pro κοῦρον, intactis ceteris, ut Leontis filia sit Themistodice, quæ cum marito Cichesia, Cichesiæ filio, Dianæ donaria obtulerit.

CCLXXII. « Expressum carmen ex Leonida Tar. supra 202. » *Jac.* — 1 Λατωΐ Græfius ; λατοῖ Codex. In quo hoc scholium : κύπασσιν οἱ μὲν περίζωμα· ἄλλοι δὲ εἶδος ἱματίου. Σημαίνει εἶδος ἱματίου· ἀναβολ. (sic, ἀναβόλαιον Boiss.), καρακάλλιν (Cod. καρακάλλεν) ἢ ἄλλο τι. « Conf. ad ep. 358. » *B.* — 2 μαστοῖο Cod. — 3 τιμάεσσα (superposito ή a correctore) δυ δινοιο, superpositis inter υ et δ literis σῶ ab ipso librario : ut non adeo « tenuis » sit a Codice auctoritas vocis δυσωδίνοιο. Immemorabilia tentavit Hecker. I, p. 141.

CCLXXIII. « Lucina rogatur ut parturienti opem ferat. — 1. *Ortygia* sive insula est illa haud longe a Delo sita, sive lucus prope Ephesum, de quo Tacit. Annal. III, 61. Conf. Dissen. ad Pindari Nem. p. 350 seq. Brunck. ἔχοισα, propter Δᾶλον, et mox ἐς. — 2 ἀγνὰ πόδου Cod. Χάριτες Dianæ pro ministris additæ, ut alibi Veneri et Junoni; hisque ut tela interim tradat rogatur. Nam Ilithyiæ quoque tela sunt, parturientibus gravia; Hom. Il. A, 269 seq. Conf. ep. 271, 4. » *Jac.* — 3. « Hinc Suidas : Ἰνωπός, ὄνομα τόπου ἢ ποταμοῦ. Sunt codices qui ἢ ποταμοῦ omittunt; omittendum potius fuit τόπου ἢ. Male lectum compendium nominis ποταμοῦ varietatem lectionis peperit. » *B.* Est fluvius insulæ Deli, ad quem dea nata esse ferebatur. Dianam tibi finge a venatione redeuntem, pulvere et sanguine conspersam : quare se abluit, ut venatores opere peracto solent. V. Apoll. Rh. II, 937. Inprimis autem grata Dianæ *materna Inopi unda* secundum Valer. Flacc. V, 105. *Jac.* Fortasse Ἰνωπῷ, genitivo, scribendum esse annotat Meinek. p. 95. Minime necessaria Bothii observatio : « Dixit καθαρὸν ab effectu lavandi : alioqui ineptum foret. » Deinde edebatur βᾶθι δ' ἐς οἴκους, « quibus, inquit Hecker. I, p. 123, nullus est commodus sensus, quod dominæ ædium, ad quas Dianam Lucinam venire precatur poetria, nomen addendum erat, nec apte huc nomen Alcetidis retrahere licet. Neque dubium quin urbs ipsa, non domus hominis privati hic memoranda sit. Corrigendum βᾶθι δὲ Λοκρούς. Ita hi versus luculentius etiam manum produnt mulieris Locrensis; v. VII, ep. 718. »

CCLXXIV. Tisis mater facta Lucinæ munera quædam dedicat. — 1 πότνια κοῦρος ὁ ταύταν ἐπὶ ποντίδα νύμφην (superposito α) Cod., correxit Jacobsius, coll. Callimachi H. in Apoll. 32. Jam Reiskius κωρσόα. Ob lenitatem mutationis obsecuti sumus egregio viro sic versum scribenti in ultimæ manus exemplo. Sed audiendus Lobeckius Pathol. prol. p. 456 : « Res principales a secundariis cognominari mihi non constat; in Callimachi loco ἐπιποπὶς sine dubio non *vestem fibulatam* significat, ut Jacobsio visum, sed id quod schol. dicit ἡ περόνη sive potius capitulum fibulæ pectoralis auro cælatum. Præfero priorem correctionem Jacobsii, ταύταν ἐπὶ παστάδι νύμφαν. Sic donarium reponitur ὑπὸ παστάδα ep. 119, ὑπὸ παστάδι ep. 342, ἀνὰ παστάδα Append. ep. 149. » Atque hoc ipsum etiam Boissonadius receperat. Νύμφαν autem de *pupa* intelligunt, virginum oblectamento (vide mox epigr. 280, 2 et 3), Toupius ἐπιποντίδα νύμφαν de pupa corallina, ex corallio facta. — 2 λιπαρῶν τ' ἐκ Cod.; τ' delevit Brunck. Sed præferam equidem quod est in margine apographi Lipsiensis : λιπαρόν τ' ἐκ κεφαλᾶς πλόκαμον, quod etiam de pluribus πλοκάμοις dici potest. De illo Jacobs. : « Dubito utrum de velamento accipiendum sit στεφάνη, an de ipsis crinibus in divæ honorem detonsis. Coma autem verticem ambiens, στεφάνη vocatur; v. Polluc. I, 40; IV, 144. » Alterum probabilius. Servavi vulgatam et Boissonadii latina. — 3 ὄλβια * εἰληθυια Cod., superposito εί. Πολυμνήστοιο Boiss. vertit *longa memoria dignæ*, Bothius *expetitæ a multis.* — 4 τισίδος Cod., in τι εἶδος corruptum ap. Suid. Vide Lobeck. Pathol. prol. p. 511. Edebatur Τίσιδος.

Sequitur in Codice epigramma jam supra positum n. 146, hic cum lemmate : Καλλιμάχου. ζήτει· δὶς κεῖται.

CCLXXV. Samytha Veneri comæ redimiculum dedicat. — 1 χαίροις ἄν τοι ἔοικε κόμαν ἀπὸ Cod., corr. Kusterus. — 3 ὅσδει Jac. ex Codice qui ὄζει superposita litera δ. « Hinc Suidas : δαιδαλέον· τῇ κατασκευῇ ποικίλον. » *B.* — 4 τούτωι καὶ τῆνα et ἄδωνα Codex. « Ad aures melius accideret τοῦδ' ᾧ. » *Meinek.* p. 95, qui Ἄδωνα. « Sed demonstrativum pronomen (ut recte observavit Heckerus I, p. 74) huic loco parum aptum; neque corripi poterat prima syllaba verbi χρίει, quæ semper et ubique producitur. Denique Venerem dici *etiamnunc* illinere Adonin nectareo unguento, absonum est. » Scribit autem :

τῷ τόκα καὶ τήνα χρῖσεν Ἄδωνα καλόν.

Malim τῷ ποκα. Alterum autem hemistichium jam olim sic scripserat vir doctus in Museo Cantabr. VI, p. 315. Nihil movi, qui putem vitium etiam in χρίει residere.

CCLXXVI. Argumentum eleganter exponit Piccolos : *La vierge Hippé, près de se marier, relève avec art, sur sa tête, sa belle et riche chevelure, sans oublier les services que des substances parfumées peuvent rendre au*

plus frais visage. Pour faire ses adieux à Diane, et se concilier sa protection dont elle aura besoin plus tard, elle va consacrer à la déesse sa ceinture et ses bandelettes virginales (μίτραι). *Le poète fait parler ces objets inanimés, ils appellent la faveur de Diane sur Hippé; en récompense des bons offices qu'ils ne cessent de rendre à la virginité.* Postremum ex dubia de v. 3 conjectura ductum. — 1 ἀνεδήσατο tuetur etiam Heckerus. In diversam sententiam Salmasius ἀνεθήκατο, Meinekius p. 209 ἀπεθήκατο, Jacobs. ἠμήσατο. Quo Reiskius referebat etiam σμηχομένα v. 2, « inuncta smegmate tempora, i. e. rasa. Nam ubi capillus demendus est novacula, debet cutis prius smegmate illini; v. H. Jun. De coma IX, p. 398. » — 2 εὐώδει Cod., corr. Salmas. — 3 γάρ τοι Cod., corr. Reiskius. In fine Cod. ἐπὶ κούρῃ. « Recte Reiskius κουρῇ, sed male id de cæsarie interpretatur; αἱ ἐπὶ κουρῇ μίτραι sunt mitræ matronales in detonsæ comæ locum succedentes. » *Meinek* Heckerus αἱ δ' ἐπὶ κόρσῃ, quod verum nunc existimo, olim fortasse κόῤῥῃ scriptum, unde κούρῃ. Piccolos αἱ δ' ἐπίκουροι, et sequenti versu παρθενικαῖς. Bothius quoque ἐπίκουροι posuerat in suo exemplo.— 4 αἰτέομεν Cod.; αἰνέομεν Reiskius et Brunck.; probabat olim Jac. hac sententia : *puellæ, cujus olim fuimus, amabilitatem et gratiam laudamus;* Heckerus autem, παρθενίας pro adjectivo habens : « *mitræ dedicatæ virginitatis gratiam amamus*, i. e. quum ea, quæ nos hactenus gestavit, nubat, malumus deæ esse virginis. » Quæ mihi quidem sententia ceteris probabilior videtur. Recepit etiam Boiss., hæc ille annotans : « Prædicant scilicet, quum sint tantum munditia simplices, nativo, non alieno, virginem conspicuam fuisse decore. — 5. Hinc Suidas : ἰότητι · βουλήσει, γνώμῃ. » — 6 τῇ λυκομηδείου παιδὶ Codex et Suidæ libri optimi quique duobus locis; quod optime correxit Meinekius coll. Lobeck. Paralip. p. 6 seq. Deinde in Cod. φιλαστραγάλῃ scriptum fuisse videtur, radendo in φιλοστρ. versum; sed Suidas quoque bis φιλαστρ. « Minime aptum virgini nupturæ epitheton. Suspicor λιπαστραγάλῃ vel λιπαστραγάλῳ. Quod aptissime de puella dicitur, quæ missis crepundiis puerilibus matrimonium initura est. Non pueros tantum, sed etiam puellas talis oblectatas esse præter notissimam picturam Pompeianam et alia artis opera talis ludentes virgines exhibentia docet Pausanias VI, 24, ἀστραγάλους μειρακίων καὶ παρθένων ἄθυρμα vocans. » *Meinek.* Piccolos φυγαστραγάλῃ, « ut dicitur φυγόδεμνος, φυγόλεκτρος, etc. » propius ad traditos ductus accedens. Nisi forte olim cum aspiratione λιφαστραγ. scriptum librarius transpositione emendandum credebat. Heckerus conjiciebat παιδὶ καλαστραγάλῃ, l. q. καλλισφύρῳ.

CCLXXVII. Arsinoe, Ptolemæi filia, Dianæ comæ suæ cincinnum dedicat. — 1. « Hinc Suidas : ἀλκήεντας · εὐρώστους, δυνατούς. Ex v. 2 : πλόκον · πλέγμα ἐκ τριχῶν. » *B.* — 2 mire Suidas τόνδ' ἀνέθηκα κόμας, unus cod. Par. A ἀνέθηκε κόμης. — 4 ἱμερτοὺς κ. πλοκάμους Toupius et Bothius.

CCLXXVIII. Gorgus, Asclepiadis filius, Phœbo crines recens detonsos cum precibus dedicat. — 1 εἴσατο Cod. — 2 γοργὸς Cod. — 3 ἄξεις Cod., superpositis literis οι. Notum *Delphinii* Apollinis templum Athenis.

CCLXXIX. Eudoxo adolescente Apollini crines primum detonsos dedicante, poeta optat ut pro iis succrescat hedera Acharnensis, *doctarum præmia frontium.* — 1 ἔπλεξε Codex; alterum dedit Suidas. — 3 δέ οἱ Bronckius; δέ τοι Cod.; δέ σοι Suid. Deinde uterque κάλλος, quod certatim correxerunt Meinek. p. 147, Bothius et Hecker. I, p. 136. — 4 ἀεξομένῳ Heckerus, quem v. p. 137. Legebatur ἀεξόμενος. De Acharnensium demo Pausanias I, 31 extr. : ὀνομάζουσι Διόνυσον Μελπόμενον καὶ Κισσὸν (Κισσέα?) τὸν αὐτὸν θεὸν, τὸν κισσὸν τὸ φυτὸν ἐνταῦθα πρῶτον φανῆναι λέγοντες.

CCLXXX. « Timareta crepundia sua ante nuptias Dianæ dedicat, deæ sibi favorem expetens. Epigramma edidit et explicuit Pierson. ad Mœr. p. 235. — 1. Τύμπανα, intellige quem vocant *il tamburino*, quo puellæ saltationem moderabantur. » *Jac.* — 2. Conf. Archiam supra ep. 207, 2. — 3 τε κόμας Codex, corr. Salmas. Diana Λιμνῆτις, quæ colebatur in Limnis, de quibus v. Thes. voce Λίμνη, fine. Cod. λιμνάτι, ut videtur. — 4 ἄνθετο κατακόραν Cod., corr. Scaliger et Brunck. — 5 λητῶια Codex, ι a correctore inserto. Ibid. χεῖρα Cod. — 6 θήκα μεν ἃ σώιζοις τ. ὁ. ὁσίοι Cod.

CCLXXXI. Puella Matri deûm ob cultum ei præstitum se commendat. — 1 πυρικαιέος Codex, corr. Meinek. « Plurima in Phrygia intestinorum ignium vestigia; v. Strab. XII, p. 578, Mannert. *Geogr.* VI, 3, p. 135 seq. » *Jac.* — 2 μητέρ' Cod., corr. Salmas. — 4 ἁβρύναις Codex. Quod Jac. explicat « τρέφοις, σώζοις, sed ita ut delicatæ puellæ convenit, ἁβρῶς. Æsch. Agam. 891 : καὶ τἄλλα μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ ἁβρυνε. » Ad quæ recte Meinek. p. 113 : « Parum aptum hoc loco ἁβρύνειν, quod significat *ornare, deliciis frangere.* Legendum videtur ἁβρύναις, *facias ut adolescat puellula et ad nuptias maturescat.* Quod verbum quum proprie de frugibus dicatur, etiam ad homines transferri constat. » Quod recepimus. — 5 σοὶ κατὰ πολλὰ Passovius Scriptt. misc. p. 200 (a. 1827) et Meinek. p. 113. Legebatur σοὶ κ α ὶ πολλὰ πρ. καὶ παρὰ βωμῷ. « Pertinet παρὰ [scripsit Boiss. κατὰ, calami lapsu memorabili] ad utrumque nomen προνήΐα et βωμῷ, syntaxi non rara, de qua vide not. ad Append. ep. 50, 23. Casuum in regimine diversitas habet quod lectorem advertat magis. » Et valde advertit Passovium, l. c. p. 199 seq. Sed fateor καὶ esse aptissimum, quod servat Geistius, item aptissime πολλὰ ut adverbium accipiens, scribendo προναία, adjectivum de loco ut βωμία ap. Soph. Antig. 1301. De virginum choreis in Matris deûm sacris Jac. citat Proclum Theol. Plat. VI, 13. — 6. παρθενικὴ ἑτίναξ' Heckerus I, p. 277.

CCLXXXII. Θεοδωρίδα Brunckius et Meinek. p. 224. *Diodori* Zonæ stilum redolere observat Jac. « Postquam Calliteles ex ephebis excessit et palæstram frequentare desiit, gymnasticam supellectilem Mercurio dedicavit ob peractam ordinate et modeste ἐφηβοσύνην, juventutem. » *Brunck.* — 1 πειληθέντα corrector Codicis, qui a pr. m. πιληθέντα. « Hinc Suidas : πιληθέντα · πυκνωθέντα. Ex v. 2 : πέταλον (sic), πίλημα ἐξ ἰρίου πιληθέν. Ex v. 3 : περόνη · πόρπη. Ex v. 5 : ἀείβολον, τὴν ἀεὶ βαλλομένην. » *B.* — 2 πέταλον Cod. et Suid. duobus locis; corr. Salmas. De petaso Boiss. citat Millin. *Monum. inéd.* p. 373. — 3. « Δίβολον poeta vocat fibulam, quia binis dentibus utramque chlamydis laciniam mordet. Suidæ libri περόνην, iidemque cum Codice καὶ στεγγίδα. [De strigili vide mea in Notitt. mss. t. X, part. II, p. 226. *Boiss.*] Deinde fort. leg. κἀποτανυσθὲν, *relaxatum.* [Hoc ex nott. mss. Ac recepimus pro vulgato καὶ τὸ ταν.] — 4. Γλοιὸς sunt sordes strigili derasæ. Cave autem ne attritam et sordidam chlamydem deo dedicari in contumeliam putes. Imo gaudere deum puer volebat vestimentum ei appendens, cui tam multa exercitationum palæstricarum vestigia inhærebant. — 5. Σγίζαι quæ sint hoc loco, ignoratur. » *Jac.* Juvenilis ludi alicujus instrumentum, ut videtur. *Sagittæ*

significatio ex LXX modo affertur. — 6. δῶρα φιλευτάκτου Codex, correxit Jacobsius. Meinekius malit δωροφίλ'. « Munerum amantem deum appellat, Mercurium κερδῷον respiciens. » Heckerus lusit φὼρ, ἀφιλευτάκτου, « aptissimo juvenilis ætatis epitheto. » In fine Cod. ἐφημοσύνης, corr. Reiskius.

CCLXXXIII. « In puellam olim superbam et severam, nunc, quum vetula facta esset, ad pensa redactam. Commode huic epigr. Mitscherlichius admovit Tibull. I, el. 6, 77 :

Ast quæ fida fuit nulli, post, victa senectâ,
Ducit inops tremulâ stamina torta manu. »

Jac. — 2 οὐχι (sine acc.) κ. θεὸν, a correctore θεῶν, Cod. Apogr. Par. θεάν. — 3 μισθία Cod., sed recte Plan. — 4 ὀψέ τ' Ἀθηναίην Κύπρις ἑλ. vett. editt. Planudeæ, sed Grotius correctas sequebatur, qui alio loco epigramma hunc in modum reddidit :

Quæ prius auratos inter regnabat amores,
Nec Nemesis duræ jura timeret heræ,
Paupere jam telas percurrit pectine : serum
De tenera spolium Cypride Pallas habet.

CCLXXXIV. Philenium meretrix, quam domi clam habebat Agamedes, vestem ei texuit. Ad quæ poeta : *Ipsa jam Venus textrix ;* jam feminæ, quæ contempta Venere Minervam et Junonem colunt, otiosæ sedeant licet. Integerrima nobis esse videtur scriptura epigrammatis, quam conjecturis sollicitabat Jacobsius. — 1 ἀγαμηλοὺς Cod., corr. Salmas. — 3. « Sensus hic esse videtur. Quum potuerit Philænium in sinu amati viri recubans, dormiens, lasciviens, tunicam texere, fecit ipsa Venus pro Philænio lanificium. Ament ergo jam feminæ, et pensa in quasillo jacere sinant : pro ipsis Venus habet manus. » *B.* — 4 ἔχει Reisk. et Brunck, minus apte.

CCLXXXV. « Sine hæsitatione Nicarcho tribuit Plan. Puella, quæ aliquamdiu vitam texendo toleraverat, tædio laboris capta, ad Veneris castra transit, instrumentisque suis in deæ vestibulo concrematis, quæstus de corpore faciendi decimam vovet. — 1. Ἡ ὑπὸ κερκίσι idem fere quod ἐν κερκίσι. Plato Conv. p. 205, B : αἱ ὑπὸ πάσαις ταῖς τέχναις ἐργασίαι ποιήσεις εἰσί. Id. Hipp. maj. p. 295, D, ibique Heindorf. — 4. Junge ἔθετο ἐπὶ πυρῆς πρόδόμου. Igne, quem in vestibulo templi accenderat, concremavit. » *Jac.* « Pro πυρῆς vertit Grotius conjecturam inutilem [Brodæi] πύλης. Verte : *in rogo ante templum posuit.* » *B.* Versu 3 τά τε πηνία Meinekius p. 180. Legebatur τε τὰ πην. — 5. « Supra ep. 47, in eadem historia, κερκὶς appellatur λιμηρῆς ἁρμενον ἐργασίης. Sunt instrumenta opificii male et misere alentis. — 6 νέων Plan. — 7. Artem musicam, ut mos erat, cum vita meretricia conjungebat, convivia et comissationes tibiæ citharæve cantu (πηκτὶς enim utrumque) exhilarans. Ἔχειν pendet ab εἵλετο, quod variandæ orationis causa post accusativos nominum infinitivum sibi adjunxit. » *Jac.* — 8 θαδίαις Cod., superposito λ. — 9 λίμματος idem a pr. m.

CCLXXXVI. « Tres puellæ institam, communi opere elaboratam, Dianæ dedicant. — 1. Admodum latus ille limbus, πέζα. Nam παλαιστὴ erat quattuor, σπιθαμὴ duodecim digitorum mensura. Conf. ad ep. seq. versum 8. — 3. Θάτερα, sinistram partem. » *Jac.* — 4. Schol. : κόσμος τις ὀροφικὸς παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι, καὶ εἶδος ἱππασίας παρὰ τοῖς ἱπποδαμάσταις, καὶ ποταμὸς Μιλήτου ὁ Μαίανδρος. « De mæandro vestium ornamento v. Millin. *Monum. inéd.* t. I, p. 132. Conf. ep. sequens. » *B.* — 5 κοῦραν Cod., corr. Brunck.; κούρη Plan. Debebant κουρέων. Ad Dianæ cognomen Καλλιστὼ respicit. — 6. « Schol. Wechel. ἀντὶ τοῦ ἐκ ψυχῆς ἀγαπώσης καὶ ἀσμενίσεως. Scripsi πρὸς ψυχῇ e conjectura Jacobsii. » *B.* Qua non opus, nec recepit Meinek. p. 29.

CCLXXXVII. Ex præcedente epigrammate expressum. — 1 ἐϋπάρθ. Cod. — 4 πολυπλανέος Cod. et Plan., at in illo superscriptum : γρ. παλιμπλανέος. Ibidem schol. : νῦν τὸν ποταμὸν σημαίνει. — 6 λαιὰν et λαγόνα Cod. a pr. m. habuisse videtur. — 7 δὲ νῦν et ἰσοπάλαστον Cod., sed recte utrumque Plan. Schol. Wech. : νασμῶν· ὑδάτων, τουτέστι τὰ ἐπιδέξια τοῦ ποταμοῦ. — 8 σπιθαμὴν Cod. « Recte Plan. et Brunck. ἐπὶ σπιθαμῇ. Ornamentum a Bittio acu pictum spithamam excedebat palmæ latitudine. » *Jac.*

CCLXXXVIII. Quattuor filiæ Lycomedis, textrices, artis suæ instrumenta Minervæ dedicant cum precibus. Carmen valde depravatum. — 1 λυκαμήδης Codex ; Λυκομήδους Salmas.; Λυκομήδεις Meinek. p. 113. Nisi matrem nominare poeta voluit, Λυκομήδας. — 3. Ἔργων ἐκ δεκάτας hic intelligi nequit, quum non operum suorum partem illæ, sed ipsa artis instrumenta deæ offerant. Olim Jac. conjecerat ὄργανα τᾶς τέχνας ποτιθύμια. Boisson. : « Offerunt texta quæ ipsis maxime placent, decimam operum partem, et insuper instrumenta artis. » Sed hoc græce esset ἔργων τὰ ποτιθύμια δεκάταν. Quod sequitur ἀτράκτου epitheton πρόσεργον (« exspectes πότεργον. » *Jac.*) tuetur Heckerus coll. VII ep. 726, 3 : τὸν συνέριθον ἄτρακτον, et VI, ep. 39, 3, μίτου πολυδίνεα λάτριν. Etiam Suidas agnoscit in Ἤτρια. Jacobs. conjiciebat κροκουργὸν, coll. ep. 289, 3 ; Meinek. τόν τ' ἐριουργόν. — 4 τὰ, * νατρία (sic) Codex, et in marg. repetitum νατρία, cum scholio : νητρία λέγει τοὺς στήμονας. Recte ap. Suid. τὰν ἄτρια. De qua voce videndus Ruhnk. ad Tim. p. 135. — 5. Κερκίδα ἀοιδὸν (Aristoph. Ran. 1316) sæpius jam vidimus. — 6. Schol. in Cod. : πηνία δὲ [τὰ] περὶ τοὺς ἱστοὺς ἐργαλεῖα. Suidas : πηνίον, ὁ ἄρακτος ἐν ᾧ εἱλεῖται ἡ κρόκη. Conf. ep. 285, 3. Deinde Codex κερταστὰς τούσδε ποτῖρ βόγεας, ut Suidæ quoque libri, qui ποτιρογέας. De quibus et sequenti hemistichio, quæ Meinek. et Hecker. intacta relinquunt, criticorum olim conanima habes ap. Jac. ad Analecta t. VII, p. 67 seq. Qui in nott. mss. : « Fort. καὶ ταλάρους τούσδε ποτ' ἀρραγέας », ad Palat. ποτ' εἰροχαρεῖς coll. Archia supra ep. 39, 6. — 7 καὶ σπάθας εὐδριθεῖς πολυάργυρα consensu Cod. et Suid. « Est ultima brevis in σπάθας, dorismi licentia, cujus tot sunt in Theocrito exempla, v. c. πᾶσας I, 83. Adde 131 ; II, 160 ; III, 2 ; V, 146 ; VI, 32 ; VII, 87, etc. Inter alia menda ab aliis correcta Codex habet τὼς δέ. Scripsi τάσδε. » *B.* Hoc etiam Meinekius. Cetera Boiss., cujus sunt latina, sic dedit ex Jac. et Salmasii conjecturis :

πανία, καὶ ταλάρους τούσδε ποτ' εἰροχαρεῖς,
καὶ σπάθας εὐδριθεῖς πολυέργους τάσδε, πενιχραὶ etc.

Meinek. cum Reiskio ἐμδριθεῖς, quod Jac. quoque posuit in nostro exemplo, prætereaque conjecturam ad Palat. sic prolatam : « Quum Archias, qui hoc epigr. expressit n. 39, puellas illa instrumenta provectiore ætate dedicasse fingat, suspicor illum legisse ap. Leonidam : καὶ σπάθας εὐδριθεῖς, πολιᾶς γέρας· ὡς δὲ π., quod a membr. vestigiis proxime abest. » Heckerus πολυάργυρε, τὼς δὲ π., ad deam referens, oppositum voci πενιχραί, « nisi præstet πολυώνυμε. » Codex πενιχραῖ. — 8. Hujus versus ultimæ voci adscri-

ptum in Codice : ζήτει στίχους β' κάτω, ubi exaratum distichon extremum. — 9 ζῶν χέρας αἴσοι ἀθάνα ἐνὶ πλήσαιο μὲν ἴσως Codex. Heckeri conjecturam secuti sumus, ut qui paucissima in his mutet. Τὼς v. 7 refert ad ἴσως, ζῶν mutat in νῶν, αἴσοι in αἶσα, hac sententia : Quemadmodum nos ex tenui re familiari tenuia tibi dona dedicamus, ita tu largis opibus ornata largiora nobis gratificeris. Similem fere sententiam Meinekius indicavit, addens : « Fortasse tamen totus versus ita scribendus :

ὦν, χερνᾶτις Ἀθάνα, ἐνιπλήσαιο μὲν ἰστώς.

Minerva χερνῆτις eadem quæ ἐργάνη. » Jacobsius ediderat :

τῶν χέρας αἰεὶ (αἰὲν), Ἀθάνα, ἐνιπλήσαις μὲν ὀπίσσω,

quæ in latinis reddidit Boiss. — 10. « Suidas hoc versu utitur sub σιπύη, ἡ ἀρτοθήκη, οἱονεὶ σιτοβύη. Vid. ad ep. 302, 2. » *B.*

CCLXXXIX. Tres Philolaidæ filiæ Minervæ artis instrumenta dedicant, a labore textorio cessantes. — 1 φιλολαίδεω Codex. De quibus nominibus explicat Meinek. p. 114. Male legebatur Φιλομήδεω. — 2 νεικοῦς Cod. — 4 ὀρφνείταν Cod. « *Tenebrosum*, h. e. vespertinum, nocturnum, dicit τάλαρον, quo tunc uti solent lanificæ, interdiu aliis rebus occupatæ. » *Both.* Sic Salmasius. Haud probabiliter Jac. *orbum*, i. e. vacuum calathum intelligere malit, « quod Leonidæ ingenium sapit. » — 7 ἀθαναίῳ (recenti m. in — φ mutatum) πανάτιδι Cod. « Quod Minervæ opificis cognomen esse recte intellexit Grotius. Ælianus N. A. VI, 57 : οὐ μόνον δὲ ἄρα ἦσαν ὑφαντικαὶ αἱ φάλαγγες καὶ εὔχειρες κατὰ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν ἐργάνην τε καὶ πηνῖτιν θεάν. Hinc Leonidæ reddidi πανίτιδι. Conf. ad Euphorion. fr. 161. » *Meinek.*

CCXC. Parmenis Veneri Uraniæ (Arsinoæ Zephyriti) flabellum dedicat. — 2 ἡδίστη θῆθε (sic) παρ' οὐρανίῃ Codex, corr. Brunck. Heckerus, vera falsa miscens, corrigendum esse putat παρ' Ἀρσινόῃ. « Arsinoe enim Zephyritis dicta et Zephyrorum domina. » De qua re jam egregie disputaverat Jacobs. ad Analecta t. VII, p. 376 seq. Flabellum in Arsinoes templo dedicatum esse videtur, Venus autem illa Zephyritis a Parmenide adulatorie dicta Οὐρανία. — 3 τ' ὸ (quasi τεὸ) δ' (sic, non τοῦδ') ἡελίου Cod. — 4 * ἡταιρ μαλακοῖς ἐκπρέπεται (sic) Cod. « Jacobsii est ἡ δαίμων, meum ἐκτρεπέτω. » *B.* Cui non parui. Posterius Jacobs. ἦδ' αἰεὶ μ. edidit, ῥιπίδα intelligens. Sed de dea loqui poetam, Meinek., Hecker. et Hermannus consentiunt. Herm. ἦδ' ἄρα οἱ, vel ἡ δ' ἠελίου βαρὺ θάλπος θάταιρη (sic Meinek.) μαλ. Quibus non opus.

CCXCI. Iterum legitur in Codice capite IX post epigr. 164, ubi est ἀδέσποτον, ut in Plan., et hoc habet lemma : εἰς γραῦν μέθυσον εὐξαμένην ἐν ἀῤῥωστίᾳ ἐπὶ ἑκατὸν ἡλίοις μὴ γεύσασθαι (sic) οἴνου, ἀλλ' ὑδροποτήσειν· ἐγερθεῖσα δὲ ἐπὶ κοσκίνου εἶδεν ἡλίου ἀκτῖνας τῶν ῥ' πλείονας, καὶ πάλιν ἤρξατο πίνειν. Apparet ἐπιδεικτικὸν esse epigramma, non ἀναθηματικόν. — 1 Ἡ γραῦς (pro Βακχ.) Cod. altero loco. Deinde hic ἐκ ποτε νούσωι, unde Brunck. ἐκ ποτε νούσω, quod præferendum videtur. Alterum etiam Suidas. « Κυλίκων σποδὸν, mulierem siccantem calices, Antipater duxit e Leonida Tar. VII, ep. 455 : ἡ πίθων σποδός. — 2 κεκλιμένη Διὶ τ. ἕλεξιν ἑπος Cod. altero loco, idemque Plan. cum Ζηνί, metrum sanasse opinatus. — 3 διάκαυμα Plan. Brunck. διὰ καῦμα φύγω, « probante Peerlkampio Nov. Bibl. crit. IV, p. 59. In hoc tamen poeta, qui certe non est *Sidonius* Antipater, κῦμα πυρὸς ferri posse existimabam. Sic πενίης κῦμα IX, ep. 367, 12. Ac de omni malorum genere κῦμα usurpatur; v. Blomf. Gloss. in Æsch. Sept. v. 64. » *Jac.* — 4 ὄροσερὰν Cod. hic; ὀροσερᾶν Suid.; ὀροσερᾶς...λιβάδος Cod. altero loco et Plan. — 5 ἀνίην hic, ἀνάγκην Cod. altero loco et Plan., quod præstare puto. — 6. « Hinc Suidas : μῆχος, μηχάνημα, ἐπινόημα. Id nomen illustrat Blomf. Gloss. Agam. 2. » *B.* — 7 λεπτοῦ γὰρ Cod. altero loco; λεπτὸν γ. Brunck. Τρητὸν etiam Suidas, qui θεμένη, ut altero loco Cod. et Plan. In fine Cod. hic ποικνῶν. — 8. « Διὰ σχοίνων, per cratis e junco contextas intervalla vel foramina. » *Jac.*

CCXCII. Niconoe in certamine de formæ pulchritudine ἆθλα omnia abstulerat : quare Priapo judici dona dedicat. Olim ob vocem depravatam συνεπέκπιεν v. 3 interpretes de « meretrice bibacula » cogitabant. De quo errore dixit Heckerus I, p. 256. — 1 ὑπέρδυμα Plan. « Hinc Suidas : μίτρα, διάδημα, ἡ ζώνη. Idem in Ἀλουργά, θαλασσοπόρφυρα, hunc versum profert. » *B.* Ἀάκωνες πέπλοι accipiunt de vestibus Laconica purpura tinctis; conf. intt. ad Horat. Carm. II, od. 18, 7. — 2 ληρὸς Photio γυναικεῖος; κόσμος χρυσοῦς. « Festus : *Leria, ornamenta tunicarum aurea.* Καλάμους Salmasius interpretatur de virgis quæ in circuitum vestis eunt, ad oram infimam currentes, quas veteres etiam ῥάβδους appellaverunt et ἀκάνθους et σκυτάλας. » *Jac.* Qui χρύσεοι prima correpta tuetur p. 197 seq. — 3 συνέκπιε Cod.; συνεπέκπιε Plan. et Suidas v. Μίτρα. Quod falsum esse ostendit versus 5. Heckerus συνεπέσπασατ', *ad se traxit* : « quia præmia non tulerat, sed ἀκονιτὶ ceteris præripuerat. Aliis locis in malam partem verbo utuntur, ut Posidippus V, ep. 209, 3. Add. VII, ep. 170, 2; IX, ep. 84, 3; 86, 6. » Sed nominativi in primo disticho positi postulare videntur neutrum vel passivum verbum cum Νικονόη, sive Νικονόης (esse) συνεπεκρίθη. — 5 πριάπῳ Cod., alterum Plan. et Suidas.

CCXCIII. « Cynici philosophi supellex Veneri dedicatur a Rhodone formoso puero, cujus amore captus ille cynicam vitam reliquerat. » *Jac.* Esse hoc, ut alia quædam, σκωπτικὸν in ἀναθηματικοῦ formam scriptum observavit Hecker. I, p. 5 seqq. — 1 βλαυτία Suid. « Qui hoc loco utitur in Βλαύτη, εἶδος ὑποδήματος. Conf. ep. 298. Differre βλαύτια ac σανδάλια patet ex Philostrati Epist. 22, ubi v. notata. » *B.* — 2 σκῦλα (σκυῖλα Cod.) ποσωχάρεος Cod. et Plan. hic et ep. 298, 6; egregie correxit Meinek. p. 115. — 5. « Scripsi οὔνεκα pro ἡνίκα, quod ab hoc loco alienum videtur. » *Heck.* Minime opus ea mutatione. — — 6 στρεπτοῖς Cod., corr. Brunck. Boiss. vertit *sancto*, σεπτοῖς videre opinatus.

CCXCIV. Callon ludimagister, senio confectus, professionis suæ insignia Mercurio dedicat. — 1 σκήπωνα πρόποδας * γονιμάν τα τε Cod., corr. Salmas. Ib. Cod. παρακείταν. « Scripsi παρακοίταν. Ferula cum ludimagistro quasi dormit; eam nunquam a se removet, ne noctu quidem. Est aliorum [Salmasii et Brunckii] doctior conjectura πυρικοίταν, respectu ad furtum Promethei, quam illustrare poterit Blomf. ad Prom. 109. « *B.* Παρακοίταν Piccolos quoque et Bothius conjecerunt. Suidas v. Νάρθηξ habet πανακείταν. Unde Jacobs. in nott. mss.: « πανακίτην correxit Martinius Lex. philol. v. *narthex*. Posui πανάκειαν, quod eandem vim habet. Conf. Martian. Capell. III, § 223 seq., p. 257 ed. Kopp. » Lobeckius Pathol. prol. p. 396 corrigit « χαρακείτην, i. e. χαρακίτην, *fissa arundo* Propert. IV, 7, 25. » De *loro*, ἱμάντι, quo castigantur pueri in scholis, Jac. citat Wolf. ad Libanii Epist. 829, not. 6, et illa ex versibus Horatianæ satiræ X præmissis :

Qui multum pueros *loris* et *funibus* udis exhortatus.

— 3 κίρκον τ' εὐόλπαν Cod. et Suid., « quod non expedio. » *Both.* Neque alii. Reiskius cogitabat de « annulo vel amplo foramine, per quod funis traheretur quo ludimagister contumaces pueros alligaret. » Jacobs. conjiciebat εὔολκον (*attractorium*) vel εὔογκον. « Scripsi κίρκον τ' εὐελικόν [sic], ne lector nimium hæreret. Sed aliud quærendum. Quis fuerit annuli usus ignoratur. Ejus cognitio ad bonam epitheti emendationem ducere poterit. [De φιλοκαμπέα vide Meinek. ad epigr. 304, 7.] — 4. Suidas in Συγχίδα versum recitat et addit : ὡς ἔοικε, κτένα λέγει. Non potuit sic explicare nomen συγχίδα, vel συκχίδα potius, quod calcei genus quoddam esse videtur. [Vide Thes. v. Συκχάς.] An στεγάνη ipsi fuit κτείς? Significatio nominis est dubia, ac dubium nomen ipsum. Apogr. Par. τεγανάν. » *B.* Cod. στεγανάν. Reiskius στεγάναν, i. q. στέφην, κάλυμμα, ut dicitur στεφάνη, quod recepit Jac. — 5 * κάλλων Cod.; ἀγωγῆς Suid. — 6 παιδειοῦ Cod.; alterum Suidas, qui : παίδειος, μετουσια στικόν· ὁ τῆς παιδείας.

CCXCV. Ascondas scriba librarius, quum inter vectigalium coactores receptus esset, prioris conditionis instrumenta Musis appendit. — 1 σμῖλαν Ἀκεστώνδας Codex et edd.; correxit Heckerus, quum σμίλαν ultimam producat. — 2 ψαίστορ' ἀπὸ κνιδίων Codex et Suid, per anastrophen pro ἀποψαίστορα. Brunckius ψαίστορα τῶν Κνιδίων, quod Boiss. et Hecker. receperunt. Jac. conjecerat ψαίστορ' ἁλὸς Κνιδίων, coll. ep. 66, 7 : σπόγγον ἁλὸς βλάστημα. Calami *probatiores Cnidii et qui in Asia circa Anaiticum lacum nascuntur,* Plin. H. N. XVI, 64, et *Cnidia arundo* ap. Ausonium. — 3. « Hinc Suidas : σελίς, τὸ μέσον τῶν δύο καταβατῶν ἄγραφον τυγχάνον. Est σελὶς margo paginarum interior. Vocantur paginæ καταβατὰ, quod deorsum versus leguntur. » *B.* Deinde Cod. ἔργμα τελείας, « quod ita dirimendum, ἔργμα τε λείας σημοθέτου, ut significetur lapis oblongus, quo etiamnunc scribæ uti solent partim ad deprimendam chartam quam describunt, partim ad designandum versum, ne vel sursum aberrent vel deorsum. » *Lobeck.* Paralip. p. 313. Hesych.: ἔργμασι· κωλύμασι, περιφράγμασι. — 4 σαμοθέτωι et εὐμέλανο βροχίδα Cod., corr. Salmas. Heckerus una voce τὰν εὐμελανοβροχίδα. Βροχίς, alibi a βροχός, hic cum Schneidero a βρέχω ducendum et *atramentarium* significare videtur. — 5. « Videtur κάρκινα vicinum esse nomen forma et significatione latini *circinus.* » *B.*, cujus sunt latina. Salmasius τὸν διαβήτην, *le compas,* significari existimat; Reiskius, ob Hesychii glossam : Καρκίνας· δεσμός τις, verba κάρκινα σπειροῦχα interpretabatur « de voluminibus membranæ, quæ, tæniis decussatim sese secantibus, colligata essent. » — 6. « Πλινθίδα Schwarzius interpretatur de conspicillo e vitro viridi, quali scribæ nostris quoque *temporibus* ad tuendos oculos utuntur, fortasse a forma quadrata πλινθίδα dici existimans; Guyetus autem *laterculum* sive *cotem Veneti coloris* intelligit, illam ut videtur cotem qua scalpellum obtusum acuebant scribæ. » *Jac.* — 7 φιλολίχνω esse scribendum aut φιλόλιχνος observat Hecker. — 8 ἅρμεν' Cod.

CCXCVI. Sosippus venator, senex factus, Mercurio artis instrumenta dedicat. — 1. « Hinc Suidas : ἀστεμφέα· ἀμετακίνητον. Ex v. 3 : τετρανθέντα· τρυπηθέντα. Ex v. 6 : ἀδρανία· ἀδυναμία, ἀσθένεια. » *B.* In fine Codex ἀντυκτῆρας, Suidas ἀντεκτῆρας, cujus cod. Leid. et alius ἀντικτῆρας, quod optime correxit Lobeck. Pathol. prol. p. 296 : « ἀνδικτῆρες sunt *tendiculæ;* ἀνδίκτης, εἶδος παγίδος, Etym. M. » « Bernhardyus ad Suid. ἀμπυκτῆρας. Salmas. et Brunck. αἰθυκτῆρας [de sagittis; quod recepit Boiss.], ἀνθεκτῆρας Reiskius, quod aptissimum est epitheton arundinum captas aviculas firmiter amplectentium. » *Meinek.* p. 115. Heckerus I, p. 145 ἀγρευτῆρας. Jacobs. in nott. mss. : « Fort. ἅρμενα θήρας. » — 3 ἰοδόκον Suid. Hecker. κλοδόκην. Ad sequentia Jac. : « Etiam hodie aucupes coturnices tibia, qua earum vocem imitantur, in rete allicere solent. » Bothius posuit τετρανθέντι. — 4. « Derivo πλωτῶν a πλώς, πλῶτες, *mugiles.* Vide Athen. VII, p. 307, *B.* » *Boiss.* Recte vidit Lobeckius, post ὄρτυγι, πλωτὰς dici *aves aquaticas*, « quas Apollonius πλωάδας vocat. » Ut non sit necessaria Heckeri correctio πτηνῶν. — 5. « Pro τὸ πλεῦν [cum Brunckio] recepi Toupii conjecturam τὸν πλοῦν. Nam qui emensus sit majorem partem, τὸ πλεῦν, juventutis, non senectute vincitur. » *B.* Imo extenuando dictum, ut nostros senes audimus : *je ne suis plus de la première jeunesse.* Et quis dixit unquam πλοῦν παρανήχομαι?

CCXCVII. Alcimus postquam, terræ colendæ labore fere confectus, thesaurum invenerat, rustica instrumenta dedicat Minervæ. — 1 ἀγρείφναν a pr. m., sed litera ν post φ erasa ἀγρείφαν Codex. Ac veteres grammatici unam agnoscunt formam ἀγρίφη. « Hinc Suidas : ἀγρεῖφνα, γεωργικὸν ἐργαλεῖον πολύγομφον, δι' οὗ συνάγουσι τὸν χόρτον. Ob epitheton κενοδόντιδα [sic] putaverim esse potius furcillam quam rastrum, *fourche* vel *fourchette* potius quam *râteau.* Nemo ignorat magnum esse furcæ usum in herbis pratensibus colligendis, ventilandis, in metas struendis. Epitheton κενοδόντιδα male omnino Reiskius intellexit de dentibus distantibus. » *B.* Est quæ dentes aliquot perdidit, ut in sequenti versu manubrium ligo. Quibus addimus hæc Lobeckii Pathol. prol. p. 295 : « Recte Suidas, perspicue significans illud quod nostrates *Rechen* vocant et *Harke* ac similiter mediæ ætatis scriptores *herciam.* Hujus autem diversa sunt genera : unum latissimum, quo fœnisecæ et messores utuntur; alterum quo hortulani glebas lapillosque per areas sparsos converrunt. De illo loquitur Ovidius Remed. Am. 191 : *rusticus* post messem *desectas colligat herbas Et tonsam raro pectine verrit humum;* alterius nomen est κράφα, ᾧ οἱ κηπουροὶ τὰς βώλους ἀπάγουσι, Hesych., cui ἀγρίφη, et Γριφᾶσθαι, συνέλκειν, cognata videntur. Alterutram speciem Phanias infra appellare videtur κτένας ἑλκητῆρας. » In fine Codex * φιλοδαποῦ, sed Suidas bis φιλοδούπου. — 2 ἅμα Cod. et Suidas, cui ἁμὴ est ὀρυκτικὸν ἐργαλεῖον, et φάρσος· κλάσμα, τρύφος. Conf. ep. 299, 1 et 2. Corr. Toupius. Ibid. Codex * στελεου, sine acc. — 3 ἀρθροπέδαν Cod. et Suid.; ἀρθοπέδαν apogr. Par.; στήμον τε Cod.; στεῖμόν τε Suidæ tres codd. optimi, στεῖαν duo alii; e Leidensi et στεῖραν et στεῖβον enotatum. Brunckius στερεάν τε. Salmas. tentabat στεῖραν, στερῥάν, σκληράν. « Varie tentatus locus, nec bene. Ipse quod scripsi, ὀρθοπόδαν στῦμόν τε, nec multum tuebor nec possum illustrare. » *B.* Vertit *pedibusque rectis nixum truncum.* Lobeckius l. c. p. 296 : « Quid Phanias scripserit, vereor ut demonstrari possit; ad conjecturam nihil propius est quam ἀρπεδόναν στρεπτάν, quod in ep. 160 est filum lanæ quod e colu ducitur, hoc autem loco linea qua hortulani areas demetiuntur, id quod ex agrimensorum nomine ἀρπεδονάπται colligi potest; Germani *Messschnur* appellant, qua olim utebantur pro decempeda, *Messkette.* » Heckerus denique I, p. 11, cogitat de *cultoribus catenatis et compede vinctis,* quos ex Floro III, 19, § 3 et Ovidio excitat De Ponto I, el. 6, 31, ab Alcimo quidem longe alienissimos. « Illud ipsum (inquit) quod in Codice legitur Phanias scripsit, quod ab interpretibus non intellectum explica e Photii glossa in Lexico : στῆμον, ὀξὺ ἢ τραχύ, quod aptissimum compedum epi-

theton. » Post hunc versum in Cod. insertus est versus 2 ex Leonidæ epigr. 298, et in marg. scriptum : ἐσφαλμένον. — 4. « Μοναρύχης δρυξ, instrumentum fossorium unius dentis, gallice *pic.* » *Brunck.* Codex μουνορυχάν. — 5 ἑλκυστῆρας Reiskius. Occæ intelligi videntur Schneidero et Jacobsio, *furcillæ* Lobeckio ad v. 1. — 8. Hinc Suidas : κυφαλέα· κεκυρτωμένη.

CCXCVIII. Epigramma σκωπτικὸν ejusdem argumenti quo est ep. 293, nisi quod *Fames* locum tenet pueri amati. — 1 κάδδε * ψητὸν Cod.; κἀδέψητον Suid. in Στέρφος. « Suidas huc forsan respiciens : ἀδέψητον, τὸ ὠμόν. Ex v. 2 : στέρφος· δέρμα, σκέπασμα. Ex v. 3 : κυνοῦχος, ὁ τὸν κύνα κρατῶν δεσμός. Ex v. 4 : σκέπανον· σκέπη. » *B.* — 2 γ' ὀδσιπορικὸν certatim Kusterus, Hermannus, Ungerus, Geistius, Boiss., Both.; τὸ λοιπόρινον Codex. Dubitat Heckerus I, p. 7, et καλαυροπικόν vel καλαυρόπινον scribit, « ut per contemptum Socharis baculum fingatur fuisse rude lignum quale bubulci gestant, sicuti ceteris quoque nominibus adjectiva addita sunt Cynici illius instrumenta sordidissima fuisse indicantia. » — 3 ἀστέγγιστον Codex, sed Suid. recte. « Ampullam nunquam sordibus purgatam. Ulitius ad Gratium p. 259, ἀχάλκωτον κυνοῦχον interpretatur *collare sine clavis.* Ex hoc autem loco colligi potest, fuisse Cynicos qui, quo magis canibus essent similes, collari instructi incederent. » *Jac.* Quem Suidas fefellit. Recte Heckerus : « est *marsupium numis vacuum*, quale hominis fame enecti fuisse consentaneum est. » — 4. « Πῖλον, fortasse quod certam vitæ sedem non habens Cynicus noster per terram errabat. Pileis enim viatores instructi esse solebant. » *Jac.* — 6 σκῦλα ποσωχάρεος Cod., corr. Meinekius; v. ad ep. 293, 2.

CCXCIX. « Mercurio et Veneri, in eadem forte ara positis, egenus quidam homo bellaria quædam cibique reliquias pro munere offert. » *Jac.* — 1. « Pro γεραροῦ Brunck. scripsit γεραοῦ, quod reprehendit doctus editor Thes. Steph. Didot. sub Γεραιός. — 2. Φθόϊος, τουτέστι πλακοῦντος, interprete Suida sub Ἰπνὸς, ὁ φοῦρνος ἢ κάμινος. Idem ex v. 4 : δρύππα, τουτέστιν ἐλαία. » *B.* Codex ἰπνεύτα π. φθόϊος. Suidas ἰπνεσταπιαλέου (-λέον cod. Leid.) φθόϊς. « Est φθόϊς placentæ genus ex melle et caseo. Toupius ἰπνίτα, coll. ἄρτῳ ἰπνίτῃ ap. Athen. III, p. 109, C; 115, E. Fortasse tamen ἰπνεύτα ab ἰπνεύω derivatum servari poterat. » *Jac.* Servavi cum Bothio. — 3 ἄτ' ἐφιουλκῖς Cod., ἐφιουλκὶς Suid. « Apogr. Par. ἐφιουλῆις. Scripsi ἃ τε φιλουλίς. Ait Dioscorides I, 139, de olivis colymbadibus, earum succum οὖλα στέλλειν καὶ ὀδόντας σειομένους κρατύνειν. Et in Dripis olivis esse vim eandem probabilissimum. » *B.* — 4 τυροῦ Cod. et Suid. « Scripsi τυρῶν, ob frequentem permutationem terminationum ου, ον, ων. Toupius τυροῦ δρύψελα κυκλιάδος. Κυκλιὰς τυρὸς sine offensione (?) dicitur. Δρύψια Suidas interpretatur τυροῦ ξύσματα περιφεροῦς, ut δρύφη, quod ex eodem fonte manavit, ξέσματα. » *Jac.* — 5 sic Cod. et Suid., nisi quod hujus libri τεροει superposito π vel τερόειπ θωμοῦ. De ἀκτῇ Κρητικῇ Toupius citat epistolam pseudo-Aristippi ap. Allat. p. 25, ubi ἀλφίτων Κρητικῶν mentio. Cetera nondum expedita. Boiss. cum Brunckio recepit Toupii ἐϋτριβέος τ' ἐρεβίνθου. Fortasse non infeliciter Bothius in ῥόειπα cernere videbatur ῥύημα, *placenta mellita.* Heckerus conj. ῥοῖτα, vini ἐκ ῥοιῶν, « nam θωμὸς, ut σωρὸς, etiam ad res liquidas transferri posse videtur »; sed quid tum εὐτριβέος? — 6 θῶμος (sic) Cod.; θωμοῦ Suid. — 7 ὕμμι Cod. — 8 αἰγιπόδαν Reisk., sed conf. Soph. Aj. 237.

CCC. Leonidas Veneri, quæ ipsum ex morbo servaverat, bellaria quædam dedicat, majora promittens, si ex paupertate quoque sit ereptura. Imitati sunt hoc epigramma Gætulicus et Cornelius Longus, supra ep. 190 et 191. Qui *Veneri* votum in his fieri testificantur; sed ea cur λαθρίη, *clandestina, furtiva* interprete Brunckio, in tali re appellata est? « Dedicatio fit Veneri Furtivæ, si epithetum Λαθρίη sincerum est. » *B.* Etiam Salmasius ad hoc cognomen offendit, et Meinekius p. 115 : « Permirum illud nec aliunde cognitum Veneris cognomen est. Nescio igitur an verum viderint qui Λαφρίη scribendum conjecerunt (Reiskius et Toupius). Eo nomine Diana colebatur, et Apollo. » Etiam Bothius Λαφρίη, « Dianæ et Minervæ cognomen. » — 1 ἐκ πλανίου Jacobsius in notis mss., coll. VII, ep. 715, 3, vel ἐκ [τε] πλάνου. Eadem proponebat Meinek., qui ostendit quare nec Codicis ἐκ πλάνου, nec Brunckii ἐκ πενίης, nec Toupii ἐκ σπανίης huic loco conveniant. — 2 ὀλίγης σιπύου Cod. Conf. ep. 288, 10. — 3 ἔλαιον Suid. « Ψαιστά, vide not. ad ep. 190. Hinc Suidas : πτήεντα· λιπαρά. Ex v. 6 : ὑποπυθμίδιον, τὴν εἰς τὸν πυθμένα καταλειφθεῖσαν. » *B.* — 4 ἀπὸ κρίδιον Cod., corr. Salmas. Quod Gætulicus dixit σῦκον ἀπ' ἀκρεμόνων. — 5 πεντάῤῥωγον Cod., alterum Suidas. « Vide Lobeck. Paralip. p. 282 seq. » *Jac.* — 6. Pro interprete est Gætulicus : τὴν σταγόνα σπονδῖτιν... τὴν κύλικος βαιῷ πυθμένι κευθομένην. — 7 ἢ δ' ἐμέ γ' ὡς, sic Codex. Errat Meinek. de Paulssenii testimonio. Scribit ἦν δέ μ' ἐϑ' ὡς, *quodsi me insuper, ut a morbo, ita etiam* etc. Heckerus ἦν δέ με, τὼς ἐκ. In fine ἐχθρῶν Cod., corr. Toup. et Jac.

CCCI. « Eudemus, magno ære alieno obrutus, eo se liberavit, parce admodum, pane et sale, victu pauperum, vivens : cujus rei ut exstaret memoria, salinum suum diis Samothracibus (servatoribus naufragorum) dicavit. Ingeniosissimum epigramma est, cujus acumen positum in ambigua vi vocum ἁλίην, ἅλα, ἁλός, similitudine verborum ἐπέσθων et ἐπελθών, et nominum δανέων et ἀνέμων. » *Bentleius* Præf. ad dissert. Phalar. p. 117 ed. Lips. — 1. « Hinc Suidas : ἐπέσθων· ἐπεσθίων, εὐωχούμενος. » *B.* In Callimachi editione Blomfieldiana legitur ἀφ' ἧς, quod repetitum in Meinekiana p. 106, haud dubie per σφάλμα. Interpretationi supra positæ unice aptum ἐφ' ἧς (etiam ap. Suid.), quamquam Boissonadium quoque video sua manu ἀφ' scripsisse. — 2 δανέων om. Suid. — 4 ὧδε θέτο Codex. Ἐξ ἁλὸς, non *a mari*, sed *a salis esu*, scil. victu tenuissimo pauperrimorum, ad quem redactus fuerat.

CCCII. « Esse Leonidæ *Tarentini*, Brunckius quoque annotavit. Mures poeta e paupere suo tugurio in opulentiorum domos ablegat. » *Jac.* — 1 ὑπ' ἐκ et μῦε; Cod. — 2 μυσιπύη Cod., recentiore m. mutatum in μοι σιπύη. Alterum Plan. et Suid. « De σιπύη v. ad ep. 288 et ad Theoph. Simoc. Epist. p. 259. » *B.* — 3 ἔχων Suid.; ἔχειν Cod. et Plan. Deinde κρῖμνα Plan., κρίμνα Suid., in Codice ductus ambigui. Schol. Wech. exponit τοὺς ἐκ κριθῶν ἄρτους. — 5 τῶ Cod. Plan. perperam φιλόλυχνε. — 6 ἀπὸ δειπνιου, superposito δί, Cod. Deinde Aldus ex codice et edd. pleræque Plan. γευσόμενος, quod probo cum Bothio; Jac., Boiss. et Meinek. servant præsens. « Hinc Suidas : κυρίως σκύβαλον τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον. Ex v. 8 : ἁρμαλιά, ἡ τροφή. » *B.* — 8 ἁρμαλιὴν Cod., non-ίην.

CCCIII. Superiori simile argumentum. — 1 ἀρτῶν (sic) Cod. — 3 τυροῦ Cod., alterum Plan. et Suid. in Ἀποδρέψεσθε, ἀποτρηγήσετε. — 4. « Schol. Wech. : ἤρκεε τὸ ἰσχάδα μόνον· τὸ γὰρ αὖην παρέλκει. Ex hoc versu Suid. : συχνόν· πολὺ, πυκνόν. » *B.* Ad δεῖπνον supple ἔξεις, quod ex præcedente ἀποδρέψεσθε assumendum. Exprimit versum 6 epigram-

matis Leonidæ. Similia Horatiana de mure urbano, Sat. II, 6, 107 seqq. *Jac.* — 5 βύβλοισι Cod. — 6 κλαύσατε Plan.

CCCIV. Phanias piscatorem hortatur ut, si quid delicatioris cibi ceperit, de rupe descendens hoc sibi vendat. — 1 * ἀκτιτα καλ. Codex. « Recte Passovius ἀκτῖτ' ὦ καλ. Quamquam enim vocativi isti apud Anthologiæ poetas ultimam sæpe producunt, non veri tamen simile est diversam mensuram in duobus deinceps vocabulis Phaniam secutum esse. » *Meinek.* p. 184. Heckerus ἀκτῖτ' ἃ καλ., idemque ἐπὶ ξένον, *ad se*, « quum illa rupes ipsa sit in litore, » nodum in scirpo quærens. Cod. πέτρας superposito η. — 2 λάβευ ἀρχὰν Cod., corr. Meinekius. Legebatur λάβ' εὔαρχον cum Toupio. Etymol. M. in hac voce : οἱ μετάβολοι εὑρημιζόμενοι τοὺς πρώτους ὠνητὰς εὐάρχους καλοῦσιν. Distinctionem distichorum emendavit Piccolos. — 5 αὐτόθεν Heckerus, vere; αὐτὸν αὐδάσεις Codex; αὐτόν τ' αὐγάσεις Plan. « Fort. ἄρτιον αὐδ., *prudentem*, minime insipientem; quod probat Lennep. in Anthol. Grot. p. 230. » *Jac.* Non probat Meinek., neque Piccolos, qui ἀντίον αὐδ. « Correxi ἀστικὸν, hominem elegantem et urbanum ac ciborum arbitrum intelligentem. — 6. Quid verterit Grotius, non novi; utique edita neglexit graeca, quorum est sensus : *ut aridum frustum, panis nempe, fallam atque corrigam.* » *B.* Sive Jacobsii verbis : « ad tædium aridi cibi fallendum et superandum. » — 7 φιλοκανθίδας Cod., correxit Meinekius, « i. e. ἀκανθώδεις. Sic φιλανθὴς, *floridus*, V, ep. 72, 3; φιλοκαμπὴς, *incurvus*, Phanius supra ep. 294, 3. » Edebatur φίλ', ἀκανθίδας ex Plan., qui θρίσσον. — 8. Εὐάγρει valere jubentis et abeuntis est.

CCCV. In marg. Cod. ἐσταλμένον. « Helluonis preces ad deos gulositatis. — 1. Λαφυγμὸς *inter ludicra hæc numina* memoratur ap. Aristoph. Nub. 52. De aliis ejusdem farinæ diis allegoricis, Como præsertim, et Ebrietate, v. Welcker. ad Philostr. Imag. p. 211 seq. Δειπνεύς, Ἀκρατοποτής, Μάττων et Κέρδων memorantur ap. Athen. II, p. 39, C, D. » *Jac.* Φιλευχείλῳ Codex; φιλευλείχῳ Salmasius et Brunck. « At hoc φιλευλοίχῳ scribendum fuisse recte monuit Lobeck. ad Phryn. p. 573. Sed ne sic quidem adverbium εὖ cum λείχειν, *ligurire*, mihi bene coire videtur. Quare scripsi φιλευχύλῳ s. φιλευχύμῳ. Quod aptissimum, quum sæpe cibi laudentur εὔχυλοι et εὔχυμοι. » *Hecker.* I, p. 9. Quod recepimus. — 2 Δωριέος Codex et Meinek., pro edito Δωριέως. Δεισόζου vir doctissimus p. 116 pro adjectivo habet, « *stercus olentis*, a δεῖσα, *stercus*, » non assentientibus neque Hermanno, qui conj. θήκατ' ὀνειδιστοῦ, neque Heckero, qui epitheton ad κεφαλά requirit. — 3 λαρεισαίως * κυαστορας Codex; κυογάστορας Salmasius; Toupius κυτογάστορας, quod editur. « At quum κύτος γαστρὸς *ventrem cavum* indicet, apertum est epitheton κυτογάστορας, nisi plane ineptum, certe valde otiosum esse, quum nemo ignoret ventrem aheni cavum esse. Ideo malui βουγάστορας, ut Anyte dixit ep. 153, 1, βουχανδὴς ὁ λέβης. » *Hecker.* De altero epitheto Jac. : « In una tot urbium *Larissæ* nomine ollarum fictilium fabrica fuisse videtur paullo clarior; fortasse Larissæ Phthiotidis, prope quam sita erat Oloossa, ab Homero πόλις λευκὴ appellata, ἀπὸ τοῦ λευκάργιλος εἶναι, inquit Strabo IX, p. 440. » *Jac.* — 4 χυτρὼς Cod. — 5 ἐύγναπτον Suid. — 6 κνήστην Cod. « Hinc Suidas : κνῆστις, μάχαιρα. Et τοιγύνη, τὸ κινητήριον τῆς χύτρας. — 8 Scripsi μὴ πόκα, secutus morem Codicis. Vide not. ad ep. 106. » *B.* Mire hallucinatur Bothius : « Scribo κακοῦ καλὰ δωρητῆρος. Hoc acumen habet et gratiam. Absurde legitur κακά, siquidem κακὰ dici non possunt dona illa, in quibus εὐχάλκωτος et εὔγναμπτος χρεάγρα. »

CCCVI. Coquus, servitutis jugo excusso, Mercurio artis suæ instrumenta dedicat. — 2 ἐντοδόνον meliores codd. Suidæ v. Τανάχαλκος; conf. ep. præced. v. 6; ἐντοδότον Cod. a correctore; a pr. m. fortasse ἐντοδόκον, ut Plan. « Κλεῖδα *veru* interpretatur G. Dindorf. in Thes. sub Βαθυχαμπής. Quod epitheton cui possit veru convenire non statim intelligo, nec quid sit veru assandis porcis peculiare. In editione Grotii erat *cana*, quod mutavi in *cava* metro postulante. » *B.* Etiam Jacobsio ignota hæc κλείς. — 3 ῥιπίδα τὰν ἄχαλκον Codex; ῥιπῖδα, τὸν εὔχαλκον Planud.: « quod commentum in textum recipere editores maluere quod Codicis lectionem a Suida firmatam, qui τανάχαλκον, lenissima ratione metro adaptare. Corrigendum ταναίχαλκόν τε λέβητα. » *Hecker.* — 5 μαγεῖα Cod.; μαγείαν Plan.; recte Suidas μαγῆα, τὸν ἀπομάσσοντα. — 7 θυιαν Cod., superposito ει. Etiam Suidæ cod. Leid. θυίαν. — 9 οὐψοπόνος Cod. et unus Planudeorum; ὀψοπ. Plan.; Suidas : ὠψοπόνος, ὁ περὶ τὰ ὄψα ἀσχολούμενος, ὁ μάγειρος. « Imo ὠψοπ., doricum pro οὐποψ. » *Brunck.* Jacobs. edidit Σπίνθηρ, ut in nomine proprio eoque a Latinis petito. Cod. σπινθήρ.

CCCVII. « Carmen scriptum in Eugathem tonsorem, qui similis Alfeno illi ap. Horatium Sat. I, 3, 130, quem item tonsorem fuisse Bentleius docuit, arte relicta, in Epicuri hortos transierat; postea vero, fame prope consumptus neque sapientior factus, relictam tonstrinam repetivit. Legendi qui totum tonstrinæ veteris apparatum illustrarunt Boettiger. in *Sabina* p. 330 seqq., Bastius in Epistola ad Boissonadium p. 178-183 ed. latinæ, et Schneider. ad Vitruv. IX, 8, 2, p. 230. » *Jac.* — 1 * ευγαθὴς (sic) Cod., nota repetita in margine, ubi nihil adscriptum. Λαπιθανὸς, civis urbis Thessalicæ Λαπίθης, Thessalus. « Ἡ σινδών, linteum, quod vulgo τὸ ὠμόλινον, dicitur φιλέθειρος, quia crines de capite et barba detonsos excipit. — 2 φάρος Cod., corr. Toupius. Cogitandum esse de frusto pilei coactilis, quo ille ad acuendam novaculam utebatur, docuit Boettigerus. — 3 δονακῖτιν Cod., ῑ in ῆ mutato. Plutarch. Instit. Lac. p. 239, A : στλεγγίσιν οὐ σιδηραῖς, ἀλλὰ καλαμίναις ἐχρῶντο. Est ψήκτρα strigilis genus ex arundine, quo utebantur ad tollendum σμῆγμα. » *Jac.* In fine λιποκόπτους Codex, λιποκόπους et λιποκόπρους libri Suidæ. Toupius λιποκώπους, *cultellos manubriis destitutos*, qui non sunt hujus dedicationis. Jacobs. conjecit τυλοκόπτους, *tollendis clavis in pedibus* : « nam præter comam barbamque tonsores veterum etiam ungues tollebant et clavos in pedum digitis. Plaut. Aulul. II, sc. 4, 34 : *tonsor ungues dempserat.* » Lobeckius denique ad Soph. Aj. p. 375 ed. sec. λιθοκώπους, coll. Strabone XII, p. 540 : λίθον λευκὸν, ἐξ οὗ τὰ λαβία τοῖς μαχαιρίοις κατεσκεύαζον. Quod recepi. Boissonadius : « Suidas habet λιποκόπρους. Id sumsi. Tonsores non barbam tantum et capillos tondebant et curabant, impuris et fœdis cinædis fœdum etiam et sordidum officium præstabant, femoribus depilandis et partibus etiam obscœnioribus scalpendis, radendis, nitidandis. Cui ministerio inserviebant ψῆκτραι καὶ φασγανίδες, radulæ arundineæ ac cultelli, qui fiebant, quod est in epigrammate quodam, *smerdalei*, scilicet κόπρῳ pingues et quasi impicati. Nam in λιπόκοπρος compositionem a nomine λίπος faciendam opinor, *pinguis stercore.* » — 4 συλόνυχας ὄνυχας Cod., corr. Salmasius. — 5 ἔπυσε δ' ἰταλίας Codex. « Scripsi sine hæsitatione : ἔπτυσε δὲ ψαλίδας. Notum in vetustis codicibus ψ formam hanc ⊣ referre, quæ facile in τ abibat. Inter tonsorum σκεύη memorantur ψαλίδες Polluci II, 32; X, 140, et aliis. — 6. Κηπολόγους intelligo sectatores Epicuri, τοὺς ἀπὸ κήπου, ὅτι συνεφοίτων αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ, Diog. L. X, 10, ubi v.

Menag, et Creuzer. ad Cic. N. D. I, 33, p. 153. » *Jac.* Brunck. κηπολόγου. Boiss. scripsit κηπολόγος et vertit : *in Epicuri domum hortiloquus.* — 7 ἤκουεν ὀπώσονος Cod.; ἤκουσεν Brunck., quod minime necessarium. « Notum est proverbium ὄνος λύρας ἀκούων, de quo vide mea ad Pachymerem p. 214. » *B.*

CCCVIII. « Connarus puer, victoria de condiscipulis parta, Musis gratiam referens, Charetem personam comicam dedicat. — 1. Incertum de literis bene pictis, an de carmine quodam sive scripto feliciter composito hæc intelligenda sint. — 2. Tali inter munera pueris data non raro leguntur. (Nescio unde Grotius Κώδαλος.) — 3 μούσης Plan. Personæ tragicæ comicæve diis dedicatæ alibi quoque memorantur, ut mox ep. 310, 311. » *Jac.* — ἡ θῆκέ με Cod. et Plan.; θήκατο Brunckius, quia ἐμέ præcessit. « Possis versu 3 κύμμι χάριν, Μοῦσαι. Sed offendit insolens usus dativi, θορύβῳ, quare corrigam θῆχ' ἑνὶ vel θῆχ' ἅμα π. » *Hecker.*

CCCIX. Leonidæ nomen, quod in Cod. desideratur, suppeditat Plan. Puer ephebus factus Mercurio pueritiæ oblectamenta dedicat. — 1. Σφαῖραν εὔχημον Passovius Scriptt. misc. p. 202 exponit quæ Philocli ἀγαθὴν φήμην inter pueros conciliaverit, ut διαβοήτους ἐπὶ σφαιρικῇ memorat Athenæus I, p. 14, et Sophoclem in Nausicaa σφαίρᾳ παιζούσῃ ἰσχυρῶς εὐδοκιμήσαντα p. 20, F, coll. Eustath. Od. p. 1553 extr. Sic explicari videtur particula τοι, in qua merito offendebat Meinek. p. 120, quem vide. Brunckius *silentem* vertebat, « tam mollem, ut humi allisa sonum quam minimum redderet. » Contra Geistius volebat εὔπηκτον. Boissonadius ad Zachar. Mitylen. not. 348, p. 427 : « Wyttenbachii conjectura εὔσχημον vix habet quod satisfaciat. Propono εὔσχημον », respiciens ad *sphæram figurarum præstantissimam*, πάντων τῶν σχημάτων πρωτεύουσαν, de qua ibi Zachar. Denique Ungerus *Stud.* XIII, εὐφηβῶν τοι, pro ἐφηβῶν, cujus scripturæ exempla multa commemorat, etiam ex lapidibus, ut

εἰκόνα τήνδε Ποθεῖνος ἐν εὐφήβοισι παλαίστραις

ap. Welcker. Syllog. p. 196, sed hoc ab Leonida alienum. — 2 Ἑρμεία Meinek., vocativo, si τοί sit pronomen. — ὁ στραγγάλας αἷς Cod., corr. Jacobs.; ἀστραγάλους θ' οἷς Plan. Ut ἰακὸν memorat ἀστραγάλη gramm. Bekk. An. p. 454, 24.

CCCX. « Simus histrio, dedicata Musis persona Dionysi, precatus erat ab his, ut quæ acturus erat in Baccharum fabula partes rite disceret. Res ultra spem feliciter cessit, victorque renunciatus est. Fortasse ille est Simus histrio tragicus, qui ridetur ab Alexide ap. Athen. IV, p. 160. » *Meinek.* Diatrib. ad Callim. p. 288. — 1 δίδου ἐμὲ * σιμὸς, sed ι in η mutato, Cod.; corr. Ernestius. — 2 γλεῦκος Cod., corr. Bentleius. « De nota permutatione armorum Glauci ac Diomedis, unde proverbium χάλκεα χρυσείων, vide ad XII, ep. 204. — 3. Ἀνὰ verti *per*. Erat Bacchi tragica persona inter duo cornua literæ Υ suspensa. » *B.* Voce κεχηνώς indicari grandem hiatum illarum personarum jam Salmasius annotavit. — 4 δίπλοον Cod. Persio *quæ Samios diduxit litera ramos* (III, 56), Pythagorica littera Υ, « quæ prope ludum literarium posita bivium virtutum et vitiorum significavit. Ludum literarium indicant verba παιζαρίων ἐπήκοος v. 5. Ibi tragœdiæ Euripidis explicabantur et recitabantur, ut sæpenumero audiret illa verba Baccharum Euripidis v. 494 : ἱερὸς ὁ πλόκαμος, valde sibi cognita, cuum ipse ea in tragœdia pronunciet. » *Jac.* — 5. Οἱ δέ, οἱ παῖδες. — 6 τοῦ μόνον εἶαρ ἐμοί Codex, corr. Scaliger et alii. Repete λέγοντες. « Proverbium : *narrare alicui quod ipse somniavit somnium*, tractavit Cognat. Adag. 204. Conf. XII, ep. 148. » *B.* Ibi Callimachus v. 2 τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί, ut ceteri omnes, quod hic quoque legendum esse probabiliter disputat Meinek. l. c.

CCCXI. « Agoranax Rhodius, sive histrio sive poeta comicus, Pamphili amantis juvenis partes sustinuerat, et reportata victoria personam Pamphili dedicat. » *Meinek.* Call. p. 289. Loquitur comica Pamphili persona. — 2 Apte his admovet Heckerus Ciceroniana Fam. II, ep. 13, 2 : *Mea vero officia ei non defuisse tu es testis, cui jam* κωμικὸς μάρτυς, *ut opinor, accedit Phania.* Proverbialem locutionem respici indicat ὄντως. — 3 οὐκ ἐν ἔρωτι Codex, quod varie tentatur. « Scripsi οὐ κέν' (pro κενά, κενῶς) ἔρωτι δ. Corrigunt viri docti doctius αἰὲν vel ἄχρ' ἐν ἔρωτι δεδαυμένον. » *B.* Nimirum Hesych. ex hoc, ut videtur, loco : Δεδαυμένον, περιπεφλεγμένον, sive melius πυρὶ πεφλεγμ., ut scribit Meinek., qui hic tamen δεδαγμένον tuetur cum Heckero, scribens οὐκέτ' ἔρωτι δεδαγμένον, *non amplius amore excruciatum.* Heckerus οὔλ' ἐν ἔρωτι δεδαγμένον tentabat coll. H. Jov. 52, Dian. 246. In fine Codex ὄπται, quod Meinek. egregie correxit ὀπτῇ, « *tostæ caricæ*, quo nihil aptius de persona rugosa et fuliginosa. Ac suboluit hoc jam Salmasio, qui teste Jungermanno ad Polluc. VI, 82, ὀπτᾷ restituerat; at voluit sine dubio ὀπτᾷ, ad sententiam recte, ad dialectum male. » Edebatur ὤπται. De re hæc excerpimus Jacobsii : « Scimus ex Polluce IV, 141 et Quintil. Inst. XI, 3, § 74, in scena veterum bipartitas personas in usu fuisse, quæ in diversis partibus diversam sive animi sive vitæ conditionem ostenderent. Respexerit igitur poeta ad certam quandam comœdiam, qua Pamphilus rugosi et sole combusti hominis partes egerat, Æthiopis fortasse et eunuchi, fortasse ut hujus vestitus ope calidum quoddam et amatorium consilium exsequeretur. Has partes quum ageret, ejusmodi personam gerebat, cujus altera pars juvenilem vultum, altera turpem et senilem faciem repræsentabat. »

CCCXII. « Pueri hircum frenantes certamina instituunt circa fanum dei. Amores capris insidentes et de palma, ut videtur, certantes conspiciuntur in picturis Herculanensibus, *Pitture* tom. II, tab. 44. » *Jac.* — 1 ἐνὶ Cod. et Plan. Jungendum esse ἐνθέντες; observavit Bothius, qui posterius malebat ἐπὶ, ἐπιθέντες. — 2 φῖμα Cod., alterum Plan. — 3. « Παιδεύουσιν ἀεθλα, per lusum et lasciviam equestria exercent certamina. Incertum cujus dei templum significetur : num Neptuni equestris? an Minervæ Ἱππίας, qui Tegeæ, in Anytes patria, colebantur? Pausan. VIII, 47. » *Jac.* — 4 φ' ὁρεῖς (sic) ἥπια Cod. Editur φορεῖς ἥπια. « Pro ἥπια conjecerat olim Jacobsius νήπια, optime quidem, sed contra mentem auctoris. Nam quæsitus fuit lusus nominum ἵππια et ἥπια. » *B.* Rectissime Heckerus : « Subabsurda est sententia, pueros certamina instituisse ea de causa ut hircus eos portet. Scribendum :

ὅρρ' αὐτοὺς ἐφορῇ νήπια τερπομένους,

ut deus ipse eos ludentes puerulorum ritu in hircis equitantes placido lumine videat et tueatur. »

CCCXIII. « Poeta Victoriam deam invocat, ut sibi in certamine musico palmam impertiat. » *Jac.* Sed vide ad v. 2. — 1. « Quæ compellatur Victoria *Pallantis filia*,

h. e. Minerva, Παλλαντιὰς κόρη dicitur Philippo quoque supra ep. 247. Illam Νίκην Ἀθηνᾶν ab Atheniensibus cultam memorat etiam Sophocles Phil. 134, Menander p. 282 Com. vol. IV, Nonnus Dion. XXXVII, 623. » *Meinek.* p. 188. — 2 πρόφρων κραναίων Codex. Κραναοὶ poetis sunt Athenienses; quod quum duobus α correptis dicatur, Meinek. scripsit Κραναΐδῶν, cum libertate quadrisyllaborum; προφρονέως Κραναῶν Schneidewinus. Illud etiam Bergkius recepit. Sero vidi Heckerum I, p. 148, probabilius de hoc carmine statuere, quod « intelligi nequit nisi dę choro sollemniter festo die ad locum religione alicujus dei nobilem mitti solito cum carmine Bacchylidis προσοδιακῷ. Et fortasse in certamine Deliaco, quo omnes commeabant Græci, vicit Bacchylides et *Carthæensium* chorus : scribo enim πρόφρων Καρθαιέων... χορόν. Nam Κραναοὶ sive Κραναΐδαι pro Bacchylide et pro simplice inscriptionis conscribendæ ratione nimis erudite de Atheniensibus dictum esse videtur. Sed scripto Καρθαιέων dialectus ionica per omnia restituenda est, κούρη, Νίκη, Μουσέων. » Καρθαία autem una est ex quattuor urbibus insulæ Cei. — 3 μούσαν Cod.; Μοισᾶν Brunck. — 3 κηόρω ἀμφ. βακχυλίδης Cod., quod jam Salmasius correxisse videtur.

CCCXIV. « Ἀναστρέφοντα epigrammata sequuntur septem, eo facta artificio, ut retro sine sensus dispendio legi possint; idque est imitatus interpres felicissimus et elegantissimus Grotius. Simile est ejusdem auctoris, vel Bassi, epigramma IX, 53, ubi vide not. Simile etiam Leonidæ proximum n. 323. Retrogrados versus tractat Taburotus *Bigarrures* c. 10, p. 173. Vide et, si tanti est, Classicum Diarium Valpyi t. IX, p. 527, cujus in re tam nugaci indiligentiam non corrigam; et tom. XIX, p. 365. Ipse plurima huc conferenda protuli in Anecd. t. III, p. 335. » *B.* — 1 φάρος Cod. Vestimenta dicuntur quæ Ulysses a Phæacibus dono acceperat.

CCCXV. « In hoc epigrammate retro legendo pentametrum et linguæ usus non sinent invertere duo ultima verba τραγόπουν τὸν, et servandum erit τὸν τραγόπουν. Poterit auctor sic defendi : scilicet tam arcte adhærere nomini articulum, ut τοντραγόπουν unum sit vocabulum. Conf. not. ad ep. 318. Wakefieldus in Class. Diar. t. XXXV, p. 54, transponit, quod et Brunck. fecit, Ὠφελίων ἔγραφεν, vitaturus, puto, debilem cæsuram in retrograda lectione, Ὠφελίων ἔγραφεν ἀντ'. Sed sunt multa talia. Sic et in epigr. seq. peccavit Brunckius. » *B.* — 2. « Ἀρκάδος, Mercurii, qui apud Arcades inprimis colebatur. Ἀντ' ἀλκᾶς, *quod ei periclitanti auxilium tulissem* interpretatur Brodæus, vere, ut videtur. Disertiorem explicationem rei metricum artificium non patiebatur. De sinceritate lectionis dubitabat Heynius [et Bothius]. Ophelio pictor aliunde non cognitus. » *Jac.*

CCCXVI. — 1 δ' ἱερῆς Plan. « Aerope vocatur διερά, quod patris jussu in mare præcipitata erat; v. scholl. Lycophr. p. 149, Eur. Or. 805, Lobeck. ad Soph. Aj. 1283. In diversa tabula pictor exhibuerit cœnam Thyestæ, et Atrei pœnas, de quibus v. Hygin. Fab. 86. » *Jac.*

CCCXVII. « Pan, Nymphæ et Danae Praxitelis ex marmore junctim memorantur in ep. Plan. 262. Non vere Pana, sed Satyrum significari, ex utre quem ibi gestasse dicitur, colligebat Heynius. » *Jac.* — 1. « Plan. ἔπλασε, Codex ἔπλασεν, quod receptum nuper. Sed sic retrogradi pentametri clausula læditur : ἔπλασεν Πραξιτέλης. Monuit litteræ paragogicæ osor Wakefieldus l. c. Et Πᾶν' ἐμὲ scripsit pro planudeo Πᾶνά με, quæ est et Codicis scriptura nuper male revocata. Nam in retrogrado ordine Πεντελικῆς με Πᾶνα hexametrum non potest inchoare. Brunckius jam recte Πᾶν' ἐμέ. » *B.* Imo scribendum erat Πᾶνα ἐμέ, qui modus metra lædens tam frequens est in marmoribus et codicibus vel optimis, ut lectores putandi sint sponte pronunciasse Πᾶν' ἐμέ, nihil curantes librarium aut sculptorem; quod vitium hic ex arte repræsentans poeta salvavit retrogradum versum. — 2 παντελικῆς Cod.

CCCXVIII. Conferendus Hom. Il. Σ, 492 seq. « Gallice vertit Larcher. Diss. de Venere p. 253, qui est et de epitheto κουροτρόφος videndus p. 127. Monuit Wakefield. l. c. esse ἐκ θαλάμων pro uno vocabulo sumendum, ne corrumpatur poematis artificium. Igitur moniti retrogradientes legemus ἄγομεν ἐκ θαλάμων. Sed nonne etiam monere debuit quo pacto tribrachys ἄγομεν possit inchoare versum dactylicum? Puto in scriptura ἐκ θαλάμων ἄγομεν esse tmesin, ut ἐκ ad verbum pertineat : tum in retrogrado ordine legetur, ἐξάγομεν θαλάμων. » *B.*

CCCXIX. — 1 αἰθομεναις (postremo ι posterius eraso) ὑπὸ δαισὶν (sic, non δασὶν, sed singulari forma literæ ι) Cod. — 2. « In retrogrado ordine anastrophe χειρῶν ἐκ facile feretur. Alter versus sic erit legendus :

πατρὸς ἐν εὐρυχόρῳ δᾳσὶν ὑπ' αἰθομέναις.

Tali licentia non sumta pudenter minuitur difficultas rei et pretium, si res id genus pretii quid habere potest. » *B.* Bothius Κύπριδι.

CCCXX. — 1. « Bithyniæ urbs erat *Ascania*, eaque regio propter Bacchi cultum illustris fuisse videtur. » *Jac.* Boiss.: « Vix monendum legendum esse in retrogrado ordine Χαῖρε μέγ' Ἄσκ. Quod jam fuit monstratum in Planudea. »

CCCXXI. « Versus ἰσόψηφοι et disticha ἰσόψηφα dicuntur quorum singulæ literæ tanquam notæ numerales consideratæ eandem conficiunt summam. » *Brunck.* « Lemma ἰσόψηφα ad sequentia pertinet epigrammata usque ad 330, excepto epigr. 323, quod est ἀναστρέφον. Literarum numeralium summa margini Codicis adscribitur : hujus quidem ep. 321 utrique disticho adscriptum ,εχζθ', 5699, in apographo quidem, idque recte, modo in ἐθέλῃς v. 4 numeretur ι subscriptum vel adscriptum. Qui prolati sunt velut e Codice numeri, ,εχηθ' falsi sunt. » *B.* Cæsari, natales celebranti, poeta carmen offert, meliora in posterum promittens. — 3. « Vetus erat dictum : ἅκαπνα ἀεὶ ἀοιδοὶ θύομεν, ap. Athen. I, p. 8, E, quod nostro loco comparato illustrat Casaub. p. 26 seq. » *Jac.* — 4 ἐθέλεις Cod., superposito ῃι a correctore.

CCCXXII. Marco cuidam Leonidas epigrammata ἰσόψηφα mittit, otii tempore ipsum delectatura. « Adscripti numeri ,γυμ', 3440, utrique disticho, quos instituta computatione falsos esse deprehendi. Conveniunt scilicet uni tantum versui secundo. Tertii versus summa, numerato in Μάρκῳ iota ultimo, est 3108, eademque versus quarti. Unde patet in hoc epigr. non opponi distichum integrum integro disticho, sed uniuscujusque distichi versum alterum alteri. Esse jam videtur mendum in versu primo, cujus summa est 3360, cui, ut versus secundi summam æquet, deest 80; quod supplementum unde accedere possit non reperio; vel de secundo qui detrahatur 80 non expisco, ni mutetur adjectivum εὐδίκτου, quod non om-

nino aptum est. Nam requiritur epitheton quo poetæ difficile artificium notetur, ut ep. 328, ἰσηρίθμου εὐεπίης. Vel δίστιχον in mendo cubat, si revera distichum disticho non est oppositum. Sed sudent jam alii circa has difficiles nugulas. » *B.* — 2. Cum Bothio distinxi ante δίστιχον, non, ut vulgo, post hanc vocem. De εὔθικτος videndus Ernestius Lex. technol. p. 139 seq.

CCCXXIII. « Est epigramma retrogradis versibus conscriptum. Vide ad ep. 314. Versu secundo in retrogressione erit ἐκ σφετέρης pro uno vocabulo. » *B.* — 1 * οἰδιπόδης, 2 γείνετο Cod. Qui in margine : ζήτει.

CCCXXIV. Mars placentas, uvas rosasque in ara sua positas respuit, sanguine conspersa sacrificia postulans. Conf. Leonidæ Tarent. epigr. IX, 322. « Numeri huic ἰσοψήφῳ adscripti sunt ‚θριζ', 9117, quos veros reperi numeratis in primo versu duobus ι verborum τῷ πτολιπόρθῳ. » *B.* — 1 ἄρει, 3 τίς Cod.

CCCXXV. Ad Eupolin quendam carmen mittit donum natalitium. « Citantur ex Codice numeri adscripti ‚εψυγ'. Reperi ego in apographo Paris. ‚ε͡ψνγ', 5953, qui veri sunt. Numerus 900 cifra repræsentatur quæ ad ψ inversum ferme accedit; hinc legentium error. Conf. ad ep. sequens. — 3. Μουσέων Brunckius. Sed lectionem Codicis et Plan. Μουσῶν veram esse probat numeratio. » *B.*

CCCXXVI. Nicis arcum et pharetram vacuam dedicat Dianæ. « Adscripti dicuntur esse in Codice numeri ‚εψπϐ'. Reperi adscriptos in apographo Par. ‚ε͡ψπϐ', 5982, quos veros esse computatio monstravit. Erroris eadem causa ac in præcedente lemmate. » *B.* — 1. Αύκτιον, v. Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 33, a Jac. cit. — 2 βαλίης; superposito αι, Cod.; βαλίαις Plan.

CCCXXVII. Monstrat majorem etiam, quam antea, in epigrammatis scribendis brevitatem, non distichon disticho, sed versum versui exæquando. « Adscripti numeri, ‚δρια', 4111, veri sunt. » *B.*

CCCXXVIII. « Leonidas Cæsari (Neroni, ut videtur) tertium suorum carminum librum mittit. » *Jac.* — « Adscripti sunt numeri, ‚ζτοϐ', 7372, qui conveniunt priori tantum disticho, modo scribatur e Codice βύϐλον pro edito βίϐλον. In altero recepta varietate πέμψει pro vulgato πέμψῃ et numeratis iota finalibus vocabulorum τῇ χθονίῃ reperi tantum 7272. Quæ mutatio facienda sit ut summæ binæ æquentur, non dicam. Ipse forsan auctor poterat labi. Si quid tentandum, opinor in τῇ χθονίῃ præsertim mendum latere. Conjecturæ propositæ nimium quantum numero quæsito distant. Versio Grotii *Cereri tuæ* repræsentare videtur conjecturam et nitidam et facilem τῇ χθονὶ σῇ. Intelligo de terra occidentali, de Italia, de Hesperia. » *B.* Post Boissonadium Heckerus : « Recte perspexit Schneiderus terræ nomen latere, sed ejusdem conjectura Αὐσονίῃ nimis a literarum vestigiis recedit. Literis diremptis corrigo : τῇ χθονὶ σῇ. » Sic quidem pro ἑκατονταϐόι quæ desiderabatur accedunt *ducenta*. — 1 βίϐλον Plan. et Cod. a pr. m., βύϐλον a correctore. — 4 τῇ χθονίῃ πέμψῃ Plan. et Cod., sed hic πέμψει, eadem m. in ψῃι mutatum.

CCCXXIX. Ad Agrippinam duo disticha ἰσόψηφα mittit. « Adscripti numeri ‚ζφοϐ', 7579, conveniunt recte priori disticho, scripto πέμψουσιν e Codice pro planudeo πέμψουσι. Summa posterioris est 7564. Addendum 15. Puto scripsisse auctorem Ἀγρειππίνη, et ἰσώσαις, participium formæ doricæ pro ἰσώσας. Jam sic summæ fiunt pares. De Ἀγρειππ. nullus dubito. » *B.* Scribendum erat dativo Ἀγρειππίνῃι. — 3 edebatur Ἀγριππίνη. — 4. « Ejusmodi donis tribuendis par sum, quæ invidia non tangit. Munera πλούσια enim φθονερά. » *Jac.*

CCCXXX. Lemma in codice Paris. 2720 : Αἰσχίνου ῥήτορος εἰς Ἀσκληπιὸν χαριστήριον. « Æschinis oratoris esse credere non sinit orationis nimia debilitas. » *B.* Bergkius Lyric. p. 531 : « Ab oratore omnino alienum, quamquam is carmina amatoria composuit (v. Or. in Timarch. 136), sed fortasse profectum est ab Æschine rhetore Milesio, Pompeii æquali (Strab. XIV, p. 636), vel Mytilenæo (Diog. L. II, 64). » — Epigramma tabulæ votivæ inscriptum in Æsculapii templo, fortasse Epidaurico, dedicatæ a poeta, qui vulnere per totum annum laboraverat, desperatus a medicis, illic tribus mensibus sanatus. — 3 ἀσκληπιὰ apographum Par.; quod in Codice anceps esse videtur; ἀσκλήπιε cod. Paris. et Brunck.

CCCXXXI. Lemma in cod. Par. 2720 : εἰς παῖδα κτεινόμενον ὑπὸ δράκοντος, sine nomine poetæ. « Historia de Alcone, Phaleri, Argonautarum unius, patre, de quo Manilius Astr. V, 304 : *ille pater*,

> qui serpentem super ora cubantem
> Infelix nati, somnumque animamque bibentem,
> Sustinuit misso petere ac prosternere leto.

Conf. Valer. Flacc. I, 398 seq. et alios ap. Leopard Emend. VI, c. 5. « *Jac.* — 4 βαιὸν Cod. inter lineas habet. — 5. « Wakefield. corrigit φόβοιο, frustra. Aliud obversabatur Grotio in versione. Post tam felicem successum pater arcu ad necem inferendam abuti noluit. » *Jac.*

CCCXXXII. Lemma : ἐν τοῖς ἀναθήμασι Τραϊανοῦ Καίσαρος. Et Suidas infra citandus, hoc carmen esse ex τοῖς ἐπιγράμμασι ἐν τοῖς Ἀναθήμασιν Ἀδριανῷ πεποιημένοις. « Id lemma explicat et totum epigramma fuse et docte illustrat Boivin in Memor. Acad. Inscript. t. II, p. 268-283. » *B.* « De eodemque egit Osannus in Zimmermanni *Schulzeit.* a. 1834, n. 122 et 123. Trajanus quum ad bellum Parthicum proficisceretur, in monte prope Antiochiam Jovi Casio (de quo Boivin. l. c. p. 297) spolia ex Getis capta dedicavit, æqualem victoriam de Persis ut obtineat precatus. — 3 δοιὰ λίτα Cod. et Suidas, qui λῖτα, παραπετάσματα. Sed idem v. Κάσιον ὄρος : ... ἔνθα Τραϊανὸς ἀνέθηκε κρατῆρας ἀργυροῦς καὶ κέρας βοὸς παμμέγεθες κεχρυσωμένον. Præterea auctor in λῖτα priorem corripuit, posteriorem produxit, idque nulla metri necessitate coactus, quum scribere posset : ἄνθετο λῖτα δύω. Boivinus correxit ἄνθετ' ἅλεισα δύω, idque amplexus est Brunckius. Multo lenius erit δοιὰ δέπα. » *Jac.* Quod cum Osanno et Bothio recepimus. In fine versus Codex βοὸς οὔρων, eadem m. in οὖρον mutatum, quod habet Suidas; οὔρου Salmas. — 5. « Hinc Suidas : ἑξαιτον, τὸ ἐξαίρετον. » *B.* In fine Cod. ἀτειρῆς a pr. m., ἀτειρεῖς a correctore et Suidas. — 8. Nota Persarum appellatio *Achæmenii*, a vetusto rege. — 9 λαίνει Cod.

CCCXXXIII. Apud Planud. ἀδέσποτον. In præcedente capite ponendum erat. Sternutante lychno poeta bene sperat de adventu amicæ; quod si eveniat, lychnum æquiparabit Apollini. De eo auspicio Jac. inter alia citat Ovid. Heroid. XIX, 151 :

> Sternuit et lumen, (posito nam scribimus illo,)
> Sternuit, et nobis prospera signa dedit.

— 3. « Εἰ γὰρ hoc loco non est *utinam*, quod sententiarum

nexus non patitur, sed verbis εἰ ... εἴη inter se junctis, γὰρ per ellipsin explicari debet. » *Jac.* Nihil tamen magnopere obstare videtur quominus scribas εἰ γάρ .. εἴη τόδ' ἐτήτυμον!

CCCXXXIV. Iterum legitur infra IX, post epigr. 328, cum hoc lemmate : ἀνάθημα ἐπὶ θυσίᾳ Πύῤῥου Νεοπτολέμου, υἱοῦ Ἀχιλλέως. — 1. « Hinc Suidas : πάγοι, αἱ ἐξοχαὶ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πετρῶν. » *B.* — 3 σὺ πέτραι γλωχῖν Cod. utroque loco, sed alterum Plan. et Suidas, qui γλωχῖνας exponit ωνίας. Noti Ἑρμαῖ τετράγωνοι. Conf. ep. 346. — 4 αἰγιβόταν Suidas loco uno ex duobus. — 5 ψαιστὰ ὁ, superposito τε, Cod., altero loco ψαιστὰ ὁτε (sic). Plan. ψ. τότε. Deinde Cod. hic ἔμπλεον cum σ super ν posito. « Sic Nicander Alex. 161 : δέπας ἔμπλεον οἴνης. » *Jac.*

CCCXXXV. « Edidit et interpretatus est hoc epigramma Boivin. Memor. Acad. Inscriptt. t. II, p. 269, 272, 284 seq. » *B.* Pisoni Thracibus bellum inferenti causia Macedonica offertur dono. Est is L. Calpurnius Piso, qui, Thracibus in arma accensis, bellum intra biennium profligavit et provinciæ Macedoniæ securitatem reddidit circa a. U. C. 743 ; cujusque filiis Horatius inscripsit Artem poeticam. *Jac.* — 1. « Primum distichon excitat Etymol. Gud. in Καυσία, ubi : ἔστι γάρ τι κάλυμμα τῆς κεφαλῆς. Et Suidas in Καυσία· εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Vide Danz. ad Plauti Mil. IV, 4, 1163. » *B.* Etiam reges Macedonici causiam gerebant, diademate eam cinctam. — 3 ἱδρῶι Cod. — 4 ἡμαθι superposito ασ Cod., corr. Kusterus. — 5 τάχ' αἱ κρόκες malit Jac.

CCCXXXVI. Lemma : εἰς Δελφίδος ἀνάθημα Θεοκρίτου. « Lemma a librario excogitatum, qui versu 4 legit Δελφὶς ἐπὶ πέτρα τοῦτό τοι ἠγλαΐσεν. » *B.* Musis et Apollini coronæ dedicantur et capri sacrificium promittitur. — 1 ἐκήνα Cod. — 2 ἑρπ. et κῆται Cod. — 3 μελάμφυλοι Cod. — 4 ἐπὶ πέτραι (πέτρᾳ) Cod., corr. in vett. edd. « Quarum lectio non sollicitanda : Δελφί; πέτρα τὴν ἀγλαΐαν τούτου τοῦ δένδρου σοι ἔφυσε. Scilicet ἀγλάϊσε significationem hic transitivam habet. Hesychius : ἀγλαΐζει· θάλλει, quod et ipsum sæpe transitivum est. » *Brunck.* — 5 ὁ μᾶλος Codex, quem sequitur Ahrens. Edebatur μαλὸς vel μαλλός. « Valckenarius p. 31 inter Ruhnkhenii Epistolas fidenter reponebat ὁ δαῦλος. » *B.* Felicius Meinekius ὁ μάχλος, qui diligenter de dubia hujus loci scriptura egit in Delectu p. 151 seq

CCCXXXVII. Lemma : εἰς Νικίαν ἰατρὸν, ἢ Ἑτεῖωνα, ξόανα μισθώσαντα. « In Æsculapii signum, Eetionis manu affabre sculptum, quod Nicias, qui Mileti artem medicam exercebat, posuerat. Nicias is est cui poeta dedicavit Idyllion XI, et ad cujus conjugem colum eburneam misit Idyll. XXVIII. » *Jac.* — 1 τῶι Cod. — 3 ὅσα μιν Cod. — 6 δὲ' Cod. « Minus ambiguum foret ἐφῆκε. » *Both.*

CCCXXXVIII. Lemma : εἰς Ξενοκλέα ταῖς Μούσαις ἀνατεθηκότα (sic) ἄγαλμα λίθινον. In marg. : τοῦ αὐτοῦ Θεοκρίτου. In vett. editt. primum distichon ita scribitur :

Ὑμῖν τοῦτο, θεαί, κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις
τῶγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρινον,

atque ita editores Theocriti. « Quod elegantius est. Sed κεχαρισμένος corrigendum esse, ut Xenocles intelligatur, docet ipsius poetæ versus, de Nicia, Idyll. XI, 7 : ταῖς ἐννέα δὴ περιλαμένον ἕξοχα Μούσαις. » *Hecker.* I, p. 146. Quod recepimus.

CCCXXXIX. Lemma : Δημομέδων (sic) οὗτος ἀνέθηκε Διονύσῳ ξόανον καὶ τρίποδα. « Est et alibi varians, Δαμομέλης [et alibi Δαμογένης]. Compendium in fine nominis male lectum fuit. Etiam nomen Grotianum *Damoteles* caret auctoritate. » *B.* — 1 Δημομέλης Ahrens. ex cod. Paris. Δαμομέλης est ap. Chœrobosc. Can. p. 142, 9. — 2 ἄδιστον Cod., superposito ή. — 3 ἐν παισὶ legebatur ex vett. edd., de quo Boiss.: « A sensu erravit Grotius. Vertendum videtur : *modice fuit illustris inter pueros, choro autem obtinuit victoriam de viris, et quod pulchrum quodque decens est cernens.* » Tenemus Codicis scripturam cum Heckero I, p. 147 : « Rectissime Codex ἐν πᾶσι. Inepte mutarunt in παισί, quasi oppositum esset χορῷ ἀνδρῶν. Imo hoc additum, quod inter Græcos erant et chori ἀνδρῶν et chori παίδων. Neque virtus Græcis μετριότης dicta in puero cernitur, sed in viro ; nam μέτριος ἐν παισί esset : *puerili ætate* fuit μέτριος. Verum conferendi Callimach. supra V, 146, 3 : ἐν πάσιν ἀρίζαλος Βερενίκα. Quintus I, 38 : ἐν πᾶσιν ἀρίζηλος γεγαυῖα. Athen. V, p. 211, C : ὁ Ἀλέξανδρος προσηνὴς ἦν ἐν πᾶσιν, etc. — 4. Rectius mihi videtur : εἰς τὸ καλὸν... ὁρῶν, ut Append. ep. 313, 4 : εἰς τὸ δίκαιον ἀθρήσας. Vulgatæ tamen tuendæ admoveri possunt Xenoph. Cyr. VIII, 1, 26 : τὸ δίκαιον ἰσχυρῶς ὁρῶν. Dio Chrys. Or. XXXI, p. 598 : τὸ λυσιτελὲς οἴονται δεῖν τινες ὁρᾶν ἐξ ἅπαντος. »

CCCXL. In statuam Veneris Uraniæ positam a Chrysogona, quæ felicitatem qua cum conjuge et liberis fruebatur, divæ acceptam referebat. (De distichis et in Codice et ap. Plan. *manifesto errore transpositis* v. *Jac.* p. 210.) —3 εἶχε Plan. præter ed. princ. « Grotius eo modo vertit ut non possit intelligi. Vertendum : *domo in Amphiclis, quicum et liberos et vitam habuit communem ; semper autem ipsis melius quotannis fuit ...* » *B.*

CCCXLI. Lemma : εἰς τῆς Ἥρας τὸν νεὼν ἀνάθημα παρὰ Μανδρόκρεω. « Sumtum ex Herodoto IV, 88. Ibi qui dedicat *Mandrocles* vocatur, et id nomen restitui ex eo fonte ut antiquiore. » *B.* Inscriptum imagini pictæ pontis quo Mandrocles Dario jubente Bosporum junxerat. In illa tabula conspiciebatur rex in solio collocatus et exercitus mare transiens. Facta illa ἐκ τῆς δεκάτης, quam Darius Mandrocli concesserat. *Jac.* Posita erat tabula et inscriptio in pinacotheca Heræi Samii. — 2 μανδόκρεων Cod.; Μανδροκλέης in Herod.; Ἀνδροκλέης in Gyllii schedis; Σανδροκλέης codex Paris. 1702 Sim. Logothetæ fol. 73. — 3. « Est in Herodoto αὐτῷ μὲν στέφ., scilicet *sibi ipsi decus comparans.* Lectio Codicis τῷ μὲν δὴ στ. intelligenda erit de Dario mox nominando et cujus imago in tabula a Mandrocle dedicata conspiciebatur. Grotii latina non capio. » *B.* Fortasse *mentem* typographi lapsus est pro *molem.* — Versus 4 omissus in Codice, ubi in marg. : ζήτει στίχον. Accessit ex Herodoto. Codex Sim. Logothetæ Δαρείῳ βασιλεῖ.

CCCXLII. Lemma : ἀνάθημα τῇ Ἀθηνᾷ παρὰ τῶν Κυζικηνῶν. « Obscurum epigramma tractat Bœckhius Explic. Pind. ad Olymp. VII, p. 172, cujus lectionem sum sequutus, non tamen plane securus. » *B.* Epigramma Cyzicenum haud dubie fuit marmori insculptum, et transcriptum ejusdem opera, qui epigrammata libro tertio contenta servavit, Gregorius Magister, ut puto. *Hecker.* Quocum paucas formas ionicas mutavimus. — 1 τῇδε Codex. Buttmannus, Bœckh. et Boiss. τριήρη σταλίδα vel στυλίδα, sed servavi τριήρους cum O. Schneidero. Pollux I, 90 : τὰ ἄκρα τῆς πρύμνης ἄφλαστα καλεῖται, ὧν ἐντὸς ξύλον ὀρθὸν πέπηγεν, ὃ καλοῦσι στυλίδα. Hanc στυλίδα ex prima nave dedicatam fuisse in Gratiarum templo putan-

dum est. Buttmannus τριήρη σταλίδα intelligebat columellam triplicem, Gratiarum fortasse symbolum, qualia δόκανα fuerunt Dioscuros significantia. Similiter Bœckhius l. c., qui inter alia : « In Asia Athenarum nepotis Cyzicus, quæ ob architecturam et operum organicorum peritiam cum Rhodo ap. Strabon. XIV, p. 695 componitur, per Milesios Atheniensium colonos tradita sibi religione Minervæ, ab hac sibi dea donatam artis facultatem gloriata est. » Atque intelligendum censet « primæ artis sculptoriæ opus et a Pallade ipsa factum donatumque Cyzicenis, quum primum ii templum condidissent, *triangularem cippum* sive *columellam*, triadis Gratiarum symbolum, unde postea mortalis alicujus ingenio et invento ars prognata sit. » Addit Heckerus I, p. 130 : « Rectius pro parte Walcherus Mus. Rhen. 1845, p. 273, opus hoc vere sculptorium fuisse putat, statuam triplicem et unam Gratiarum, fere ut Hecates trigeminæ in agines, στήλη de statua et imagine dictum exemplis docens. Nunc cum Buttm., Bœckh. et Welckero fuisse puto columellam prismatam, in cujus lateribus singulis singularum dearum, Aglaiæ, Euphrosynæ et Thaliæ fuerunt imagines, in *Minervæ* templo dedicatam. » Qui olim Jacobsii explicationem, quam hic sequimur, amplexus erat. — 2 στυλίδος Cod. Τέχνην Heckerus interpretabatur « *opus arte confectum*, et ὑπόδειγμα πρώτας τέχνας est *monumentum primæ navis*. De Minerva schol. Arati 342 : πρώτη ναῦς ἐδείχθη παρ' αὐτῆς· coll. Apoll. Rh. I, 724. Neque hærendum in eo quod Cyziceni primam navem triremem esse dixerint, quum et in universum navis significari possit, aut ad aliam quandam navem, cujus evanuit memoria, respici; nam et alibi in navibus exstruendis magnæ fuere Minervæ partes. Sic Hygin. Fab. 277 : *Minerva navem biproram Danao ædificavit, in qua Ægyptum fratrem profugit.* » Postea, ut vidimus, junxit Χαρίτων σταλίδα, et πρώτας explicat τῆς ἀρχαιοτάτης, « ut sæpe Pausanias de artis operibus τέχνης ἀρχαίας, denique I, p. 351 scribit τοῦτ' ἐπίδειγμα τέχνας. Nos priorem explicationem obliterare noluimus, lectoris judicio rem permittentes. — 3 ταύτην et Ἀθήνη Codex. — 4 τᾶνδε πολιστάλαν Codex; τάνδε πόλει στάλαν restituit Jacobsius; sed καλὰν ab Heckero sumendum esse putavi. Neque per se neque cum sequentibus video quomodo conveniat στάλα. Mythus qui dicitur localis respicitur nobis ignotus. Buttmannus apud Jac. cogitabat « de beneficio simili ejus quo Rhodus deam modo natam sacrificio facto affecerat, ob quam rem illis αὐτὰ ὥπασε τέχναν πᾶσαν ἐπιχθονίων ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν, Pind. Ol. VII, 48. Ejusmodi quid Cyzicenos cum Rhodensibus æmulantes de se quoque prædicasse, valde est verisimile. » His scriptis vidi egregiam correctionem Heckeri I, p. 131, οὔνεκεν, de qua dubitare non sinunt loci ab eo comparati VI, ep. 40, 3 seq.; ep. 42, 5 seq.; ibidemque ep. 346. Sic omnia plana. Referatur etiam Otto Schneiderus quam proposuit conjecturam :

> Ἄθρησον Χαρίτων ὑπὸ παστάδι τᾷδε τριήρους
> στυλίδ', ἃ τᾶς πρώτας τοῦθ' ὑπόδειγμα τέχνας
> (ταύταν γὰρ πρώταν ποτ' ἐμήσατο Παλλὰς Ἀθάνα)
> στᾶσε πόλις, στάλαν ἀντιδιδοῦσα χάριν.
> Τοὔνεκα χὐψίστᾳ Τριτωνίδι νηὸν ἐτευξε, etc.

« Versu 2 ἃ ... τοῦτο, ut ap. Eur. Androm. 650 : (γυναῖκα) ἣν χρῆν σ' ἐλαύνειν τήνδ' ὑπὲρ Νείλου ῥοάς. Ac proprium στυλίς excipere poterat generalior vox στήλη. » — 5 τοὔνεκεν ὐψίστα Cod. — 6 κύζικος * ἀδιρα Cod., corr. Jacobsius. Deinde ἐν ἀσι * ... Cod. (cum lacuna); corr. Buttmannus. — 7 δεῖγμα Cod.; δεῖγμ' ἃ Heckerus; δεῖγμα [δὲ] Bœckhius et Jac. in nostro exemplo; δείγματα O. Schneider., coll. Isæo Or. VII, 40 : μνημεῖα τῆς ἐκείνου φιλοτιμίας ὁ τριπους ἕστηκε, ubi Schœmann. — 8 δελφὶ δ' ἄγαν Cod., corr. Jacobs. Deinde Cod. τάνδ' ἐνεπούσα (Schneider. ἐνέπουσα), quod ipsum quoque optime correxit Heckerus.

CCCXLIII. Lemma : ἄδηλον, Ἡροδότου. Sumptum ex Herodoto V, 77. « Simonidi vindicat Schneidewinus Simon. p. 176 et Delectu p. 415, ex Aristide t. II, p. 512. (Vide et Bergkium Lyric. p. 912.) Athenienses quum in bello contra Chalcidenses suscepto (olymp. 68, 2) ditissimos horum cepissent, eos una cum Bœotiorum captivis in carcerem conjecerunt. Quos quum paulo post binis singulos minis solvissent, eorum vincula in arce suspenderunt, decimis τῶν λύτρων Minervæ consecratis. Quadrigas ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτης καὶ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ commemorat Pausan. I, 28. » *Jac.* — 2 ἐκ πολέμου Cod., correctum ex Herodoto, ap. quem liber unus ἐν πολέμῳ, ut ap. Diodor. Exc. Vat. p. 37 edidit Maius. — 3 ἀχνυνθέντι Codex, item Herodoti Mediceus et Ask.; ἀχνυθέντι cod. Schellersh et Paris. B Herodoti, ap. quem et Diodor. legitur ἀχλυόεντι, « qui δεσμὸς ἀχλυόεις σιδήρεος tantum *mortem* significare posse videtur. Quare, mutato Θ in O, Simonidem scripsisse conjicio ἀχνυόεντι. Ut ab ἀχλύς ἀχλυόεις, sic ab ἀχνύς ἀχνυόεις. Etym. M. p. 165, 1 : ἀχνύς, ἡ λύπη· γίνεται παρώνυμον ἀχὺς καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν ἀχνύς, οἷον

> Τῆς δ' ὀλοφυρομένης ἀμφ' ἀχνύϊ εἴβεται αἰών.

Cui versui confer Hom. Od. E, 152 : κατείβετο δὲ γλυκὺς αἰών. » *Hecker.* Quod recepimus. Deinde Cod. ἔσθεσεν. — 4 ὧν Diodor. « An τῶν δ' ἵππους ? » *B.* In fine Schneidewin τάσδ' ἀνέθεν, ex Sancroft. Herodoti qui ἀνέθεσαν. Conf. ep. 215, 2, ibique not.

CCCXLIV. Lemma : ἐπὶ τῷ ἐν Θεσπίαις (sic) βωμῷ. « Occasionem huic epigrammati dedit tripus a Thespiensibus, qui cum Alexandro Macedone bellum in Asia gesserunt, dicatus. » *Jac.* — 1 θέσπιαι Cod., contra regulam. — 3 ἀλέξανδρον Cod., corr. Huschkius. — 4 ἐριβρεμέα Cod. « Quod satis videretur aptum, si sermo esset de lebete ἐμπυριδήτῃ, tripodi vero diis dedicato non convenit. Auget suspicionem syllaba brevis in pentametri cæsura [de quo errat] et dei nomen, cui tripus dedicatus est, omissum. Scribo Ἐριβρεμέτῃ, *Jovi Tonanti.* » *Hecker.*

Sequitur in Codice epigramma Crinagoræ jam supra exhibitum n. 161.

CCCXLV. « Rosæ, media hieme florentes, ad puellam, natales celebrantem et proximo tempore nupturam, missæ loquuntur. — 1 ἠνθοῦμεν Brunckius, quæ elegans correctio, non tamen necessaria. » *Jac.* — 3 γενέθλῃ Cod., corr. Reiskius. — 4 ἀσσοτάτῃ Cod. — 5 καλλίστη στεφθῆναι Codex; καλλίστης στεφθῆναι Reiskius; καλλίστης σκεφθῆναι Heckerus. Jac. et Boiss. Brunckii emendationem καλλίστης ὀφθῆναι receperunt.

CCCXLVI. « Tellis, Atheniensis ex Euonymensium tribu, Mercurio dona dedicans, suavem sibi et tranquillam vitam precatur. Epigramma simplicissimum ipsis donis oblatis adscriptum fuisse puta, quare monstrantur tantum, τῶνδε, non enumerantur. » *Jac.* — 1 * τελαίαι Codex (ΤΕΛΑΙΑΙ), correxit Bergkius Lyr. p. 798; edebatur Τελλίᾳ ex emendatione Reiskii, qui ἡμερόεντα, Cod. ἡμερ. « Μαιάδος υἱέ. Conf. ep. 334. » *B.* — 3. Heckerus I, p. 132, qui « εὐθυδίκων omnium tribulium aut paganorum epitheton non esse ferendum » opinaretur, scribebat δὸς δέ οἱ εὐθυδίκῳ Εὐωνυμέων etc. — 4 ἀγαθῆς Barnesius.

CCCXLVII. Phileratis Dianæ simulacrum dedicat. —

1 τὴν τόδ' Cod. — 2 τὸ μὲν δέξα: malebat Boissonadius ad Callimachum, nihil annotans in Anthol. In fine σάου Cod.; σάω Anna Fabri et Meinek.

CCCXLVIII. « Ad Sepulcralia pertinet. Marmor loquitur impositum tumulo Athenaidis Lesbiæ, Iasonis et Melæ filiæ, quæ, puerpera, immatura morte exstincta est. » *Jac.* — 1. « Citat Suidas in Αἴλινον, εἶδος θρήνου καὶ ᾠδῆς. Sed quum hic sit αἴλινον junctum nomini γράμμα, opportunius citavisset sub Αἰλινος· ὀδυρτική, θρηνητική. Conf. V, ep. 248. » *B.* Struendum est enim : τοῦτο τὸ αἴλινον γράμμα τῆς Διοδωρείου σοφίης (Diodori poetæ) λέγει με κεκόφθαι ὠκυμόρῳ λεχωΐδι. — 2 σοφίης Suid. et Cod., hic superposito α. — 3 καταφθίτο (sic) Cod., inter lin. correctum alterí α superposito é. Reiskius Μηλοῦς, haud sane improbabiliter. — 4 κλαῖεν Codex, correxit Jacobs. — 6 Θηροφόρων Cod., corr. Kuster. « Tu, o Diana, quum Athenais tuam opem imploraret, venationi intenta preces puerperæ non audivisti. Simile acumen in dicto ejus qui Dianam circa Alexandrum occupatam templo suo flagranti opem ferre non potuisse dixit, Plut. Alex. c. 3, Cic. N. D. II, 27. » *Jac.*

CCCXLIX. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 200. » *B.* Maris numina implorat poeta, ut se salvum in Piræeum portum conducant. — 1 γλαύκη Cod., corr. Jac. — 2 δαίμον' ἀλεξικάκω (duali) malebat Schæferus ad L. Bos. Ell. p. 182, « nec improbabiliter. In Orphico hymno 73 Leucothea una cum filio ob opem navigantibus præstitam δαίμοσι σωτηρίοις annumeratur. Conf. Odyss. E, 333 seqq. — 5. Φυγόντα, proficiscentem; nihil amplius. » *Jac.* Quidni διαφυγόντα, aptum sequenti σῷον? Latina sunt Boissonadii in epigrammatis quæ non vertit Grotius. — 6 σῶιον ἐπὶ γλυκὺν ἠιόνα πειραιές (superposito ω) Codex; corr. Dorvillius, sed male scribens ζωόν.

CCCL. « Scriptum in Demosthenem Milesium, qui triplicem, ut videtur, victoriam Olympiacam reportaverat inter tubicines. Nam σαλπιγκταὶ quoque inter se certabant, in ara stantes quæ Olympiæ erat, ἐν ἄλτει, Pausan. V, 22. » *Jac.* — 1. « Τυρσηνῆς, vide not. ad ep. 151. » *B.* — 2. Στρηνές, *i. q.* τραχέως. Passim dicitur στρηνὴς de undis rauco strepitu ad littus allisis. — 3 ὃ πρὶν Cod. Intelligendum videtur : jam præteriti temporis memoria tubicines bis vicisse; Demostheni vero si tertia contigit victoria, manifestum esse nullo unquam tempore plenius sonuisse tubam quam canente Demosthene. De tuba non certante, sed victoriam renunciante si malis accipere verba non satis perspicua, majus exoritur incommodum : de victoriæ genere altum poetæ silentium. Boiss. : « Malim ἔχεν. Superior ætas habuit et audivit strepitum tubæ duas victorias athletæ prædicantis. » — 4 τρισσοῦς ἤγαγες εἰ στεφ. Codex; ἤγαγε εἰ στεφ. apogr. Paris., neuter εἰς. « Pro (priore) εἰ malim ᾗ. Qua vero die tu ad tres coronas et victorias tubam duxisti, tres victorias tuba nuntiandas reportasti. » *B.* Sed σάλπιγγα ἄγειν εἰς στεφάνους dici non posse videtur. Probo Jacobsii emendationem καὶ τρισσοὺς ἤλασας εἰς στεφ., *si ad triplicem perrexisti victoriam.* Heckerus olim ἠγάγεο στεφάνους, nuper

εἰ δέ σε καὶ τρισσοὺς ἤγαγεν εἰς στεφάνους,

in quo subjectum ex apodosi petendum. Bothius τρισσοὺς ἤγαγες εἰς στεφάνους. Brunckius ἤγαγες εἰς στεφάνους ἀστὸς Μίλητον.

CCCLI. In clavam Herculi ab Archino Cretensi dedicatam. — 1. Τίν με. Schol. : ἀντὶ σύ (corrige σοί) με. Deinde Cod. λεοντάγχωνε, in margine repetitum ultima litera prorsus ambigua. Lobeckii ad Phrynich. p. 565 correctionem λεοντάγχ' ὧνα recepit Meinek., sed addens : « Valckenarius scripsit λεοντάγχ' ὧδε, quod nescio an etiam præferendum sit Lobeckianæ emendationi. » Jacobsius in nostro exemplo et Boiss. asciverunt conjecturam Bastii et Lennepii λεοντόχλαινε, coll. Plan. ep. 94. — 2 sic Jacobsius distinxit. Reliqui ὄζον Θῆκε. — Τίς;

CCCLII. Codex ἠρίννης. In imaginem Agatharchidis a sollertissimo artifice pictam. — 1 δεξαταλαν Codex; Ἐξ ἁπαλῶν Plan.; Ἐξ ἁπαλᾶν Heckerus I, p. 353. Edebatur auctoribus Salmasio et Jacobsio Δέξ' ἁταλᾶν, ut *Prometheo* dedicari dicatur tabula illa picta; quod ab omni probabilitate longe abesse intellexit Weiskius De Prometheo p. 500, citatus ab Heckero, qui ἁταλαὶ χεῖρες de *scitis* manibus dici non posse recte observavit, sed ἁπαλαί : cetera bene Jacobsius : « Dicitur periti artificis opus. Sic γλαφυρᾶς χερὸς Theocr. epigr. 7. Manus sculptoris qui molle et ad ungues expolitum opus posuerit, recte *molles* appellari nec Huetium fugit p. 29. » Δ in Codice (δεξ ...) ortum videtur ex nota initium novi epigrammatis indicante, id quod agnoverit Planudes. Post γράμματα distinguendum, usitatissima in his ellipsi; et λῷστε epitheto subest ironia. Sic scripta multum præstant Heckerianis hisce p. 178 :

Δεῖγμ' ἁπαλᾶν χειρῶν τάδε γράμματα λῷστα, Προμαθεῦ,
ὅττι καὶ ἀνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.

Plan. Προμηθεῦ. Boiss. hæc adscripsit ex schol. Wech.: φασὶ τὸν Προμηθέα τοὺς ἀνθρώπους πλάσαι πηλῷ, κἄπειτα φωνὴν καὶ ψυχὴν αὐτοῖς ἐνθεῖναι· φησὶν οὖν ὡς εἰ καὶ ὁ ζυγράφος (imo ὁ ζωγράφος) ψυχὴν τῷ ξοάνῳ ἐνέθηκεν, αὐτὴ ἂν ἦν ἡ Ἀγαθαρχίς· τάλλα γὰρ οὐδὲν αὐτῆς ἀπολείπεται. — 2 ἐντὶ Plan. Conf. IX, ep. 724. — 3. « Qui humanam speciem ita pingunt effinguntve, ut vivere et spirare videatur, ἐτύμως et ἐναργῶς γράφειν dicuntur. » *Jac.* Bergkius Lyr. p. 703 malit γῶν. — 4 αἶχ' αὐγὰν Cod.; αἰχ' αὐδὰν Ursinus et alii, quod edebatur; in αἰ καὐδὰν consentiunt Weisk., Both., Heck., Bergk. Deinde Plan. ἧς Ἀγ., sine κ'.

CCCLIII. « In pictam egregie imaginem Melinnæ, Nossidis, ut videtur, filiæ. — 1. Αὐτομέλινναι, *ipsissima Melinna,* ad vivum expressa. Sic αὐτοθαί; ap. Lucianum, ad quem v. Hemst. I, p. 434 Bip. » *Jac.* — 2 ἄμε Cod.; ἄμμε Valckenarius. — 3 ποτῴκει Bentleius et Meinek., ut modo ποτοπτάζειν. Cod. προσῴκει. — 4 πέλῃ Schæferus Meletem. p. 28; πέλοι Cod. « De liberorum cum patre similitudine v. ad XI, ep. 215. » *B.*

CCCLIV. Item in effigiem mulieris. — 1, 2 εἶδε τε μέν (vel μὲν) ἀ δ' εἰκὼν Codex, quæ optime restituit Meinek. p. 96. « Scripsi ἔστι μὲν ὄψις, melius quid exspectans. » *B.* Brunckius εἶδατ' ὀπωπά, Jacobs. εἶδεται ὄμμα, vel εἶδος ἐραννῆς, cum γνωτόν. Addit Meinek.: « Pro τηνῶθε, quo etiam Theocr. usus est III, 10, fortasse præstat scribere τηλῶθε, coll. gramm. Bekk. An. p. 1425. Quamquam illud in eundem sensum accipi potest. » — 2 μεγαλωσύναι Codex; quod correxi; sic ἀβροσύνη, ἁβροσύνη cum ἁβρότης, ἁβρότης, et alia; μεγαλοφροσύναν Olearius et edd., ut μορφᾷ sit verbum : *imago adumbrat et mentis celsitudinem,* interprete Boiss. Meinekius μεγαλοφροσύνα, de quo non temere dubitabat Heckerus I, p. 178, — 3 τό τε μειλ. Cod.; τὸ δὲ μ. Reiskius et Meinek., qui: « αὐτόθι est *si propius ad imaginem accessero,* aut co-

ram, i. e. si in conspectum amicæ venero. » — 4 ὁρᾶν Cod.; ὁρῆν Brunck., Meinek.

CCCLV. Mater pauperrima filii imaginem misere pictam Baccho donat, deumque precatur ut adsit puero adolescenti. — 1 ζωὸν Cod.; ζῷον Meinekius p. 117, *pictam imaginem*, Micythum pictum. Prætereunda est mira nimis interpretatio Welckeri ad Philostr. Imag. p. 396. — 3. In delectu verbi ὑψώης poeta respexisse videtur ad significationem nominis μίκυθος, μικκός.

CCCLVI. Dianæ æditua Clio filiarum quadrimarum imagines in templo deæ consecrat et pro iis vota facit. Non recte Reiskius statuere videtur hoc carmine ipsas puellas Dianæ sacro cultui destinari. — 1 κλείουσαι δύο Codex. — 3 τετραέτης Cod., corr. Reiskius. « In ἀπὸ μητρὸς subaudiendum ἀνάκεινται vel ἀνατεθειμέναι ἑστήκασιν, ut docet Dorvill. Vann. crit. p. 199. » *Brunck.* Quam præpositionem in talibus alio sensu poni animadvertit Heckerus; ut ἀνάθημα ἀπὸ Φωκέων, *de victis* ..., et similia frequenter apud Pausaniam, δῶρον ἀπὸ Γαλατᾶν supra ep. 130, etc., et ὑπὸ vel παρὰ μητρός corrigit. Nihilominus ἀπὸ μητρός hoc loco et intellectum ut oportet fuisse et recte dici persuasum habeo, « matre (ut observaverat Jac.) tanquam debitum deæ solvente; v. Schæfer. ad L. Bos. Ell. p. 582. » Quæ sequuntur, τὰ τῆσδε εὔτεκνα, intellige τὸ εὔτεκνον, τὴν εὐτεκνίαν μου. Ἴδοις autem est *benevola respicias*, cujus usus exempla collegit Hecker. Ab hoc disticho nova pagina Codicis incipit, cum lemmate : εἰς νεοκόρους (sic) γυναῖκας. Et in superiore margine paginæ ab alia m.: ἀνάθημα Ἡσιόδου, cum disticho quod infra legitur VII, 53.

CCCLVII. Lemma : ἀνάθημα εἰς Νικάνωρα (sic) Μακεδόνα τὸν Εὐπτοιήτου (sic) καὶ Ἡγησοῦς καὶ εἰς Φίλαν. Viatori salutanti et interroganti respondent statuæ pueri et puellæ. — 2. « Mirum mihi videtur ὧδε ubi exspectaveris οὕτως. Fortasse : τί δ' ὑμῖν, Ὦ καλοί, χαρ. » *Hecker.* — 3 πατὴρ δὲ πτοίητος ἐμοὶ αἰπιόρητος Codex. Brunckius ex apogr. Buher. et lemmate, πατὴρ δ' ἐμοὶ Εὐπτοίητος. Jacobs. πτοίητος ejecit ut διττογραφίαν. « Nomen Αἰπιόρητος fortasse in Ἠπιόρητος mutandum; illud certe initio corruptum putem. » *Heck.* — 6 τεκέων ἔσταμες Codex.

CCCLVIII. Lemma : εἰς κύπασσιν τὸν Ὀμφάλης ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ναῷ. Haud dubie Ephesio. « Omphalæ cypassin commemorat etiam, ni fallit conjectura, Ion tragicus ap. Polluc. VII, 60 :

> βραχὺς λίνου κύπασσις εἰς μηρὸν μέσον
> ἐσταλμένος.

Quibus verbis Hercules describi videtur Omphales tunica indutus. » *Meinek.* p. 144. — 1 ἄβρέα κύπασσι τὸν ὀμφαλίη ποτε Cod., corr. Reiskius. « Ὀμφαλίη tueri conatus sum in Theb. Paradox. IV, p. 360. » *Unger.* In Codice schol.: ὅτι κύπασσις κόσμος ἐστὶ γυναικεῖος. Vide ad ep. 272. — 3 καὶ ὡς τότε Cod.; scripsi καλῶς, ut Æschylus καλῶς εὐδαίμων, al., probante Piccolo. Meinekius καθὼς τότε καὶ πάλιν, tuitus idem Codicis scripturam ὡς νῦν, *quandoquidem* ... Edebatur ex Toupii conj. ὃς νῦν.

In fine capitis compilator vel diasceuasta : καὶ ὁ τῶν ἀναθεματικῶν ἡμῖν ἐπιγραμμάτων χαρακτὴρ πεπλήρωται, ἱκανῶς ἔχων ὡς ἐμαυτὸν πείθω.

In margine scriptus numerus epigrammatum : ὁμοῦ τξ', 360, numeratis quidem iis quæ omissa in editione suis quæque locis indicavimus.

CAPUT VII.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΠΙΤΥΜΒΙΑ.

1. ΑΛΚΑΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΣΣΗΝΙΟΥ.

Ἡρώων τὸν ἀοιδὸν Ἴῳ ἔνι παῖδες Ὅμηρον
ἤκαχον, ἐκ Μοιρέων γρῖφον ὑφηνάμενοι·
νέκταρι δ' εἰνάλιαι Νηρηΐδες ἐχρίσαντο,
καὶ νέκυν ἀκταίῃ θῆκαν ὑπὸ σπιλάδι,
ὅττι Θέτιν κύδηνε καὶ υἱέα, καὶ μόθον ἄλλων
ἡρώων, Ἰθακοῦ τ' ἔργματα Λαρτιάδεω.
Ὀλβίστη νήσων πόντῳ Ἴος, ὅττι κέκευθε
βαιὴ Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων.

2. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Τὰν μερόπων Πειθὼ, τὸ μέγα στόμα, τὰν ἴσα Μούσαις
φθεγξαμέναν κεφαλὰν, ὦ ξένε, Μαιονίδεω
ἆδ' ἔλαχον νασῖτις Ἴου σπιλάς· οὐ γὰρ ἐν ἄλλᾳ
ἱερὸν, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ, πνεῦμα θανὼν ἔλιπεν,
ᾧ νεῦμα Κρονίδαο τὸ παγκρατὲς, ᾧ καὶ Ὄλυμπον
καὶ τὰν Αἴαντος ναύμαχον εἶπε βίαν,
καὶ τὸν Ἀχιλλείοις Φαρσαλίσιν Ἕκτορα πώλοις
ὀστέα Δαρδανικῷ δρυπτόμενον πεδίῳ.
Εἰ δ' ὀλίγα κρύπτω τὸν ταλίκον, ἴσθ' ὅτι κεύθει
καὶ Θέτιδος γαμέταν ἃ βραχύβωλος Ἶκος.

2*. ΑΛΛΟ.

Εἰ καὶ βαιὸς ὁ τύμβος, ὁδοιπόρε, μή με παρέλθῃς,
ἀλλὰ καταστέψας, ἴσα θεοῖσι σέβου·
τὸν γὰρ Πιερίδεσσι τετιμένον ἔξοχα Μούσαις
ποιητὴν ἐπέων θεῖον Ὅμηρον ἔχω.

EPIGRAMMATA SEPULCRALIA.

1. ALCÆI MESSENII.

Heroum cantorem Homerum pueri in Io *insula*
contristarunt, Parcarum jussu griphum *ei* texentes :
sed nectare marinæ Nereïdes *eum* unxerunt,
et mortuum littorali posuerunt sub scopulo,
quia Thetidem celebraverat et filium, bellumque aliorum
heroum, et Ithacensis facta Laertiadæ.
Felicissima insularum in ponto Ios, quia condit
parva Musarum astrum et Gratiarum.

2. ANTIPATRI SIDONII.

Mortalium Suadam, magnum os, paria Musis
vociferans caput, o hospes, Mæonidæ [*insula*,
hic insularis Ii scopulus sum-sortitus : non enim in alia
sed in me, sanctum spiritum mortuus reliquit,
quo nutum Saturnii omnipotentem, quo et Olympum
et Ajacis ad-naves-pugnans dixit robur,
et Achillis Pharsalicis equis Hectorem
dum ossa in Dardanico laceratur campo.
Si vero parva *ego* condo tantum virum, scito occultare
etiam Thetidis sponsum parvam glebis Icum.

2*. ALIUD.

Etiamsi parvum *est* sepulcrum, viator, ne me prætereas,
sed coronatum velut deos venerare :
Pieridibus enim summe honoratum Musis
poetam epicum, divinum Homerum, contineo.

HUGONIS GROTII VERSIO.

1. ALCÆI MESSENII,

de Homero.

Carmine perplexo vatem virtutis Homerum
Vexarunt pueri quos generavit Ios.
Nectare sed puro corpus Nereides unctum
Contigui scopulo supposuere maris :
Quòd Thetin et Thetidos natum et patientis Ulyssi
Errores cecinit, factaque clara ducum.
Sit non magna licet, felix Ios insula ponti,
Musarum sidus quæ tegit et Venerum.

2. ANTIPATRI SIDONII,

de eodem.

Os magnum, quod suada fuit mortalibus, orsum
Mæonidæ Musis æqua sonare caput,
Hic in Io pelagi scopulis tego; nam sacer ille
Spiritus haud alia membra reliquit humo :
Quo nutum cecinit Jovis et cælestia templa,
Ajace et tutas vindice mille rates,
Et qui Dardanios permiscuit ossibus agros
Vectus in Emathiis Hector Achillis equis.
Nec grave, dic tantum tantilla quod insula condo :
Parva virum Thetidos sic sepelivit Icos.

3. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα, θεῖον Ὅμηρον.

4. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ἐνθάδε Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον,
κλεινὸς ἐπ' ἀγχιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.
Εἰ δ' ὀλίγη γεγαυῖα τόσον χάδεν ἀνέρα νῆσος,
μὴ τόδε θαμβήσῃς, ὦ ξένε, δερκόμενος·
καὶ γὰρ ἀλητεύουσα κασιγνήτη ποτὲ Δῆλος
μητρὸς ἀπ' ὠδίνων δέξατο Λητοΐδην.

5. ΑΔΗΛΟΝ, οἱ δὲ φασὶν ΑΛΚΑΙΟΥ.

Οὐδ' εἴ με χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος Ὅμηρον
στήσητε φλογέαις ἐν Διὸς ἀστεροπαῖς,
οὐκ εἰμ' οὐδ' ἔσομαι Σαλαμίνιος, οὐδ' ὁ Μέλητος
Δημαγόρου· μὴ ταῦτ' ὄμμασιν Ἕλλὰς ἴδοι.
Ἄλλον ποιητὴν βασανίζετε· τἀμὰ δὲ, Μοῦσαι
καὶ Χίος, Ἑλλήνων παισὶν ἀείσετ' ἔπη.

6. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἡρώων κάρυχ' ἀρετᾶς, μακάρων δὲ προφήταν,
Ἑλλάνων βιοτᾷ δεύτερον ἀέλιον,
Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον, ἀγήραντον στόμα κόσμου
παντὸς, ἁλιῤῥοθίᾳ, ξεῖνε, κέκευθε κόνις.

7. ΑΛΛΟ.

Ἐνθάδε θεῖος Ὅμηρος, ὃς Ἑλλάδα πᾶσαν ἄεισε,
Θήβης ἐκγεγαὼς τῆς ἑκατονταπύλου.

8. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Οὐκέτι θελγομένας, Ὀρφεῦ, δρύας, οὐκέτι πέτρας

3. INCERTI.

Hic sacrum caput terra contegit,
virorum heroum celebratorem, divinum Homerum

4. PAULI SILENTIARII.

Hic Pieridum os sapiens, divinum Homerum,
celeber in scopulo prope-mare tumulus habet.
Si vero parva, qualis est, tantum recepit virum insula,
hoc ne stupeas, hospes, cernens:
etenim circumvagans olim soror Delus
matris ex puerperio accepit Latoiden.

5. INCERTI; alii dicunt ALCÆI [MESSENII].

Non, si me aureum a malleo Homerum
statuissetis flammantibus in Jovis fulguribus,
non sum neque ero Salaminius, neque ego Meletis
ero Demagoræ; ne hæc oculis Græcia videat.
Alium poetam explorate: mea vero *vos*, Musæ
et Chie, Græcorum filiis cantabitis carmina.

6. ANTIPATRI SIDONII.

Heroum virtutis præconem, et beatorum prophetam
Græcorum vitæ alterum solem,
Musarum lumen, Homerum, non-consenescens os mundi
totius, mari-circumflua, hospes, pulvis occultavit.

7. ALIUD.

Hic *situs-est* divus Homerus, qui Græciam totam cecinit,
Thebis oriundus urbe centum-portis

8. ANTIPATRI SIDONII.

Non-amplius demulcens, Orpheu, quercus, non-amplius ru-
[pes

---

3. *De eodem.*

Ista tegit tellus sacrum caput illud Homeri,
Cantibus Heroum qui res cælestibus æquat.

4. PAULI SILENTIARII,

de eodem.

Os sapiens quo Musa loqui gaudebat, Homerum
Condit in hoc scopulo clarus ubique lapis.
Qui tumulum spectas, mirari parce, viator,
Quod cineres tantos insula parva tegit.
Sic soror illius tunc errans æquore Delos
Suscepit partus matris, Apollo, tuæ.

5. ALCÆI MITYLENÆI,

de eodem.

Non si me totum rutilo statuatis ab auro
Illic unde Jovis fulmina missa cadunt,
Non sum nec dicar Salamine, nec ille Meletis
Demagoræ: videat Græcia tale nihil.
Vatem qui vester sit quærite: sed mea Musæ
Carmina Grajugenis, et Chios ista canant.

6. ANTIPATRI SIDONII,

de eodem.

Heroum cecinit qui splendida facta Deosque,
Qui sol Grajugenûm gentibus alter erat,
Totius os mundi, Musarum lumen, Homerum,
Fluctibus ista tegit sparsa, viator, humus.

Idem ex lapide.

Qui cecinit superos Heroumque inclyta gesta,
Qui sol Grajugenûm gentibus alter erat,
Ignarum senii, Musarum lumen Homerum,
Os mundi, forma cernis in archetypa.

7. *De eodem.*

Hic situs est, omnis cui Græcia carmen, Homerus,
Urbs centum portis inclyta quem genuit.

8. ANTIPATRI SIDONII,

de Orpheo.

Robora non, Oroheus, posthac annosa movebis,

ἄξεις, οὐ θηρῶν αὐτονόμους ἀγέλας·
οὐκέτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν,
οὐ νιφετῶν συρμούς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα.
Ὤλεο γάρ· σὲ δὲ πολλὰ κατωδύραντο θύγατρες
Μναμοσύνας, μάτηρ δ' ἔξοχα Καλλιόπα.
Τί φθιμένοις στοναχεῦμεν ἐφ' υἱάσιν, ἀνίκ' ἀλαλκεῖν
τῶν παίδων Ἀΐδην οὐδὲ θεοῖς δύναμις;

ages, nec ferarum propriis-legibus-utentes greges;
non-amplius sopies ventorum fremitum, non grandinem,
non nivium tractus, non mugiens mare!
Periisti enim; te vero multum defleverunt filiæ
Memoriæ, materque inprimis Calliope.
Quid mortuos gemimus gnatos, quum depellere
a-liberis Orcum ne dii quidem valeant?

9. ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Ὀρφέα Θρηϊκίῃσι παρὰ προμολῇσιν Ὀλύμπου
τύμβος ἔχει, Μούσης υἱέα Καλλιόπης,
ᾧ δρύες οὐκ ἀπίθησαν, ὅτῳ σὺν ἅμ' ἕσπετο πέτρη
ἄψυχος, θηρῶν θ' ὑλονόμων ἀγέλα,
ὅς ποτε καὶ τελετὰς μυστηρίδας εὕρετο Βάκχου,
καὶ στίχον ἡρῴῳ ζευκτὸν ἔτευξε ποδί,
ὅς καὶ ἀμειλίκτοιο βαρὺ Κλυμένοιο νόημα
καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελξε λύρᾳ.

9. DAMAGETI.

Orpheum Thracica prope cacumina Olympi
sepulcrum habet, Musæ filium Calliopes,
cui quercus parebant, quem una sequebatur rupes
inanima, ferarumque silvestrium grex;
qui olim et consecrationes mysticas invenit Bacchi,
et versum heroo vinctum construxit pede;
qui et inexorabilis durum Clymeni cogitatum
et implacabilem animum demulsit lyrâ.

10. ΑΔΗΛΟΝ.

Καλλιόπης Ὀρφῆα καὶ Οἰάγροιο θανόντα
ἔκλαυσαν ξανθαὶ μυρία Βιστονίδες·
στικτοὺς δ' ἡμάξαντο βραχίονας, ἀμφιμελαίνῃ
δευόμεναι σποδιῇ Θρηΐκιον πλόκαμον·
καὶ δ' αὐταὶ στοναχεῦντι σὺν εὐφόρμιγγι Λυκείῳ
ἐῤῥῆξαν Μοῦσαι δάκρυα Πιερίδες,
μυρόμεναι τὸν ἀοιδόν· ἐπωδύραντο δὲ πέτραι
καὶ δρύες, ἃς ἐρατῇ τὸ πρὶν ἔθελγε λύρῃ.

10. INCERTI.

Calliopes et Œagri *filium* Orphea defunctum
planxerunt mille-modis flavæ Bistonides,
et puncta sauciarunt brachia, atro
inficientes pulvere Thracium crinem;
atque ipsæ cum suspirante pulchra-cithara Lyceo
eruperunt in-lacrimas Musæ Pierides,
deplorantes cantorem, et simul-lamentabant rupes
et quercus, quas amabili antea mulcebat lyra.

11. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Ὁ γλυκὺς Ἠρίννης οὗτος πόνος, οὐχὶ πολὺς μέν,
ὡς ἂν παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτους,
ἀλλ' ἑτέρων πολλῶν δυνατώτερος· εἰ δ' Ἀΐδας οἱ
μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα;

11. ASCLEPIADIS.

Dulce hoc opus Erinnæ, non magnum quidem
ut virginis undeviginti-annorum,
sed aliis multis potentius; et, si Orcus illi [nomen?
non rapidus venisset, quænam tantum habitura-esset

12. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἄρτι λοχευομένην σε μελισσοτόκων ἔαρ ὕμνων,

12. INCERTI.

Modo parturientem te ab-apibus paratorum ver hymnorum

Non rigidas cautes, non sine lege feras;
Nec cessare dabis ventos, et grandinis imbrem,
Densatasque nives, horrisonumque mare.
Raptus morte jaces: Musarum te chorus omnis
Flevit, et ante alias Calliopea parens.
Nostra quid, o homines, lugemus pignora, quando
Non possunt mortem Di prohibere suis?

9. DAMAGETI,
de eodem.

Threïcius celso qua culmine surgit Olympus
Natum Calliopes Orphea condit humus:
Cui vacuæ sensu rupes, cui paruit arbor,
Auribus arrectis quem stupuere feræ;
Mystica nocturni reperit qui sacra Lyæi,
Vinxit et heroo carmina prima pede;
Qui potuit sibi Ditis inexorabile numen,
Immitesque animos conciliare lyra.

10. *De eodem.*

Bistoniæ flevere nurus, cum mortuus Orpheus,
Orpheus Œagro Calliopeque satus;
Puncta cruentantes sibi brachia, pulvere nigro
Fœdantes Thressas per caput omne comas.
Ingemuit citharæ fidiumque oblitus Apollo,
Pieridum lacrymis permaduere genæ,
Vatis ob interitum; sonuerunt planctibus orni,
Et solita illius carmine saxa trahi.

11. ASCLEPIADÆ
de Erinna.

Dulcis hic Erinnæ labor est, non magnus (ad annos
Virgo novem tantum vixerat atque decem),
Sed multis præstans aliis. Nisi fata tulissent
Tam cito me, cujus gloria tanta foret?

12. INCERTI,
de eadem.

Dum paris æternum mellitis carminibus ver,

ἄρτι δὲ κυκνείῳ φθεγγομένην στόματι,
ἤλασεν εἰς Ἀχέροντα διὰ πλατὺ κῦμα καμόντων
Μοῖρα, λινοκλώστου δεσπότις ἠλακάτης·
σὸς δ' ἐπέων, Ἤριννα, καλὸς πόνος οὔ σε γεγωνεῖ
φθίσθαι, ἔχειν δὲ χοροὺς ἄμμιγα Πιερίσιν.

13. ΛΕΩΝΙΔΟΥ, οἱ δὲ ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Παρθενικὰν νεάοιδον ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν
Ἤριννα, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομέναν,
Ἅδας εἰς ὑμέναιον ἀνάρπασεν. Ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων
εἶπ' ἐτύμως ἁ παῖς· « Βάσκανος ἔσσ', Ἀΐδα. »

14. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Σαπφώ τοι κεύθεις, χθὼν Αἰολί, τὰν μετὰ Μούσαις
ἀθανάταις θνατὰν Μοῦσαν ἀειδομέναν,
ἃν Κύπρις καὶ Ἔρως σὺν ἅμ' ἔτραφον, ἃς μέτα Πειθὼ
ἔπλεχ' ἀείζωον Πιερίδων στέφανον,
Ἑλλάδι μὲν τέρψιν, σοὶ δὲ κλέος. Ὦ τριέλικτον
Μοῖραι δινεῦσαι νῆμα κατ' ἠλακάτας,
πῶς οὐκ ἐκλώσασθε πανάφθιτον ἦμαρ ἀοιδῷ
ἄφθιτα μησαμένᾳ δῶρ' Ἑλικωνιάδων;

15. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Οὔνομά μευ Σαπφώ· τόσσον δ' ὑπερέσχον ἀοιδὰν
θηλειᾶν, ἀνδρῶν ὅσσον ὁ Μαιονίδας.

16. ΠΙΝΥΤΟΥ.

Ὀστέα μὲν καὶ κωφὸν ἔχει τάφος οὔνομα Σαπφοῦς·
αἱ δὲ σοφαὶ κείνης ῥήσιες ἀθάνατοι.

17. ΤΥΛΛΙΟΥ ΛΑΥΡΕΑ.

Αἰολικὸν παρὰ τύμβον ἰὼν, ξένε, μή με θανοῦσαν
τὰν Μυτιληναίαν ἔννεπ' ἀοιδοπόλον·
τόνδε γὰρ ἀνθρώπων ἔκαμον χέρες· ἔργα δὲ φωτῶν
ἐς ταχινὴν ἔρρει τοιάδε ληθεδόνα.
Ἦν δέ με Μουσάων ἐτάσῃς χάριν, ὧν ἀφ' ἑκάστης
δαίμονος ἄνθος ἐμῇ θῆκα παρ' ἐννεάδι,
γνώσεαι ὡς Ἀΐδεω σκότον ἔκφυγον· οὐδέ τις ἔσται

modoque cygni loquentem ore
pepulit in Acherontem per latam undam mortuorum
Parca, lino-textæ domina coli : [non
sed tuum carminum, o Erinna, pulchrum opus clamat te
periisse, sed agere choros cum Pieridibus.

13. LEONIDÆ, aliis MELEAGRI.

Virginem nova-carmina-fundentem inter poetas apem
Erinnam, Musarum flores legentem,
Orcus in nuptias rapuit. Sane hoc prudens
vere dixit puella : « Invidus es, Orce. »

14. ANTIPATRI SIDONII.

Sapphonem igitur condis, tellus Æolia, illam cum Musis
immortalibus mortalem Musam cantatam,
quam Cypris et Amor una educarunt, quacum Suada
texebat sempiternam Pieridum coronam,
Græciæ quidem voluptatem, tibi vero gloriam. O ter-glo-
Parcæ filum torquentes in colo, [meratum
cur non nevistis prorsus-indelebilem diem cantrici,
quæ æterna excogitavit dona Heliconiadum?

15. ANTIPATRI.

Nomen mihi Sappho; tantumque superavi cantu
mulieres, viros quantum *superavit* Mæonides.

16. PINYTI

Ossa quidem et mutum tumulus habet nomen Sapphûs,
docta vero ejus carmina *sunt* immortalia.

17. TULLII LAUREÆ.

Æolium prætergrediens sepulcrum, hospes, ne mor-
dic, Mitylenæam cantricem : [tuam me
hoc enim hominum pararunt manus, et opera virorum
in celerem ruunt talia oblivionem.
Si vero in-me Musarum spectas gratiam, quarum a quaque
dea florem meis apposui novem-libris,
scies me Orci tenebras effugisse, neque erit ullus

Fundit olorinos dum tua lingua sonos,
Regna per umbrarum te fert Acherontis ad undas
Parca, colus vitæ pensa trahentis hera.
Sed doctus labor ille tuus te vivere clamat,
Erinna, et Musas inter habere choros.

13. LEONIDÆ,
de eadem.

Erinnam vigilem Musarum carpere flores,
Quæ vates inter læta virebat apis,
Ad sua fert Pluton connubia : vera puella
Dixerat : O Pluton, invidus es nimium.

15. ANTIPATRI,
de Sappho.

Sappho nomen erat : tantum muliebria vici
Carmina, tu quantum vincis, Homere, viros.

16. PINYTI,
de eadem.

Ossa tenet Sapphûs et nomen inane sepulchrum,
Docta sed illius carmina morte carent.

17. TULLII LAUREÆ,
de eadem.

Mortua ne dicar tibi vates ex Mitylena,
Æolicum quisquis conspicis hunc tumulum.
Hunc hominum struxere manus : at talia quæ sunt,
Hæc cito mortales dememinisse solent.
At me docta novem poscas si dona sororum,
Dona novem libris quæ tribuere meis,
Agnoscas me jure meo contemnere mortem :

τῆς λυρικῆς Σαπφοῦς νώνυμος ἠέλιος.

18. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛ.

Ἀνέρα μὴ πέτρῃ τεκμαίρεο. Λιτὸς ὁ τύμβος
ὀφθῆναι; μεγάλου δ' ὀστέα φωτὸς ἔχει.
Εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης
ἔξοχον, ὃν Μουσέων ἐννέ' ἀριθμὸς ἔχει·
κεῖται δ' ἠπείροις διδύμοις ἔρις, εἴθ' ὅγε Λυδὸς,
εἴτε Λάκων· πολλαὶ μητέρες ὑμνοπόλων.

19. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Τὸν χαρίεντ' Ἀλκμᾶνα, τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων
κύκνον, τὸν Μουσῶν ἄξια μελψάμενον,
τύμβος ἔχει, Σπάρτας μεγάλαν χάριν, ἔνθ' ὅ γε λοῖσθον
ἄχθος ἀποῤῥίψας οἴχεται εἰς Ἀΐδαν.

20. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἔσβέσθης, γηραιὲ Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν,
οἰνωπὸν Βάκχου βότρυν ἐρεπτόμενος.

21. ΣΙΜΜΙΟΥ (ΘΗΒΑΙΟΥ).

Τὸν σὲ χοροῖς μέλψαντα Σοφοκλέα, παῖδα Σοφίλλου,
τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον,
πολλάκις ὃν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσὸς ἔρεψε κόμην,
τύμβος ἔχει καὶ γῆς ὀλίγον μέρος· ἀλλ' ὁ περισσὸς
αἰὼν ἀθανάτοις * δέρκεται ἐν σελίσιν.

22. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἥρέμ' ὑπὲρ τύμβοιο Σοφοκλέος, ἠρέμα, κισσέ,
ἑρπύζοις, χλοεροὺς ἐκπροχέων πλοκάμους,
καὶ πέταλον πάντῃ θάλλοι ῥόδου, ἥ τε φιλοῤῥώξ
ἄμπελος, ὑγρὰ πέριξ κλήματα χευαμένη,
εἵνεκεν εὐεπίης πινυτόφρονος, ἣν ὁ μελιχρὸς
ἤσκησεν Μουσέων ἄμμιγα κἀκ Χαρίτων.

lyricæ Sapphûs sine-nomine sol (*dies*).

18. ANTIPATRI THESSALON.

Virum ne judica e saxo. Tenue sepulcrum *est*
adspectu? at magni ossa viri habet.
Nosces Alcmanem, lyræ pulsatorem Lacænæ
eximium, quem novem Musarum numerus habet;
statque inter-duas continentes lis, utrum hic *sit* Lydus,
an Lacon: multæ *sunt* matres poetarum.

19. LEONIDÆ.

Jucundum Alcmanem, cantorem nuptialium-carminum
cygnum, qui Musis digna psallebat,
sepulcrum habet, Spartæ magnam gratiam, ubi ultimo
onere abjecto, abiit ad Inferos.

20. SIMONIDIS.

Exstinctus-es, senex Sophocles, flos cantorum,
vini-colore-tinctam uvam Bacchi comedens.

21. SIMMIÆ.

Te qui choris cecinisti, Sophoclem, filium Sophilli,
tragicæ Musæ stellam Cecropiam,
quem sæpe in-thymele et in scenis florens
crispa Acharnitica hedera coronavit comam,
sepulcrum habet et parva pars terræ; sed ingens
ævum immortalibus *te* videt in paginis.

22. EJUSDEM.

Quiete supra tumulum Sophoclis, quiete, hedera,
serpas, virides effundens comas,
et folium ubique floreat rosæ, et uvas-amans
vitis, molles circùm palmites fundens,
propter doctrinam sapientem, quam mellitus ille
exercuit ex Musis pariter et Gratiis.

Nam sine sol Sapphûs nomine nullus erit.

18. ANTIPATRI THESSALONICENSIS,

de Alcmane.

Ne saxo metire virum; si vile sepulchrum
Aspicis, at magni vatis id ossa tegit.
Alcman nomen habet, citharam pulsare Lacænam
Optimus, et Musis additus ipse novem.
Certamen terris geminis, an origine Lydus,
An Laco; non simplex vatibus est patria.

19. LEONIDÆ,

de eodem.

Egregium celebrare thoros Alcmana jugales,
Qui cecinit Musis digna sacratus olor,
Terra tegit. Seu, Sparta, tua est hic gloria, sive
Lydus, regna petens infera, jecit onus.

20. SIMONIDÆ

de Sophocle.

Flos vatum Sophocles, canentibus occidis annis,
Dum stringit fauces uva comesta tuas.

21. SIMMIÆ THEBANI,

de eodem.

Decantate choris Sophocles prognate Sophilo,
Quem vocat Actæum Musa tragœda jubar;
Cujus apud scenas et pulpita sæpe capillos
Texit Acharnensis Bacchica frons hederæ;
Parva licet te condat humus, te, temporis omne
Quod venit, in charta non moriente videt.

22. EJUSDEM,

de eodem.

Inclyta divini circum hæc monumenta Sophoclis
Serpite paulatim, serpite vos hederæ.
Floreat hic illic vernans rosa, saxaque dura
Vitis amans fundat brachia lenta super.
Hæc merita est facunda viri sapientia, mella
Quæ redolens Musas miscuit et Veneres.

23. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Θάλλοι τετρακόρυμβος, Ἀνάκρεον, ἀμφὶ σὲ κισσὸς,
ἁβρά τε λειμώνων πορφυρέων πέταλα·
πηγαὶ δ' ἀργινόεντος ἀναθλίβοιντο γάλακτος,
εὐῶδες δ' ἀπὸ γῆς ἡδὺ χέοιτο μέθυ,
ὄφρα κέ τοι σποδιή τε καὶ ὀστέα τέρψιν ἄρηται,
εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα,
ὦ τὸ φίλον στέρξας, φίλε, βάρβιτον, ὦ σὺν ἀοιδᾷ
πάντα διαπλώσας καὶ σὺν ἔρωτι βίον.

24. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἡμερὶ πανθέλκτειρα, μεθυτρόφε, μῆτερ ὀπώρας,
οὔλης ἢ σκολιὸν πλέγμα φύεις ἕλικος,
Τηΐου ἡβήσειας Ἀνακρείοντος ἐπ' ἄκρῃ
στήλῃ καὶ λεπτῷ χώματι τοῦδε τάφου,
ὡς ὁ φιλάκρητός τε καὶ οἰνοβαρὴς φιλοκώμοις
παννυχίσιν κρούων τὴν φιλόπαιδα χέλυν,
κἠν χθονὶ πεπτηὼς, κεφαλῆς ἐφύπερθε φέροιτο
ἀγλαὸν ὡραίων βότρυν ἀπ' ἀκρεμόνων,
καί μιν ἀεὶ τέγγοι νοτερὴ δρόσος, ἧς ὁ γεραιὸς
λαρότερον μαλακῶν ἔπνεεν ἐκ στομάτων.

25. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὗτος Ἀνακρείοντα, τὸν ἄφθιτον εἵνεκα Μουσέων
ὑμνοπόλον, πάτρης τύμβος ἔδεκτο Τέω,
ὃς Χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' Ἐρώτων,
τὸν γλυκὺν ἐς παίδων ἵμερον ἡρμόσατο.
Μοῦνον δ' εἰν Ἀχέροντι βαρύνεται, οὐχ ὅτι λείπων
ἠέλιον, Λήθης ἐνθάδ' ἔκυρσε δόμων·
ἀλλ' ὅτι τὸν χαρίεντα μετ' ἠϊθέοισι Μεγιστέα,
καὶ τὸν Σμερδίεω Θρῃκα λέλοιπε πόθον.
Μολπῆς δ' οὐ λήγει μελιτερπέος, ἀλλ' ἔτ' ἐκεῖνον
βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὕνασεν εἰν Ἀΐδῃ.

23. ANTIPATRI SIDONII.

Floreat quaternis-corymbis, Anacreon, circum te hedera,
et tenera pratorum purpureorum folia;
fontes autem candidi exprimantur lactis,
et bene-olens e terra dulce fundatur temetum,
ut tibi pulvis et ossa delectentur,
si quidem aliqua defunctis appropinquat lætitia,
o amice, qui amicum fovebas barbiton! o qui cum cantu
omnem tranatasti et cum amore vitam!

24. SIMONIDIS.

Vitis omnia-mulcens, vini-nutrix, mater vindemiæ,
crispæ quæ curvum plexum generas claviculæ,
Teii crescas Anacreontis in summa
columna et parvo colle hujus sepulcri,
ut meri-amans et vino-gravis in-comissabundis
pervigiliis pulsans juvenes-amantem lyram,
etiam humi jacens, super capite suo-ferat
præclaram uvam maturis a racemis;
et semper tingat illum *vini* ros humidum, quo vetulus
suaviora tenero spirabat ex ore.

25. EJUSDEM.

Hoc Anacreontem, immortalem per Musas
poetam, patriæ sepulcrum recepit Tei,
qui Gratias spirantia carmina et spirantia Amores,
in suave puerorum desiderium concinnavit.
Uno autem gravatur in Acheronte, non eo-quod linquens
solem, Oblivionis illic adeptus est domos,
sed quod amabilem inter juvenes Megisteum,
et Smerdiæ Thracicum reliquit amorem.
Cantum vero non desinit mellitum, neque adhuc illud
barbiton, ne mortuus quidem, sopivit in Orco.

---

23. ANTIPATRI SIDONII,

de Anacreonte.

Cingat, Anacreion, quadruplex tua busta corymbus,
Et quæ vernantes purpura vestit agros.
Fontibus emanet nivei bona copia lactis,
Fundat odorati pocula terra meri,
Ut cineres habeant quo delectentur, et ossa
Si quid dulce tamen Manibus esse potest.
O cui cara fuit semper lyra, vitaque amores
Inter et argutos velificata modos!

24. SIMONIDÆ,

de eodem.

Læta meri mater quæ crispas molliter uvas
Intexis lentis ebria palmitibus,
Fronde tua velatur Anacreionta columna
Quæ notat, et tenuis qua sepelitur humus:
Ut sitiens vini commessatorque per omnem
Noctem de pueri pulset amore chelyn.
Nunc etiamque tegat de pulchris facta racemis
In terras lapsi festa corona caput,
Nec Bromii sit roris egens, quo dulcius ipso
Spiravit lepido carmen ab ore senex.

25. EJUSDEM,

de eodem.

Victurum, dum mundus, Anacreionta Camœnæ
Muneribus condit patria terra Teos:
Cujus amœna jocos spirant et nectar amorum
Condita formosis carmina de pueris.
Nunc Acheronta dolet solus sibi, non quia regni
Raptus ad inferni nubila sole caret,
Sed quia nunc juvenum delectat corda Megisteus
Dulcis, et incendit Smerdia Thrax alios.
Nulla tamen cantus oblivia: barbitos illi
Blanda nec in Ditis sede silente silet.

26. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ξεῖνε, τάφον παρὰ λιτὸν Ἀνακρείοντος ἀμείβων,
εἴ τί τοι ἐκ βίβλων ἦλθεν ἐμῶν ὄφελος,
σπεῖσον ἐμῇ σποδιῇ σπεῖσον γάνος, ὄφρα κεν οἴνῳ
ὀστέα γηθήσῃ τἀμὰ νοτιζόμενα,
ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος εὐάσι κώμοις,
ὡς ὁ φιλακρήτου σύντροφος ἁρμονίης,
μηδὲ καταφθίμενος, Βάκχου δίχα τοῦτον ὑποίσω
τὸν γενεῇ μερόπων χῶρον ὀφειλόμενον.

27. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἶης ἐν μακάρεσσιν, Ἀνάκρεον, εὖχος Ἰώνων,
μήτ' ἐρατῶν κώμων ἄνδιχα, μήτε λύρης·
ὑγρὰ δὲ δερκομένοισιν * ἐν ὄμμασιν οὖλον ἀείδοις,
αἰθύσσων λιπαρῆς ἄνθος ὕπερθε κόμης,
ἢὲ πρὸς Εὐρυπύλην τετραμμένος, ἢὲ Μεγιστῆ,
ἢ Κίκονα Θρῃκὸς Σμερδίεω πλόκαμον,
ἡδὺ μέθυ βλύζων, ἀμφίβροχος εἵματα Βάκχῳ,
ἄκρητον λείβων νέκταρ ἀπὸ στολίδων.
Τρισσοῖς γὰρ, Μούσαισι, Διωνύσῳ καὶ Ἔρωτι,
πρέσβυ, κατεσπείσθη πᾶς ὁ τεὸς βίοτος.

28. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ὦ ξένε, τόνδε τάφον τὸν Ἀνακρείοντος ἀμείβων,
σπεῖσόν μοι παριών· εἰμὶ γὰρ οἰνοπότης.

29. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Εὕδεις ἐν φθιμένοισιν, Ἀνάκρεον, ἐσθλὰ πονήσας,
εὕδει δ' ἡ γλυκερὴ νυκτιλάλος κιθάρη·
εὕδει καὶ Σμέρδις, τὸ Πόθων ἔαρ, ᾧ σὺ μελίσδων,
βάρβιτ', ἀνεκρούου νέκταρ ἐναρμόνιον.
Ἠϊθέων γὰρ Ἔρωτος ἔφυς σκοπός· εἰς δὲ σὲ μοῦνον
τόξα τε καὶ σκολιὰς εἶχεν ἐκηβολίας.

26. ANTIPATRI SIDONII.

Hospes, sepulcrum parvum Anacreontis præteriens,
si tibi ex libris aliquis venit meis usus,
liba meo cineri, liba delectamentum, ut vino
rigata ossa gaudeant mea:
ut ego Bacchi studens evantibus comissationibus,
ego merum-amantis alumnus harmoniæ,
ne defunctus quidem sine Libero hunc sufferam
mortalium generi locum debitum.

27. EJUSDEM.

Sis inter beatos, Anacreon, gloria Ionum,
nec sine jucundis festis nec *sine* lyra;
humideque spectantibus oculis tenerum canas,
quassans florem (*coronam*) nitida super coma,
sive ad Eurypylen conversus, sive *ad* Megisteum,
vel Ciconium Thracis Smerdiæ capillum,
dulci temeto scatens, circumconspersis baccho vestibus,
merum stillans nectar ab indumentis.
Tribus enim, Musis, Baccho et Amori,
o senex, libata erat omnis tua vita.

28. ANONYMI.

O hospes, hoc sepulcrum Anacreontis præteriens,
liba mihi accedens: sum enim vini-potor.

29. ANTIPATRI SIDONII.

Dormis in mortuis, Anacreon, bona operatus,
dormitque dulcis noctu-loquens cithara,
dormit etiam Smerdis, Amorum ver, cui tu modulatum,
barbiton, canebas nectar harmonicum.
Inter-juvenes enim Amoris eras scopus, et in te solum
arcus et obliquos ex-longinquo-ictus habuit.

---

26. ANTIPATRI SIDONII,

de eodem.

Qui transis hic hospes Anacreionta sepultum,
Si tibi quid gratum pagina nostra dedit:
Da rogo quæ cineri placeant libamina nostro,
Et mea Lenæus proluat ossa liquor:
Auribus ut teneri vox semper grata Lyæi,
Qui dapis et Musæ nuper alumnus eram,
Hæc quoque non tolerem dulci sine munere Bacchi
Humano generi debita vasta loca.

27. EJUSDEM,

de eodem.

Nec nunc, Ioniæ laus gentis Anacreon, expers
Sede beatorum sis dapis atque lyræ:
Sed madidis cantes oculis fluitantia crispo
Flore super nitidas mollia serta comas,
Eurypylum spectans dulcemve Megistea, vel quod
Smerdia fert Ciconum more capillitium:
Dulce mero fragrans, vino perfusus amictum,
Cui puro stillat nectare ruga vetus.
Musæ, Bacchus, Amor, concors est triga Deorum,
Cui tibi tota, senex, vita dicata fuit.

28. *De eodem.*

Quisquis Anacreiontis iter facis hæc prope busta,
Vina mihi liba: res mihi læta merum.

29. ANTIPATRI SIDONII,

de eodem.

Mortue Anacreion, post pulchra poemata dormis,
Et tecum pernox dulce locuta fides.
Dormit et auricomus Smerdis, ver illud Amorum,
Cantabat nectar cui tua blanda chelys.
Nam fuit ardori juvenum scopus ille, sed in quem
Tela truce ex arcu mitteret, unus eras.

30. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τύμβος Ἀνακρείοντος· ὁ Τήϊος ἐνθάδε κύκνος
εὕδει, χὴ παίδων ζωροτάτη μανίη.
Ἀκμὴν λειριόεν τι μελίζεται ἀμφὶ Βαθύλλῳ·
ἠρέμα καὶ κισσοῦ λευκὸς ὄδωδε λίθος.
Οὐδ' Ἀΐδης σοι ἔρωτας ἀπέσβεσεν, ἐν δ' Ἀχέροντος
ὢν ὅλος ὠδίνεις Κύπριδι θερμοτέρῃ.

30. EJUSDEM.

Anacreontis sepulcrum *hoc est :* Teïus hic cygnus
dormit, et in-pueros meracissima insania.
Nunc-ipsum floridum quiddam modulatur de Bathyllo,
fortasse et hederam albus olet lapis.
Neque Orcus tibi amores exstinxit, sed in Acherontis *domo*
versans totus cruciaris calidiore venere.

31. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρῃκὶ τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν,
κώμου καὶ πάσης κοίρανε παννυχίδος,
τερπνότατε Μούσῃσιν Ἀνάκρεον, ὦ 'πὶ Βαθύλλῳ
χλωρὸν ὑπὲρ κυλίκων πολλάκι δάκρυ χέας,
αὐτόματαί τοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἀκρήτου,
κἦκ μακάρων προχοαὶ νέκταρος ἀμβροσίου·
αὐτόματοι δὲ φέροιεν ἴον, τὸ φιλέσπερον ἄνθος,
κῆποι, καὶ μαλακῇ μύρτα τρέφοιτο δρόσῳ·
ὄφρα καὶ ἐν Δηοῦς οἰνωμένος ἁβρὰ χορεύσῃς,
βεβληκὼς χρυσέην χεῖρας ἐπ' Εὐρυπύλην.

31. DIOSCORIDIS.

O Smerdia de Thrace tabescens vel ad extremum os,
tu festi et totius domine pervigilii,
jucundissime Musis Anacreon, o de Bathyllo
vegetam poculis sæpe lacrimam instillans,
sponte tibi fontes ebulliant merum,
et a beatis *diis* fluenta nectaris ambrosii;
sponteque ferant violam, vespertinum florem,
horti, et tenero myrta nutriantur rore:
ut etiam in Cereris *sede* potus molliter saltes,
circumjectis manibus aureæ Eurypylæ.

32. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ.

Πολλάκι μὲν τόδ' ἄεισα, καὶ ἐκ τύμβου δὲ βοήσω·
« Πίνετε, πρὶν ταύτην ἀμφιβάλησθε κόνιν. »

32. JULIANI.

Sæpe hoc cecini, et ex sepulcro clamabo :
« Bibite, priusquam hanc induatis pulverem. »

33. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

α. Πολλὰ πιὼν τέθνηκας, Ἀνάκρεον. β. Ἀλλὰ τρυφήσας·
καὶ σὺ δὲ μὴ πίνων ἴξεαι εἰς Ἀΐδην.

33. EJUSDEM.

a. Multum postquam-bibisti, obiisti, Anacreon. *b.* Sed in-
et tu non potans ibis in Orcum. [deliciis ;

34. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Πιερικὰν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρὺν ὕμνων
χαλκευτὰν, κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις,
οὗ μέλος εἰσαΐων φθέγξαιό κεν, ὥς ποτε Μουσῶν
ἐν Κάδμου θαλάμοις σμῆνος ἀνεπλάσατο.

34. ANTIPATRI SIDONII.

Pieriam tubam, sanctorum gravem hymnorum
fabrum, Pindarum cohibet hæc pulvis,
cujus carmen exaudiens dicas, olim Musarum
examen in Cadmi thalamis *id* finxisse.

35. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς,
Πίνδαρος, εὐφώνων Πιερίδων πρόπολος.

35. LEONIDÆ.

Aptus erat hospitibus hic vir, et amicus civibus,
Pindarus, vocalium Pieridum minister.

---

30. EJUSDEM,

de eodem.

Tectus Anacreion cubat hoc sub marmore, cycnus
Teïus, in pueros maximus ante furor.
Cantat adhuc aliquid de pulchro dulce Bathyllo;
Spirat adhuc hederam candidus iste lapis:
Nec dum exstinctus amor fato est. Acheronte sub imo
Totus es, et calida fœtus es a Venere.

32. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere Præfectorum Augustalium,
de eodem.

Hortor et ex tumulo, cecini quod sæpe, Bibatis!
Dum nondum talis vos quoque vestit humus.

33. *De eodem.*

Multa bibens occumbis Anacreon : ibis in Orcum
Tu quoque mollis homo, cui labor est bibere.

34. ANTIPATRI SIDONII,

de Pindaro.

Pindarus Aonidum tumulo tuba conditur isto,
Grandisona sacri carminis arte faber.
Quæ canit audieris, dices misisse Camœnas,
In Cadmi thalamis quæ stabulentur, apes.

35. LEONIDÆ,

de eodem.

Hospitibus facilis, carus popularibus idem,
Pindarus, Aonidum dextera fida fuit.

36. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Αἰεί τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήματι, δῖε Σοφόκλεις,
σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἅλοιτο πόδας,
αἰεί τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελίσσαις
τύμβος, Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι,
ὡς ἄν τοι ῥείῃ μὲν ἀεὶ γάνος Ἀθθίδι δέλτῳ
κηρὸς, ὑπὸ στεφάνοις δ' αἰὲν ἔχῃς πλοκάμους.

37. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

α. Τύμβος δὸ' ἐστ', ὤνθρωπε, Σοφοκλέος, ὃν παρὰ ἱρὴν παρθεσίην, ἱερὸς ὤν, ἔλαχον· [Μουσέων
ὅς με τὸν ἐκ Φλιοῦντος, ἔτι τρίβολον πατέοντα, πρίνινον, ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο,
καὶ λεπτὴν ἐνέδυσεν ἁλουργίδα· τοῦ δὲ θανόντος εὔθετον ὀρχηστὴν τῇδ' ἀνέπαυσα πόδα.
β. Ὄλβιος, ὡς ἁγνὴν ἔλαχες στάσιν! ἡ δ' ἐνὶ χερσὶν κούριμος, ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης;
α. Εἴτε σοι Ἀντιγόνην εἰπεῖν φίλον, οὐκ ἂν ἁμάρτοις, εἴτε καὶ Ἠλέκτραν· ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον.

38. ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Θεῖος Ἀριστοφάνευς ὑπ' ἐμοὶ νέκυς· εἰ τίνα πεύθῃ κωμικὸν, ἀρχαίης μνᾶμα χοροστασίης.

39. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

Ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ,
Αἰσχύλος Εὐφορίωνος, Ἐλευσινίης ἑκὰς αἴης κεῖται, κυδαίνων σήματι Τρινακρίην.

40. ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Αἰσχύλον ἥδε λέγει ταφίη λίθος ἐνθάδε κεῖσθαι τὸν μέγαν, οἰκείης τῆλ' ἀπὸ Κεκροπίης,
λευκὰ Γέλα Σικελοῖο παρ' ὕδατα· τίς φθόνος, αἴ! αἴ! Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει;

36. ERYCII.

Semper tibi uncto in monumento, dive Sophocles,
scenica teneros hedera jactet pedes,
semper bove-genitis irroretur apibus
sepulcrum, Hymettio stillans melle,
ut tibi fluat usque decus Atticæ tabulæ
cera, et sub coronis usque habeas crines.

37. DIOSCORIDIS.

a. Sepulcrum hoc, mi homo, est Sophoclis, quod a Musis, sacrum depositum, ipse sacer, sortitus-sum,
qui me Phliunte oriundum, adhuc tribulos calcantem, iligneum, in aureum habitum transformavit,
et tenuem induit purpuream-vestem; hoc autem mortuo habilem saltatorium hic cohibui pedem.
b. Beatus, quia sacrum nactus es statum! Sed in manibus illa persona-rasa, ex quali hæc didascalia?
a. Sive tibi Antigonen vocare placet, non erraveris sive etiam Electram: ambæ enim summum.

38. DIODORI.

Divinum Aristophanis sub me *est* corpus, si quæris, comicum: antiquæ monumentum rei-choricæ. [quem

39. ANTIPATRI THESSALON.

Qui tragicam vocem et superciliosum cantum
alte-exstruxit in valida primus eloquentia,
Æschylus Euphorionis *filius*, procul-ab Eleusinia terra jacet, illustrans monumento Trinacriam

40. DIODORI.

Æschylum dicit hic lapis sepulcralis hoc-loco jacere magnum, procul a patria Cecropia,
albas Gelæ Siculi apud aquas. Quænam invidia, heu, heu! in-bonos irata Thesidas *(Athenienses)* semper tenet?

---

36. ERYCII,

de Sophocle.

Semper ad hunc tumulum molli pede, magne Sophocles,
Saltet, scenarum gloria, frons hederæ:
Nec bove progenitæ cessent ad nobile busti
Marmor Hymetteum fundere nectar apes,
Ut velare comas non deficiente corona
Spiret et æternos Attica charta favos.

37. DIOSCORIDÆ,

de eodem.

Hoc Sophocles situs est sub marmore, quem pia cura
Musarum sanctum præstitit a Venere.
Hiceum qui me spinas Phliunte terentem
Vidit, et, Ex auro tu mihi, dixit, eris:
Purpureamque simul vestem dedit: hic requiescunt
Illius edocti rite salire pedes.

Ille quidem tumulo felix: sed dramate de quo
Ista, manus portat quam tua, tonsa comam?
Sive hæc Antigone tibi, sive Electra vocetur,
Non errabis: habent utraque grande decus.

39. ANTIPATRI THESSALONICENSIS,

de Æschylo.

Qui tragicas voces, multumque trahentia fastus
Fortibus instituit stringere verba modis,
Æschylus, Euphorionis, Eleusinos procul arvis,
Concelebrat Siculam, qua sepelitur, humum.

40. DIODORI,

de eodem.

Æschylon hic positum loquitur lapis, Atthide terra
Tam procul, ingentem carminis arte virum,
Alba Gelæ Siculi prope flumina. Quis furor, o gens
Theseos, invisos semper habere bonos.

41. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἆ μάκαρ ἀμβροσίῃσι συνέστιε φίλτατε Μούσαις,
χαῖρε καὶ εἰν Ἀΐδεω δώμασι, Καλλίμαχε.

42. ΑΛΛΟ.

Ἆ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,
ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων, οὐδ' ἐλέφαντος ἔης.
Τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας, ἅτ' οὐ πάρος ἀνέρες ἴδμεν,
ἀμφί τε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους,
εὖτέ μιν ἐκ Λιβύης ἀναείρας εἰς Ἑλικῶνα
ἤγαγες ἐν μέσσαις Πιερίδεσσι φέρων·
αἱ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων
Αἴτια καὶ μακάρων εἶρον ἀμειβόμεναι.

43. ΙΩΝΟΣ.

Χαῖρε μελαμπετάλοις, Εὐριπίδη, ἐν γυάλοισι
Πιερίας τὸν ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον·
ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὤν, ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον ἔσται
ἶσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισιν.

44. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰ καὶ δακρυόεις, Εὐριπίδη, εἶλέ σε πότμος,
καί σε λυκορβαῖσται δεῖπνον ἔθεντο κύνες,
τὸν σκηνῇ μελίγηρυν ἀηδόνα, κόσμον Ἀθηνῶν,
τὸν σοφίῃ Μουσέων μιξάμενον χάριτα,
ἀλλ' ἔμολες Πελλαῖον ὑπ' ἠρίον, ὡς ἂν ὁ λάτρις
Πιερίδων ναίῃς ἀγχόθι Πιερίδων.

45. ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ.

Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου· ὀστέα δ' ἴσχει
γῆ Μακεδών· ἡ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλάς, Ἀθῆναι· πλεῖστα δὲ Μού-
τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει. [σαις

41. ANONYMI.

Ah beate, immortalibus contubernalis gratissime Musis,
salve etiam in Orci ædibus, Callimache!

42. ALIUD.

Ah magnum Battiadæ docti celebre somnium,
sane revera ex-cornibus, non ex-elephante, eras.
Talia enim nobis ostendisti, quæ antea nos viri haud no-
cum circa immortales, tum circa semideos, [veramus,
quando eum e Libya sublatum in Heliconem
ducebas, medias inter Pierides portans;
hæ vero sciscitanti illi de ogygiis (*antiquis*) heroibus
Causas etiam beatorum *deorum* fabantur respondentes.

43. (IONIS.)

Salve, Euripides, nigre-comatis in vallibus
Pieriæ sempiternum noctis thalamum habens; [fore
sciasque etiam sub terra, ubi-es, tibi famam indelebilem
similiter-atque Homericis perennibus gratiis.

44. ANONYMI.

Quamvis lacrimabile, Euripides, te abstulit fatum,
et te luporum-occisores cœnam fecerunt-sibi canes,
in-scena dulciloquam lusciniam, decus Athenarum,
sapientia miscentem Musarum gratiam;
at abiisti Pellæum sub tumulum, ut ministei
Pieridum habites prope Pieridas.

45. THUCYDIDIS.

Monumentum quidem Euripidis Hellas tota, sed ossa habet
terra Macedonia: nam ibi terminum accepit vitæ;
patria vero Helladis Hellas, Athenæ: plurimum Musis
suis quum-delectarit, a multis etiam laudem habet.

---

41. INCERTI,

de Callimacho.

O venerande bonis dulcis conviva Camœnis
Callimache, in regno nunc quoque Ditis ave.

42. *De eodem.*

Accipe Battiadæ sapientia somnia vatis:
Non ebur hæc, verum cornea porta dedit,
Quippe ignota prius sæclis mortalibus edunt,
Sive Deûm sobolem, seu canit ille Deos.
Namque ipsum e Libya portans Heliconis ad arces
Pieridum jussit stare sub ora sopor.
Illæ responso facili docuere rogantem
Semina prima Deûm, semideûmque genus.

43. IONIS,

de Euripide.

O qui Pieriæ thalamis, Euripida, vallis
Non cessatura nocte quiescis, ave.
Hoc sub humo te scire velim, tibi surgere laudes
Perpetuas, quantas magnus Homerus habet..

44. *De eodem.*

Flenda quidem multum tua mors, Euripida, quod te
Esse lupos soliti dissecuere canes,
Lusciniam scenæ, magnum decus Erechthei,
Qui sophiam tragicas adjicis ad Veneres.
At tumulum tibi Pella dedit, cultorque fidelis
Pieridum coleris nunc prope Pieridas.

45. THUCYDIDIS,

de eodem.

Græcia quanta patet, monumenta Euripidis: ossa
Terra tegit Macetûm, terra suprema viro.
Patria quæ Græcis patria est communis, Athenæ:
Musa ejus placuit: laus sine fine manet.

46. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὐ σὸν μνῆμα τόδ' ἔστ', Εὐριπίδη, ἀλλὰ σὺ τοῦδε·
τῇ σῇ γὰρ δόξῃ μνῆμα τόδ' ἀμπέχεται.

47. ΑΛΛΟ.

Ἅπασ' Ἀχαιὶς μνῆμα σὸν, Εὐριπίδη·
οὔκουν ἄφωνος, ἀλλὰ καὶ λαλητέος.

48. ΑΛΛΟ.

Αἰθαλέοιο πυρὸς ῥιπῇσι τρυφηλαὶ σάρκες
λῃφθεῖσαι, νοτίην ὦσαν ἀπ' αἰθόμεναι·
μοῦνα δ' ἔνεστι τάφῳ πολυδακρύῳ ὀστέα κωφὰ,
καὶ πόνος εἰνοδίοις τῇδε παρερχομένοις.

49. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἁ Μακέτις σε κέχευθε τάφου κόνις· ἀλλὰ πυρωθεὶς
Ζανὶ κεραυνείῳ, γαῖαν ἀπηχθίασας.
Τρὶς γὰρ ἐπαστράψας, Εὐριπίδη, ἐξ Διὸς αἰθὴρ
ἤγνισε τὰν θνατὰν σήματος ἱστορίαν.

50. ΑΡΧΙΜΗΛΟΥ.

Τὴν Εὐριπίδεω μήτ' ἔρχεο, μήτ' ἐπιβάλλου,
δύσβατον ἀνθρώποις οἶμον, ἀοιδοθέτα.
Λεία μὲν γὰρ ἰδεῖν καὶ ἐπίῤῥοθος· ἢν δέ τις αὐτὴν
εἰσβαίνῃ, χαλεποῦ τρηχυτέρη σκόλοπος·
ἢν δὲ τὰ Μηδείης Αἰητίδος ἄκρα χαράξῃς,
ἀμνήμων κείσῃ νέρθεν. Ἔα στεφάνους.

51. ΑΔΔΑΙΟΥ.

Οὔ σε κυνῶν γένος εἶλ', Εὐριπίδη, οὐδὲ γυναικὸς
οἶστρος, τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον,
ἀλλ' Ἀΐδης καὶ γῆρας· ὑπαὶ Μακέτῃ δ' Ἀρεθούσῃ
κεῖσαι, ἑταιρείῃ τίμιος Ἀρχέλεω.
Σὸν δ' οὐ τοῦτον ἐγὼ τίθεμαι τάφον, ἀλλὰ τὰ Βάκχου
βήματα καὶ σκηνὰς ἐμβάδι πιεθομένας.

52. ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥ.

Ἑλλάδος εὐρυχόρου στέφανον καὶ κόσμον ἀοιδῆς,

46. INCERTI.

Non tuum monumentum est hoc, Euripides, sed tu hujus:
tuâ enim gloriâ hoc monumentum circumdatur.

47. ALIUD.

Tota Achaja est monumentum tuum, Euripides:
non *es* igitur mutus, sed etiam loquens.

48. ALIUD.

Fuliginosis ignis flatibus delicatæ carnes
correptæ, humorem expulerunt inflammatæ:
sola vero insunt sepulcro multum-lacrimabili ossa muta,
et dolor viatoribus hac prætereuntibus.

49. BIANORIS.

Macedonica te texit sepulcri pulvis; sed ustus
ab-Jove fulguratore terram exuisti:
ter enim fulgurans, Euripides, ab Jove æther
lustravit mortale quod-scibamus-inesse monumento.

50. ARCHIMELI.

Euripidis neque vade, nec vel cogita *vadere*,
difficilem hominibus viam, cantor:
quippe lævis adspectu *est* et facilis; si quis vero eam
ingreditur, molestâ asperior sude:
ac si Medeæ Æetidis illa summa sulcare-velis,
immemorabilis jacebis humi. Mitte coronas.

51. ADDÆI.

Non te canum natio peremit, Euripides, nec femineus
furor, te ab obscura venere alienum,
sed Pluto et senectus; sub Macedonica autem Arethusa
jaces, familiaritate honoratus Archelai.
Ego vero non hoc arbitror tuum sepulcrum, sed Bacchi
thymelas et scenas cothurno pressas (?).

52. DEMIURGI.

Græciæ latæ coronam ac decus carminum,

---

46. *De eodem.*

Non monumenta tua hæc Euripida, tu magis ipsis:
Namque a te tumulo maxima fama venit.

47. *De eodem.*

Achiva tellus non tacens, Euripides,
Sed maxime vocale monumentum tibi.

49. BIANORIS BITHYNI, *de eodem.*

Texit te Macetûm tellus, Euripida: verum
Exuis hanc omnem tactus ab igne Jovis.
Quippe ter effulgens flammis regalibus æther
Quod jactet tumulum sivit habere nihil.

50. ARCHIMELI, *de eodem.*

Quam trivere pedes Euripidis, hanc tibi, quisquis
Carmine vis nosci, sumere parce viam.
Aspectu levis est via planaque, sed simul ire
Incipis, æratis durior est sudibus.

51. ADDÆI, *de eodem.*

Non mortis tibi causa canes, Euripida: sed nec
Femineus, Venerem dum fugis ipse, furor.
Subduxit senio te mors: Arethusa sepulchrum
Præbuit: immensi fecerat Archeleos.
Nec tuus hic tumulus me judice: sed sacra Baccho
Vestis, et in scena tempus in omne favor.

52. DEMIURGI, *de Hesiodo.*

Carminis immortale decus, Grajûmque coronam

Ἀσκραῖον γενεὴν Ἡσίοδον κατέχω.

53. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκα,
ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

54. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστὶν
ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

55. ΑΛΚΑΙΟΥ.

Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο
Νύμφαι κρηνίδων λοῦσαν ἀπὸ σφετέρων,
καὶ τάφον ὑψώσαντο· γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν
ἔῤῥαναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι·
τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν, ἐννέα Μουσέων
ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

56. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἦν ἄρα Δημοκρίτοιο γέλως τόδε, καὶ τάχα λέξει·
« Οὐκ ἔλεγον γελόων, Πάντα πέλουσι γέλως;
καὶ γὰρ ἐγὼ σοφίην μετ' ἀπείρονα, καὶ στίχα βίβλων
τοσσατίων, κεῖμαι νέρθε τάφοιο γέλως. »

57. ΑΛΛΟ.

Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
ὅσσον ὁ παντοδαὴς ἤνυσε Δημόκριτος;
ὃς Θάνατον παρεόντα τρὶ' ἤματα δώμασιν ἔσχεν,
καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισεν.

Ascræum genere Hesiodum contineo.

53. INCERTI.

Hesiodus Musis Heliconiis hunc *tripodem* posui,
quum hymno vicissem Chalcide divinum Homerum.

54. MNASALCÆ.

Ascra quidem patria segetum-dives, sed mortui
ossa equos-stimulantium terra Minyarum tenet
Hesiodi, cujus maxima apud homines gloria est
virorum qui judicantur coticula sapientiæ.

55. ALCÆI.

Locridis in luco umbroso cadaver Hesiodi
Nymphæ fontibus lavarunt ex suis,
et sepulcrum erexerunt; lacte autem caprarii *eum*
rigarunt, flavo admixto melle:
talem enim vocem quoque spirabat, novem Musarum
senex puros gustans liquores.

56. INCERTI.

Fuit igitur hoc Democriti risus, ac fortasse dicet:
« Nonne dicebam ridens, Omnia sunt risus?
quippe ego post sapientiam infinitam et versus librorum
tanto-numero, jaceo in-imo sepulcro risus. »

57. [DIOGENIS LAERTII.]

Et quis fuit tam sapiens? quis opus fecit tantum,
quantum omniscius peregit Democritus?
qui Mortem præsentem triduo in-ædibus habuit
et calidis panum nidoribus excepit.

Hesiodum, genuit quem vetus Ascra, tego.

53. *De donario ejusdem*
Hesiodi.

Hesiodus donum dedit hoc Heliconisi Musis
Chalcide cantando divini victor Homeri.

54. MNASALCÆ,
de eodem.

Ascra ferax Cereris patria est, nunc possidet ossa,
Rector equi Minyes cui dominatur, humus
Hesiodi, cujus celeberrima gloria vincit
Nomina doctrinæ lance probata virûm.

55. ALCÆI,
de eodem.

Hesiodi corpus silvæ sub Locridos umbra
Laverunt Nymphæ fonte nitente suo,
Et tumulum fecere super, quem lacte rigarunt
Pastores, memores addere nectar apis:
Fuderat his rebus similes quia pectore voces,
Aonidum puro potus ab amne senex.

56. *De Democrito.*

Democriti risus nempe hoc erat. Et puto dicet,
Non dixi hoc ridens, Omnia ridicula?
Qui tantum sapui, qui tanta volumina scripsi
Librorum, risus nunc ego sum tumuli.

57. DIOGENIS LAERTII,
de eodem.

Quis sapiens adeo? quis opus tam grande peregit,
Quam vir mente tenens omnia Democritus?
Quippe dies habuit tres intra limina mortem,
Et pastum calidi panis odore dedit

58. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧ. ΑΙΓΥΠΤ.

Εἰ καὶ ἀμειδήτων νεκύων ὑπὸ γαῖαν ἀνάσσεις,
Φερσεφόνη, ψυχὴν δέχνυσο Δημοκρίτου
εὐμενέως γελόωσαν, ἐπεὶ καὶ σεῖο τεκοῦσαν
ἀχνυμένην ἐπὶ σοὶ μοῦνος ἔκαμψε γέλως.

59. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πλούτων δέξο μάκαρ Δημόκριτον, ὥς κεν ἀνάσσων
αἰὲν ἀμειδήτων καὶ γελόωντα λάχοις.

60. ΣΙΜΜΙΟΥ.

Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν ἤθει τε δικαίῳ
ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖος Ἀριστοκλέης·
εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
οὗτος ἔχει πλεῖστον, καὶ φθόνον οὐ φέρεται.

61. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ' ἀθάνατον τάξιν ἔχει μακάρων
υἱοῦ Ἀρίστωνος, τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθὸς, θεῖον ἰδόντα βίον.

62. ΑΛΛΟ.

α. Αἰετὲ, τίπτε βέβηκας ὑπὲρ τάφον; ἢ τίνος, εἰπὲ,
ἀστερόεντα θεῶν οἶκον ἀποσκοπέεις;
β. Ψυχῆς εἰμὶ Πλάτωνος ἀποπταμένης ἐς Ὄλυμπον
εἰκών· σῶμα δὲ γῇ γηγενὲς Ἀθὶς ἔχει.

63. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὸν κύνα Διογένη, νεκυοστόλε, δέξο με, πορθμεῦ,
γυμνώσαντα βίου παντὸς ἐπισκύνιον.

64. ΑΔΗΛΟΝ.

α. Εἰπὲ, κύον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;

58. JULIANI EX PRÆF. ÆGYPTII.

Quamvis non-ridentibus mortuis sub terra imperes,
Proserpina, animam Democriti recipe
benevole, ridentem, siquidem et tuam matrem
dolentem propter te solus inflexit risus.

59. EJUSDEM.

Pluto beate, recipe Democritum, ut, imperans
semper severis, etiam ridentem sortiaris.

60. SIMMIÆ.

Moderatione præstans mortalibus et more justo
hic jacet vir divinus Aristocles;
et si quis ex omnibus sapientiæ magnam habuit laudem,
hic habet plurimam, neque invidiam aufert.

61. ANONYMI.

Terra quidem in sinu occultat hoc corpus Platonis;
at anima æternam stationem habet inter-beatos
filii Aristonis, quem quisque et procul habitans
honorat vir bonus, divinæ expertum vitæ.

62. ALIUD.

a. Aquila, cur posita-es super sepulcro? aut cujus *es*, dic,
quæ sideream deorum domum prospicis?
b. Animæ sum Platonis, quæ-avolavit ad Olympum,
imago; corpus vero terra terrestre habet Attica.

63. ANONYMI.

Canem Diogenem me recipe, defunctorum portitor,
eum qui nudavit vitæ omnis supercilium.

64. INCERTI.

a. Dic, canis, cujusnam viri in monumento stans *id* custodis?

---

58. JULIANI ÆGYPTII,
ex genere Præfectorum Augustalium,
de eodem.

Persephone, quamquam regnas ridere negantes
In populos, animam suscipe Democriti,
Ridentem placide. Cum de te mœsta doleret,
Ipsa tua inflexa est risibus alma parens.

59. EJUSDEM,
de eodem.

Accipe Democritum, Pluton, ut rideat unus
In regno risum non capiente tuo.

60. SIMMIÆ,
de Platone.

Justitia superans et castis moribus omnes,
Dius Aristoclees hac tumulatur humo.
Quotquot præcipuâ sapientia laude celebrat
Omnibus his major, major et invidiâ.

61. *De eodem.*

Terra quidem gremio corpus tegit illa Platonis,
At mens in superis est sine morte locis,
Cujus Aristo pater: bonus hunc miseratur et Indus:
In terris vitam viderat ille Deûm.

62. *De eodem.*

Cujus es, et quorsum tumulo Jovis armiger instans
Astrigeras divûm suspicis ore domos?
Spector ego ad superos animæ volitantis imago
Attica terrenum terra Platonis habet.

63. *De Diogene cane.*

Hanc quoque Diogenis canis accipe portitor umbram:
Exutam vitam fastibus ille dedit.

64. *De eodem.*

Cujus hic est tumulus, cui tu canis, oro, superstas?

β. Τοῦ Κυνός. α. Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ Κύων;
β. Διογένης. α. Γένος εἰπέ. β. Σινωπεύς. α. Ὄς πίθον
β. Καὶ μάλα· νῦν δὲ θανὼν ἀστέρας οἶκον ἔχει. [ᾤκει;

65. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Διογένευς τόδε σῆμα, σοφοῦ κυνὸς, ὅς ποτε θυμῷ
ἄρσενι γυμνήτην ἐξεπόνει βίοτον,
ᾧ μία τις πήρα, μία διπλοΐς, εἷς ἅμ' ἐφοίτα
σκίπων, αὐτάρκους ὅπλα σαοφροσύνας.
Ἀλλὰ τάφου τοῦδ' ἐκτὸς ἴτ', ἄφρονες, ὡς ὁ Σινωπεὺς
ἐχθαίρει φαῦλον πάντα καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

66. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Βάκτρον καὶ πήρη καὶ διπλόον εἶμα σοφοῖο
Διογένευς, βιότου φόρτος ὁ κουφότατος.
Πάντα φέρω πορθμῆϊ· λέλοιπα γὰρ οὐδὲν ὑπὲρ γῆς·
ἀλλὰ κύον σαίνοις Κέρβερε τόν με κύνα.

67. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἀΐδεω λυπηρὲ διηκόνε, τοῦτ' Ἀχέροντος
ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ,
δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα
βᾶρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένην.
Ὅλπη μοι καὶ πήρη ἐφόλκια, καὶ τὸ παλαιὸν
ἕσθος, χὠ φθιμένους ναυστολέων ὀβολός.
Πάνθ' ὅσα κἠν ζωοῖς ἐπεπάμεθα, ταῦτα παρ' Ἅδαν
ἔρχομ' ἔχων· λείπω δ' οὐδὲν ὑπ' ἠελίῳ.

68. ΑΡΧΙΟΥ.

Ἄϊδος ὦ νεκυηγὲ, κεχαρμένε δάκρυσι πάντων,
ὃς βαθὺ πορθμεύεις τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ,
εἰ καί σοι βέβριθεν ὑπ' εἰδώλοισι καμόντων
ὁλκὰς, μὴ προλίπῃς Διογένη με κύνα.
Ὅλπην καὶ σκίπωνα φέρω, καὶ διπλόον εἶμα,

b. Canis. *a*. Et quis fuit hic vir, Canis? [habitabat?
a. Diogenes. *b*. Genus dic. *b*. Sinopensis. *a*. Qui dolium
b. Sane; nunc autem mortuus sidera habet domum.

65. ANTIPATRI

Diogenis hoc monumentum, sapientis canis, qui olim virili levis-militis exercebat vitam, [animo
quicum una pera, unum pallium, unus gradiebatur scipio, sibi-sufficientis arma sapientiæ.
At sepulcrum hoc vitate, insipientes, quia Sinopensis odit pravum omnem etiam in Orco.

66. ONESTI.

Baculus et pera et duplex vestis *sunt* sapientis Diogenis, vitæ onus levissimum.
Omnia portitori fero: reliqui enim nihil super terra; at, canis Cerbere, adulare cani mihi.

67. LEONIDÆ.

Orci tristis portitor, hanc Acherontis undam qui perveheris nave atra,
recipe me, etiamsi magnopere tibi gravetur tremenda corbita defunctis, canem Diogenem.
Ampulla-olearia mihi et pera apparatus-itineris, et vetula vestis, et defunctos comitans-in-trajectu obolus.
Omnia quæ et in vivis possidebamus, hæc ad Orcum veni habens, et nihil relinquo sub sole.

68. ARCHIÆ.

O Orci portitor-mortuorum, gavise lacrimis omnium, qui profundam navigas hanc Acherontis aquam,
quamvis gravetur tibi sub simulacris defunctorum corbita, ne deseras Diogenem me canem.
Ampullam-oleariam et scipionem fero, et duplicem vestem

Est canis. At quisnam vir fuit ille canis?
Diogenes. Genusne unde? Sinopius. Ille cadine
Incola? Is est: sed nunc mortuus astra tenet.

65. ANTIPATRI,

de eodem.

Diogenes situs hic sapiens canis, ille virili
Pectore qui vitæ velitis auctor erat:
Unus cui baculus, pera una, et diplois una:
Hæc animo frugi quippe fuere satis.
Vesani, moneo procul hoc absistite busto:
Ferre Sinopensis nescit et umbra malos.

66. ONESTÆ,

de eodem.

Diogenis sapientis opes sunt pera, lacerna,
Scipio; nulla fuit vita onerata minus. —
Nil liqui tellure: fero mea cuncta Charonti:
Mota tua excipiat, Cerbere, cauda canem.

67. LEONIDÆ.

Diogenes loquitur.

Plutonis rigidi tetro gravis ore minister,
Qui nigra transis hunc Acheronta rate,
Diogenem me, quæso, canem simul accipe, quamquam
Umbrarum portat vix tua navis onus.
Ampullam peramque fero, veteremque lacernam,
Atque obolum, merces quæ tua, vector, erit.
Omnia, quæ vivens habui, fero Ditis ad aulam;
Res sub sole, fuit quæ mea, nulla manet.

68. ARCHIÆ.

Diogenes loquitur.

Heus lacrymis gaudens hominum qui portitor umbras
Suscipis, atque altum trans Acheronta vehis:
Quamvis ire pares onerata Manibus alvo,
Diogenem in ripa ne, rogo, linque canem.
Est ampulla mihi, pera est, et diplois: est et

καὶ πήρην, καὶ σοὶ ναυτιλίης ὀβολόν.
Καὶ ζωὸς τάδε μοῦνον, ἃ καὶ νέκυς ὧδε κομίζω,
εἶχον· ὑπ' ἠελίου δ' οὔ τι λέλοιπα φάει.

69. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧ. ΑΙΓΥΠΤ.

Κέρβερε δειμαλέην ὐλακὴν νεκύεσσιν ἰάλλων,
ἤδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν·
Ἀρχίλοχος τέθνηκε· φυλάσσεο θυμὸν ἰάμβων
δριμὺν, πικροχόλου τικτόμενον στόματος.
Οἶσθα βοῆς κείνοιο μέγα σθένος, εὖτε Λυκάμβεω
νηῦς μία σοὶ δισσὰς ἤγαγε θυγατέρας.

70. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νῦν πλέον ἢ τὸ πάροιθε πύλας κρατεροῖο βερέθρου
ὄμμασιν ἀγρύπνοις τρισσὲ φύλασσε κύον.
Εἰ γὰρ φέγγος ἔλειπον ἀλυσκάζουσαι ἰάμβων
ἄγριον Ἀρχιλόχου φλέγμα Λυκαμβιάδες,
πῶς οὐκ ἂν προλίποι σκοτίων πυλεῶνας ἐναύλων
νεκρὸς ἅπας, φεύγων τάρβος ἐπεσβολίης;

71. ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον, ὅς ποτε πικρὴν
μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ,
αἱμάξας Ἑλικῶνα τὸν ἥμερον. Οἶδε Λυκάμβης,
μυρόμενος τρισσῶν ἄμματα θυγατέρων.
Ἠρέμα δὴ παράμειψον, ὁδοιπόρε, μή ποτε τοῦδε
κινήσῃς τύμβῳ σφῆκας ἐφιζομένους.

72. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΚΩΜΙΚΟΥ.

Χαῖρε, Νεοκλείδα, δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφροσύνας.

73. ΓΕΜΙΝΟΥ.

Ἀντὶ τάφου λιτοῖο θὲς Ἑλλάδα, θὲς δ' ἐπὶ ταύταν

et peram, et tibi pro-trajectu obolum.
Etiam vivens hæc modo, quæ et mortuus huc porto, habebam, et sub solis nihil reliqui luce.

69. JULIANI EX PRÆF. ÆGYPTII.

Cerbere, metuendum latratum defunctis mittens, jam et tu tremendum time defunctum :
Archilochus est-mortuus : cave iamborum animum acrem, quem acerbe-iratum os parit.
Nosti clamoris viri magnam vim, quando Lycambis binas una navis tibi adducebat filias.

70. EJUSDEM.

Nunc magis quam antea portas validæ voraginis oculis insomnibus custodi, triplex canis :
nam si lucem relinquebant, vitantes iamborum Archilochĭ feram flammam, filiæ-Lycambis,
qui non deserat opacarum propylæa sedium omnis mortuus, fugiens terrorem conviciorum?

71. GÆTULICI.

Monumentum hoc prope-pontum *est* Archilochi, qui olim Musam viperino primus tinxit felle, [acerbam
cruentans Heliconem mitem. Novit Lycambes, deflens triplicium laqueos filiarum.
Quiete sane præteri, viator, ne forte hujus sepulcro insidentes commoveris vespas.

72. MENANDRI COMICI.

Salve, duplex genus, Neoclidæ, quorum alter vestrum patriam servitute liberavit, alterque insipientia.

73. GEMINI.

Pro sepulcro tenui pone Hellada, poneque super hanc

Scipio, nec solvam quem tibi, deest obolus.
Hæc habui tantum vivus, quæ mortuus ecce
Affero : sub solis luce relinquo nihil.

69. JULIANI, *ex Præfectis Augustalibus Ægypti,*

de Archilocho.

Cerbere qui sævis terres latratibus umbras,
Umbram nunc sævam non minus ipse time.
Occidit Archilochus : penetrabile virus iambi,
Ex iracundo quod fluit ore, cave.
Quam sit atrox clamore datum tibi scire, Lycambæ
Cymba tibi natas cum tulit una duas.

70. EJUSDEM,

de eodem.

Ferrea nunc plusquam prius atri limina Ditis
Sollicito serva lumine, terne canis.
Si namque Archilochi fugerent ut virus iambos,
Deseruere jubar dulce Lycambiades,
Quomodo non fugient nigro de carcere Manes,
Sæva trucis linguæ dum maledicta timent?

71. GÆTULICI

de eodem.

Archilochum tegit hic pars littoris : ille Camœnas
Vipereo cœpit tingere felle truces,
Sanguine adhuc placidum turbans Helicona : Lycambes
Tres natas perimens nodus id edocuit.
Quisquis es hac tacito transi pede, busta sedentes
Ista super vespas ne tibi commoveas

72. MENANDRI,

de Epicuro et Themistocle.

Salvete o Neoclis nati duo : quippe per illum
Libera gens Cecropis facta, per hunc sapiens.

73. GERMANICI [GEMINI]

de Themistocle.

Pro tumulo mihi tota brevi sit Græcia : juxta

δούρατα, βαρβαρικᾶς σύμβολα ναυφθορίας,
καὶ τύμβῳ κρηπῖδα περίγραφε Περσικὸν Ἄρη
καὶ Ξέρξην· τούτοις θάπτε Θεμιστοκλέα.
Στάλα δ' ἃ Σαλαμὶς ἐπικείσεται, ἔργα λέγουσα
τἀμά· τί με σμικροῖς τὸν μέγαν ἐντίθετε;

navium-ligna, barbaricæ indicia classis-fractæ.
et tumulo basim describe Persicum Martem
et Xerxem : his sepeli Themistoclem.
Ut cippus vero Salamis imposita-erit, facta prædicans
mea : quid me magnum in parvis conditis?

74. ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Τοῦτο Θεμιστοκλεῖ ξένον ἠρίον εἵσατο Μάγνης
λαὸς, ὅτ' ἐκ Μήδων πατρίδα ῥυσάμενος
ὀθνείην ὑπέδυ χθόνα καὶ λίθον. Ἤθελεν οὕτως
ὁ φθόνος· αἱ δ' ἀρεταὶ μεῖον ἔχουσι γέρας.

74. DIODORI.

Hoc Themistocli peregrinum sepulcrum posuit Magnes
populus, quum a Medis patriam tutatus
exteram subiit humum et lapidem. Volebat ita
invidia : virtutes nempe minus obtinent præmium.

75. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Στασίχορον, ζαπληθὲς ἀμετρήτου στόμα Μούσης,
ἐκτέρισεν Κατάνας αἰθαλόεν δάπεδον,
οὗ, κατὰ Πυθαγόρου φυσικὰν φάτιν, ἃ πρὶν Ὁμήρου
ψυχὰ ἐνὶ στέρνοις δεύτερον ᾠκίσατο.

75. ANTIPATRI.

Stesichorum, copiosum immensæ os Musæ,
humavit Catanæ cinereum solum,
cujus, juxta Pythagoræ naturale effatum, quæ prius erat
anima, in pectore secundum habitavit. [Homeri

76. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Ἐμπορίης λήξαντα Φιλόκριτον, ἄρτι δ' ἀρότρου
γευόμενον, ξείνῳ Μέμφις ἔκρυψε τάφῳ,
ἔνθα δραμὼν Νείλοιο πολὺς ῥόος ὕδατι λάβρῳ
τάνδρὸς τὴν ὀλίγην βῶλον ἀπημφίασε.
Καὶ ζωὸς μὲν ἔφευγε πικρὴν ἅλα· νῦν δὲ καλυφθεὶς
κύμασι ναυηγὸν σχέτλιος ἔσχε τάφον.

76. DIOSCORIDIS.

Mercaturam qui-cessaverat Pilocritum, nuper vero aratrum
attingentem, peregrino Memphis condidit sepulcro,
ubi torrens Nili multum fluentum undâ rapidâ
viri tenuem glebam (*parvum tumulum*) detexit.
Et vivus quidem fugiebat amarum mare : nunc autem
fluctibus, naufragum miser habet sepulcrum. [opertus

77. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οὗτος ὁ τοῦ Κείοιο Σιμωνίδεω ἐστὶ σαωτὴρ,
ὃς καὶ τεθνηὼς ζῶντ' ἀπέδωκε χάριν.

77. SIMONIDIS.

Hic Cei Simonidis est servator,
qui vel mortuus viventi retulit gratiam.

78. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ.

Πρηΰτερον γῆράς σε, καὶ οὐ κατὰ νοῦσος ἀμαυρὴ
ἔσβεσεν· εὐνήθης δ' ὕπνον ὀφειλόμενον,
ἄκρα μεριμνήσας, Ἐρατόσθενες· οὐδὲ Κυρήνη
μαῖά σε πατρώων ἐντὸς ἔδεκτο τάφων,

78. DIONYSII CYZICENI.

Clementior senectus te, et non morbus pallidus
exstinxit : sopitus-es autem somno debito,
summa meditatus, o Eratosthenes; neque Cyrene
nutrix te patriis suscepit in sepulcris,

Barbarici tabulas adjice naufragii.
Tum circum Xerxes et circum Persicus oram
Mars eat : hæc inter conde Themistoclea.
Cippus erit Salamin mea non mortalia facta
Concelebrans; magno quid mihi parva datis?

74. DIODORI,

de eodem.

Vile Themistoclei gens dat Sipylea sepulchrum,
Cum patriæ vindex ille, metusque Asiæ,
Externam terram lapidemque volente subivit
Invidia. Virtus, quam tibi parvus honor!

75. ANTIPATRI,

de Stesichoro.

En tegit os plenum non deficiente Camœna
Stesichorum Catanes igne perustus ager.

Si verum Samii dogma est sapientis, Homeri
Quæ fuit, in pectus venerat hoc anima.

76. DIOSCORIDÆ.

Mercator fuerat, sed rure Philocritus empto
Memphidos externam mortuus intrat humum.
Nilus ibi violentus erat,, glebamque sepulti
Exiguam rapidis ad mare portat aquis.
Qui scelus undarum vivens effugerat, undis
Conditur, et tandem naufragus in tumulo est.

78. DIONYSII CYZICENI,

de Eratosthene.

Non te sæva lues sed molliter acta senectus
Exstinxit : tenuit te sine fine sopor,
Post tantas curas, Eratosthenes optime, non tu
Firmis Cyrenes Mænados in tumulis

Ἀγλαοῦ υἱέ· φίλος δὲ καὶ ἐν ξείνῃ κεκάλυψαι
πὰρ τόδε Πρωτῆος κράσπεδον αἰγιαλοῦ.

Aglai fili : carus vero vel in aliena terra occultatus-es
juxta hanc Protei oram littoris.

79. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

α. Ὤνθρωφ', Ἡράκλειτος ἐγὼ σοφὰ μοῦνος ἀνευρὼν
φαμὶ τά γ' ἐς πάτραν κρέσσονα καὶ σοφίης.
Λὰξ γὰρ καὶ τοκέων * ἀσίωι, ξένε, δύσφρονας ἄνδρας
ὑλάκτευν. β. Λαμπρὰ θρεψαμένοισι χάρις. [πεύσῃ
α. Οὐκ ἀπ' ἐμεῦ; β. Μὴ τρηχύς.α. Ἐπεὶ τάχα καὶ σύ τι
τρηχύτερον πάτρας. β. Χαῖρε σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

79. (MELEAGRI.)

a. O homo, Heraclitus ego, docta solus qui re; eri,
dico erga patriam *quæ feci* prævalere etiam doctrinæ.
Calcibus enim vel in-parentes invectus (?), hospes, malos vi
allatrabam. *b*. Splendida eis qui-*te*-nutrierunt gratia. [ros
a. Non abibis? *b*. Ne *sis* acerbus. *a*. Nam forte et tu audies
acerbius quid patriâ. *b*. Vale vero tu oriunde Epheso.

80. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε, τεὸν μόρον, ἐς δέ με δάκρυ
ἤγαγεν, ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι
ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν· ἀλλὰ σὺ μέν που,
ξεῖν' Ἁλικαρνησεῦ, τετράπαλαι σποδιή·
αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ἧισιν ὁ πάντων
ἁρπακτὴς Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

80. CALLIMACHI.

Dixit quidam, Heraclite, tuam mortem, meque ad lacrimas
adduxit, et recordatus-sum quoties ambo
solem inter confabulationes condidimus : sed tu quidem
hospes Halicarnassensis, jampridem cinis : [alicubi,
tuæ vero vivunt lusciniæ (*carmina*), quibus omnium
raptor Pluto manum non injiciet.

81. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλε, σὲ μὲν τεκνώσατο Λίνδος·
φατὶ δὲ Σισυφία χθὼν Περίανδρον ἔχειν·
Πιττακὸν ἁ Μιτυλᾶνα· Βίαντα δὲ δῖα Πριήνη·
Μίλητος δὲ Θαλῆν, ἄκρον ἔρεισμα Δίκας·
ἁ Σπάρτα Χίλωνα· Σόλωνα δὲ Κεκροπὶς αἶα,
πάντας ἀριζάλου σωφροσύνας φύλακας.

81. ANTIPATRI SIDONII.

Septem e-sapientibus, Cleobule, te quidem genuit Lindus;
ait autem Sisyphea tellus Periandrum habere;
Pittacum Mitylene; Biantem vero dia Priene;
Miletusque Thaletem, summum fulcimentum Justitiæ;
Sparta Chilonem, Solonemque Cecropia terra,
omnes valde-æmulandæ sapientiæ custodes.

82. ΑΔΗΛΟΝ.

Δωρίδος ἐκ Μούσης κεκορυθμένον ἀνέρα Βάκχῳ
καὶ Σατύροις Σικελὸν τῆδ' Ἐπίχαρμον ἔχω.

82. INCERTUM.

Doride a Musa armatum virum Baccho
et Satyris Siculum hic Epicharmum habeo.

83. ΑΛΛΟ.

Τόνδε Θαλῆν Μίλητος Ἰὰς θρέψασ' ἀνέδειξεν,
ἀστρολόγων πάντων πρεσβύτατον σοφίῃ.

83. ALIUD.

Hunc Thaletem Miletus Ionica aluit-et prodidit
astrologorum omnium honoratissimum sapientia.

84. ΑΛΛΟ.

Ἦ ὀλίγον τόδε σᾶμα, τὸ δὲ κλέος οὐρανόμηκες
τοῦ πολυφροντίστου τοῦτο Θάλητος ὄρη.

84. ALIUD.

Profecto parvum hoc sepulcrum, sed gloriam cœlum attin-
multa-contemplati hic Thaletis aspice. [gentem

Conderis, Aglaide; sed enim carissima nobis
Hospita Protei littoris umbra jaces.

80. CALLIMACHI,

de Heraclito.

Heraclite, tuæ mortis mihi nuntius egit
Me miserum in lacrymas; nam duo sæpe simul
Solis ad occasum fando duravimus : at tu,
Ex Halicarnasso prosate, jam cinis es.
Sed non una tuo sub nomine vivit aedon,
Cui nullo injiciet tempore Pluto manum.

81. ANTIPATRI SIDONII,

de septem sapientibus.

Septem fama sophos celebrat. Cleobulus in illis
Lindius est. Ephyre te, Periandre, dedit.
Pittace, te genuit Mitylena : Bianta Priene :
Miletos juris robur opesque Thalen,
Milonem Sparte dedit, Attica terra Solonem;
Quos prudens gravitas est comitata viros.

83. *De Thalete.*

Fortunata Thalem genuit Miletus Ionum;
Præcipuum magnis nomen in Astrologis.

84. *De eodem.*

Sollertis non celsa vides monumenta Thaletis;
Gloria sed superas venit ad usque domos.

85. [ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.]

Γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγῶνα θεώμενον, Ἠλεῖε Ζεῦ,
τὸν σοφὸν ἄνδρα Θαλῆν ἥρπασας ἐκ σταδίου.
Αἰνέω ὅττι μιν ἐγγὺς ἀπήγαγες· ἦ γὰρ ὁ πρέσβυς
οὐκέθ' ὁρᾶν ἀπὸ γῆς ἀστέρας ἠδύνατο.

86. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἣ Μήδων ἄδικον παύσασ' ὕβριν ἥδε Σόλωνα
τόνδε τεκνοῖ Σαλαμὶς θεσμοθέτην ἱερόν.

87. [ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.]

Σῶμα μὲν ἦρε Σόλωνος ἐν ἀλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ,
ὀστὰ δ' ἔχει Σαλαμίς, ὧν κόνις ἀστάχυες·
ψυχὴν δ' ἄξονες εὐθὺς ἐς οὐρανὸν ἤγαγον· εὖ γὰρ
θῆκε νόμους αὐτοῖς ἄχθεα κουφότατα.

88. [ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.]

Φωσφόρε σοὶ Πολύδευκες ἔχω χάριν, οὕνεκεν υἱὸς
Χίλωνος πυγμῇ χλωρὸν ἔλεν κότινον·
εἰ δ' ὁ πατὴρ στεφανοῦχον ἰδὼν [τέκνον] ἤμυσεν ἡσθείς,
οὐ νεμεσητόν· ἐμοὶ τοῖος ἵτω θάνατος.

89. ΑΔΗΛΟΝ.

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνείρετο Πιττακὸν οὕτω
τὸν Μυτιληναῖον, παῖδα τὸν Ὑρράδιου·
« Ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος· ἡ μία μὲν δὴ
« νύμφη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ·
« ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε. Τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε σύν μοι
« βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω ».
Εἶπεν· ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας,
« Ἥνιδ', ἐκεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος »·
(οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ·)

85. DIOGENIS LAERTII.

Rursus gymnicum certamen spectantem, Elee Jupiter,
sapientem virum Thaletem rapuisti ex stadio.
Laudo quod eum prope *te* abduxeris : sane enim senex
non-jam videre de terra astra poterat.

86. INCERTUM.

Medorum improbam quæ-dejecit superbiam illa Solonem
hunc peperit Salamis, legumlatorem sacrum.

87. DIOGENIS LAERTII.

Corpus quidem abstulit Solonis in aliena *terra* Cyprius ignis,
et ossa habet Salamis quorum pulvis aristæ;
animam vero axes celeriter in cœlum egerunt : bene enim
tulerat leges, civibus onera levissima.

88. EJUSDEM.

Lucifer o Pollux, tibi habeo gratias, quod filius
Chilonis pugilatu viridem reportavit oleam;
si vero pater coronatum ubi-vidit filium exspiravit gaudio,
nulla invidia est : mihi talis adveniat mors.

89. INCERTI.

Hospes Atarnites quidam interrogavit Pittacum ita
Mytilenæum, filium Hyrrhadii :
« Pater senex, duplex me vocat conditio : una quidem
« nympha tam divitiis quam genere *est* secundum me,
« altera vero superior-est. Quid melius? En age mihi
« consule utram in matrimonium ducam. »
Dixit. Ille vero baculum, senile gestamen, quum-sustulit,
« Ecce isti tibi totum exponent negotium; »
(siquidem sub plagis rapidas bembices (*turbines*) habentes
agitabant lato pueri in trivio;)

---

85. DIOGENIS LAERTII,

de eodem.

Juppiter ex stadio raptas Elee Thaletem,
Dum certaturos nudat arena viros.
Quod tibi fecisti propiorem, laudo : nequibat
Amplius ex terris astra videre senex.

86. *Sub statua Solonis.*

Medorum fastus Salamin quæ contudit, illa
Legiferum sancta mente Solona dedit.

87. DIOGENIS LAERTII,

de Solone.

Extera terra Cypri corpus populata Solonis :
Ossa tenet Salamin : est humus ipsa seges.
Axes ad superos animam vexere, quod illis
Imposuit mitis non grave legis onus.

88. EJUSDEM,

de Chilone.

Chilonis natus, laus sit tibi, lucide Pollux,
Velatus flava quod caput est olea.
Si pater, ut natum vidit vicisse, perivit,
Nil grave in hoc. Utinam mors sit et illa mihi!

89. CALLIMACHI,

de Pittaco.

Hyrrhadii natum cum Pittacon ex Mitylena
Iret Atarnites poscere consilium,
Spes mihi conjugii, pater, est, ait ille, duarum :
Altera par genere est, par opibusque mihi;
Altera me multum superat. Quid rectius? utram
Auctor es ut ducam participemque toro?
Dixerat : ille levans baculum, gravis arma senectæ,
En, ait, hi dicent jam tibi quicquid opus.
Forte ibi cursantes pueri per lata viarum
Densabant rapidis verbera turbinibus.

« κείνων ἔρχεο, » φησί, « μετ' ἴχνια ». Χὼ μὲν ἐπέστη πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον· « τὴν κατὰ σαυτὸν ἕλα. »
Ταῦτ' ἀίων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου δράξασθαι, παίδων κληδόνα συνθέμενος.
Τὴν δ' ὀλίγην ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην, οὕτω καὶ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἕλα.

90. ΑΛΛΟ.

Κλεινοῖς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φύντα καλύπτει ἥδε Βίαντα πέτρη, κόσμον Ἴωσι μέγαν.

91. [ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.]

Τῇδε Βίαντα κέκευθα, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν Ἑρμῆς εἰς Ἀΐδην, πολιῷ γήραϊ νιφόμενον·
εἶπε γὰρ, εἶπε δίκην ἑτάρου τινός· εἶτ' ἀποκλινθεὶς παιδὸς ἐς ἀγκαλίδας μακρὸν ἔτεινεν ὕπνον.

92. [ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.]

Ἐς Σκυθίην Ἀνάχαρσις ὅτ' ἦλυθε, πολλὰ μογήσας πάντας ἔπειθε βιοῦν ἤθεσιν ἑλλαδικοῖς·
τὸν δ' ἔτι μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν ἔχοντα πτηνὸς ἐς ἀθανάτους ἥρπασεν ὠκα δόναξ.

93. ΑΛΛΟ.

Εἰς Φερεκύδην.

Τῆς σοφίης πάσης ἐν ἐμοὶ τέλος· ἢν δέ τι πάσχω, Πυθαγόρῃ τῷ ἐμῷ λέγε ταῦθ', ὅτι πρῶτος ἁπάντων ἐστὶν ἀν' Ἑλλάδα γῆν. Οὐ ψεύδομαι ὧδ' ἀγορεύων.

94. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐνθάδε, πλεῖστον ἀληθείας ἐπὶ τέρμα περήσας οὐρανίου κόσμου, κεῖται Ἀναξαγόρας.

95. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ.

Ἥλιον πυρόεντα μύδρον ποτὲ φάσκεν ὑπάρχειν,

« istorum » ait, « sequere vestigia. » Et ille quidem astitit prope : isti vero dicebant : « Eam quæ secundum te est
Hæc audiens hospes pepercit majorem domum [duc. »
tangere, puerorum næniâ intellectâ.
Tenuem vero sicut ille *suam* in domum duxit nympham, ita tu quoque abiens eam quæ secundum te est duc.

90. ALIUD.

Inclyto in solo Prienes natum occultat
hic Biantem lapis, ornamentum Ionibus ingens.

91. DIOGENIS LAERTII.

Hic Biantem absconditum-teneo, quem leniter duxit Mercu-
in Orcum, cano senio tanquam-nive-conspersum : [rius
dixit enim, dixit causam amici cujusdam, dein reclinato-
pueri inter brachia longum iniit somnum. [capite

92. EJUSDEM.

In Scythiam Anacharsis ubi rediit, multa operatus
cunctis suadebat ut vitam instituerent moribus Græcis :
hunc autem, quum adhuc sermonem non-absolutum in
pennata ad immortales rapuit ocius arundo. [ore haberet,

93. ALIUD.

In Pherecydem.

Sapientiæ omnis in me consummatio, si vero aliquid mihi-
Pythagoræ meo hæc dicito, quod primus omnium [accidit,
est per Hellada terram. Non mentior ita loquens.

94. ALIUD.

Hic, longissime ad finem progressus veritatis
de-cælesti mundo, jacet Anaxagoras.

95. DIOGENIS LAERTII.

Solem ignitam massam aliquando dixit esse

Hos sequitur jussus propterque assistit, et audit
Dicere ludentes : Duc sibi quisque parem.
Paruit huic hospes puerilique omine doctus
Rem sibi cum magna noluit esse domo :
Contentusque fuit mediocris fœdere nuptæ :
Hunc sequere, et parilem fœdere junge, Dion.

90. *De Biante.*

Hac tegitur qui mole Bias, ex urbe Priene
Editus, Ioniæ gloria gentis erat.

91. DIOGENIS LAERTII,
de eodem.

Hic jacet ille Bias, quem canum ad limina Ditis
Deduxit facili tramite Mercurius.
Egerat ut causam noti sibi, brachia fusus
In pueri, somnum dormiit absque modo.

92. EJUSDEM,
de Anacharsi.

Post mala multa redux Scythicas Anacharsis ad oras
Instituit Græco vivere more suos.
Verba sed ore suo nondum perfecta sonantem
Pennata ad superos ecce sagitta rapit.

93. *De Pherecyde.*

Consummata in me sapientia : visne aliud quid ?
Pythagoræ dic ergo meo, longe omnibus ipsum
Grajugenis præstare : nihil mentitus in hoc sum.

94. *De Anaxagora.*

Hic tumulus magnum, qui venit ad ultima veri
De mundi rebus condit Anaxagoram.

95. DIOGENIS LAERTII,
de Anaxagora.

Ignitum lapidem solem affirmaverat esse,

καὶ διὰ τοῦτο θανεῖν μέλλεν Ἀναξαγόρας·
ἀλλ' ὁ φίλος Περικλῆς μὲν ἐρύσατο τοῦτον· ὁ δ' αὑτὸν
ἐξάγαγεν βιότου μαλθακίῃ σοφίης.

et ob hoc jam moriturus erat Anaxagoras;
sed amicus Pericles eum eripuit quidem; at hic ipse se
eduxit e vita per-ignaviam sapientiæ.

96. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πῖνέ νυν ἐν Διὸς ὤν, ὦ Σώκρατες· ἦ σε γὰρ ὄντως
καὶ σοφὸν εἶπε θεὸς, καὶ θεὸς ἡ σοφία.
Πρὸς γὰρ Ἀθηναίων κώνειον ἁπλῶς σὺ ἐδέξω,
αὐτοὶ δ' ἐξέπιον τοῦτο τεῷ στόματι.

96. EJUSDEM.

Bibe jam Jovis conviva, o Socrates; etenim te revera
et sapientem dixit deus, et dea est sapientia.
Ab Atheniensibus utique cicutam tantummodo accepisti tu,
ipsi vero ebiberunt eam tuo ore.

97. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ μόνον ἐς Πέρσας ἀνέβη Ξενοφῶν διὰ Κῦρον,
ἀλλ' ἄνοδον ζητῶν ἐς Διὸς ἥτις ἄγοι·
παιδείης γὰρ ἔης Ἑλληνικὰ πράγματα δείξας,
ὡς καλὸν ἡ σοφίη μνήσατο Σωκράτεος.

97. EJUSDEM.

Non modo ad Persas ascendit Xenophon gratia Cyri,
sed ascensum quærens, Jovis in *arcem* qui duceret:
doctrinam enim suam complecti res Græcas postquam-
quam pulchrum sapientia Socratis memoravit. [ostendit,

98. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ καὶ σὲ, Ξενοφῶν, Κραναοῦ Κέκροπός τε πολῖται
φεύγειν κατέγνων τοῦ φίλου χάριν Κύρου,
ἀλλὰ Κόρινθος ἐδέχτο φιλόξενος, ᾗ σὺ φιληδῶν
οὕτως ἀρέσκῃ κεῖθι καὶ μένειν ἔγνως.

98. EJUSDEM.

Etsi te, Xenophon, Cranai Cecropisque cives
exulare decreverunt amicum ob Cyrum,
at Corinthus excepit benigno-hospitio, in-qua tu lubenter-
sic es-contentus ibique manere decrevisti. [degens

99. ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Δάκρυα μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξὶ
Μοῖραι ἐπέκλωσαν δή ποτε γεινομέναις·
σοὶ δὲ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων
δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.
Κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι τίμιος ἀστοῖς,
ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

99. PLATONIS PHILOSOPHI.

Lacrimas quidem Hecubæque et Iliacis matronis
Parcæ neverunt olim modo nascentibus;
tibi autem, Dio, postquam-confecisti pulchrorum trium-
dii amplas spes effuderunt. [phum factorum
Jaces vero lata in patria honoratus civibus,
o meum vehementius-qui-incendisti animum amore Dio.

100. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις, ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς
ὤπται, καὶ πάντῃ πᾶσι περιβλέπεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον, εἶτ' ἀνιήσει
ὕστερον; Οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

100. PLATONIS.

Nunc quum nihil *est* Alexis, tantummodo dixi pulchrum
visum-esse, et ubique-locorum ab-omnibus circumspi-
Anime, quid indicas canibus os, atque dolebis [citur.
posterius? Nonne ita Phædrum amisimus?

Et reus est capitis factus Anaxagoras.
Eximit hunc morti Pericles: sed se eximit ipse
Vitæ. Nonne nimis molliter hoc sapere est?

96. EJUSDEM,
de Socrate.

Dicte Deo sapiens, deus et sapientibus, aula
Nunc Jovis intrepido, Socrates, ore bibe.
Cecropidûm populo sumsisti dante cicutam:
Sed bibit hoc populus qui dedit ore tuo.

97. EJUSDEM,
de Xenophonte.

Ascendens Xenophon in Persida non modo Cyri
Ergo, sed quærens in Jovis astra viam,
Socraticæ docuit quæ sit sapientia sectæ,
Res Græcas artis dum probat esse suæ.

98. EJUSDEM
aliud de eodem; quomodo mortuus sit.

Te Xenophon Cranai cives et Cecropis, urbe
Eliminarunt ob Cyrum carum tibi,
Hospita sed gaudens Ephyre suscepit, et illa
Contentus urbe noluisti abscedere.

99. PLATONIS,
de Dione Syracusano.

Dardaniis nurubus lacrymas Hecubæque potenti
Jam prima Parcæ præstituere die.
At tibi, clare Dion, post immortale peractum
Illud opus, Di spes absecuere tuas.
Patria nunc te magna tegit, civesque celebrant:
O mihi qui furias pectus amore, Dion.

100. PLATONIS.

Nunc ignotus Alexis: at hoc si dixeris unum:
Pulcher hic, illum omnes undique respicient.
Cur, anime, os canibus monstras, affersque dolorem
Post ea? non Phædro sic prius excidimus?

101. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.

Ἀλλ' εἰ μὴ Σπεύσιππον ἐμάνθανον ὧδε θανεῖσθαι,
οὐκ ἂν ἔπεισέ μέ τις τόδε λέξαι,
ὡς ἦν οὐχὶ Πλάτωνι πρὸς αἵματος· οὐ γὰρ ἀθυμῶν
κάτθανεν ἂν διά τι σφόδρα μικρόν.

102. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χαλκῇ προσκόψας λεκάνῃ ποτὲ, καὶ τὸ μέτωπον
πλήξας, ἴαχεν Ὦ σύντονον, εἶτ' ἔθανεν,
ὁ πάντα πάντῃ Ξενοκράτης ἀνὴρ γεγώς.

103. [ΑΝΤΑΓΟΡΑ.]

[Μνήματι τῷδε Κράτητα θεουδέα καὶ Πολέμωνα
ἔννεπε κρύπτεσθαι, ξεῖνε, παρερχόμενος,]
ἄνδρας ὁμοφροσύνῃ μεγαλήτορας, ὧν ἀπὸ μῦθος
ἱερὸς ἧΐσσεν δαιμονίου στόματος,
καὶ βίοτος καθαρὸς σοφίας ἐπὶ θεῖον ἑκόσμει
αἰῶν' ἀστρέπτοις δόγμασι πειθόμενος.

104. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.

Ἀρκεσίλαε, τί μοι τί τοσοῦτον ἄκρητον ἀφειδῶς
ἔσπασας, ὥστε φρενῶν ἐκτὸς ὄλισθες ἐῶν;
Οἰκτείρω σ' οὐ τόσσον ἐπεὶ θάνες, ἀλλ' ὅτι Μούσας
ὕβρισας, οὐ μετρίῃ χρησάμενος κύλικι.

105. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ σέο, Λακύδη, φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρα καὶ σὲ
Βάκχου ἑλὼν ἀΐδην ποσσὶν ἕσυρες ἄκροις.
Ἦ σαφὲς ἦν· Διόνυσος ὅτ' ἂν πολὺς ἐς δέμας ἔλθῃ,
λῦσε μέλη· διὸ δὴ μήτι Λυαῖος ἔφυ;

106. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

« Χαίρετε καὶ μέμνησθε τὰ δόγματα » τοῦτ' Ἐπίκουρος
ὕστατον εἶπε φίλοις οἷσιν ἀποφθίμενος·
θερμὴν ἐς πύελον γὰρ ἐσήλυθε, καὶ τὸν ἄκρητον
ἔσπασεν, εἶτ' ἀΐδην ψυχρὸν ἐπεσπάσατο.

101. DIOGENIS LAERTII.

Sed ni Speusippum accepissem ita esse-moriturum,
nemo impetrasset a me ut hoc dicerem :
non esse eum Platoni consanguineum : non enim animo-
ob aliquid valde parvum mortem-obiisset. [demissus

102. EJUSDEM.

Aheneam quum impegisset-ad pelvim aliquando et frontem
læsisset, clamavit O ! intente, dein exspiravit,
ille Xenocrates qui in omni omnino re se virum præstiterat.

103. ANTAGORÆ.

Monumento hocce Cratetem dei-simile et Polemona
dic occultari, hospes, præteriens,
viros in-unanimitate magnanimos, quorum sermo
sacer erumpebat cœlesti ab ore,
et vita pura sapientiæ divinam ornabat
ætatem, inconcussis placitis obsequens.

104. DIOGENIS LAERTII.

Arcesilae, quid mihi, quid tam-multum merum intempe-
duxisti, ut mentis e-sede excideris tuæ? [ranter
Doleo te non tantum quod obiisti, sed quod in-Musas
insolenter egisti, non modico usus poculo.

105. EJUSDEM.

Et de-te, Lacyde, famam accepi quod te quoque
Bacchus correptum in-Orcum pedibus traxit extremis.
Res aperta erat : Bacchus quando multus in corpus intrat,
solvit membra : hinc sane nonne Lyæus (*solutor*) est?

106. EJUSDEM.

« Valete et mente-tenete dogmata mea ! » hæc Epicurus
novissima dixit amicis suis moriens :
namque calidam in pelvim ingressus-est et merum
duxit, dein Orcum frigidum adduxit-sibi.

---

102. DIOGENIS LAERTII,

de Xenocrate.

Prolapso frontem percusserat ænea pelvis,
Sensit, et O! breviter dixit et interiit,
Vir ultimum usque spiritum, Xenocrates.

103. ANTAGORÆ,

de Cratete et Polemone.

Dic ista sub humo divino corde Cratetem,
Quisquis iter facis hac, et Polemona tegi.
Quorum sermo gravis sancto stillabat ab ore,
Fidum perpetua par in amicitia,
Grande decus secli, placitis innixa severis,
Mens horum sapiens, vitaque pura fuit.

104. DIOGENIS LAERTII,

de Arcesilao.

Quæso, meri tantum cur, Arcesilae, bibisti
Ut caderes? expers nam rationis eras.
Non mihi mors tantum tua, quantum injuria Musis
Facta dolet, nimio dum bibis e calice.

105. EJUSDEM,

de Lacyde.

Dum tu vina trahis, Lacyde, si vera refertur
Fama, fuit pedibus mors quoque tracta tuis.
Solvere membra solet, nimio cum sumitur haustu,
Evius : hinc nomen credo Lyæus habet.

106. EJUSDEM,

de Epicuro.

Ultima, dum moritur, mandans Epicurus amicis,
Vivite, nec placitis, inquit, abite meis.
In calido solio nam sederat : utque meracum
Duxit, mors illi est frigida duota super.

107. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μέλλων Εὐρυμέδων ποτ' Ἀριστοτέλην ἀσεβείας
γράψασθαι, Δηοῦς μύστιδος ὢν πρόπολος,
ἀλλὰ πιὼν ἀκόνιτον ὑπέκφυγε· τοῦτ' ἀκονιτὶ
ἦν ἄρα νικῆσαι συκοφάσεις ἀδίκους.

108. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ πῶς εἰ μὴ Φοῖβος ἀν' Ἑλλάδα φῦσε Πλάτωνα,
ψυχὰς ἀνθρώπων γράμμασιν ἠκέσατο;
Καὶ γὰρ ὁ τοῦδε γεγὼς Ἀσκληπιός ἐστιν ἰητὴρ
σώματος, ὡς ψυχῆς ἀθανάτοιο Πλάτων.

109. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα,
τὸν μὲν ἵνα ψυχήν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι·
δαισάμενος δὲ γάμον, πόλιν ἤλυθεν ἣν ποθ' ἑαυτῷ
ἔκτισε, καὶ δαπέδῳ Ζηνὸς ἐνιδρύσατο.

110. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τινὶ λέχθη,
ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον·
ὃς γὰρ καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν ἄπηρος
ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς κάθανε πηρομελής.

111. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λεπτὸς ἀνὴρ δέμας ἦν, εἴ μοι προσέχεις, ἀπὸ χρισμῶν·
Στράτωνα τοῦτον φημί γε,
Λαμψακὸς ὅν ποτ' ἔφυσεν· ἀεὶ δὲ νόσοισι παλαίων
θνήσκει λαθὼν, οὐδ' ἤσθετο.

112. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ μὰ τόν, οὐδὲ Λύκωνα παρήσομεν, ὅττι ποδαλγὴς
κάτθανε· θαυμάζω τοῦτο μάλιστα δ' ἐγὼ,
τὴν οὕτως ἀΐδαο μακρὴν ὁδὸν εἰ πρὶν ὁ ποσσὶν
ἀλλοτρίοις βαδίσας ἔδραμε νυκτὶ μιῇ.

107. EJUSDEM.

In-eo-erat aliquando Eurymedon ut Aristotelem impietatis
accusaret, Cereris mysticæ sacrorum-minister;
sed *ille* hausto veneno (*aconito*) subterfugit: hoc sine-pul-
erat vincere sycophantias improbas. [vere (*aconiti*)

108. EJUSDEM.

Et quomodo Phœbus, nisi in Græcia genuisset Platonem,
animis hominum per-literas mederetur?
Namque ex eo satus Æsculapius est medicus
corporis, ut animi immortalis Plato.

109. EJUSDEM.

Phœbus genuit mortalibus Æsculapium et Platonem,
hunc quidem, ut animum, illum vero ut corpus sanaret;
celebratis autem nuptiis, in-urbem venit quam olim sibi
condidit, et in-area Jovis sedem fixit.

110. EJUSDEM.

Non igitur hoc vane dictum a mortalium quodam editum-
frangi studii arcum, ubi-remittitur; [est,
namque etiam Theophrastus quamdiu laboravit, firmus
erat corpore, deinde remissus, obiit infirmus-membris.

111. EJUSDEM.

Gracilis vir corpore erat, si mihi credis, ex unctionibus:
Stratonem hunc dico equidem,
Lampsacus quem olim genuit; usque vero morbis colluctans
moritur imprudens, neque sensit.

112. EJUSDEM.

Neque hercle neque Lyconem omittemus, *dicentes* quod
excessit; miror id imprimis autem ego, [podager
tam longam ad-Orcum viam si ille-qui prius pedibus
alienis ingrediebatur, cursu-est-emensus nocte una.

---

108. EJUSDEM,

de Platone.

Unde, nisi Grajis sevisset Apollo Platonem,
Ut morbos animi charta levaret, erat?
Namque Coronides sicut prognatus eodem
Corporis est, animi sic medicina Plato.

109. EJUSDEM,

de eodem.

Phœbe, Coronidæ pater es, pater esque Platonis,
Mentis ut hic medicus, corporis ille foret.
Connubiale epulum celebrans migravit in urbem,
Quam prius in regno struxerat ipse Jovis.

110. EJUSDEM,

de Theophrasto.

Non male quis dixit, sapientia quem regit, arcum
Rumpi, si nervi vis resoluta fuit.
Integer in medio Theophrastus namque labore
Fit, simul ut cessat, debilis, et moritur.

111. EJUSDEM,

de Stratone.

Vir macer hic, nisi se semper fecisset mungi,
Hic ille cui nomen Strato.
Lampsacos ediderat: morbis assuetus acerbis
Certare, non sensit mori.

112. EJUSDEM,

de Lycone.

Hercule! nec nobis Lyco prætereundus, obivit
Quod podagra: namque est res ea mira mihi
Alterius pedibus solitus quod repere, longum
Ad manes una nocte cucurrit iter.

113. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀνεῖλεν ἀσπὶς τὸν σοφὸν Δημήτριον
ἰὸν ἔχουσα πολὺν
ἄσμηκτον, οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ' ὀμμάτων,
ἀλλ' ἀΐδην μέλανα.

114. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἤθελες ἀνθρώποισι λιπεῖν φάτιν, Ἡρακλείδη,
ὡς ῥα θανὼν ἐγένου ζωὸς ἅπασι δράκων·
ἀλλὰ διεψεύσθης σεσοφισμένε· δὴ γὰρ ὁ μὲν θὴρ
ἦε δράκων, σὺ δὲ θὴρ, οὐ σοφὸς ὤν, ἑάλως.

115. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν βίον ἦσθα Κύων, Ἀντίσθενες, ὧδε περυκὼς,
ὥστε δακεῖν κραδίην ῥήμασιν, οὐ στόμασιν.
Ἀλλ' ἔθανες φθισικός, τάχ' ἐρεῖ τις ἴσως· τί δὲ τοῦτο;
πάντως εἰς ἀΐδην δεῖ τιν' ὁδηγὸν ἔχειν.

116. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Διόγενες, ἄγε λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος
ἐς Ἀΐδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.

117. [ΖΗΝΟΔΟΤΟΥ.]

Ἔκτισας αὐτάρκειαν, ἀφεὶς κενεαυχέα πλοῦτον,
Ζήνων, σὺν πολιῷ σεμνὸς ἐπισκυνίῳ·
ἄρσενα γὰρ λόγον εὗρες, ἐνηθλήσω δὲ προνοίᾳ,
αἱρεσιν ἀτρέστου μητέρ' ἐλευθερίης.
Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν καὶ ὁ Κάδμος
κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα.

118. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.

Τὸν Κιτιέα Ζήνωνα θανεῖν λόγος ὡς ὑπὸ γήρως
πολλὰ καμὼν ἐλύθη μένων ἄσιτος·
[οἱ δ' ὅτι προσκόψας ποτ' ἔφη χερὶ γᾶν ἀλοήσας,
« Ἔρχομαι αὐτόματος· τί δὴ καλεῖς με; »]

119. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρετο γράμμα
κεῖν', ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.

113. EJUSDEM.

Abstulit aspis sapientem Demetrium,
venenum habens multum
intractabile, non vibrans lucem ab ocellis,
sed orcum nigrum.

114. EJUSDEM.

Volebas hominibus linquere famam, Heraclide,
te post-mortem evasisse vivum omnibus draconem;
sed falsus-es, tuis-fraudibus irretite: namque bellua quidem
erat draco; tu vero bellua, non sapiens, es-deprensus.

115. EJUSDEM.

Dum-vixisti eras Canis, o Antisthenes, ita natura-compa-
ut morderes cor dictis, non ore. [ratus
Sed mortuus es phthisicus, dicet quis forsitan. At quid hoc?
omnino ad Orcum oportet aliquem viæ-ducem habere.

116. EJUSDEM.

O Diogenes, age dic, quod rapuit te letum
in Orcum? rapuit me canis rabidus morsus.

117. ZENODOTI.

Auctor-fuisti vitæ-frugi, dimissa opulentia vane-superba,
Zeno, cum cano venerandus supercilio:
masculam enim rationem invenisti, (et exercuisti-te lucta
disciplinam interritæ matrem libertatis. [prudentiæ,)
Si vero patria *est tibi* Phœnicia, quid invidiæ? erat et Cadmus
ille *Phœnix*, a quo scriptam Græcia nacta-est paginam.

118. DIOGENIS LAERTII.

Citiensis Zenonis de-morte dicunt *hi*, quod a senio
multos post-labores solutus-sit manens sine-cibo;
alii vero quod impingens forte, *cadens et* manu terram
« Sponte venio: quid vocas me? » [feriens dixerit:

119. INCERTI.

[schema
Dedicatum, quum Pythagoras celebratissimum invenit
illud, propter quod celebrem adduxit hecatomben.

---

114. EJUSDEM,

de Heraclide.

Famam, Heraclide, voluisti spargere, tamquam
Ipse draco vivus post tua fata fores.
Falleris, affectas dum fallere. Nam fera vere
Exstitit illa draco: tu fera, non sapiens.

117. ZENODOTI STOICI,

de Zenone Citiensi.

Contentum esse suis, et opes contemnere vanas
Zeno doces, cano sancte supercilio.
Mas tibi sermo, tuæ vi mentis secta reperta est,
Ex qua libertas vera timensque nihil.
Si patria Phœnix, quid tum? non Cadmus et ipse,
Scripturam Græcis qui dedit, inde fuit?

119. INCERTI,

de Pythagora.

Pythagoras celebrem reperit cum mente figuram,
Quam propter centum Dis cecidere boves....

20. ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ.

Καί ποτέ μιν στυφελιζομένου σκύλακος παριόντα
φασὶν ἐποικτεῖραι, καὶ τόδε φάσθαι ἔπος·
« Παῦσαι, μηδὲ ῥάπιζ', ἐπεὶ φίλου ἀνέρος ἐστὶ
« ψυχὴ, τὴν ἔγνων, φθεγξαμένης αἰων. »

121. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.

Οὐ μόνος ἐμψύχων ἄπεχες χέρας, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς·
τίς γὰρ ὃς ἐμψύχων ἥψατο, Πυθαγόρη;
ἀλλ' ὅταν ἑψηθῇ τι καὶ ὀπτηθῇ καὶ ἁλισθῇ
ὁὴ τότε καὶ ψυχὴν οὐκ ἔχον ἐσθίομεν.

122. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἰαῖ, Πυθαγόρης τί τόσον κυάμους ἐσεβάσθη,
καὶ θάνε φοιτηταῖς ἄμμιγα τοῖς ἰδίοις;
Χωρίον ἦν κυάμων· ἵνα μὴ τούτους δὲ πατήσῃ
ἐξ Ἀκραγαντίνων κάτθαν' ἐνὶ τριόδῳ.

123. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ σύ ποτ', Ἐμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας
πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθάνατον·
οὐκ ἐρέω δ' ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης,
ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

124. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ναὶ μὴν Ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος ὥς ποτ' ἀμάξης
ἔκπεσε, καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν·
εἰ δὲ πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο καὶ πίε τὸ ζῆν,
πῶς ἂν ἔτ' ἐν Μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

125. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἴ τι παραλλάσσει φαέθων μέγας ἅλιος ἄστρων,
καὶ πόντος ποταμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν,
φαμὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν Ἐπίχαρμον,

120. XENOPHANIS.

Et forte illum, quum-vapularet catulus, prætereuntem
dicunt miseritum-esse *ejus*, et hoc edidisse verbum :
« Desine, neu virga-feri, quoniam amici viri est
« anima, quam agnovi, loquentem audiens. »

121. DIOGENIS LAERTII.

Non solus ab-animatis abstinuisti manus, sed et nos;
quis enim *est* qui animata tetigit, o Pythagora?
sed ubi quid elixum est et tostum et sale-sparsum,
profecto tunc animam non habens edimus.

122. EJUSDEM.

Heu, heu, Pythagoras quid tantum lupinos veneratus-est,
et obiit discipulos inter proprios?
Ager erat lupinorum : ne igitur *ingressus* eos calcaret,
ab Agrigentinis occisus-est in trivio.

123. EJUSDEM.

Et tu olim, o Empedocles, rapida flamma corpus ut-puri-
ignem e crateribus ebibisti immortalem : [ficasti
non dicam autem te ultro insiluisse in undantem Ætnam,
sed latere volens incidisti non volens.

124. EJUSDEM.

Sane vero Empedoclis de-morte fama est, quod aliquando
exciderit, et crus sibi-fregerit dextrum. [curru
At si ignis in-crateras insiluit et *sic* bibit vitam,
qui adhuc Megaris ostenderetur hujus sepulcrum?

125. INCERTI.

Si quid superat lucidus magnus sol astra,
et pontus fluminibus majorem habet vim,
assevero tantum ego sapientia *ceteros* anteire Epicharmum,

---

120. XENOPHANIS,
de eodem.

Indoluisse canem quateret cum fustibus alter
Dicitur, et tales ore dedisse sonos :
Ah rogo, ne sævi : nostri namque ista sodalis
Est anima : indicium vox facit ipsa mihi.

121. DIOGENIS LAERTII,
de eodem.

Tangere non solus trepidas animata, sed et nos :
Nam quis viva velit mandere, Pythagora?
Sed simul ac salsum fuit, elixumque vel assum,
Tum demum victu pascimur exanimi.

122. EJUSDEM,
de eodem.

Eheu Pythagoræ reverentia tanta fabarum
Cur fuit, at pereant ut sata, sic periit!
Ne calcaret agrum portantem tale legumen,
Occidit in triviis ex Acragante manu.

123. EJUSDEM,
de Empedocle.

Et tibi ab æternis flamma est crateribus hausta,
Empedocles : igni membra piata tibi.
Non dico quod sponte tua te injeceris Ætnam :
Lapsus eo es nolens, credo latere volens.

124. EJUSDEM,
de eodem.

Empedoclem lapsum curru fert fama perisse,
Fregerat ut dextrum sæva ruina femur.
Si vere vitam bibit ex crateribus Ætnæ,
Cur tumulum illius cernimus in Megaris?

125. INCERTI,
de Epicharmo.

Sidera sol quantum regali lumine vincit,
Et quanto pelagi flumine major aqua est;
Tanto aliis major sapientibus est Epicharmus,

ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἄδε Συρακοσίων.

126. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.

Τὴν ὑπόνοιαν πᾶσι μάλιστα λέγω θεραπεύειν·
εἰ γὰρ καὶ μὴ ὁρᾷς, ἀλλὰ δοκεῖς, ἀτυχεῖς.
Οὕτω καὶ Φιλόλαον ἀνεῖλε Κρότων ποτὲ πάτρη,
ὡς μιν ἔδοξε θέλειν δῶμα τύραννον ἔχειν.

127. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πολλάκις Ἡράκλειτον ἐθαύμασα, πῶς ποτὲ τὸ ζῆν
ὧδε διαντλήσας δύσμορος, εἶτ' ἔθανεν·
σῶμα γὰρ ἀρδεύουσα κακὴ νόσος ὕδατι, φέγγος
ἔσβεσεν ἐκ βλεφάρων καὶ σκότον ἠγάγετο.

128. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἡράκλειτος ἐγώ· τί μ' ἄνω κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δ' ἐμ' ἐπισταμένοις.
Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος τρισμύριοι, οἱ δ' ἀνάριθμοι
οὐδείς. Ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ Περσεφόνῃ.

129. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.

Ἤθελες, ὦ Ζήνων, καλὸν ἤθελες, ἄνδρα τύραννον
κτείνας ἐκλῦσαι δουλοσύνης Ἐλέαν·
ἀλλ' ἐδάμης· δὴ γάρ σε λαβὼν ὁ τύραννος ἐν ὅλμῳ
κόψε· τί τοῦτο λέγω; σῶμα γὰρ, οὐχὶ δὲ σέ.

130. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ σεῦ, Πρωταγόρη, φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρ' Ἀθηνῶν
ἔκ ποτ' ἰὼν καθ' ὁδὸν πρέσβυς ἐὼν ἔθανες·
εἵλετο γάρ σε φυγεῖν Κέκροπος πόλις· ἀλλὰ σὺ μέν που
Παλλάδος ἄστυ φύγες, Πλουτέα δ' οὐκ ἔφυγες.

131. ΑΛΛΟ.

Πρωταγόρην λόγος ὧδε θανεῖν φέρει· ἀλλὰ γὰρ * αὐτοῦ
ἔσσατο σῶμα γαῖαν, ψυχὰ δ' ἅλτο σοφοῖς *.

quem patria coronavit hæc Syracusanorum.

126. DIOGENIS LAERT.

Suspicioni cunctos maxime moneo ut-medeantur:
nam etiamsi non facis, sed videris, tibi-male-est.
Sic et Philolaum sustulit Croton olim patria,
quia eum credidit velle domum habere tyrannicam.

127. EJUSDEM.

Sæpenumero Heraclitum sum-miratus, quod vitam
ita ubi-exantlavit infaustus, dein obiit:
corpus nempe irrigans malus morbus aqua, lucem
exstinxit ex oculis et tenebras obduxit.

128. INCERTI.

Heraclitus ego. Quid me sursum deorsum trahitis, indocti?
non vobis laborabam, sed illis qui me intelligunt.
Unus mihi homo *est* trigesies-mille, sed innumeri *sunt*
nullus. Hæc enuncio etiam apud Proserpinam.

129. DIOGENIS LAERTII.

Volebas, o Zeno, pulchrum *quid* volebas, virum tyrannum
interficiens eximere servitute Eleam;
sed victus-es. Te enim comprehensum tyrannus in mortario
contrivit: quid ita loquor? corpus enim, non autem te.

130. EJUSDEM.

Et de-te, o Protagora, famam accepi, quod Athenis
olim profectus in via senex obieris: [tu quidem
decrevit enim te fugere (*exulare*) Cecropis civitas: sed
Palladis urbem fugisti, Plutonem vero non effugisti.

131. ALIUD.

Protagoram fama sic excessisse spargit; at enim ipsius
corpus induit humum, animus evolavit ad-sapientes.

Serta Syracusæ dona gerens patriæ.

126. EJUSDEM,

de Philolao.

Suspectus ne sis cave, quisquis es, hortor: ut ipse
Nil facias, sat si velle putere mali est.
Occidit quondam Croto patria sic Philolaum,
Dum sibi servitium ne struat arce, timet.

127. EJUSDEM,

de Heraclito.

Sæpe Heraclitum miror, quod ducere vitam
Pertolerans inter tot mala post obiit.
Corpus namque rigans humore intercute morbus
Expulerat gemino luminis orbe diem.

128. *De eodem.*

Heraclitus ego. Quid inertes deprimitis me?
Non vobis, doctis sed datus iste labor.
Unus homo plus mille mihi; tot millia nemo.
Hoc loquor in regno nunc quoque Persephones.

129. DIOGENIS LAERTII,

de Zenone Veliensi.

Servitium Velia depellere cæde tyranni
Propositum fuerat, Zeno, virile tibi.
Victus es, inque pila te contudit ille tyrannus:
Non te, sed corpus dicere debueram.

130. EJUSDEM,

de Protagora.

Protagora, te fama refert ex urbe profectum
Palladis, inter iter mox obiisse senem.
Quippe relegarat populus te Cecropis: at tu
Hunc poteras, Ditem non potes effugere.

132. ΑΛΛΟ.

Καὶ σὲ, Πρωταγόρη, σοφίης ἴδμεν βέλος ὀξύ,
ἀλλ' οὐ τιτρῶσκον, πάντως δὲ γλυκὺ χρῖμα.

133. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤ.

Πτίσσετε, Νικοκρέων, ἔτι καὶ μάλα, θύλακός ἐστι·
πτίσσετ', Ἀνάξαρχος δ' ἐν Διός ἐστι πάλαι·
καί σὲ διαστείλασα γνάφοις ὀλίγον, τάδε λέξει
ῥήματα Περσεφόνη· « Ἔρρε μυλωθρὲ κακέ. »

134. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐνθάδε Γοργίου ἡ κεφαλὴ κυνικοῦ κατάκειμαι,
οὐκέτι χρεμπτομένη, οὔτ' ἀπομυσσομένη.

135. ΑΛΛΟ.

Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης, Κῷος γένος, ἐνθάδε κεῖται,
Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς,
πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις Ὑγιείης,
δόξαν ἑλὼν πολλῶν οὐ τύχᾳ, ἀλλὰ τέχνᾳ.

136. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἥρως Πριάμου βαιὸς τάφος· οὐχ ὅτι τοίου
ἄξιος, ἀλλ' ἐχθρῶν χερσὶν ἐχωννύμεθα.

137. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μή με τάφῳ σύγκρινε τὸν Ἕκτορα, μηδ' ἐπὶ τύμβῳ
μέτρει τὸν πάσης Ἑλλάδος ἀντίπαλον.
Ἰλιὰς, αὐτὸς Ὅμηρος ἐμοὶ τάφος, Ἑλλὰς, Ἀχαιοὶ
φεύγοντες — τούτοις πᾶσιν ἐχωννύμεθα·
εἰ δ' ὀλίγην ἀθρεῖς ἐπ' ἐμοὶ κόνιν, οὐκ ἐμοὶ αἶσχος·
Ἑλλήνων ἐχθραῖς χερσὶν ἐχωννύμεθα.

138. ΑΚΗΡΑΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἕκτορ Ὁμηρείῃσιν ἀεὶ βεβοημένε βίβλοις,
θειοδόμου τείχευς ἔρκος ἐρυμνότερον,
ἐν σοὶ Μαιονίδης ἀνεπαύσατο· σοῦ δὲ θανόντος,
Ἕκτορ, ἐσιγήθη καὶ σελὶς Ἰλιάδος.

132. ALIUD.

Et te, o Protagora, studii scimus telum acutum,
sed non vulnerans, omnino vero dulce linimentum.

133. DIOGENIS LAERTII.

Molite, o Nicocreo, adhuc et valde; saccus est :
molite; Anaxarchus vero apud Jovem est jampridem
Ac te distrahens pectinibus aliquantum, hæc dicet
verba Proserpina : « Peri, molitor pessime. »

134. INCERTI.

Hic Gorgiæ caput cynici jaceo,
non jam tussiens-et-sputans, neque emungens.

135. ALIUD.

Thessalus Hippocrates, Cous genere, hic jacet,
Phœbi a stirpe immortali natus,
plurima trophæa morborum qui-erexit armis Hygiææ,
laudem adeptus apud-multos non sorte, sed arte.

136. ANTIPATRI.

Herois Priami tenue sepulcrum, non quod tantulo
dignus, sed hostium manibus sumus-tumulati.

137. ANONYMI

Ne me cum sepulcro *hoc* compares Hectorem, neque e
metire totius Græciæ antagonistam. [tumulo
Ilias, ipse Homerus mihi pro-sepulcro, Græcia, Achæi
fugientes : his omnibus sumus-tumulati.
Si vero tenuem cernis in me pulverem, non mihi *est* in-
Græcorum inimicis manibus sumus-tumulati. [famia :

138. ACERATI GRAMMATICI.

O Hector Homericis usque celebrate libris,
a-diis-structo muro firmior tutela,
in te Mæonides desivit : te enim exstincto,
Hector, siluit etiam pagina Iliadis.

---

133. DIOGENIS LAERTII,
de Anaxarcho.

Tundite quantumvis : uter est; jam tundite; pridem
Maxima Anaxarchum possidet aula Jovis.
Nubila sed paulum discusserit hæc modo, dicet
Persephonæ : Pereas, es mala tu molitrix.

134. INCERTI.

Gorgiæ Cynici caput hac tellure recondor,
Qui nunc emungi desiit et spuere.

135. INCERTI,
de Hippocrate.

Thessalus Hippocrates jacet hic, cui patria Cos est,
Qui genus a Phœbo morte carente trahit;
De morbis retulit qui multa tropæa Saluti :
Cui non fortuna fama sed arte venit.

136. ANTIPATRI,
de Priamo.

En Priami monumenta vides angusta, nec ipso
Digna, sed hostiles quæ posuere manus.

137. INCERTI,
de Hectore.

Ne tumulo metire brevi precor Hectora magnum,
Par cui certamen Græcia tota fuit.
Ilias, Iliadosque parens, fuga gentis Achivæ
Grajæque, hæc mihi sunt omnia pro tumulo.

138. ACERATI GRAMMATICI,
de eodem.

Hector Homereis celeberrime cantibus, et qui
Muris, quos dederant Di duo, murus eras,
Te sibi Mæonides metam facit : Hectore magno
Abrepto fatis Ilias ipsa tacet.

139. ΑΛΛΟ.

Ἕκτορι μὲν Τροίη συγκάτθανεν, οὐδ' ἔτι χεῖρας
ἀντῆρεν Δαναῶν παισὶν ἐπερχομένοις·
Πέλλα δ' Ἀλεξάνδρῳ συναπώλετο. Πατρίδες ἄρα
ἀνδράσιν, οὐ πάτραις ἄνδρες ἀγαλλόμεθα.

140. ΑΡΧΙΟΥ.

Καὶ γενέταν τοῦ νέρθε καὶ οὔνομα καὶ χθόνα φώνει,
στάλα, καὶ ποίᾳ κηρὶ δαμεὶς ἔθανε. —
Πατὴρ μὲν Πρίαμος, γᾶ δ' Ἴλιον, οὔνομα δ' Ἕκ-
τωρ, ὑπὲρ πάτρας δ' ὤλετο μαρνάμενος. [τωρ,

141. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Θεσσαλὲ Πρωτεσίλαε, σὲ μὲν πολὺς ἅσεται αἰὼν,
Τροίᾳ ὀφειλομένου πτώματος ἀρξάμενον·
σῆμα δέ τοι πτελέῃσι συνηρεφὲς ἀμφικομεῦσι
Νύμφαι, ἀπεχθομένης Ἰλίου ἀντιπέρας·
δένδρα δὲ δυσμήνιτα, καὶ ἢν ποτὶ τεῖχος ἴδωσι
Τρώϊον, αὐαλέαν φυλλοχοεῦντα κόμην,
ὅσσος ἐν ἡρώεσσι τότ' ἦν χόλος, οὐ μέρος ἀκμὴν
ἐχθρὸν ἐν ἀψύχοις σώζεται ἀκρεμόσιν.

142. ΑΔΗΛΟΝ.

Τύμβος Ἀχιλλῆος ῥηξήνορος, ὅν ποτ' Ἀχαιοὶ
δώμησαν, Τρώων δεῖμα καὶ ἐσσομένων·
αἰγιαλῷ δὲ νένευκεν, ἵνα στοναχῇσι θαλάσσης
κυδαίνοιτο πάϊς τῆς ἁλίας Θέτιδος.

143. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἄνδρε δύω φιλότητι καὶ ἐν τεύχεσσιν ἀρίστω,
χαίρετον, Αἰακίδη, καὶ σὺ, Μενοιτιάδη.

144. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἡδυεπὴς Νέστωρ Πύλιος Νηλήϊος ἥρως
ἐν Πύλῳ ἡγαθέῃ τύμβον ἔχει τριγέρων.

139. ALIUD.

Hectori quidem Troja commortua-est, nec jam manus
sustulit-adversus Græcorum pueros invadentes;
et Pella una-cum Alexandro periit. Patriæ igitur
viris, non patriabus viri honestamur

140. ARCHIÆ.

Et genitorem humati, et nomen, et terram fare,
cippe, et quali fato domitus interiit. —
Pater quidem Priamus, tellus vero Ilion, nomenque Hector,
o vir, et pro patria cecidit decertans.

141. ANTIPHILI BYZANTII.

O Thessale Protesilae, te quidem multa canet ætas,
Trojæ debiti excidii incentorem;
monumentum vero tibi populis obumbratum exornant
Nymphæ, invisi e regione Ilii;
arbores autem graviter-iratæ, et si murum prospiciant
Trojanum, aridam foliorum-excutientes comam,
quanta in heroibus *omnibus* tunc erat bilis, non partem,
inimicam in inanimatis, servant ramis. [adhuc

142. INCERTI.

Tumulus *est* Achillis viros-frangentis, quem olim Græci
erexerunt, Trojanorum terrorem etiam futurorum:
littori vero acclinis-est, ut gemitibus ponti
celebretur puer marinæ Thetidis.

143. INCERTI.

Viri duo amicitia et in armis præstantissimi,
valete, o Æacide, et tu, Menœtiade.

144. ANONYMUM.

Dulciloquus Nestor Pylius, Neleïus heros,
in Pylo sanctissima tumulum habet trisæclisenex.

---

139. *De Hectore et Alexandro Macedone.*

Hectore sublato, cecidit quoque Troja, nec ultra
Adversas Danais extulit illa manus.
Mors quoque Alexandri Pellam trahit. Aspice, terræ
Sunt decus omne viri, non decus ipsa viris.

140. ARCHIÆ,

de Hectore.

Quis genitor, quod nomen erat, quæ terra sepulto,
Quoque modo vitam finiit, ede lapis.
Troum terra mea est, Priamus pater, et vocor Hector,
Et cado, pro patria dum pia bella gero.

141. ANTIPHILI BYZANTINI,

de Protesilao.

Principium Trojæ promissi sanguinis, omne,
Thessale, te sæclum, Protesilae, canet.
Mortuus ulmorum sub textibus, hostica contra
Pergama, Nympharum maxima cura jaces.
Iratis Trojana vident cum mœnia ramis
Arescunt odio deficiuntque comæ.
Qualis in antiquis fuit ille heroibus ardor,
Si partes arbor non animata facit?

142. *De Achille.*

Hic est Græca manus tumulum quem struxit Achilli,
Trojugenûm post nunc tot quoque sæcla metus.
Et sedem prope littus habet, plangatur ut undis
Æquoris æquorea natus et ipse Dea.

143. *De Achille et Patroclo.*

Fœdere amicitiæ par nobile nec minus armis,
Æacide salve, tuque, Menœtiade.

145. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Ἁδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ κειραμένα πλοκάμους,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἰ παρ' Ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων Ἀπάτα κρέσσον ἐμεῦ δύναται.

146. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Σῆμα παρ' Αἰάντειον ἐπὶ Ῥοιτηίσιν ἀκταῖς
θυμοβαρὴς Ἀρετὰ μύρομαι ἑζομένα,
ἀπλόκαμος, πινόεσσα, διὰ κρίσιν ὅττι Πελασγῶν
οὐκ ἀρετὰ νικᾶν ἔλλαχεν, ἀλλὰ δόλος.
Τεύχεα δ' ἂν λέξειεν Ἀχιλλέος· « Ἄρσενος ἀκμᾶς,
« οὐ σκολιῶν μύθων ἄμμες ἐφιέμεθα ».

147. ΑΡΧΙΟΥ.

Μοῦνος ἐναιρομένοισιν ὑπέρμαχος ἀσπίδα τείνας,
νηυσὶ βαρὺν Τρώων, Αἶαν, ἔμεινας ἄρην·
οὐδέ σε χερμαδίων ὤσεν κτύπος, οὐ νέφος ἰῶν,
οὐ πῦρ, οὐ δοράτων, οὐ ξιφέων πάταγος·
ἀλλ' αὔτως προβλής τε καὶ ἔμπεδος, ὥς τις ἐρίπνα,
ἰδρυθείς, ἔτλης λαίλαπα δυσμενέων.
Εἰ δέ σε μὴ τεύχεσσιν Ἀχιλλέος ὥπλισεν Ἑλλὰς,
ἄξιον ἀντ' ἀρετᾶς ὅπλα ποροῦσα γέρας,
Μοιράων βουλῇσι τάδ' ἤμπλακεν, ὡς ἂν ὑπ' ἐχθρῶν
μή τινος, ἀλλὰ σὺ σῇ πότμον ἕλῃς παλάμῃ.

148. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Σῆμα τόδ' Αἴαντος Τελαμωνίου, ὃν κτάνε Μοῖρα,
αὐτοῦ χρησαμένα καὶ χερὶ καὶ ξίφεϊ.
Οὐδὲ γὰρ ἐν θνητοῖσι δυνήσατο καὶ μεμαυῖα
εὑρέμεναι Κλωθὼ τῷδ' ἕτερον φονέα.

149. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Κεῖται ἐνὶ Τροίῃ Τελαμώνιος, οὔ τινι δ' ἔμπης
ἀντιβίων ὁπάσας εὖχος ἑοῦ θανάτου·

145. ASCLEPIADÆ.

Hæc ego infelix Virtus huic assideo
Ajacis tumulo, tonsa cincinnos,
animum dolore ingenti percussa, si apud Græcos
dolos-cogitans Fraus me plus pollet.

146. ANTIPATRI SIDONII.

Monumentum juxta Æanteum (*Ajacis*) in Rhœteo littore
animum-gravata Virtus lamentor assidens,
abrasa-crines, sordida, quia ex judicio Pelasgorum
non virtuti victoria obtigit, sed dolo.
Arma vero dixerint Achillis : « Masculum robur,
« non obliqua verba nos appetimus. »

147. ARCHIÆ.

Solus pereuntes propugnator clypeo tegens,
ad-naves gravem Trojanorum, Ajax, sustinuisti mar-[tem,
neque te saxorum submovit strepitus, non nubes jaculorum,
non ignis, non hastarum, non gladiorum fragor :
sed ita prominensque et firmus, vt scopulus aliquis,
stans, sustinuisti procellam hostium.
Si vero te non armis Achillis instruxit Græcia,
dignum pro virtute arma præbens præmium,
Parcarum consiliis id peccavit, ut ab hostium
nullo, sed tu tua letum caperes palma.

148. ANONYMI.

Monumentum hoc Ajacis Telamonii, quem interfecit Parca,
ipsius usa et manu et gladio.
Neque enim in mortalibus potuit, licet cupierit,
invenire Clotho huic alterum percussorem.

149. LEONTII SCHOLASTICI.

Jacet in Troja Telamonius, sed nulli tamen
hostium largitus laudem suæ mortis :

---

145. ASCLEPIADÆ,
de Ajace.

Fortis ad Ajacis tumulum (miserere viator)
Flens sedeo Virtus, et lacerata comas :
Corde dolens toto, Fraudem se nube tegentem
Quod Graji proceres antetulere mihi.

146. ANTIPATRI,
de eodem.

Ajacis tumulo Rhœteo in littore lugens
Assideo Virtus icta dolore gravi,
Squalens, scissa comas, quod non est gente Pelasga
Judice virtuti sed data palma dolo.
Ipsius arma, loqui possent, loquerentur Achillis :
Vis nobis, at non callida dicta placent.

147. ARCHIÆ,
de eodem.

Qui face succensas clypeo defendere puppes,
Vimque Phrygum posses pellere, solus eras :
Nec tibi tela inter, gladiique, hastæque sonantes,
Flammaque cum lapidum nube dedere metum.
Stabas oppositus bello velut ardua rupes,
Inque tuum venit tanta procella caput.
Exuvias at si tibi non aptavit Achillis
Græcia, nec meritis reddidit arma tuis,
Errorem dedit hunc fatum, ne forte quis hostis
Afferret finem, sed tua dextra tibi.

148. INCERTI,
de eodem.

Hic Ajax situs est Telamonius : ipsius ense
Usa manuque viro fata dedere mori.
Interfectorem Clotho cum quæreret illi,
Alter ab hoc hominum nemo repertus erat.

149. LEONTII ORATORIS
de eodem.

Condit humus Telamone satum Trojana, nec nosti
Jus tamen in tantam fata dedere necem.

τόσσης γὰρ χρόνος ἄλλον ἐπάξιον ἀνέρα τόλμης
οὐχ εὑρών, παλάμῃ θῆκεν ὑπ' αὐτοφόνῳ.

150. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἴας ἐν Τροίῃ μετὰ μυρίον εὖχος ἀέθλων
μέμφεται οὐκ ἐχθροῖς κείμενος, ἀλλὰ φίλοις.

151. ΑΛΛΟ.

Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας
ζωστῆρ'· ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἷς θάνατος.

152. ΑΛΛΟ.

Πικρὴν ἀλλήλοις Ἕκτωρ χάριν ἠδὲ φέρασπις
Αἴας ἐκ πολέμου μνῆμ' ἔπορον φιλίης·
Ἕκτωρ γὰρ ζωστῆρα λαβὼν ξίφος ἔμπαλι δῶκε·
τὴν δὲ χάριν δώρων πείρασαν ἐν θανάτῳ·
τὸ ξίφος εἶλ' Αἴαντα μεμηνότα, καὶ πάλι ζωστὴρ
εἷλκυσε Πριαμίδην δίφρια συρόμενον.
Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

153. ΟΜΗΡΟΥ, οἱ δὲ ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ ΤΟΥ ΛΙΝΔΙΟΥ.

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδα δὲ ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

154. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Κόροιβον.

Κοινὸν ἐγὼ Μεγαρεῦσι καὶ Ἰναχίδαισιν ἄθυρμα
ἵδρυμαι, Ψαμάθης ἔκδικον οὐλομένης·
εἰμὶ δὲ Κὴρ τυμβοῦχος· ὁ δὲ κτείνας με Κόροιβος·
κεῖται δ' ὧδ' ὑπ' ἐμοῖς ποσσὶ διὰ τρίποδα·
Δελφὶς γὰρ φάμα τόδ' ἐθέσπισεν, ὄφρα γενοίμαν
τᾶς κείνου νύμφας σῆμα καὶ ἱστορίης.

tanto enim tempus alium dignum virum ausu
quum non invenerit, dextræ *eum* subjecit in-se-furenti.

150. EJUSDEM.

Ajax in Troja post immensam laudem certaminum
accusat non hostes mortuus jacens, sed amicos.

151. ALIUD.

Hector Ajaci gladium dedit, Hectori vero Ajax
cingulum : amborum donum una mors.

152. ALIUD.

Amarum alter-alteri Hector donum atque scutifer
Ajax e pugna pignus præbuerunt amicitiæ :
Hector enim cingulum ubi-accepit, gladium contra dedit;
gratiam vero donorum senserunt in morte :
gladius hausit Ajacem insania-correptum, et rursus cin-
traxit Priamiden bigis raptatum. [gulum
Sic ab hostibus mutuo-interficientia mittebantur dona,
muneris specie sortem habentia mortis.

153. HOMERI, secundum alios CLEOBULI LINDII.

Ænea virgo sum, Midæ autem sepulcro insideo.
Dum humorque fluat et arbores proceræ floreant,
ipsius hic manens multum-defleto super tumulo,
nunciabo prætereuntibus, Midam hic esse sepultum.

154. INCERTI.

In Corœbum.

Commune ego Megarensibus et Inachidis (*Argivis*) orna-
sto, Psamathe contra-fas misere-perdita; [mentum
sum Fatale-monstrum insidens-tumulo; qui vero occidit
et jacet hic sub meis pedibus ob tripodem : [me Corœbus,
Delphica enim sors hoc edixit, ut evaderem
illius nymphæ monumentum et historiæ.

Nempe parem tantis quia non invenerat ausis
Tempus, eum propria fecit obire manu.

150. EJUSDEM,

de eodem.

Ajax qui toties victor, jacet in Phryge campo,
Mortuus incusat non Phryga, sed socios.

151. *De eodem.*

Ajax Priamidæ cinctum dedit, Hector at illi
Ensem : causa necis munus utrique fuit.

152. *De eodem.*

Inter se dederant mala munera et Hector et Ajax,
Contractæ ex bello pignus amicitiæ.

Cingula pro gladio donata receperat Hector :
Quæ vis muneribus, discere morte datum est.
Ense furens Ajax periit : datus Hectora vinxit
Balteus, Æacidæ cum traheretur equis.
Tales insidias hostilia dona ferebant,
Perniciem sed sub fronte datura boni.

153. HOMERI,

secundum alios CLEOBULI LINDII.

Sto sacrata Midæ tumulum super ænea virgo :
Dum fons mittet aquas, dum frondes arbor habebit,
Flumina dum current, feriet dum littora pontus,
Ætheris in templo dum sol et luna nitebunt,
In statione manens super hoc miserabile bustum,
Omnibus hoc edico, Midan hic esse sepultum.

155. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Φιλιστίωνα τὸν Νικαέα γελωτοποιόν.

Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων
ἐνταῦθα κεῖμαι, λείψανον παντὸς βίου,
πολλάκις ἀποθανών, ὧδε δ' οὐδεπώποτε.

156. ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΑΙΓΕΑΤΟΥ.

Ἰξῷ καὶ καλάμοισιν ἀπ' ἠέρος αὐτὸν ἔφερβεν
Εὔμηλος, λιτῶς, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίῃ.
Οὔποτε δ' ὀθνείην ἔκυσεν χέρα γαστρὸς ἕκητι·
τοῦτο τρυφὴν κείνῳ, τοῦτ' ἔφερ' εὐφροσύνην.
Τρὶς δὲ τριηκοστὸν ζήσας ἔτος ἐνθάδ' ἰαύει,
παισὶ λιπὼν ἶξὸν καὶ πτερὰ καὶ καλάμους.

157. ΑΔΗΛΟΝ.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας, τριάδας δύο, μέτρον ἔθηκαν
ἡμετέρης βιοτῆς μάντιες αἰθέριοι.
Ἀρκοῦμαι τούτοισιν· ὁ γὰρ χρόνος ἄνθος ἄριστον
ἡλικίης· ἔθανεν χὠ τριγέρων Πύλιος.

158. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Μάρκελλον τὸν Σιδίτην ἰατρόν.

Μαρκέλλου τόδε σῆμα περικλυτοῦ ἰητῆρος,
φωτὸς κυδίστοισι τετιμένου ἀθανάτοισιν,
οὗ βίβλους ἀνέθηκεν ἐϋκτιμένῃ ἐνὶ Ῥώμῃ
Ἀδριανὸς προτέρων προφερέστερος ἡγεμονήων,
καὶ πάϊς Ἀδριανοῖο μέγ' ἔξοχος Ἀντωνῖνος,
ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνδράσι κῦδος ἄροιτο
εἵνεκεν εὐεπίης, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων,
ἡρῴῳ μέλψαντι μέτρῳ θεραπήϊα νούσων
βίβλοις ἐν πινυταῖς Χειρωνίσι τεσσαράκοντα.

159. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ὀρφεὺς μὲν κιθάρᾳ πλεῖστον γέρας εἵλετο θνητῶν,
Νέστωρ δὲ γλώσσης ἡδυλόγου σοφίη,
τεκτοσύνῃ δ' ἐπέων πολυΐστωρ θεῖος Ὅμηρος,
Τηλεφάνης δ' αὐλοῖς, οὗ τάφος ἐστὶν ὅδε.

155. ANONYMI.

In Philistionem Nicæensem mimum.

Qui multis-dignam-gemitibus hominum vitam
risu temperavi Nicæensis Philistio,
hic jaceo, ut sunt reliquiæ cujuslibet vitæ:
sæpenumero mortuus, sed non-unquam hocce-modo.

156. ISIDORI ÆGEATÆ.

Visco et arundinibus ex aere se nutriebat
Eumelus, tenuiter, sed in libertate;
nunquam vero alienam osculatus-est manum ventris gratia ·
hoc delicias illi, hoc afferebat lætitiam.
Ter autem trigesimum qui-vixit annum hic dormit,
et liberis reliquit viscum et ɼennas et arundines.

157. INCERTI.

Tres annorum decades, triades duas, modum ɼosuerunt
nostræ vitæ vates cœlestes.
Contentus-sum his *annis*: id tempus enim flos optimus *est*
ætatis: obiit etiam trisæclisenex Pylius.

158. INCERTI.

In Marcellum Siditen Medicum.

Marcelli hoc monumentum perinclyti medici,
viri summis honorati diis-immortalibus,
cujus libros reposuit bene-ædificata in *urbe* Roma
Adrianus prioribus præstantior principibus,
et filius Adriani longe excellens Antoninus,
ut et venturos apud homines decus reportaret
ob eloquentiam, quam ei dedit Phœbus Apollo,
heroicis quum-cecinit versibus remedia morborum
libris in doctis chironicis (*medicinalibus*) quadraginta.

159. NICARCHI.

Orpheus quidem cithara plurimum honorem retulit a-
Nestor autem linguæ suaviloquæ solertia, ɼmortalibus
structuraque versuum multisciens divinus Homerus,
Telephanes vero tibiis, cujus hoc est sepulcrum.

---

155. INCERTI,

de Philistione Nicæensi mimo.

Nicæus, ævum flebile hoc mortalium
Qui temperavi risibus, Philistio,
Vitæ reliquiæ totius, situs hic tegor,
Emortuus jam sæpe, sic nunquam tamen.

156. ISIDORI ÆGEATÆ.

Qui calamo et visco quærebat ab aere victum
Eumelus, cui res parca, sed ingenua,
Ventris ut imperio nulli daret oscula dextræ,
Vivere sic illi luxus opesque fuit;
Post bis lustra novem jacet hic, natosque reliquit
Hæredes plumæ, glutinis et calami.

157. INCERTI.

Promisere mihi, quibus ars est sidera nosse,
Curricula annorum ter tria terque decem.
Sufficit, ætatis flos isto fine tenetur;
Non fugit Pylius fata trisæclisenex.

159. NICARCHI.

Nomen grande sibi testudine quæsiit Orpheus,
Eloquio Pylius lene fluente senex.
Egregiam docto dat famam carmen Homero;
Tibia Telephani; cujus hic est tumulus.

160. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος, οὗ τόδε σᾶμα·
Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

161. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

α. Ὄρνι, Διὸς Κρονίδαο διάκτορε, τεῦ χάριν ἕστας
γοργὸς ὑπὲρ μεγάλου τύμβον Ἀριστομένους;
β. Ἀγγέλλω μερόπεσσιν ὃθ' οὕνεκεν ὅσσον ἄριστος
οἰωνῶν γενόμαν, τόσσον ὃ' ἠϊθέων.
Δειλαί τοι δειλοῖσιν ἐφεδρήσσουσι πέλειαι·
ἄμμες δ' ἀτρέστοις ἀνδράσι τερπόμεθα.

162. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Εὐφράτην μὴ καῖε, Φιλώνυμε, μηδὲ μιήνῃς
πῦρ ἐπ' ἐμοί· Πέρσης εἰμὶ καὶ ἐκ πατέρων,
Πέρσης αὐθιγενὴς, ναὶ δέσποτα· πῦρ δὲ μιῆναι
ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
Ἀλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί· μηδ' ἐπὶ νεκρῷ
λουτρὰ χέῃς· σέβομαι, δέσποτα, καὶ ποταμούς.

163. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

α. Τίς τίνος εὖσα, γύναι, Παρίην ὑπὸ κίονα κεῖσαι;
β. Πρηξὼ Καλλιτέλευς. α. Καὶ ποδαπή; β. Σαμίη.
α. Τίς δέ σε καὶ κτερέϊξε; β. Θεόκριτος, ᾧ με γονῆες
ἐξέδοσαν. α. Θνήσκεις δ' ἐκ τίνος; β. Ἐκ τοκετοῦ.
α. Εὖσα πόσων ἐτέων; β. Δύο κεἴκοσιν. α. Ἦ ῥά γ'
β. Οὐκ, ἀλλὰ τριετῆ Καλλιτέλην ἔλιπον. [ἄτεκνος;
α. Ζώοι σοὶ κεῖνός γε, καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιτο.
β. Καὶ σοὶ, ξεῖνε, πόροι πάντα Τύχη τὰ καλά.

164. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

α. Φράζε, γύναι, γενεὴν, ὄνομα, χθόνα. β. Καλλιτέλης
ὁ σπείρας, Πρηξὼ δ' οὔνομα, γῆ δὲ Σάμος. [μὲν
α. Σῆμα δὲ τίς τόδ' ἔχωσε; β. Θεόκριτος, ὁ πρὶν ἄθικτα
ἡμετέρας λύσας ἄμματα παρθενίης.
α. Πῶς δ' ἔθανες; β. Λοχίοισιν ἐν ἄλγεσιν. α. Εἰπὲ δὲ
ἦλθες ἐς ἡλικίην. β. Δισσάκις ἐνδεκέτις. [ποίην
α. Ἦ καὶ ἄπαις; β. Οὐ, ξεῖνε· λέλοιπα γὰρ ἐν νεότητι
Καλλιτέλῃ, τριετῆ παῖδ' ἔτι νηπίαχον.

160. ANACREONTIS.

Validus in prœliis Timocritus, cujus hoc sepulcrum;
Mars autem non bonis parcit, sed malis.

161. ANTIPATRI SIDONII.

a. Avis, Jovis Saturnii minister, qua gratia stas
acer super magni sepulcro Aristomenis?
b. Nuntio mortalibus hunc, quantum ego antecello
volucribus, tantum præstare juvenibus.
Timidæ sane timidis insident columbæ,
nos autem intrepidis viris gaudemus.

162. DIOSCORIDIS.

Euphraten ne ure, Philonyme, neu polluas
ignem in me; Persa sum et a stirpe,
Persa germanus, sane domine: ignem vero polluere
nobis *est* gravi amarius morte.
Sed involvens me da telluri; neu in mortuum
lavacra fundas: colo, domine, et fluvios.

163. LEONIDÆ.

a. Quæ, quo prognata, mulier, Paria sub columna jaces?
b. Prexo Callitelis. *a.* Et ubi-orta? *b.* Sami. [rentes
b. Quis vero te et tumulavit? *b.* Theocritus, cui me pa-
elocaverant. *a.* Moreris autem cujus ergo? *b.* Puer] erii.
a. Quot annorum? *b.* Duûm et viginti. *b.* Num igitur orba?
b. Non, sed trimum Callitelem reliqui.
a. Vivat tibi hic certe, et ultimam senectam attingat.
b. Etiam tibi, hospes, det Fortuna omnia pulchra.

164. ANTIPATRI SIDONII.

a. Dic, mulier, genus, nomen, terram. *b.* Calliteles quidem,
qui genuit; Prexo autem nomen; terra vero Samus.
a. Tumulum porro quis hunc struxit? *b.* Theocritus,
nostræ solvit nodum virginitatis. [qui prius intactum
a. Sed quomodo obiisti? *b.* Partus in doloribus. *a.* Dic
attigeris ætatem. *b.* Bis undecennis *sum*. [etiam qualem
a. Num etiam orba? *b.* Non, o hospes; reliqui enim in pue-
Callitelem, trimum puerum adhuc infantem. [ritia

---

160. ANACREONTIS.

Hanc bello spectatus habet Timocritus urnam:
Mars timidis parcens fortia corda rapit.

161. ANTIPATRI SIDONII.

Cur ad Aristomenis magni stas torva sepulchrum,
Dic mihi, dic summo præpes amata Jovi.
* * * * * * * *

162. DIOSCORIDÆ.

Ne precor Euphratem combure, Philonyme, flammam
Nec viola, Persis namque ego Persa satus,
O here! nam Persis ignem fœdare piaclum
Resque vel horribili morte timenda magis.
Contege et infer humo, sed sic ne mortua lymphis
Membra laves: et aqua est res, here, sancta mihi.

163. LEONIDÆ.

Marmore sub Pario, quæ, cujus nata quiescis?
Praxo Callitelis. Nata sed unde? Samo.
Quis fecit tibi justa? Theocritus ille, maritus
Qui mihi. Quæ mortis causa? Puerperium.
Annos quot vixti? Duo denos post bis. An orba es?
Non: superest trimus nam mihi Calliteles.
Vivat, et in seros deducat tempora canos,
Et tibi sors, hospes, det bona, quidquid amas.

α. Ἦλθοι ἐς ὀλβιστὴν * ἱερὴν τρίχα. β. Καὶ σὸν, ὀδῖτα,
10 οὖριον ἰθύνοι πάντα Τύχη βίοτον.

165. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, οἱ δὲ ΑΡΧΙΟΥ.

α. Εἰπὲ γύναι τίς ἔφυς. β. Πρηξώ. α. Τίνος ἔπλεο πατρός;
β. Καλλιτέλευς. α. Πάτρας δ' ἐκ τίνος ἐσσί; β. Σάμου.
α. Μνᾶμα δέ σου τίς ἔτευξε; β. Θεόκριτος, ὅς με σύνευνον
ἤγετο. α. Πῶς δ' ἐδάμης; β. Ἄλγεσιν ἐν λοχίοις.
α. Εἰν ἔτεσιν τίσιν εὖσα; β. Δὶς ἕνδεκα. α. Παῖδα δὲ
β. Νηπίαχον τρισσῶν Καλλιτέλην ἐτέων. [λείπεις;
α. Ζωῆς τέρμαθ' ἵκοιτο μετ' ἀνδράσι. β. Καὶ σέο δοίη
παντὶ Τύχη βιότῳ τερπνὸν, ὀδῖτα, τέλος.

166. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ, οἱ δὲ ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Τὴν γοεραῖς πνεύσασαν ἐν ὠδίνεσσι Λαμίσχην
ὕστατα, Νικαρέτης παῖδα καὶ Εὐπόλιδος,
σὺν βρέφεσιν διδύμοις, Σαμίην γένος, αἱ παρὰ Νείλῳ
κρύπτουσιν Λιβύης ᾠόνες εἰκοσέτιν.
Ἀλλὰ, κόραι, τῇ παιδὶ λεχώϊα δῶρα φέρουσαι,
θερμὰ κατὰ ψυχροῦ δάκρυα χεῖτε τάφου.

167. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, οἱ δὲ ΕΚΑΤΑΙΟΥ ΘΑΣΙΟΥ.

Ἀρχέλεώ με δάμαρτα Πολυξείνην, Θεοδέκτου
παῖδα καὶ αἰνοπαθοῦς ἔννεπε Δημαρέτης,
ὅσσον ἐπ' ὠδῖσιν καὶ μητέρα· παῖδα δὲ δαίμων
ἔφθασεν οὐδ' αὐτῶν εἴκοσιν ἠελίων.
Ὀκτωκαιδεκέτις δ' αὐτὴ θάνον, ἄρτι τεκοῦσα,
ἄρτι δὲ καὶ νύμφη, πάντ' ὀλιγοχρόνιος.

168. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

« Εὐχέσθω τις ἔπειτα γυνὴ τόκον », εἶπε Πολυξὼ,
γαστέρ' ὑπὸ τρισσῶν ῥηγνυμένη τεκέων·
μαίης δ' ἐν παλάμῃσι χύθη νέκυς· οἱ δ' ἐπὶ γαῖαν
ὤλισθον κοίλων ἄρρενες ἐκ λαγόνων,
μητέρος ἐκ νεκρῆς ζωὸς γόνος· εἷς ἄρα δαίμων
τῆς μὲν ἀπὸ ζωὴν εἵλετο, τοῖς δ' ἔπορεν.

a. Deveniat ad felicem sacrum crinem! *b*. Tuam quo-prospero-flatu regat totam Fortuna vitam. [que, viator,

165. EJUSDEM, vel ARCHIÆ.

a. Dic, mulier, quæ fuisti. *b*. Prexo. *a*. Quo eras patre? *b*. Callitele. *a*. Patria vero ex quanam es? *b*. Samo.
a. Monumentum tuum quis struxit? *b*. Theocritus, qui me duxit. *a*. Quomodo domita-es? *b*. In doloribus partus.
a. Quot annos nata? *b*. Bis undecim. *a*. Puerumne lin- *b*. Infantem trium Callitelem annorum. [quis?
a. Vitæ terminos attingat inter viros. b. Et tuæ donet toti Fortuna vitæ lætum, o viator, finem.

166. DIOSCORIDIS, vel NICARCHI.

Gementibus quæ-spiravit in partus-doloribus, Lamiscen, novissimum, Nicaretæ filiam et Eupolidis,
cum pueris geminis, Samiam genus, juxta Nilum occultant Libyes oræ viginti-annos-natam.
Sed, o virgines, quæ puellæ dona puerperæ affertis, calidas in frigidum lacrimas fundite sepulcrum.

167. EJUSDEM, vel HECATÆI THASII.

Archelai me conjugem Polyxenam, Theodecti filiam et infaustæ nuncupa Demaretæ,
quantum ad dolores etiam matrem: puerum vero fatum occupavit, nondum plenis viginti solibus (*diebus*).
Duodeviginti-annorum autem ipsa quoque obii, recens recens et nupta, in-omnibus exigui-temporis. [enixa,

168. ANTIPATRI THESSALONICENSIS

« Exoptet aliqua deinceps mulier partum, » aiebat Polyxo, ventrem a ternis dum-rumpebatur pueris;
obstetricis autem inter manus lapsa-est mortua, et in hu- prociderunt mares cavis ex lateribus, [mum
matre de mortuâ viva progenies: unus scilicet dæmon illi quidem eripuit, his vero dedit vitam.

---

166. DIOSCORIDÆ,

ut aliis placet, NICARCHI

Inter Lucinæ quæ vivere tela Lamisca
Desiit, Eupolidis Nicaretesque genus,
Orta Samo, geminis cum partubus, aggere Nili
Condita post vitæ bis duo lustra jacet.
Dona puerperiis quæ debita ferte puellæ,
Et calidas lacrymas frigida saxa bibant.

167. EJUSDEM,

ut alii volunt, HECATÆI THASII.

Vir meus Archeleos, sum dicta Polyxena; mater
Demarate fuerat, sed Theodecta pater.
Si peperisse sat est, mater quoque. Sed mihi prolem
Intra bissenos mors rapit atra dies.
Octo decemque annos vixi: nova mater, et uxor,
Non vetus, in parvum tempus utrumque fui.

168. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Ecquid adhuc mater fieri velit ulla? Polyxo,
Cum triplici partu distraheretur, ait.
Mortuaque in manibus cadit obstetricis: at alvo
Tres simul e rupta prosiluere mares,
Exanimæ matris vivum genus: abstulit illi
Qui dedit his vitam trux facilisque Deus.

169. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὴν δάμαλιν τὴν ἱσταμένην πέραν Βυζαντίου ἐν Χρυσοπόλει.

Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο
κλῄζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος.
Κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
ἐς Φάρον· ἥδε δ' ἐγὼ Κεκροπίς εἰμι νέκυς.
Εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος· ἔπλων δ' ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος
τῇδε, Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοτίδιον δὲ καλεῦμαι ἔθ' ὡς τότε· νῦν δὲ Χάρητος
εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

170. ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ, ἢ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Τὸν τριετῆ παίζοντα περὶ φρέαρ Ἀρχεάνακτα
εἴδωλον μορφᾶς κωφὸν ἐπεσπάσατο·
ἐκ δ' ὕδατος τὸν παῖδα διάβροχον ἥρπασε μάτηρ,
σκεπτομένα ζωᾶς εἴ τινα μοῖραν ἔχει·
Νύμφας δ' οὐκ ἐμίηνεν ὁ νήπιος, ἀλλ' ἐπὶ γούνων
μητρὸς κοιμαθεὶς τὸν βαθὺν ὕπνον ἔχει.

171. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ ΣΙΚΥΩΝΙΟΥ.

Ἀμπαύσει καὶ τῇδε θοὸν πτερὸν ἱερὸς ὄρνις,
τᾶσδ' ὑπὲρ ἀδείας ἑζόμενος πλατάνου·
ὤλετο γὰρ Ποίμανδρος ὁ Μάλιος, οὐδ' ἔτι νεῖται
ἶξιν ἐπ' ἀγρευταῖς χευάμενος καλάμοις.

172. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ὅ πρὶν ἐγὼ καὶ ψῆρα καὶ ἁρπάκτειραν ἐρύκων
σπέρματος, ὑψιπετῆ Βιστονίαν γέρανον,
ῥινοῦ χερμαστῆρος ἑὸν στροφᾶ κῶλα τιταίνων,
Ἀλκιμένης, πτανῶν εἶργον ἄπωθε νέφος·
καί μέ τις οὐτήτειρα παρὰ σφυρὰ δίψας ἔχιδνα
σαρκὶ τὸν ἐκ γενύων πικρὸν ἐνεῖσα χόλον
ἠελίου χήρωσεν· ἴδ' ὡς τὰ κατ' αἰθέρα λεύσσων
τοὐμὰ ποσὶν οὐκ ἐδάην πῆμα κυλινδόμενον.

169. ANONYMI.

In vaccam erectam trans Byzantium Chrysopoli.

Inachiæ non sum bovis forma, neque a me
nomen obtinet adversum Bosporium fretum.
Istam enim olim gravis ira fugavit Junonis
in Pharum: hæc autem ego Cecropia sum mortua. [Ille
Uxor eram autem Charetis; navigavique quum navigavit
huc, Philippicarum adversarius navium.
Juvenca vero nominor adhuc ut olim, et nunc Charetis
uxor continentibus delector ambabus.

170. POSIDIPPI, vel CALLIMACHI.

Trimum ludentem circa puteum Archeanactem
species formæ vana attraxit;
ex aqua autem puerum totum-madidum eripuit mater,
inquirens vitæ si quam partem retineret;
Nymphas vero non polluit infans, sed in genibus
matris consopitus altum dormit somnum.

171. MNASALCÆ SICYONII.

Reficiet et hic rapidam alam sacra avis,
super hac dulci considens platano:
periit enim Pœmander Melius, neque amplius veniet
visco in venatrices infuso arundines.

172. ANTIPATRI SIDONII.

Qui prius ego et sturnum et prædatricem amovebam
seminis, alte-volantem Bistoniam gruem,
corii lapides-jaculantis agilia membra intorquens,
Alcimenes, volucrum procul habebam nubem:
et me quædam vulneratrix ad talum dipsas vipera
carni e maxillis amaram immittens venenum
sole (*vita*) orbavit. Vide ut ætherea intuens,
nescivi malum quod *mihi* ad pedes volvebatur.

---

169. *De Juvenca, quæ est contra Constantinopolin.*

Non bovis Inachiæ tibi cernor imago, nec a me
Bosphorus hoc arctat qui mare nomen habet.
Illam Junonis pridem furor æmulus egit
In Pharon, at Cecropis sum sata civis ego:
Haud me quippe Chares secum deduxit amator,
Cum faceret ratibus bella, Philippe, tuis.
Bucula nomen erat, quondamque Charetis amica
Littoris aspectu nunc utriusque fruor.

170. POSIDIPPI.

Trimulus Astyanax putei ludebat in ora,
Cum miserum formæ traxit imago suæ:
Educit sed mater aquis, et scire laborat
Anxia, pars vitæ num foret ulla super.
Atque ita vos, Nymphæ, non polluit ille, soporem
Sed longum matris dormiit in genibus.

171. MNASALCÆ SICYONII.

Hac quoque sub platani requiescet molliter umbra,
Et quasi sacra Diis tuta sedebit avis:
Pœmander periit quia Melius ille, nec ultra
Hæc loca viscatis tentat arundinibus.

172. ANTIPATRI SIDONII.

Qui sturnos prius et Thressas arcere solebam
Rure sato jussas alta secare grues,
Alcimenes, libransque cavæ cita verbera fundæ,
Pellebam longe vel populabar aves:
Arida me petiit scelerato vipera dente,
Infixitque pedi virus ab ore suo.
Sic ego dum specto cœli convexa, periclum
Non vidi misero quod fuit ante pedes.

173. ΔΙΟΤΙΜΟΥ, οἱ δὲ ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Αὐτόμαται δείλῃ ποτὶ ταῦλιον αἱ βόες ἦλθον
ἐξ ὄρεος, πολλῇ νιφόμεναι χιόνι·
αἰαῖ, Θηρίμαχος δὲ παρὰ δρυῒ τὸν μακρὸν εὕδει
ὕπνον· ἐκοιμήθη δ' ἐκ πυρὸς οὐρανίου.

174. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Οὐκέτι συρίγγων νόμιον μέλος ἀγχόθι ταύτας
ἁρμόζῃ βλωθρᾶς, Θηρίμαχε, πλατάνου·
οὐδέ σευ ἐκ καλάμων κερααὶ βόες ἁδὺ μέλισμα
δέξονται, σκιερᾷ πὰρ δρυῒ κεκλιμένου.
Ὤλεσε γὰρ πρηστήρ σε κεραύνιος· αἱ δ' ἐπὶ μάνδραν
ὀψὲ βόες νιφετῷ σπερχόμεναι κατέβαν.

175. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Οὕτω πᾶσ' ἀπόλωλε, γεωπόνε, βῶλος ἀρότροις,
ἤδη καὶ τύμβους νωτοβατοῦσι βόες,
ἡ δ' ὖνις ἐν νεκύεσσι. Τί τοι πλέον; ἦ πόσος οὗτος
πυρὸς, ὃν ἐκ τέφρης, κοὐ χθονὸς ἁρπάσετε;
Οὐκ αἰεὶ ζήσεσθε, καὶ ὑμέας ἄλλος ἀρώσει,
τοίης ἀρξαμένους πᾶσι κακοσπορίης.

176. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐχ ὅτι με φθίμενον κῆδος λίπεν, ἐνθάδε κεῖμαι
γυμνὸς ὑπὲρ γαίης πυροφόροιο νέκυς·
ταρχύθην γὰρ ἐγὼ τὸ πρίν ποτε, νῦν δ' ἀροτῆρος
χερσὶ σιδηρείῃ μ' ἐξεκύλισεν ὖνις.
Ἦ ῥα κακῶν θάνατόν τις ἐρεῖ λύσιν, ὁππότ' ἐμεῖο,
ξεῖνε, πέλει παθέων ὕστατον οὐδὲ τάφος;

177. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Σᾶμα τόδε Σπίνθηρι πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι.

178. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΟΥ.

Λυδὸς ἐγὼ, ναὶ Λυδὸς, ἐλευθερίῳ δέ με τύμβῳ,
δέσποτα, Τιμάνθη τὸν σὸν ἔθευ τροφέα.

173. DIOTIMI, vel LEONIDÆ.

Sponte-sua vespere ad stabulum boves redierunt
e monte, multa conspersæ nive :
heu, heu! Therimachus autem juxta quercum longum ilsomnum, sopitusque erat ab igne cœlesti. [lum dormit

174. ERYCII.

Non-amplius fistularum pastorale melos juxta hanc
modularis celsam, Therimache, platanum;
neque tuis e calamis cornutæ boves dulcem cantum
accipient, opacam prope quercum reclinati :
perdidit enim turbo te fulmineus; et ad stabulum
sero boves præ-nive festinantes redierunt.

175. ANTIPHILI.

Itane omnis periit, o agricola, gleba aratris?
Jam et tumulorum dorso-insultant boves,
vomis vero in mortuis. Quid inde lucri? aut quantum hoc
frumentum quod e cinere et non e tellure rapietis?
Non semper vivetis, et vos alius arabit,
talis qui-auctores-fuistis omnibus malæ-seminationis.

176. EJUSDEM.

Non quod mihi mortuo justa-sepultura defuit, hic jaceo
nudum super terram frugiferam cadaver :
conditus enim ego sum olim aliquando, nunc vero agricolæ
manibus ferreus me provolutum-detexit vomis. [mearum,
Num quis igitur malorum mortem dicet solutionem, quando
hospes, ærumnarum novissima est ne tumulus quidem?

177. SIMONIDIS.

Tumulum hunc Spintheri pater superimposuit mortuo.

178. DIOSCORIDIS NICOPOLITÆ.

Lydus ego, næ, Lydus, ingenuo autem me in-sepulcro,
domine, Timanthem tuum condidisti nutricium.

---

173. DIOTIMI; *alii* LEONIDÆ, *de Therimacho.*

Ad stabulum, sed sponte sua, de monte redibant
Hiberno gelidæ de nivis imbre boves.
Eheu Therimachus sub quercu nocte quiescit
Perpetua, sacro tactus ab igne Jovis.

174. ERYCII, *de eodem.*

Non posthac silvestre canet tibi fistula, fuso
Hujus sub platani tegmine Therimacho.
Nec tua mulcebunt quercus sub fronde jacentis
Carmina cornigeras corpora fessa boves.

Tu cadis igne Jovis : sero rediere juvencæ
Ad stabula, et multa permaduere nive.

175. ANTIPHILI.

Usque adeo tellus, o rustice, defit aratris,
Ut jam proscindant ipsa sepulchra boves?
Quid juvat, ossa premis quod vomere, quantula grana,
Dic, non gleba tibi, sed cinis iste dabit?
Et vos mors quondam manet, et vos alter arabit,
A quibus incepit tam scelerata seges.

178. DIOSCORIDÆ.

Servus sum, fateor, sed tu Timanthi benignus
Ingenua altori das monumenta tuo.

Εὐαίων ἀσινῆ τείνοις βίον· ἦν δ' ὑπὸ γήρως
πρός με μόλῃς, σὸς ἐγὼ, δέσποτα, κἠν Ἀΐδῃ.

179. ΑΔΗΛΟΝ.

Σοὶ καὶ νῦν ὑπὸ γῆν, ναὶ, δέσποτα, πιστὸς ὑπάρχω,
ὡς πάρος, εὐνοίης οὐκ ἐπιληθόμενος,
ὥς με τότ' ἐκ νούσου τρὶς ἐπ' ἀσφαλὲς ἤγαγες ἴχνος,
καὶ νῦν ἀρκούσῃ τῇδ' ὑπέθου καλύβῃ,
Μάνην ἀγγείλας, Πέρσην γένος. Εὖ δέ με ῥέξας
ἕξεις ἐν χρείῃ δμῶας ἑτοιμοτέρους.

180. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἠλλάχθη θανάτοιο τεὸς μόρος, ἀντὶ δὲ σεῖο,
δέσποτα, δοῦλος ἐγὼ στυγνὸν ἔπλησα τάφον,
ἡνίκα σεῦ δακρυτὰ κατὰ χθονὸς ἠρία τεῦχον,
ὡς ἂν ἀποφθιμένου κεῖθι δέμας κτερίσω·
ἀμφὶ δ' ἔμ' ὤλισθεν γυρὴ κόνις. Οὐ βαρὺς ἡμῖν
ἔστ' Ἀΐδης· ζήσω τὸν σὸν ὑπ' ἠέλιον.

181. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ.

Οἰκτρὰ δὴ δνοφερὸν δόμον ἦλυθες εἰς Ἀχέροντος,
Δαμοκράτεια φίλα, ματρὶ λιποῦσα γόους.
Ἃ δὲ, σέθεν φθιμένας, πολιοὺς νεοθῆγι σιδάρῳ
κείρατο γηραλέας ἐκ κεφαλᾶς πλοκάμους.

182. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Οὐ γάμον, ἀλλ' Ἀΐδαν ἐπινυμφίδιον Κλεαρίστα
δέξατο, παρθενίας ἄμματα λυομένα.
Ἄρτι γὰρ ἑσπέριοι νύμφας ἐπὶ δικλίσιν ἄχευν
λωτοὶ, καὶ θαλάμων ἐπλαταγεῦντο θύραι·
ἠῷοι δ' ὀλολυγμὸν ἀνέκραγον, ἐκ δ' Ὑμέναιος
σιγαθεὶς γοερὸν φθέγμα μεθαρμόσατο·
αἱ δ' αὐταὶ καὶ φέγγος ἐδαδούχουν παρὰ παστῷ
πεῦκαι, καὶ φθιμένᾳ νέρθεν ἔφαινον ὁδόν.

183. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Παρθενικῆς τάφος εἰμ' Ἑλένης, πένθει δ' ἐπ' ἀδελφοῦ
Ἄδης τὴν Κροκάλης ἔφθασε παρθενίην·

Prosper illæsam producas vitam! si vero præ senio
ad me venies, tuus ego, domine, *sum* etiam in inferis.

179. INCERTI.

Tibi et nunc sub terra, næ, domine, fidus sum,
sicut prius, benevoli-animi *tui* haud oblitus,
ut me tunc e morbo ter firmos restitueris in pedes,
et nunc sufficienti hacce condideris in-cella,
Manen annuncians, Persam genus. De me autem bene me-
habebis in usu-necessario famulos paratiores. [ritus

180. APOLLONIDÆ.

Commutata-est mortis tua sors, et vice tui,
domine, servus ego tristem implevi tumulum,
quando tuum tibi lacrimosum sub terra sepulcrum fo-
ut exanimis ibi corpus sepelirem : [dieham,
at circa me *tum* corruit curvus pulvis. Non graves nobis
sunt tenebræ-Orci; vivam tuo sub sole.

181. ANDRONICI.

Lugenda sane tenebrosam domum ingressa es Acherontis,
Damocratia cara, matri linquens gemitus.
Hæc vero, te exstincta, canos recens-acuminato ferro
sibi-abscidit senili e capite crines.

182. MELEAGRI.

Non nuptias, sed inferias sponsales Clearista
nacta-est, virginitatis nodos quum-solvit.
Modo enim vespertinæ præ foribus nymphæ sonabant
tibiæ, et thalamorum strepebant portæ;
sed mane *tibiæ* ululatum emiserunt, et Hymenæus
silere-coactus in lugubrem lessum abiit;
eædem vero et lucem spargebant juxta thalamum
tædæ, et mortuæ ad-inferos collustrabant viam.

183. PARMENIONIS.

[Virginis tumulus sum Helenæ; propter luctum autem
Pluto Crocales occupavit virginitatem : [fratris

Sit tibi vita diu, sit prospera : cum gravis annis
Huc ad me venies, hic quoque crede tuum.

179. INCERTI.

Hic quoque apud manes, here, sum tibi fidus, ut ante,
Mente tenens memori tot benefacta mihi.
Quippe ter ex morbo per te mihi reddita vita,
Et data quæ satis est, hic quoque cella mihi,
Inscribens Manem, Persam genus : omnis ob illud
Promptior imperio jam tibi servus erit.

180. APOLLONIDÆ.

In me translata est tua sors, here; triste sepulchrum
Implevi domini nam vice servus ego :
Dum fodio ferale cavum, quo condere possem
Corporis exanimi frigida membra tui.
Meque superlabens humus obruit : at mihi mors hæc
Non gravis est : vivam quippe sub axe tuo.

182. MELEAGRI.

Pronuba non Juno, Clearista, sed infera Juno,
Tunc, tibi virginitas cum raperetur, erat.
Vixdum desierat nocturnos tibia cantus;
Fervebat thalami postis uterque sono :
Cum matutinas jam non Hymenæus ad aures,
Sed truce sub gemitu nænia nostra venit.
Atque eadem lectum quæ duxerat usque puellam,
Duxit ad infernas pinea tæda domos.

εἰς δὲ γόους Ὑμέναιος ἐπαύσατο· τὰς δὲ γαμούντων ἐλπίδας οὐ θάλαμος κοίμισεν, ἀλλὰ τάφος.

184. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Παρθενικῆς τάφος εἰμ' Ἑλένης, πένθει δ' ἐπ' ἀδελφοῦ προφθιμένου διπλᾶ μητρὸς ἔχω δάκρυα·
μνηστῆρσιν δ' ἔλιπον κοίν' ἄλγεα· τὴν γὰρ ἔτ' οὔπω οὐδενὸς ἡ πάντων ἐλπὶς ἔκλαυσεν ἴσως.

185. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚ.

Αὐσονίη με Λίβυσσαν ἔχει κόνις, ἄγχι δὲ Ῥώμης κεῖμαι παρθενικὴ τῇδε παρὰ ψαμάθῳ·
ἡ δέ με θρεψαμένη Πομπηίη ἀντὶ θυγατρὸς, κλαυσαμένη, τύμβῳ θῆκεν ἐλευθερίῳ,
πῦρ ἕτερον σπεύδουσα· τὸ δ' ἔφθασεν, οὐδὲ κατ' εὐχὴν ἡμετέραν ἧψεν λαμπάδα Περσεφόνη.

186. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει λωτὸς, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις·
θρῆνος δ' εἰς ὑμέναιον ἐκώμασεν· ἡ δὲ τάλαινα, οὔπω πάντα γυνὴ, καὶ νέκυς ἐβλέπετο.
Δακρυόεις Ἀΐδη, τί πόσιν νύμφης διέλυσας, αὐτὸς ἐφ' ἁρπαγίμοις τερπόμενος λέχεσιν;

187. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡ γρῆυς Νικὼ Μελίτης τάφον ἐστεφάνωσε παρθενικῆς. Ἀΐδη, τοῦθ' ὁσίως κέκρικας;

188. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΘΑΛΛΟΥ.

Δύσδαιμον Κλεάνασσα, σὺ μὲν γάμῳ ἔπλεο, κούρη, ὥριος, ἀκμαίης οἷάτ' ἐφ' ἡλικίης·
ἀλλὰ τεοῖς θαλάμοισι γαμοστόλος οὐχ Ὑμέναιος, οὐδ' Ἥρης ζυγίης λαμπάδες ἠντίασαν,
πένθιμος ἀλλ' Ἀΐδης ἐπεκώμασεν, ἀμφὶ δ' Ἐρινὺς φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα·
ἥματι δ' ᾧ νυμφεῖος ἀνήπτετο λαμπάδι παστὰς, τούτῳ πυρκαϊῆς, οὐ θαλάμων ἔτυχες.

in gemitus autem hymenæus desiit, et procorum spes non thalamus consopivit, sed tumulus.

184. EJUSDEM.

Virginis tumulus sum Helenæ; propter luctum autem fratris prius-mortui duplices matris habeo lacrimas;
procis vero reliqui communes dolores: quæ enim nullius erat, hanc omnium spes deflevit pariter. [dum

185. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Ausonius me Libyssam habet pulvis, et prope Romam jaceo virgo hanc juxta arenam;
quæ autem me nutrivit Pompeia tanquam filiam, lamentata, tumulo *me* condidit ingenuo,
ignem alterum (*nuptialem*) festinans; sed iste antevertit, nostro accendit facem Proserpina. [nec pro voto

186. PHILIPPI.

Modo quidem in thalamis Nicippidis dulcis resonabat tibia, et nuptialibus hymnus gaudebat plausibus:
sed fletus in hymenæum irrupit, ac misera, nondum plane uxor, exanimis conspiciebatur.
Lacrimose Pluto, quid maritum a-sponsa sejunxisti ipse *etiam* raptu-quæsito gaudens toro?

187. EJUSDEM.

Anus Nico Melitæ tumulum sertis-redimivit virginis. Pluto, hoc num sancte decrevisti?

188. ANTONII THALLI.

Infelix Cleanassa, tu quidem nuptiis eras, puella, matura, utpote tempestiva in ætate constituta;
at tuis thalamis non nuptiarum-instructor Hymenæus, neque Junonis pronubæ lampades affuerunt;
lugubris autem Pluto irruit, circaque Furia letalis ex ore fatalem emisit vocem:
quaque die conjugale ardebat lampade cubiculum, hacce rogus, non thalamus tibi-obtigit.

---

184. PARMENIONIS.

Sub me virgo sita est Helene post funera fratris,
Sic duplices lacrymas mortua matris habet.
Lamentum commune procis: quia tradita nulli,
Spes ideo cunctis quæ fuit æqua, dolet.

185. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Afram me tellus habet Itala: nec procul urbe
Principe virgineum corpus arena tegit.
Me domina ingenuo donat Pompeja sepulchro,
Cui vice filiolæ semper amata fui.
Advenere faces, sed non quas illa parabat:
Imperia infernæ plus valuistis heræ.

186. PHILIPPI.

Læta sonabat adhuc Nicippidos ante cubile
Lotus, et ob juvenum carmina plausus erat.
Interrupit atrox Hymenæum luctus, et illa,
Non bene adhuc mulier, mortua visa cito est.
Justa quid immitis dirimis connubia, Pluto,
Dulce tibi rapto cum sit amore frui?

187. [SIMONIDÆ.]

Marcida anus Nico Melites dat serta sepulchro
Virginis. Hocne æquum est, hoc placet, Orce, tibi?

189. ΑΡΙΣΤΟΔΙΚΟΥ ΡΟΔΙΟΥ.

Οὐκέτι δή σε λίγεια κατ' ἀφνεὸν Ἀλκίδος οἶκον
ἀκρὶ μελιζομέναν ὄψεται ἀέλιος·
ἤδη γὰρ λειμῶνας ἐπὶ Κλυμένου πεπότησαι
καὶ δροσερὰ χρυσέας ἄνθεα Περσεφόνας.

190. ΑΝΥΤΗΣ, οἱ δὲ ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἀκρίδι τᾷ κατ' ἄρουραν ἀηδόνι, καὶ δρυοκοίτα
τέττιγι ξυνὸν τύμβον ἔτευξε Μυρώ,
παρθένιον σταίξασα κόρα δάκρυ· δισσὰ γὰρ αὐτᾶς
παίγνι' ὁ δυσπειθὴς ὤχετ' ἔχων Ἀΐδας.

191. ΑΡΧΙΟΥ.

Ἁ πάρος ἀντίφθογγον ἀποκλάγξασα νομεῦσι
πολλάκι καὶ δρυτόμοις κίσσα καὶ ἰχθυβόλοις,
πολλάκι δὲ κρέξασα πολύθροον, οἷά τις ἀχώ,
κέρτομον ἀντῳδοῖς χείλεσιν ἁρμονίαν,
νῦν εἰς γᾶν ἄγλωσσος ἀναύδητός τε πεσοῦσα
κεῖμαι, μιμητὰν ζᾶλον ἀνηναμένα.

192. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Οὐκέτι δὴ πτερύγεσσι λιγυφθόγγοισιν ἀείσεις,
ἀκρὶ, κατ' εὐκάρπους αὔλακας ἑζομένα,
οὐδέ με κεκλιμένον σκιερὰν ὑπὸ φυλλάδα τέρψεις,
ξουθᾶν ἐκ πτερύγων ἁδὺ κρέκουσα μέλος.

193. ΣΙΜΜΙΟΥ.

Τάνδε κατ' εὐδένδρον στείβων ὁρίος εἵρυσα χειρὶ
πτώσσουσαν βρομίης οἰνάδος ἐν πετάλοις,
ὄφρα μοι εὐερκεῖ καναχὰν δόμῳ ἔνδοθι θείη,
τερπνὰ δι' ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος.

194. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἀκρίδα Δημοκρίτου μελεσίπτερον ἅδε θανοῦσαν
Ἄργιλος ὁλιχὰν ἀμφὶ κέλευθον ἔχει,
ἃς καὶ, ὅτ' ἰθύσειε πανέσπερον ὕμνον ἀείδειν,
πᾶν μέλαθρον μολπᾶς ἴαχ' ὑπ' εὐκελάδου.

189. ARISTODICI RHODII.

Non-amplius sane te in opulenta Alcidis domo, arguta
locusta, cantus-modulantem videbit sol:
jam enim ad prata Clymeni avolasti
et roscidos aureæ flores Proserpinæ.

190. ANYTES, vel LEONIDÆ.

Locustæ, illi in agris lusciniæ, et in-quercubus-dormienti
cicadæ communem tumulum struxit Myro,
virgineam stillans puella lacrimam: gemina enim illius
ludicra flecti-nescius abiit habens Orcus.

191. ARCHIÆ.

Quæ antea respondentem-vocem insonui pastoribus
sæpe et arborum-sectoribus pica et piscatoribus,
sæpeque crepui multivocam, velut quædam Echo,
et cavillantem occinentibus labiis harmoniam,
nunc in terram sine-lingua et sine-voce lapsa,
jaceo, imitatrice æmulatione abjectâ.

192. MNASALCÆ.

Non-amplius sane alis argute-sonantibus canes,
o locusta, in uberibus sulcis sedens,
neque me reclinatum umbrosa sub trichila delectabis,
fulvis ex alis dulce crepans melos.

193. SIMMIÆ.

Hanc per lætum ingrediens fruticetum retraxi manu
latitantem bacchicæ vitis in foliis,
ut mihi bene-clausa sonitum in domo exhiberet,
grata elingui crepans ore.

194. MNASALCÆ.

Locustam Democriti alis-strepentem hæc mortuam
Argilus *urbs* longam prope viam habet,
cujus et, quando ferebatur-animo-ad vespertinum hymnum
cantu totum atrium resonuit arguto. [canendum,

---

189. ARISTODICI RHODII,

de locusta.

Non te sol oriens posthac, locusta, videbit
Acidos in nitida dulce sonare domo.
Quippe hinc avolitans flores Plutonis oberras,
Prataque reginæ roscida Persephonæ.

190. ANYTÆ, *sive ut alii* LEONIDÆ,

de cicada et locusta.

Læta cicada comis, locustaque ruris aedon,
Hunc vobis tumulum ponit utrique Myro,
Tristitiam fletu virgo testata, quod illi
Mors pariter lusus abstulit atra duos.

191. ARCHIÆ,

de pica.

Occentare procax pisces capientibus, et qui
Materiam cædunt, quique sequuntur oves;
Nec minus alternis convitia reddere dictis,
Qualis in adverso vocis imago jugo:
Nunc elinguis humi jaceo sine voce, tacentque
Humanis toties æmula rostra sonis.

192. MNASALCÆ,

de locusta.

Non locusta canes semet quatientibus alis
Amplius, in sulco frugiparente sedens:
Nec mihi dulcis erit posito frondente sub umbra
Ille tuus penna lene crepante sonus.

195. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Ἀκρὶς, ἐμῶν ἀπάτημα πόθων, παραμύθιον ὕπνου,
ἀκρὶς, ἀρουραίη Μοῦσα, λιγυπτέρυγε,
αὐτοφυὲς μίμημα λύρας, κρέκε μοί τι ποθεινὸν,
ἐγκρούουσα φίλοις ποσσὶ λάλους πτέρυγας,
ὥς με πόνων ῥύσαιο παναγρύπνοιο μερίμνης,
ἀκρὶ, μιτωσαμένη φθόγγον ἐρωτοπλάνον.
Δῶρα δέ σοι γήτειον ἀειθαλὲς ὀρθρινὰ δώσω,
καὶ δροσερὰς στόματι σχιζομένας ψακάδας.

196. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀχήεις τέττιξ, δροσεραῖς σταγόνεσσι μεθυσθεὶς,
ἀγρονόμαν μέλπεις μοῦσαν ἐρημολάλον·
ἄκρα δ' ἐφεζόμενος πετάλοις, πριονώδεσι κώλοις
αἰθίοπι κλάζεις χρωτὶ μέλισμα λύρας.
Ἀλλὰ, φίλος, φθέγγου τι νέον δενδρώδεσι Νύμφαις
παίγνιον, ἀντῳδὸν Πανὶ κρέκων κέλαδον,
ὄφρα φυγὼν τὸν Ἔρωτα, μεσημβρινὸν ὕπνον ἀγρεύσω
ἐνθάδ' ὑπὸ σκιερᾷ κεκλιμένος πλατάνῳ.

197. ΦΑΕΝΝΟΥ.

Δαμοκρίτῳ μὲν ἐγὼ, λιγυρὰν ὅκα μοῦσαν ἀνείην
ἀκρὶς ἀπὸ πτερύγων, τὸν βαθὺν ἄγον ὕπνον·
Δαμόκριτος δ' ἐπ' ἐμοὶ τὸν ἐοικότα τύμβον, ὁδῖτα,
ἐγγύθεν Ὠρωποῦ χεῦεν ἀποφθιμένᾳ.

198. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΕΝΤΙΝΟΥ.

Εἰ καὶ μικρὸς ἰδεῖν καὶ ἐπ' οὔδεος, ὦ παροδῖτα,
λᾶας ὁ τυμβίτης ἄμμιν ἐπικρέμαται,
αἰνοίης, ὤνθρωπε, Φιλαινίδα· τὴν γὰρ ἀοιδὸν
ἀκρίδα, τὴν εὖσαν τὸ πρὶν ἀκανθοβάτιν,
δίπλοῦς ἐς λυκάβαντας ἐφίλατο τὴν καλαμῖτιν,

195. MELEAGRI.

Locusta, meos quæ-fallis amores, solatium somni,
locusta, agrestis Musa, alis-dulcisona,
naturalis imitatio lyræ, crepa mihi quidpiam desiderabile,
concutiens tuis pedibus loquaces alas,
ut me laboribus liberes prorsus-insomnis curæ,
locusta, psallens sonum amores-fallentem.
Munera vero tibi allium sempervirens matutina dabo,
et roscidas ore quæ-finduntur guttas.

196. EJUSDEM.

Resonans cicada, roscidis guttis inebriata,
agrestem canis musam solitarie l quacem;
in-summo vero insidens foliis, serratis cruribus
fulvo strepis corpore sonum lyræ.
Sed, o amica, cane aliquid novum arboreis Nymphis
ludicrum, contra-sonantem Pani crepans strepitum,
ut fugiens Amorem, meridianum somnum vener
hic sub umbrosa reclinatus platano.

197. PHAENNI.

Democrito quidem ego, dulcem quoties musam ordirer
locusta ab alis, profundum somnum adducebam:
Democritus autem super me decentem tumulum, o viator,
prope Oropum fudit defunctam.

198. LEONIDÆ TARENTINI.

Etiamsi exiguus visu et hærens areæ (*humilis*), o viator,
lapis sepulcralis nobis impositus-est,
laudes, o homo tu, Philænidem. Cantatricem enim
locustam, quæ prius per-spinas-incedebat,
binos ad annos dilexit me in-culmis-degentem,

---

195. MELEAGRI,

de locusta.

Quæ somnum locusta creas mihi, fallis amorem,
Ruris Musa, fidis cui vice penna sonat,
Excute facundas pedibus titubantibus alas,
Dulcia nativa carmina finge lyra:
Ut mea per vigiles requiescant pectora curas,
Vincaturque tuis ipse Cupido modis.
Matutina tibi dabo munera, sectile porrum,
Et teneras, oris pabula, roris aquas.

196. EJUSDEM,

de cicada.

De matutino quæ pascere rore cicada,
Et canis in solis carmen agreste locis;
Et pedibus frondes insidens pectine junctis,
Corpore das lyricos nigricolore modos;
Silvicolis meditare, rogo, nova carmina Nymphis,
Respondens tremulis Panos arundinibus:
Ut dulcem capiam somnum fugitivus amoris,
Dum platani medio me tegit umbra die.

197. PHAENNI,

de locusta.

Hospes, Damocrito gratum locusta soporem
Sæpe dedi, blando dum strepit ala sono.
At cassæ mihi luce dedit pro mole sepulchrum
Oropi propter mœnia Damocritus.

198. LEONIDÆ,

de locusta.

Sit modicus quamvis, nec humo nisi leniter exstet
Iste superpendens mortua membra lapis:
Vos tamen o laudate Philænida, quippe canoram
Locustam, solitam per vepris aspra gradi,
Dilexit totos annos duo; deinde sepultam

κεῦ θέτ' ἐφ' ὑπνιδίῳ χηραμένη πατάγῳ·
καί μ' οὐδὲ φθιμένην ἀπανήνατο· τοῦτο δ' ἐφ' ἡμῖν
τὠλίγον ὤρθωσεν σᾶμα πολυστροφίης.

et bene habuit, somnifero *meo* gaudens strepitu :
ac me ne mortuam quidem repulit, sed hoc super nos
tenue erexit monumentum multarum-stropharum.

199. ΤΥΜΝΕΩ.

Ὄρνεον ὦ Χάρισιν μεμελημένον, ὦ παρόμοιον
ἀλκυόσιν τὸν σὸν φθόγγον ἰσωσάμενον,
ἡρπάσθης, φίλ' ἐλαιέ· σὰ δ' ἤθεα καὶ τὸ σὸν ἡδὺ
πνεῦμα σιωπηραὶ νυκτὸς ἔχουσιν ὁδοί.

199. TYMNÆ.

Avis o Gratiarum cura, o quæ fere-pa
alcedonibus tuum cantum assimilasti,
rapta es, mea elea; tuosque *suaves* mores et dulcem
spiritum silentes noctis habent viæ. [tuum

200. ΝΙΚΙΟΥ.

Οὐκέτι δὴ τανύφυλλον ὑπ' * ὄρπακα κλωνὸς ἐλιχθεὶς
τέρψομ' ἀπὸ ραδινῶν φθόγγον ἰεὶς πτερύγων·
χεῖρα γὰρ εἰς ἀραιὰν παιδὸς πέσον, ὅς με λαθραίως
μάρψεν, ἐπὶ χλωρῶν ἑζόμενον πετάλων.

200. NICIÆ.

Non amplius sane, patulum sub brachium (?) rami obvo-
gaudebo a gracilibus strepitum emittens alis : [lutus,
manum enim in parvam pueri cecidi, qui me clam
strinxit, viridantibus insidentem foliis.

201. ΠΑΜΦΙΛΟΥ.

Οὐκέτι δὴ χλωροῖσιν ἐφεζόμενος πετάλοισιν
ἁδεῖαν μέλπων ἐκπροχέεις ἰαχάν·
ἀλλά σε γηρύοντα κατήναρεν, ἠχέτα τέττιξ,
παιδὸς * ἀπ' ἠϊθέου χεὶρ ἀναπεπταμένα.

201. PAMPHILI.

Non amplius profecto viridantibus insidens foliis
dulcem modulans profundis sonitum;
sed te canentem interfecit, resona cicada,
pueri (scelerati?) manus aperta (*palma*).

202. ΑΝΥΤΗΣ.

Οὐκέτι μ' ὡς τὸ πάρος πυκιναῖς πτερύγεσσιν ἐρέσσων
ὄρσεις ἐξ εὐνῆς ὄρθριος ἐγρόμενος·
ἦ γάρ σ' ὑπνώοντα σίνις λαθρηδὸν ἐπελθὼν
ἔκτεινεν λαιμῷ ῥίμφα καθεὶς ὄνυχα.

202. ANYTES.

Non amplius me ut prius densis alis remigans
excitabis e cubili matutinus expergefactus :
nam te dormientem latro clam aggressus
interfecit gutturi raptim defigens unguem.

203. ΣΙΜΜΙΟΥ.

Οὐκέτ' ἀν' ὑλῆεν ὀρίος εὔσκιον, ἀγρότα πέρδιξ,
ἠχήεσσαν ἵης γῆρυν ἀπὸ στομάτων,
θηρεύων βαλίους συνομήλικας ἐν νομῷ ὕλης·
ᾤχεο γὰρ πυμάταν εἰς Ἀχέροντος ὁδόν.

203. SIMMIÆ.

Non amplius per silvestre dumetum umbrosum, o agrestis
resonantem emittis vocem ab ore, [perdix,
venans variegatas æquales in pascuis silvæ :
abiisti enim novissimam in Acherontis *domum* viam.

Hic posuit Musis orba soporiferis.
Illi vilis ego nec mortua : parva beati
Ingenii nobis hæc monumenta dedit.

199. TYMNEI.

Alcyones imitata, soni paris, hospes olivæ,
Quam festiva suam Gratia dicat avem,
Ecce peris, moresque tui, tenerumque susurrans
Spiritus ad tacitas noctis iere vias.

200. NICIÆ,

de cicada.

Non posthac viridi figens vestigia ramo
Alarum trepido murmure dulce canam.
Nam tener heu rapuit læta me fronde sedentem
Contrivitque manu membra canora puer.

201. PAMPHILI

de cicada.

Non in fronde sedens, quam flexilis exserit arbor,
Fundis adhuc molles, blanda cicada, modos;
Sed fugere aggressam pueri, vix puberis ævi,
Cantantem quamvis, te necuere manus.

202. ANYTÆ,

de gallo.

Non posthac densas plaudens, vigil improbe, pennas
Excuties somnos mane recente meos.
Fur tibi surrepens, cum te quoque somnus haberet,
Non animadverso conscidit ungue gulam.

203. SIMMIÆ,

de perdice.

Rustica non posthac quercus sub tegmine, perdix,
In teneros solves ora canora sonos :
Illiciesque feras ad retia sæva sorores;
Intrasti, nulli quod remeatur, iter.

204. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Οὐκέτι που, τλῆμον, σκοπέλων μετανάστρια πέρδιξ,
πλεκτὸς λεπταλέαις οἶκος ἔχει σε λύγοις,
οὐδ' ὑπὸ μαρμαρυγῇ θαλερώπιδος Ἠριγενείης
ἄκρα παραιθύσσεις θαλπομένων πτερύγων.
Σὴν κεφαλὴν αἴλουρος ἀπέθρισε, τἄλλα δὲ πάντα
ἥρπασα, καὶ φθονερὴν οὐκ ἐκόρεσσε γένυν.
Νῦν δέ σε μὴ κούφη κρύπτοι κόνις, ἀλλὰ βαρεῖα,
μὴ τὸ τεὸν κείνη λείψανον ἐξερύσῃ.

205. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οἰκογενὴς αἴλουρος ἐμὴν πέρδικα φαγοῦσα
ζώειν ἡμετέροις ἔλπεται ἐν μεγάροις;
Οὔ σε, φίλη πέρδιξ, φθιμένην ἀγέραστον ἐάσω,
ἀλλ' ἐπὶ σοὶ κτείνω τὴν σέθεν ἀντιβίην.
Ψυχὴ γὰρ σέο μᾶλλον ὀρίνεται, εἰσόκε ῥέξω
ὅσσ' ἐπ' Ἀχιλλῆος Πύρρος ἔτευξε τάφῳ.

206. ΔΑΜΟΧΑΡΙΔΟΣ.

Ἀνδροβόρων ὁμότεχνε κυνῶν, αἴλουρε κακίστη,
τῶν Ἀκταιονίδων ἐσσὶ μία σκυλάκων.
Κτήτορος Ἀγαθίαο τεοῦ πέρδικα φαγοῦσα,
λυπεῖς, ὡς αὐτὸν κτήτορα δασσαμένη.
Καὶ σὺ μὲν ἐν πέρδιξιν ἔχεις νόον· οἱ δὲ μύες νῦν
ὀρχοῦνται, τῆς σῆς δραξάμενοι σπατάλης.

207. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Τὸν ταχύπουν, ἔτι παῖδα συναρπασθέντα τεκούσης
ἄρτι μ' ἀπὸ στέρνων, οὐατόεντα λαγὼν
ἐν κόλποις στέργουσα διέτρεφεν ἁ γλυκερόχρως
Φανίον, εἰαρινοῖς ἄνθεσι βοσκόμενον.
Οὐδέ με μητρὸς ἔτ' εἶχε πόθος· θνήσκω δ' ὑπὸ θοίνης
ἀπλήστου, πολλῇ ναιτὶ παχυνόμενος.

204. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Non amplius, infelix, scopulorum exsul perdix,
texta tenuibus domus habet te viminibus,
neque sub splendore splendescentis-facie Auroræ
extrema vibras calescentium alarum.
Tuum caput feles demessuit, cetera vero omnia
eripui, et *illa* invidam non satiavit mandibulam.
Nunc autem te non levis tegat pulvis, sed gravis,
ne tuas illa reliquias effodiat.

205. EJUSDEM.

Domestica feles meam perdicem pransa
vivere nostris sperat in ædibus?
Non te, mea perdix, *mortuam* inhonoratam sinam,
sed propter te *jam* occido tuam inimicam.
Anima enim tua magis commovetur, donec fecero
quidquid super Achillis Pyrrhus fecit sepulcro.

206. DEMOCHARIDIS.

Hominivoris eandem-artem-exercens canibus, feles pes-
Actæonearum es una catularum. [sima,
Heri Agathiæ tui perdicem pransa,
dolore-afficis tanquam ipsum herum si-discerpsisses.
Et tu quidem in perdicibus animum habes: mures autem
saltant, tuas rapientes delicias. [nunc

207. MELEAGRI.

Velocipedem, adhuc puerum raptum ejus-quæ-genuit
nuper me ab uberibus, auritum leporem,
in sinu diligens nutrivit tenero-cute-insignis
Phanium, vernis floribus pastum.
Neque me matris amplius tenuit desiderium; morior au-
immodica, multis epulis saginatus. [tem a dape

---

204. AGATHIÆ ORATORIS,

de perdice.

Non jam te, rigidis perdix e cautibus exul,
Parva tenet lento vimine facta domus:
Nec cum se tollit roseis Aurora quadrigis,
Ætherio pennas fota colore quatis.
Felis enim nitidum caput abscidit: exsatiata
Non fuit: eripuit cætera nostra manus.
Non levis ut sit humus, sed sit gravis, ergo precamur,
Ne mox relliquias eruat illa tuas.

205. EJUSDEM,

de eadem

Verna quidem felis, rea sed perdice peremptâ,
Sperat adhuc nostro vivere posse lare.
Optima sed non te perdix patiemur inultam;
Ibit in inferias illa cruenta tuas.
Iratos Manes vereor, ni fecero, quale
Fecit ad Æacidæ busta Neoptolemus.

206. DAMOCHARIDIS GRAMMATICI,

de eadem.

Depastis homines canibus par pessima felis,
Ex Actæonio te reor esse grege.
Agathiæ perdix domini tibi namque vorata est:
Nec minus hoc, dominum quam lacerasse fuit.
Perdices præter tibi nil sapit; at leve mures
Nunc saliunt et edunt prandia dicta tibi.

207. MELEAGRI,

de lepore.

Velocem tenero leporem pede, qui modo primum
Raptus ab auritæ pectore matris eram,
Ipsa suo nuper gremio pulcherrima fovit
Phanion, et verno vivere flore dedit.
Oblitus jam matris eram, sed copia victus
Me necat, et nimia viscera tenta dape.

7 Καί μου πρὸς κλισίαις κρύψεν νέκυν, ὡς ἐν ὀνείροις
αἰὲν ὁρᾷν κοίτης γειτονέοντα τάφον.

208. ΑΝΥΤΗΣ ΛΥΡΙΚΗΣ.

Μνᾶμα τόδε φθιμένου μενεδαΐου εἵσατο Δᾶμις
ἵππου, ἐπεὶ στέρνον τοῦδε δαφοινὸς Ἄρης
τύψε· μέλαν δέ οἱ αἷμα ταλαυρίνου διὰ χρωτὸς
ζέσσ', ἐπὶ δ' αὐαλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.

209. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Αὐτοῦ σοὶ παρ' ἄλωνι, δυηπαθὲς ἐργάτα μύρμηξ,
ἠρίον ἐκ βώλου διψάδος ἐκτισάμαν,
ὄφρα σε καὶ φθίμενον Δηοῦς σταχυητρόφος αὖλαξ
θέλγῃ, ἀροτραίῃ κείμενον ἐν θαλάμῃ.

210. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄρτι νεηγενέων σε, χελιδονί, μητέρα τέκνων,
ἄρτι σε θάλπουσαν παῖδας ὑπὸ πτέρυγι,
αἴξας ἔντοσθε νεοσσοκόμοιο καλιῆς
νόσφισεν ὠδίνων τετραέλικτος ὄφις,
καὶ σὲ κινυρομέναν ὀπότ' ἀθρόος ἦλθε ζητίζων,
ἧρπεν ἐσχαρίου λαβρὸν ἐπ' ἄσθμα πυρός.
Ὡς θάνεν ἠλιτοεργός· τὸ δ' ὡς Ἥφαιστος ἀμύντωρ
τὰν ἀπ' Ἐριχθονίου παιδὸς ἔσωσε γονάν.

211. ΤΥΜΝΕΩ.

Τῇδε τὸν ἐκ Μελίτης ἀργὸν κύνα φησὶν ὁ πέτρος
ἴσχειν, Εὐμήλου πιστότατον φύλακα.
Ταῦρόν μιν καλέεσκον, ὅτ' ἦν ἔτι· νῦν δὲ τὸ κείνου
φθέγμα σιωπηραὶ νυκτὸς ἔχουσιν ὁδοί.

212. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Αἰθυίας, ξένε, τόνδε ποδηνέμου ἔννεπε τύμβον,
τᾶς ποτ' ἐλαφρότατον χέρσος ἔθρεψε γόνυ·
πολλαῖς γὰρ νάεσσιν ἰσόδρομον ἄνυσε μᾶκος,
ὄρνις ὅπως, δολιχὰν ἐκπονέουσα τρίβον.

Et meum exanime prope lectum *suum* condidit corpus, ut
usque videat cubili propinquum sepulcrum. [in somniis

208. ANYTES LYRICÆ.

Sepulcrum hoc mortui pugnas-sustinentis erexit Damis
equi, postquam pectus ejus cruentus Mars
percussit : niger autem cruor ejus dura-pelle-munitum
ebullivit, siccamque glebam tinxit sanguine. [per corpus

209. ANTIPATRI.

Hic tibi, juxta aream, ærumnosa laboratrix formica,
tumulum ex gleba siticulosa erexi,
ut te etiam mortuam Cereris spicifer sulcus
delectet, aratro-facta jacentem in fovea.

210. EJUSDEM.

Recens admodum natorum te, hirundo, matrem pullorum,
nuper te fovente liberos sub ala,
impetu-facto in pullos-educantem nidum,
privavit partu quaternis-orbibus-se-complicans serpens;
et te flebiliter-querentem quum impetuosus venisset lace-
incidit focularis voracem in anhelitum ignis. [raturus,
Sic interiit re-infecta. Ecce ut Vulcanus auxiliator
Erichthonii filii servavit progeniem.

211. TYMNÆ.

Hic Melitensem rapidum canem dicit petra
se-cohibere, Eumeli fidissimum custodem. [ejus
Taurum eum vocitabant, quum erat adhuc; nunc autem
sonitum tacitæ noctis habent viæ.

212. MNASALCÆ.

Æthyiæ *equæ*, hospes, hoc celerrimæ nuncupa sepulcrum,
cujus olim levissimum continens-terra nutriit genu :
multis enim navibus æquum-cursu confecit spatium,
sicut volucris, longam *curriculi* emetiens viam.

Illa suum propter mihi dat monumenta cubile,
Semper ut in somnis proxima me videat.

208. ANYTÆ.

Damis equo posuit Menedaio triste sepulchrum,
Quem ferus in medio pectore Mars tetigit.
At niger effluxit valido de corpore sanguis,
Et duram tepido flumine tinxit humum.

209. ANTIPATRI,

de formica.

Ad villam tumulum, patiens formica laborum,
Exstruxi gleba de sitiente tibi :
Ut te, ruris opes inter post fata jacentem,
Nunc etiam foveat semper amata Ceres.

210. EJUSDEM,

de hirundine.

Cum labor ex partu modo te solvisset, hirundo,
Et tua adhuc volucres conderet ala novas,
Irruit in luteum torto quater agmine nidum
Anguis, et exiguas horrida raptat aves :
Dum gemis et luges, jam te veniebat ad ipsam,
Sed cadit in plenos igne calente focos.
Sic fera sæva perit. Per te, Vulcane, salutem
Accipit illa tuo stirps ab Erichthonio.

212. MNASALCÆ,

de fulica.

Hunc celeris fulicæ tumulum dic esse, viator,
Non aluit citius qua puto terra genus.
Nam vincens celeres cursu properante carinas,
Quam vel avis, longum conficiebat iter.

213. ΑΡΧΙΟΥ.

Πρὶν μὲν ἐπὶ χλωροῖς ἐριθηλέος ἔρνεσι πεύκας
ἧμενος, ἢ σκιερᾶς ἀκροκόμου πίτυος,
ἔκρεκες εὐτάρσοιο δι' ἰξύος ἀχέτα μολπὰν
τέττιξ, οἰονόμοις τερπνότερον χέλυος.
Νῦν δέ σε, μυρμάκεσσιν ὑπ' εἰνοδίοισι δαμέντα,
Ἄϊδος ἀπροϊδὴς ἀμφεκάλυψε μυχός.
Εἰ δ' ἔαλως, συγγνωστὸν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὕμνων
Μαιονίδας γρίφοις ἰχθυβόλων ἔθανεν.

214. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκέτι παφλάζοντα διαΐσσων βυθὸν ἅλμης
δελφὶς, πτοιήσεις εἰναλίων ἀγέλας,
οὐδὲ πολυτρήτοιο μέλος καλάμοιο χορεύων
ὑγρὸν ἀναῤῥίψεις ἅλμα παρὰ σκαφίσιν·
οὐδὲ σύ γ', ἀφρηστὰ, Νηρηΐδας ὡς πρὶν ἀείρων
νώτοις πορθμεύσεις Τηθύος εἰς πέρατα.
Ἦ γὰρ ἴσον πρηῶνι Μαλείης, ὡς ἐκυκήθη,
κῦμα πολυψάμμους ὦσέ σ' ἐπὶ * ψαμάθους.

215. ΑΝΥΤΗΣ ΜΕΛΟΠΟΙΟΥ.

Οὐκέτι δὴ πλωτοῖσιν ἀγαλλόμενος πελάγεσσιν
αὐχέν' ἀναῤῥίψω βυσσόθεν ὀρνύμενος,
οὐδὲ παρ' εὐσκάλμοιο νεὼς περικαλλέα χεῖλη
ποιφύσσω, τἀμᾷ τερπόμενος προτομᾷ·
ἀλλά με πορφυρέα πόντου νοτὶς ὦσ' ἐπὶ χέρσον,
κεῖμαι δὲ * ῥαδινὰν τάνδε παρ' ἠϊόνα.

216. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

Κύματα καὶ τρηχύς με κλύδων ἐπὶ χέρσον ἔσυρεν
δελφῖνα, ξυνῆς καινὸν ὅραμα τύχης.
Ἀλλ' ἐπὶ μὲν γαίης ἐλέῳ τόπος· οἱ γὰρ ἰδόντες
εὐθύ με πρὸς τύμβους ἔστεφον εὐσεβέες·
ἡ δὲ τεκοῦσα θάλασσα διώλεσε. Τίς παρὰ πόντῳ
πίστις, ὃς οὐδ' ἰδίης φείσατο συντροφίης;

217. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω, τὰν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
ἃς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἕζετ' Ἔρως.
Ἦ νέον ἥβης ἄνθος ἀποῤῥέψαντες ἐρασταὶ

213. ARCHIÆ.

Antea quidem viridibus florentissimæ ramis piceæ
insidens, aut umbrosæ alticomæ pinus,
crepabas pulcris-alis-instructum per ile cantionem, sonora
cicada, ovium-pastoribus delectabilius testudine.
Nunc autem te, a formicis vias-perambulantibus domitam,
Orci improvisus contexit recessus.
Si vero capta-es, ignoscendum : quippe etiam princeps
Mæonides per-ænigmata piscatorum obiit. [hymnorum

214. EJUSDEM.

Non-amplius resonantia impetu-pervadens profunda sali,
delphine, terrebis marinorum-animantium greges,
neque multis-aperti-foraminibus modulamina calami saltans
molles sursum-mittes saltus prope naves;
neque tu certe, o spumæ-excitator, Nereidas ut prius sub-
dorso vehes Tethyos in ultimos-sinus. [iens
Sane enim haud-impar promontorii Maleæ, ut emotus est,
fluctus arenosissimum detrusit te in littus.

215. ANYTES LYRICÆ.

Non-amplius navigabili exsultans in-mari
cervicem projiciam ex profundo emergens,
neque ad pulchris-transtris-instructæ navis pulcherrima
ruo-cum-strepitu, mea delectatus effigie : [labia
sed me niger ponti humor propulit in terram,
jaceoque fluctuosum hoc prope littus.

216. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Fluctus et aspera me procella in terram traxit
delphinum, communis novum spectaculum sortis.
Sed in terra quidem misericordiæ locus; conspectum enim
statim me ad tumulum coronabant homines-pii;
parens vero unda-marina *me* perdiderat. Quænam apud
erit fides, qui ne suis quidem pepercit alumnis? [pontum

217. ASCLEPIADÆ.

Archeanassam cohibeo, oriundam Colophone amasiam,
cujus etiam in rugis dulcis insidebat Amor.
Ah *vos*, novum juventæ florem qui decerpsistis amatores

---

213. ARCHIÆ,

de cicada.

Ante sedens densis frondente sub abiete ramis,
Aut inter pinus quas gerit alta comas;
Dulce fritinnibas pennato ventre cicada,
Pro quo nec citharæ carmina pastor amet :
Sed formicarum lacerata es ab agmine, teque
Improvisa feri jam cava Ditis habent.
Nec captum miror : piscantum ænigmate captus
Mæonides princeps carminis ipse fuit.

216. ANTIPATRI THESSALONICENSIS,

de delphine.

Hospes humi spector protrusus ab æquore Delphin,
Et me naturæ pars aliena tenet.
Prompta sed in terris bonitas mihi, quippe videntum
Hunc tumulum pietas, hæc mihi serta dedit.
Causa necis quod me genuit mare : cum nec alumnis
Parcat, in hac speret quis fore tutus aqua?

217. ASCLEPIADÆ.

Archeanassa mihi civis Colophonos amica est,
Cujus et in rugis dulce resedit amor.
Qui juvenis florem juvenes carpsistis amantes,

πρωτοβόλου, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς!

primum-emicantis, per quantum incessistis incendium!

218. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Τὴν καὶ ἅμα χρυσῷ καὶ ἁλουργίδι καὶ σὺν Ἔρωτι
θρυπτομένην, ἁπαλῆς Κύπριδος ἁβροτέραν
Λαΐδ' ἔχω, πολιῆτιν ἁλιζώνοιο Κορίνθου,
Πειρήνης λευκῶν φαιδροτέραν λιβάδων,
τὴν θνητὴν Κυθέρειαν, ἐφ' ᾗ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
πλείονες ἢ νύμφης εἵνεκα Τυνδαρίδος,
ἑρπτόμενοι χάριτάς τε καὶ ὠνητὴν ἀφροδίτην·
ἧς καὶ ὑπ' εὐώδει τύμβος ὄδωδε κρόκῳ,
ἧς ἔτι κηώεντι μύρῳ τὸ διάβροχον ὀστεῦν,
καὶ λιπαραὶ θυόεν ἄσθμα πνέουσι κόμαι·
ἧ ἐπὶ καλὸν ἄμυξε κατὰ ῥέθος Ἀφρογένεια,
καὶ γοερὸν λύζων ἐστονάχησεν Ἔρως.
Εἰ δ' οὐ πάγκοινον δούλην θέτο κέρδεος εὐνὴν,
Ἑλλὰς ἄν, ὡς Ἑλένης, τῆσδ' ὕπερ ἔσχε πόνον.

Illam simul et auro et purpurea-veste et comite Amore
luxuriantem, tenera Cypride delicatiorem
Laïdem cohibeo, civem mari-cinctæ Corinthi,
Pirenes albis splendidiorem laticibus, [clari
illam mortalem Cytheream, ad quam *expetendam* proci
plures *exstitere* quam virginem ob Tyndaridem,
carpentes gratiasque et venalem venerem :
cujus et sub odoro-suaviter olet tumulus croco,
cujus adhuc fragranti unguento humida ossa
et nitidæ thuris odorem spirant comæ ;
super qua pulchram laceravit faciem Spumâ-nata,
et lacrimosum singultiens ingemuit Amor. [lectum
Si vero non communem-omnibus *et* servum lucri fecisset
Græcia, ut *ob* Helenam, *sic* hujus causa habuisset bellum.

219. ΠΟΜΠΗΙΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Ἡ τὸ καλὸν καὶ πᾶσιν ἐράσμιον ἀνθήσασα,
ἡ μούνη Χαρίτων λείρια ὀρεψαμένη,
οὐκέτι χρυσοχάλινον ὁρᾷ ὁρόμον ἠελίοιο
Λαΐς, ἐκοιμήθη δ' ὕπνον ὀφειλόμενον,
κώμους, καὶ τὰ νέων ζηλώματα, καὶ τὰ ποθεύντων
κνίσματα, καὶ μύστην λύχνον ἀπειπαμένη.

219. POMPEII JUNIORIS.

Quæ pulchrum et cunctis amabilem florem-floruit,
quæ sola Gratiarum lilia carpsit,
non-amplius aureo-freno-rectum cernit cursum solis
Laïs ; sed obdormivit somnum debitum,
conviviis, et juvenum rivalitatibus, et amantium [cens.
vellicationibus et secretorum-consciæ lucernæ valedi-

220. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἕρπων εἰς Ἐφύρην τάφον ἔδρακον ἀμφὶ κέλευθον
Λαΐδος ἀρχαίης, ὡς τὸ χάραγμα λέγει.
Δάκρυ δ' ἐπισπείσας, « Χαίροις, γύναι, ἐκ γὰρ ἀκουῆς
« οἰκτείρω σέ γ', » ἔφην, « ἣν πάρος οὐκ ἰδόμην.
« Ἅ πόσον ἡβώων νόον ἤκαχες· ἀλλ' ἴδε Λήθην
« ναίεις, ἀγλαΐην ἐν χθονὶ κατθεμένη. »

220. AGATHIÆ SCHOLASTICI

Vadens Ephyram (*Corinthum*) versus sepulcrum vidi
Laïdis veteris, ut inscriptus titulus indicat. [juxta viam
Ac lacrimam instillans, « Valeas, mulier, nam ex fama
« misereor tui, » dixi, « quam olim non vidi [Lethen
« Ah quantopere juvenum animum pupugisti! Sed ecce
« incolis, pulchritudinem in tellure postquam-deposuisti. »

Per quem transistis, quantus is ignis erat!

218. ANTIPATRI SIDONII,

de Laide.

Quam decuit lusus, quam purpura semper et aurum,
Præ qua sat mollis non fuit ipsa Venus,
Laida complector : civis quæ pulchra Corinthi,
Pirenes niveo corpore vicit aquas.
Mortalis Cytherea, procis non Tyndaris æque
Floruit : hanc plures nam petiere viri,
Dulcia carpentes venalis gaudia lecti.
Hinc croceus tumulo nunc quoque surgit odor.
Unguentis sed et ipsa madent fragrantibus ossa
Et nitidæ spirant non nisi thure comæ.
Hujus lassa genas in funere mater Amorum
Adstitit, et gemitu pectora quassus Amor.
Hæc nisi sub pretio patuisset publica, quanta
Ex Helene Danais hinc sata bella forent.

219. POMPEJI JUNIORIS,

de eadem.

Quæ formosa prius vernabat amabile cunctis,
Sola tenens flores, Gratia terna, tuos,
Non videt auricomi jam solis lumina Lais,
Victa sed æterno membra sopore jacet ;
Vosque epulæ, dixit, juvenum certamen, amoris
Jurgia, et arcanis fida lucerna, vale.

220. AGATHIÆ ORATORIS,

de eadem.

Adveniens Ephyren qua fert via cerno sepulchrum,
Littera quod priscæ Laidos esse docet,
Flensque salutavi, Teque ut, pulcherrima, dixi,
Nec visam miserer, dicta fama facit.
Olim tot juvenum torsisti pectora : Lethen
Nunc colis, et terra condita forma tua est.

221. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα καὶ ἡδέα Κύπριδος ἔργα,
Πατροφίλα, κανθοὺς τοὺς γλυκεροὺς ἔμυσας·
ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα τὰ κωτίλα, χὠ μετ' ἀοιδῆς
ψαλμὸς, καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις.
Ἄδη δυσκίνητε, τί τὴν ἐπέραστον ἑταίρην
ἥρπασας; ἢ καὶ σὴν Κύπρις ἔμηνε φρένα;

222. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ἐνθάδε τῆς Τρυφέρας μαλακὸν ῥέθος, ἐνθάδε κεῖται
τρυγόνιον, σαβακῶν ἄνθεμα σαλμακίδων·
ᾗ καλύβη καὶ δοῦπος ἐνέπρεπεν, ᾗ φιλοπαίγμων
στωμυλίη, Μήτηρ ἣν ἐφίλησε θεῶν·
ἡ μούνη στέρξασα τὰ Κύπριδος * ἀμφὶ γυναικῶν
ὄργια, καὶ φίλτρων Λαΐδος ἁψαμένη.
Φῦε κατὰ στήλης, ἱερὴ κόνι, τῇ φιλοβάκχῳ·
μὴ βάτον, ἀλλ' ἁπαλὰς λευκοΐων κάλυκας.

223. ΘΥΙΛΛΟΥ.

Ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον, ἡ περὶ πεύκας
τῇ Κυβέλῃ πλοκάμους ῥῖψαι ἐπισταμένη,
ἡ λωτῷ κεροέντι φορουμένη, ἡ τρὶς ἑφεξῆς
εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας,
ἐνθάδ' ὑπὸ πτελέαις ἀναπαύεται, οὐκέτ' ἔρωτι,
οὐκέτι πανυχίδων τερπομένη καμάτοις.
Κῶμοι καὶ μανίαι, μέγα χαίρετε· κεῖθι μυρίπνοις
ἡ τὸ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη.

224. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἴκοσι Καλλικράτεια καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα,
οὐδ' ἑνὸς οὐδὲ μιῆς εἶδρακόμην θάνατον·
ἀλλ' ἑκατὸν καὶ πέντε διηνυσάμην ἐνιαυτοὺς,
σκίπωνι τρομερὰν οὐκ ἐπιθεῖσα χέρα.

225. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου

221. ANONYMI.

Matura amori et dulcibus Cypridis operibus,
Patrophila, oculos blandos clausisti;
exstincta sunt lenocinia garrula et cum cantu
organi-pulsatio, et calicum protervæ propinationes.
Pluto inexorabilis, quid peramabilem amicam
rapuisti? an et tuam Cypris furiavit mentem?

222. PHILODEMI.

Hic Trypheræ tenerum corpus, hic jacet
columbula, mollium decus Salmacidum (*meretricum*);
quam pergula et strepitus decuit, quam studiosa-joci
garrulitas, Mater quam dilexit deorum;
quæ sola amavit Cypridis inter mulieres (?)
orgia, et ad-illecebras Laïdis proxime-accessit.
Germina sub cippo, sacer pulvis, Bacchi-amicæ
non rubum, sed teneros albarum-violarum calyces.

223. THYILLI.

Illa *cum* crotalis saltatrix Aristium, circum tædas
in Cybeles honorem crines jactare sciens,
quæ loto cornea (*cornu*) efferebatur, ter continuo
docta meri ad-oras-exhaurire pocula,
hic sub populis requiescit, non jam amore,
non-jam vigiliarum sese-delectans laboribus.
Convivia et furores, multum valete! illic *est* unguenta-
quæ antè coronarum floribus obtegebatur. [spirantibus

224. ANONYMI.

Viginti Callicratia et novem liberos enixa,
neque unum neque unam vidi morientem:
sed centum et quinque explevi annos,
baculo tremulam non innixa manum.

225. ANONYMI.

Conterit et lapidem longum tempus, neque ferro

---

221. INCERTI.

Illa virens annis Venerique et amoribus apta,
Patrophile, clausit lumina blanda semel.
Illecebræ pariter, pariter cantusque fidesque
Atque inter calices lingua diserta jacet.
Sæve quid heu Pluto dulcem rapuisse puellam
Ausus es? an talem te quoque flammat Amor?

222. PHILODEMI.

Trygonium molli curata cuticula victu
Hic jacet, evantum gloria Salmacidum.
Tympana quam decuere, fuit cui frondea cordi
Pergula, quæ Matri semper amata Deûm;
Sacra magis Veneris quam femina nulla colebat,
Et quæ blanditiis altera Lais erat.
Sis memor o super hic stantem pia terra columnam,
Non sentes, teneras fundere sed violas.

223. THYILLII.

Ad crotalum salisubsula Aristion et prope pinum
Subve casa sparsas docta rotare comas,
Et latus ad raucum cornu motare, labrisque
Pocula vix madidis ducere terna meri;
Ulmorum sub fronde jacet: nec amoribus ultra
Dedita pervigili gaudia nocte capit.
Vina valete: vale Veneris furor. En latet Orco,
Floribus et textis sueta latere rosis.

224. INCERTI.

Triginta peperi minus uno Callicratea:
Ex illis nullus, nulla sepulta mihi.
Curricula annorum centena et quinque peregi,
Et tremulæ baculo non eguere manus.

225. INCERTI,
de Laerte.

Atteret et lapidem nec ferro parcere novit,

φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ·
ὡς καὶ Λαέρταο τόδ' ἠρίον, ὃ σχεδὸν ἀκτῆς
βαιὸν ἄπο, ψυχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν.
Οὔνομα μὴν ἥρωος ἀεὶ νέον· οὐ γὰρ ἀοιδὰς
ἀμβλύνειν αἰὼν, κἢν ἐθέλῃ, δύναται.

226. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ.

Ἄβδηρων προθανόντα τὸν αἰνοβίην Ἀγάθωνα
πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἦδ' ἐβόησε πόλις.
Οὔ τινα γὰρ τοιόνδε νέων ὁ φιλαίματος Ἄρης
ἠνάρισεν στυγερῆς ἐν στροφάλιγγι μάχης.

227. ΔΙΟΤΙΜΟΥ.

Οὐδὲ λέων ὡς δεινὸς ἐν οὔρεσιν, ὡς ὁ Μίκωνος
υἱὸς Κριναγόρης ἐν σακέων πατάγῳ.
Εἰ δὲ κάλυμμ' ὀλίγον, μὴ μέμφεο· μικρὸς ὁ χῶρος,
ἀλλ' ἄνδρας πολέμου τλήμονας οἷδε φέρειν.

228. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι γυναικί τε τύμβον ἔδειμεν
Ἀνδροτίων· οὔπω δ' οὐδενός εἰμι τάφος.
Οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον· εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ,
δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους προτέρους.

229. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Τᾷ Πιτάνᾳ Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἦλυθεν ἄπνους,
ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
δεικνὺς ἀντία πάντα· τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊὴν Τύννιχος εἶπε τιθείς·
« Δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον. »

230. ΕΡΥΚΙΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ.

Ἀνίκ' ἀπὸ πτολέμου τρέσσαντά σε δέξατο μάτηρ,
πάντα τὸν ὁπλιστὰν κόσμον ὀλωλεκότα,

parcit, sed eâdem cuncta destruit falce :
sic et Laertæ hic tumulus, qui prope littus
nec-longe abest, frigidis diluitur ab imbribus.
Nomen tamen herois semper juvenescit : non enim cantus
deterere ætas, etiamsi voluerit, valet.

226. ANACREONTIS TEII.

Pro Abderis *pugnando* mortuum fortissimum Agathonem
tota, dum cremabatur, hæc cum-clamore-vocavit civitas.
Neminem enim talem ex-juvenibus gaudens-sanguine Mars
interfecit luctuosæ in turbine pugnæ.

227. DIOTIMI.

Ne leo quidem sic terribilis *est* in montibus, ut Miconis
filius Crinagoras in scutorum conflictu.
Si vero tegumen (*sepulcrum*) parvum, ne vitio-vertas :
at viros pugnæ sustinentes didicit ferre. [parvus locus,

228. ANONYMI.

Sibi et pueris uxorique tumulum struxit
Androtio : nondum autem ullius *eorum* sum sepulcrum
Sic utinam et maneam diu ! si vero aliquando oportet,
capiam in me priores *qui sunt* priores-natu.

229. DIOSCORIDIS.

Pitanam Thrasybulus super scuto rediit exanimis,
septem ab Argivis vulneribus acceptis,
ostendens adversa cuncta : cruentum autem senex
filium super rogum ponens Tynnichus dixit :
« Ignavi lugeant; ego vero te, nate, siccis oculis
sepeliam, qui es et meus et Lacedæmonius »

230. ERYCII CYZICENI.

Quum e pugna profugientem te excepit mater,
toto armorum ornatu amisso,

Una falce metens omnia, longa dies;
Nunc quoque Laertæ tumulum, qui littore distans
Non procul insani spargitur imbre maris.
Nomen at herois semper viget : inclyta vatum
Carmina vis ævi lædere nulla potest.

226. ANACREONTIS.

Cum sua defensans Agathon Abdera perisset,
Flevit ad ardentes patria tota rogos :
Nam tali juvenem virtute ac robore nunquam
Mavors sanguinea sustulit ex acie.

227. DIOTIMI.

Non Libyes in monte furit leo, quale Miconis
Crinagoras, quoties scuta dedere sonum.
Nec tu quod parvus lapis hic irascere : parva
Et patria est, sed fert robora magna virûm.

228. INCERTI.

Sum nullius adhuc tumulus, sed me sibi, natis,
Uxori struxit providus Androtio.
Et maneam sic opto diu : cum non datur ultra,
Ordine nascendi, quilibet huc veniat.

229. DIOSCORIDÆ.

In clypeo Pitanam Thrasybulus morte redibat,
Argiva septem vulnera facta manu,
Cuncta adversa ferens : quem Tynnichus ipse cruentum
Imposuit flammis, dixit et ista, pater :
Plorentur timidi; te, fili, siccus humabo,
Tum de me genitum, tum Lacedæmonium

αὐτά τοι φονίαν, Δαμάτριε, αὐτίκα λόγχαν
εἶπε διὰ πλατέων ὠσαμένα λαγόνων·
« Κάτθανε, μηδ' ἐχέτω Σπάρτα ψόγον· οὐ γὰρ ἐκείνα
« ἤμπλακεν, εἰ δειλοὺς τοὐμὸν ἔθρεψε γάλα. »

ipsa tibi letalem, Demetri, illico hastam
per ampla adigens latera dixit :
« Morere, neque sit Spartæ opprobrium ; non illa enim
« peccavit, si ignavos mea aluit mamma. »

231. ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Ὧδ' ὑπὲρ Ἀμβρακίας ὁ βοαδρόμος ἀσπίδ' ἀείρας
τεθνάμεν ἢ φεύγειν εἵλετ' Ἀρισταγόρας,
υἱὸς ὁ Θευπόμπου. Μὴ θαῦμ' ἔχε· Δωρικὸς ἀνὴρ
πατρίδος, οὐχ ἥβας ὀλλυμένας ἀλέγει.

231. DAMAGETÆ.

Hic pro Ambracia bellicosus, scutum quum-sustulit,
mori quam fugere maluit Aristagoras,
filius Theopompi. Ne mireris : Doricus vir
patriæ, non juventutis pereuntis curam-habet.

232. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Λύδιον οὖδας ἔχει τόδ' Ἀμύντορα, παῖδα Φιλίππου,
πολλὰ σιδηρείης χερσὶ θιγόντα μάχης·
οὐδέ μιν ἀλγινόεσσα νόσος δόμον ἄγαγε Νυκτὸς,
ἀλλ' ὄλετ' ἀμφ' ἑτάρῳ σχὼν κυκλόεσσαν ἴτυν.

232. ANTIPATRI.

Lydium solum hoc habet Amyntorem, filium Philippi,
frequenter qui ferreæ manus admovit pugnæ :
neque eum molestus morbus in-domum deduxit Noctis,
sed interiit protegens sodalem rotundo umbone *sculi*.

233. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Αἴλιος, Αὐσονίης στρατιῆς πρόμος, ὁ χρυσέοισι
στέμμασι σωρεύσας αὐχένας ὁπλοφόρους,
νοῦσον ὅτ' εἰς πυμάτην ὠλίσθανε τέρμα τ' ἄφυκτον,
εἶδεν ἀριστείην ἐμφανῆ εἰς ἰδίην·
πῆξε δ' ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἑὸν ξίφος, εἶπέ τε θνήσκων·
« Αὐτὸς ἐκὼν ἐδάμην, μὴ νόσος εὖχος ἔχῃ. »

233. APOLLONIDÆ.

Ælius, Ausonii exercitus princeps, qui aureis
corollis (*torquibus*) cumulavit colla armigera,
morbum quum in ultimum incidit finemque inevitabilem,
respexit ad manifesta opera-virtutis suæ,
et fixit sub visceribus ensem suum, divitque moriens :
« Ipse me-interfeci sponte, ne morbus gloriam habeat. »

234. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Αἴλιος ὁ θρασύχειρ Ἄρεος πρόμος, ὁ ψελιώσας
αὐχένα χρυσοδέτοις ἐκ πολέμου στεφάνοις,
τηξιμελεῖ νούσῳ κεκολουμένος, ἔδραμε θυμῷ
ἐς προτέρην ἔργων ἄρσενα μαρτυρίην,
ὤσε δ' ὑπὸ σπλάγχνοις πλατὺ φάσγανον, ἓν μόνον εἰ-
« Ἄνδρας Ἄρης κτείνει, δειλοτέρους δὲ νόσος. »

234. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Ælius ille audax-manibus belli princeps, qui cinxit
collum auro-revinctis e pugna coronis (*torquibus*),
tabifico morbo fractus, decucurrit animosa-mente
ad prius facinorum virile testimonium,
adegitque sub visceribus latum ensem, unum modo dicens:
« Viros Mars interficit, ignaviores autem morbus. »

---

230. ERYCII CYZICENI.

Amissis cum te, Demetrie, cerneret armis,
Integra de bello membra referre domum,
Ipsa parens, sævo tua dum fodit ilia ferro,
Hæc simul in medio vulnere verba dedit :
Quin morere, ut Sparte probro vacet : illa, fugacem
Si mea lactarunt ubera, quid potuit ?

231. DAMAGETI.

Nollet Aristagoras tergum cum vertere, mortem
Maluit, Ambraciæ ferre profectus opem,
Theupompi soboles ; neque miror : Dorica laus est,
Non pluris vitam credere quam patriam.

232. (ANYTÆ.)

Tam bene qui toties pugnavit, Amyntora tellus
Lyda tegit, sobolem, clare Philippe, tuam.
Non domitus morbo, sed scuto fortiter hostem
A sociis arcens, ad loca noctis abit.

233. APOLLONIDÆ.

Armigero tulerat qui serta sed aurea collo
Ælius Ausoniis ductor in agminibus,
Ipse suos tantos et tot respexit ad actus,
Ex morbo mortem dum videt esse prope :
Transadigensque suo ferro sibi viscera, dixit :
Non tu morte potes vincere me, sed ego.

234. PHILIPPI THESSALONICENSIS,

de Ælio.

Ælius Argolidûm rector, cui fortia colla
Vinxerat ex auro multa corona gravi ;
Cum tabes ederet languentia membra, recurrit
Ipse ad virtutis facta priora suæ ;
Infixumque premens gladium sub pectore, clamat :
Occidit miseros morbus, at arma viros.

235. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΑΡΣΕΩΣ.

Μὴ μέτρει Μάγνητι τὸ πηλίκον οὔνομα τύμβῳ,
μηδὲ Θεμιστοκλέους ἔργα σε λανθανέτω.
Τεκμαίρου Σαλαμῖνι καὶ ὁλκάσι τὸν φιλόπατριν·
γνώσῃ δ' ἐκ τούτων μείζονα Κεκροπίης.

236. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

Οὐχὶ Θεμιστοκλέους Μάγνης τάφος· ἀλλὰ κέχωσμαι
Ἑλλήνων φθονερῆς σῆμα κακοκρισίης.

237. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛ. ἢ ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Οὔρεά μευ καὶ πόντον ὑπὲρ τύμβοιο χάρασσε,
καὶ μέσον ἀμφοτέρων μάρτυρα Λητοΐδην,
ἀενάων τε βαθὺν ποταμῶν ῥόον, οἵ ποτε ῥείθροις
Ξέρξου μυριόναυν οὐχ ὑπέμειναν Ἄρην.
Ἔγγραψε καὶ Σαλαμῖνα, Θεμιστοκλέους ἵνα σῆμα
κηρύσσει Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

238. ΑΔΔΑΙΟΥ.

Ἠμαθίην ὃς πρῶτος ἐς Ἄρεα βῆσα Φίλιππος,
Αἰγαίην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος,
ῥήξας οἳ οὔπω βασιλεὺς τὸ πρίν· εἰ δέ τις αὐχεῖ
μεῖζον ἐμεῦ, καὶ τοῦθ' αἵματος ἡμετέρου.

239. ΠΑΡΜΕΝΩΝΟΣ.

Φθίσθαι Ἀλέξανδρον ψευδὴς φάτις, εἴπερ ἀληθὴς
Φοῖβος. Ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ' Ἀΐδης.

240. ΑΔΔΑΙΟΥ.

Τύμβον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος ἤν τις ἀείδῃ,
ἠπείρους κείνου σῆμα λέγ' ἀμφοτέρας.

235. DIODORI TARSENSIS.

Ne metire Magnesio quantum nomen ex-tumulo,
neu Themistoclis facta te lateant.
Collige ex Salamine ac navibus virum patriæ-amantem,
et cognosces ex his majorem Cecropia *urbe*.

236. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Non Themistoclis Magnesius tumulus, sed structus-sum
Græcorum invidæ signum pravitatis-judicii.

237. PHILIPPI THESSALONICENSIS, vel ALPHEI MITYLENÆI.

Montes meo et pontum sepulcro insculpe,
et medium utrorumque testem Latoïden, [fluentis
perenniumque profundum fluminum lapsum, quæ olim
Xerxis mille-navibus-instructo non suffecerunt Marti.
Inscribe et Salaminem, Themistoclis ubi monumentum
prædicat Magnesius populus exstincti.

238. ADDÆI.

Emathiam qui primus ad bellicam-laudem evexi Philippus,
Ægæam jaceo glebam indutus, [jactat
postquam-feci qualia nondum rex antea : si quis autem
majora quam-ego, etiam hoc *est* sanguinis nostri.

239. PARMENIONIS.

Interiisse Alexandrum falsa fama *est*, siquidem veridicus
Phœbus. Invictos tangit ne Pluto quidem.

240. ADDÆI.

Tumulum Alexandri Macedonis si quis celebrare-vult,
continentes terras illius monumentum dic utrasque.

---

235. DIODORI,

de Themistocle.

Ne Magnete sacrum nomen metire sepulchro,
Nec pia te lateant facta Themistocleis.
Quis patriæ fuerit, Salamin navesque docento:
Hic tota, dices, Atthide major erit.

236. ANTIPATRI THESSALONICENSIS,

de eodem.

Ne me dic tumulum Magneta Themistoclis esse:
Signum Græcorum sum trucis invidiæ.

237. PHILIPPI THESSALONICENSIS,

de eodem.

Et maria et nostro montes inscribe sepulchro:
Stet medius spectans Phœbus utrumque locum,
Et violenta prius decies cum mille carinis
Flumina, quæ Xerxem non potuere pati.

Accedat Salamin, ut sit jactare sepulchrum
Cur possit Magnes terra Themistocleis.

238. ADDÆI,

de Philippo.

Institui Macetas qui primus ad arma Philippus,
Ægarum jaceo corpus amictus humo.
Feci, quanta prius nemo de regibus; ultra
Si quis iit, pars est sanguinis ille mei.

239. PARMENIONIS,

de Alexandro.

Mortis Alexandri falsa est, si verus Apollo,
Fama: sub invictis mors quoque victa jacet.

240. (PARMENIONIS,)

de eodem.

Quæris Alexandri Macetæ celebrare sepulchrum?
Europam atque Asiam da monumenta viro.

241. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Μυρία σοι, Πτολεμαῖε, πατὴρ ἔπι, μυρία μάτηρ
τειρομένα θαλεροὺς ἠκίσατο πλοκάμους·
πολλὰ τιθηνητὴρ ὀλοφύρατο, χερσὶν ἀμήσας
ἀνδρομάχοις δνοφερὰν κρατὸς ὕπερθε κόνιν.
Ἁ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἐὰν ὠλόψατο χαίταν,
καὶ πλατὺς Εὐρώπας ἐστονάχησε δόμος.
Καὶ δ' αὐτὰ διὰ πένθος ἀμαυρωθεῖσα Σελάνα
ἄστρα καὶ οὐρανίας ἀτραπιτοὺς ἔλιπεν.
Ὤλεο γὰρ διὰ λοιμὸν ὅλας θοινήτορα χέρσου,
πρὶν πατέρων νεαρᾷ σκᾶπτρον ἑλεῖν παλάμᾳ·
οὐ δέ σε νὺξ ἐκ νυκτὸς ἐδέξατο· δὴ γὰρ ἄνακτας
τοίους οὐκ Ἀΐδας, Ζεὺς δ' ἐς Ὄλυμπον ἄγει.

242. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Οἵδε πάτραν, πολύδακρυν ἐπ' αὐχένι δεσμὸν ἔχουσαν,
ῥυόμενοι, δνοφερὰν ἀμφεβάλοντο κόνιν·
ἄρνυνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν. Ἀλλά τις ἀστῶν
τούσδ' ἐσιδὼν θνάσκειν τλάτω ὑπὲρ πατρίδος.

243. ΛΟΛΛΙΟΥ ΒΑΣΣΟΥ.

Φωκίδι πὰρ πέτρῃ δέρκευ τάφον· εἰμὶ δ' ἐκείνων
τῶν ποτὲ Μηδοφόνων μνᾶμα τριηκοσίων,
οἳ Σπάρτας ἀπὸ γᾶς τηλοῦ πέσον, ἀμβλύναντες
Ἄρεα καὶ Μῆδον καὶ Λακεδαιμόνιον.
Ἢν δ' ἐσορῇς ἐπ' ἐμεῦ ἰοβόστρυχον εἰκόνα θηρὸς,
ἔννεπε· « Τοῦ ταγοῦ μνᾶμα Λεωνίδεω. »

244. ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Δισσὰ τριηκοσίων τάδε φάσγανα θούριος Ἄρης
ἔσπασεν Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων,
ἔνθα μάχην ἔτλημεν ἀνάγγελον, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
πίπτοντες· Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.

241. ANTIPATRI SIDONII.

Sexcenties te super, Ptolemæe, pater, sexcenties mater
afflicta sibi-laceravit crines :
impense nutricius lamentatus-est, manibus colligens
bellicosis atrum super caput pulverem.
Magna vero Ægyptus suam avulsit comam,
et lata Europes ingemuit domus.
Etiam ipsa ob luctum obscurata Luna
astra et cœlestes semitas reliquit.
Periisti enim per pestem totius devoratricem regionis,
priusquam patrum juvenili sceptrum prehenderes palma.
Non tamen te nox ex nocte excepit ; certo enim reges
tales non Pluto *rapit*, sed Jupiter in Olympum ducit.

242. MNASALCÆ.

Hi patriam, lacrimosum in collo vinculum habentem,
liberantes, nigrum induerunt pulverem :
retulerunt autem virtutis laudem magnam. Jam quisque
hosce intuitus mori sustineat pro patria. [civium

243. LOLLII BASSI.

Phocicum juxta saxum cerne tumulum : sum illorum
olim Medos-interficientium monumentum trecentorum,
qui Spartæ a terra procul occubuerunt, ubi-fregere-impe-
Martis (et) Medici et Lacedæmonii. [tum
Si autem adspectas super me positum belluæ flavâ-jubâ
dicito : « Ducis monumentum *est* Leonidæ. » [imaginem,

244. GÆTULICI.

Binos trecentorum hos gladios impetuosus Mars
strinxit Argivorum et Lacedæmoniorum, [super alium
ubi pugnam sustinuimus e-qua-nemo-evasit-nuncius, alius
cadentes : Thyreæ autem erant præmium belli.

---

241. ANTIPATRI SIDONII,

de rege Ptolemæo.

Plurima te, Ptolemæe, pater, te plurima mater
Deflevit, teneras dilacerata comas.
Altor at ille tuus sparsit sibi pulvere multo
Sæpe coronatum Martis honore caput.
Vulsit et Ægyptus latitantes veste capillos,
Europæ sonuit planctibus ampla domus.
Ipsa etiam tristem testans caligine luctum
Sidera deseruit Luna polique viam.
Pestis te rapuit populum depasta, priusquam
Acciperes juveni sceptra paterna manu.
Non a nocte tamen te nox manet altera : reges
Non Orcus tales sed Jovis aula vocat.

242. MNASALCÆ,

de iis qui ad Thermopylas cum Leonida occubuerunt.

Quæ patriam, jam triste jugum cervice trahentem,
Asseruit, jacet hoc aggere tecta cohors,
Virtutis merito celeberrima. Quisquis es, iude
Cerne, morique aude tu quoque pro patria.

243. BASSI,

de iisdem.

Quem spectas tumulum sub Phocide rupe, trecentos,
Vi quorum Medi tot periere, tego.
Occubuere procul Lacedæmone, præ quibus omnis
Spartæ et Persarum gloria Martis hebet.
Forte ducem quæris? Situs ipse Leonida magnus
Isto designat quem fera fulva loco.

244. GÆTULICI,

de iisdem.

Nos ex parte viros commisit utraque trecentos
Mars ferus, Argivos et Lacedæmonios.
De Thyrea certamen erat, tam fortibus iris,
Nuntius ut pugnæ nemo superfuerit.

245. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ Χρόνε, παντοίων θνητοῖς πανεπίσκοπε δαῖμον,
ἄγγελος ἡμετέρων πᾶσι γενοῦ παθέων·
ὡς ἱερὰν σώζειν πειρώμενοι Ἑλλάδα χώρην,
Βοιωτῶν κλεινοῖς θνήσκομεν ἐν δαπέδοις.

246. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἴσσοῦ ἐπὶ προμολῆσιν ἁλὸς παρὰ κῦμα Κιλίσσης
ἄγριον αἱ Περσῶν κείμεθα μυριάδες,
ἔργον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος, οἵ ποτ' ἄνακτι
Δαρείῳ πυμάτην οἶμον ἐφεσπόμεθα.

247. ΑΛΚΑΙΟΥ.

Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ * τύμβῳ
Θεσσαλίας τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες,
[Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ' Ἄρεος ἠδὲ Λατίνων
οὓς Τίτος εὐρείης ἤγαγ' ἀπ' Ἰταλίης,]
Ἡμαθίῃ μέγα πῆμα· τὸ δὲ θρασὺ κεῖνο Φιλίππου
πνεῦμα θοῶν ἐλάφων ὤχετ' ἐλαφρότερον.

248. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
ἐκ Πελοποννάσου χιλιάδες τέτορες.

249. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ ξεῖν', ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις ὅτι τῇδε
κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

250. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀκμᾶς ἑστακυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν
ταῖς αὑτῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι.

251. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄσβεστον κλέος οἵδε φίλῃ περὶ πατρίδι θέντες
κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος.

245. EJUSDEM.

O Tempus, omnigenarum rerum inter-mortales inspector
nuncius nostrarum omnibus esto ærumnarum, [deus,
ut sacram servare conati Græcam tellurem,
Bœotorum inclytis mortui-sumus in arvis.

246. ANTIPATRI SIDONII.

Issi ad prominentias, maris prope fluctum Cilicis
efferum, Persarum jacemus myriades, *mortui*,
opus Alexandri Macedonis, qui olim regi
Dario per ultimam viam adhæsimus.

247. ALCÆI.

Nec plorati nec sepulti, o viator, hac super planitie
Thessaliæ ternæ jacemus myriades,
Ætolorum domiti a Marte atque Latinorum
quos Titus lata adduxit ab Italia,
Emathiæ ingens damnum: ille autem audax Philippi
spiritus agilibus cervis avolavit velocius.

248. SIMONIDIS.

Myriadibus olim hic cum-trecentis manum-conseruerunt
e Peloponneso millia *virorum* quattuor.

249. EJUSDEM.

O hospes, nuncia Lacedæmoniis nos hic
jacere, eorum legibus parentes.

250. EJUSDEM.

In acie stantem novaculæ Græciam totam
nostris ipsorum animabus ubi-servavimus, *hîc* jacemus

251. EJUSDEM.

Inexstinctum decus hi suæ postquam patriæ circumde-
nigram mortis sibi induerunt nubem: [derunt,

---

245. GÆTULICI,

de iisdem.

Tempus (namque hominum cunctos introspicis actus)
Significa populis hæc mala, quæ patimur.
Omnia dum facimus, ne Græcia serviat, ecce
Aoniæ pulchris vallibus immorimur.

246. ANTIPATRI.

Ad mare Corycium non longe finibus Issi,
Hic sita Persarum millia multa sumus.
Fecit Alexander Macedo, dum classica regis
Darii sequimur non reditura manus

247. ALCÆI,

de triginta millibus, qui Philippo posteriore regnante ceciderunt.

Millia triginta Macedûm de gente, viator,
Hic nec fleta suis nec tumulata jacent:
Grande malum patriæ. Quo grandia verba, Philippe,
Nunc tua? nam cervis ocyor ecce fugis.

248. SIMONIDÆ,

de iis qui mortui sunt ad Thermopylas.

Ter decies centum pugnarunt millibus istic
Ex Pelopis terra corpora mille quater.

249. EJUSDEM,

de iisdem.

Nos hic esse sitos Spartæ dic, quæsumus, hospes,
Dum facimus prompto corde quod ipsa jubet.

250. EJUSDEM,

de iisdem.

Hic sita turba sumus, queis vi vitaque redempta est,
Cum jam sub cultro Græcia tota foret.

251. EJUSDEM,

de iisdem.

Istos, dum patriæ decus immortale laborant,
Involvit nigra nube suprema dies.

Οὐδὲ τεθνᾶσι θανόντες, ἐπεί σφ' ἀρετὴ καθύπερθε
κυδαίνουσ' ἀνάγει δώματος ἐξ Ἀΐδεω.

252. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Οἵδ' Ἀΐδαν στέρξαντες ἐνόπλιον, οὐχ, ἅπερ ἄλλοι,
στάλαν, ἀλλ' ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς ἔλαχον.

253. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον,
ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ' ἀπένειμε Τύχη·
Ἑλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίην περιθεῖναι
κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ.

254. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χαίρετ' ἀριστῆες πολέμου μέγα κῦδος ἔχοντες,
κοῦροι Ἀθηναίων, ἔξοχοι ἱπποσύνῃ,
οἵ ποτε καλλιχόρου περὶ πατρίδος ὠλέσαθ' ἥβην
πλείστοις Ἑλλήνων ἀντία μαρναμενοι.

254 *. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Κρὴς γενεὰν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι,
οὐ κατὰ τοῦτ' ἐλθών, ἀλλὰ κατ' ἐμπορίην.

255. ΑΙΣΧΥΛΟΥ.

Κυανέη καὶ τούσδε μενέγχεας ὤλεσεν ἄνδρας
Μοῖρα, πολύρρηνον πατρίδα ῥυομένους.
Ζωὸν δὲ φθιμένων πέλεται κλέος, οἵ ποτε γυίοις
τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφιέσαντο κόνιν.

256. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Οἵδε ποτ' Αἰγαίοιο βαρύβρομον οἶδμα λιπόντες
Ἐκβατάνων πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
Χαῖρε, κλυτή ποτε πατρὶς Ἐρέτρια· χαίρετ', Ἀθῆναι
γείτονες Εὐβοίης· χαῖρε, θάλασσα φίλη.

neque mortui sunt mortui, quippe eos virtus sursum honestans ducit e domo Platonis.

252. ANTIPATRI.

Hi qui mortem dile xerunt in-armis *obcundam*, non, quæ cippum, sed gloriam-virtutis pro virtute sortiti sunt. [alii,

253. SIMONIDIS.

Si pulchre mori virtutis pars est maxima,
nobis ex omnibus hoc impertivit Fortuna :
Græciæ enim properantes libertatem circumdare
jacemus immarcescibili utentes laude

254. EJUSDEM.

Salvete viri-fortissimi pugnæ ingens decus adepti,
juvenes Atheniensium, excellentes equitatu, [ventutem
qui olim pulchros-choros-ducenti pro patria amisistis ju-
cum-plurimis Græcorum adversi decertantes.

254*. EJUSDEM.

Cretensis genere Brotachus Gortynius hic jaceo,
non ea causa huc-profectus, sed ad mercaturam.

255. ÆSCHYLI.

Nigra etiam hos fortiter-hastas-sustinentes perdidit viros
Parca, pecore-divitem patriam defendentes.
Vivax autem interemptorum stat laus, qui olim membris
strenui Ossæum induerunt pulverem.

256. PLATONIS.

Hi quondam Ægæi-maris gravisonum fluctum qui-liquimus,
Ecbatanorum campo jacemus in medio.
Vale, clara olim patria Eretria ; valete, Athenæ
vicinæ Eubœæ ; vale, mare carum.

Sed neque sic periere tamen : nam facta celebrans
A Stygiis illos fama reducit aquis.

252. ANTIPATRI,

de iisdem.

His quibus Orcus erat somni vice, nulla columna,
Sed pretium virtus exstitit ipsa sui.

253. SIMONIDÆ,

de iisdem.

Maxima virtutis si pars, bene ponere vitam,
Nobis præcipuum fata dedere decus.
Dum properamus enim, fieret ne Græcia serva,
Hic sumus æterna non sine laude siti.

254. EJUSDEM,

de Atheniensium propugnatoribus.

Cecropidûm salvete genus, plenissima Martis
Pectora, bellipotens quos celebravit equus,
Quorum florenti patriæ est impensa juventus
Plurima stans contra millia Grajugenûm.

255. ÆSCHYLI,

de Thessalorum propugnatoribus.

Hos quoque nigra viros mors abstulit armipotentes,
Dum certant pecoris divite pro patria,
Fortiaque invelant Osseo pulvere membra :
Sed laus post etiam funera viva manet.

256. PLATONIS.

Ecbatanûm media nos hic regione jacemus,
Fortis ab Ægæo turba profecta salo.
Ergo prisca vale jam mater Eretria, tuque urbs
Palladis Eubœæ proxima, tuque mare.

257. ΑΔΗΛΟΝ.

Παῖδες Ἀθηναίων Περσῶν στρατὸν ἐξολέσαντες
ἤρκεσαν ἀργαλέην πατρίδι δουλοσύνην.

258. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οἵδε παρ' Εὐρυμέδοντά ποτ' ἐγλαὸν ὤλεσαν ἥβην
μαρνάμενοι Μήδων τοξοφόρων προμάχοις
αἰχμηταὶ πεζοί τε καὶ ὠκυπόρων ἐπὶ νηῶν·
κάλλιστον δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι.

259. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Εὐβοίης γένος ἐσμὲν Ἐρετρικὸν, ἄγχι δὲ Σούσων
κείμεθα· φεῦ, γαίης ὅσσον ἀφ' ἡμετέρης!

260. ΚΑΡΦΥΛΛΙΔΟΥ.

Μὴ μέμψῃ παριὼν τὰ μνήματά μου, παροδῖτα·
οὐδὲν ἔχω θρήνων ἄξιον οὐδὲ θανών.
Τέκνων τέκνα λέλοιπα· μιῆς ἀπέλαυσα γυναικὸς
συγγήρου· τρισσοῖς παισὶν ἔδωκα γάμους,
ἐξ ὧν πολλάκι παῖδες ἐμοῖς ἐνεκοίμισα κόλποις,
οὐδενὸς οἰμώξας οὐ νόσον, οὐ θάνατον,
οἵ με κατασπείσαντες ἀπήμονα, τὸν γλυκὺν ὕπνον
κοιμᾶσθαι, χώρην πέμψαν ἐπ' εὐσεβέων.

261. ΔΙΟΤΙΜΟΥ.

Τί πλέον εἰς ὠδῖνα πονεῖν, τί δὲ τέκνα τεκέσθαι,
ἢ τέκοι, εἰ μέλλει παιδὸς ὁρᾶν θάνατον;
Ἠιθέῳ γὰρ σῆμα Βιάνορι χεύατο μήτηρ·
ἔπρεπε δ' ἐκ παιδὸς μητέρα τοῦδε τυχεῖν.

262. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΥ.

Αὐδήσει τὸ γράμμα τί σᾶμά τε καὶ τίς ὑπ' αὐτῷ.
Γλαύκης εἰμὶ τάφος τῆς ὀνομαζομένης.

263. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ.

Καὶ σὲ, Κλεηνορίδη, πόθος ὤλεσε πατρίδος αἴης

257. INCERTI.

Pueri Atheniensium Persarum exercitu deleto
propulsarunt duram a-patria servitutem.

258. SIMONIDIS.

Hi ad Eurymedontem olim floridam perdidere juventutem
decertantes Medorum sagittariorum cum-antesignanis,
bellatores et pedestres et citis in navibus; [mortui.
pulcherrimum autem virtutis monumentum reliquerunt

259. PLATONIS.

Eubœæ gens sumus Eretriensis, prope vero Susa
jacemus : heu! terra quam procul ab nostra!

260. CARPHYLLIDÆ.

Ne indigneris præteriens monumenta mea, viator :
nihil habeo gemitibus dignum ne mortuus quidem.
Natorum natos reliqui; una fruitus sum muliere
quæ-mecum-consenuit; ternis liberis dedi conjugium,
unde sæpius pueros in meo sopivi sinu,
nullius dolens non morbum, non mortem :
qui me fusis-inferiis in demnem, dulcem somnum
dormitum, in sedem miserunt piorum.

261. DIOTIMI.

Quid juvat in parturitionem laborare, quid liberos parere,
ei-quæ pepererit si fatale est pueri visere mortem?
Juvenculo enim tumulum Bianori congessit mater :
decebat vero a puero matri id obtingere.

262. THEOCRITI BUCOLICI.

Enunciabit titulus quod *sit* sepulcrum et quis sub eo
Glauces sum tumulus illius inclitæ.

263. ANACREONTIS TEII.

Et te, Cleanorida, desiderium perdidit patriæ telluris

---

257. INCERTI,

de Atheniensium propugnatoribus.

Persarum victis legionibus Attica pubes
Servile a patria deripuere jugum.

258. SIMONIDÆ,

de iis qui cum Cimone ad Eurymedontem fortite fecerant.

Hic sita, quæ cæsa est apud Eurymedonta juventus,
Fortia dum terris bella marique gerit,
Prima sagittiferi contra stans agmina Medi :
Et nunc pro meritis mortua nomen habet.

259. PLATONIS.

Eubois huc nos misit Eretria, Susa jacemus
Sat prope, sed nostra quam procul a patria.

260. CARPHYLIDIS.

Hoc tumulo tectum ne me contemne, viator :
Nam ne morte quidem sors lacrymanda mea est.
Factus avus senui mutata conjuge nunquam;
Terna tori soboles fœdere juncta mea est;
Unde sinu dulces gestavi sæpe nepotes,
Nullius ex illis morte malove dolens.
Hi factis me rite sacris misere beatas
Ad sedes, habitat quas sine fine sopor.

261. DIOTIMI.

Quid juvat eniti miseras sua pondera matres?
Ne pariant potius, funera quam videant.
Nam tumulum juvenis tenet hunc a matre Bianor,
Quem potius matri debuit ipse dare.

263. ANACREONTIS TEII.

Et tibi, dum vitam credis brumalibus austris,

θαρσήσαντα Νότου λαίλαπι χειμερίῃ.
Ὥρη γάρ σε πέδησεν ἀνέγγυος· ὑγρὰ δὲ τὴν σὴν
κύματ' ἀφ' ἱμερτὴν ἔκλασεν ἡλικίην.

fidentem Noti procellæ hibernæ.
Tempus enim te impedivit infidum, et udi tuam
fluctus amabilem abruperunt ætatem.

264. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εἴη ποντοπόρῳ πλόος οὔριος· ὃν δ' ἄρ' ἀήτης,
ὡς ἐμέ, τοῖς Ἀΐδεω προσπελάσῃ λιμέσιν,
μεμφέσθω μὴ λαῖτμα κακόξενον, ἀλλ' ἕο τόλμαν,
ὅστις ἀφ' ἡμετέρου πείσματ' ἔλυσε τάφου.

264. LEONIDÆ.

Sit pontivago navigatio secunda! quem vero procella,
sicuti me, Orci appulerit portubus,
is ne culpato vorticem inhospitalem, sed suam-ipsius au-
qui a nostro retinacula solvit sepulcro. [daciam,

265. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμί· ὁ δ' ἀντίον ἐστὶ γεωργοῦ·
ὡς ἁλὶ καὶ γαίῃ ξυνὸς ὕπεστ' Ἀΐδης.

265. PLATONIS.

Naufragi tumulus sum; qui autem e regione, est agricolæ:
siquidem mari et telluri communis subest Orcus.

266. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμὶ Διοκλέος· οἱ δ' ἀνάγονται,
φεῦ τόλμης! ἀπ' ἐμοῦ πείσματα λυσάμενοι.

266. LEONIDÆ.

Naufragi sepulcrum sum Dioclis: illi vero altum-petunt,
proh temeritatem! a me retinacula solventes.

267. ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Ναυτίλοι, ἐγγὺς ἁλὸς τί με θάπτετε; πολλὸν ἄνευθε
χῶσαι ναυηγοῦ τλήμονα τύμβον ἔδει.
Φρίσσω κύματος ἦχον, ἐμὸν μόρον. Ἀλλὰ καὶ οὕτως
χαίρετε, Νικήτην οἵτινες οἰκτίρετε.

267. POSIDIPPI.

Nautæ, juxta mare quid me sepelitis? perlonge-ab *hoc*
aggerare naufragi miserum tumulum oportebat.
Horreo fluctûs strepitum, meam mortem. Sed etiam sic
valete, Nicetæ quotquot miserti-estis.

268. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ναυηγόν με δέδορκας· ὃν οἰκτείρασα θάλασσα
γυμνῶσαι πυμάτου φάρεος ἠδέσατο,
ἄνθρωπος παλάμῃσιν ἀταρβήτοις μ' ἀπέδυσε,
τόσσον ἄγος τόσσου κέρδεος ἀράμενος.
Κεῖνο καὶ ἐνδύσαιτο, καὶ εἰς Ἀΐδαο φέροιτο,
καί μιν ἴδοι Μίνως τοὐμὸν ἔχοντα ῥάκος.

268. PLATONIS.

Naufragum me cernis: quem misertum mare
nudare postremo vestimento erubuit,
homo manibus intrepidis me exuit,
tantum piaculum pro-tantulo lucro in-se-admittens.
Hoc ille et induat, et in Orcum perferat,
et eum videat Minos meo opertum panno.

269. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πλωτῆρες, σώζοισθε καὶ εἰν ἁλὶ καὶ κατὰ γαῖαν·

269. EJUSDEM.

Navitæ, salvemini et in mari et in terra:

Mortis, amor patriæ, causa, Cleenoride.
Interclusit hyems te perfida, verque juventæ
Abstersit pelagi triste furentis aqua.

264. LEONIDÆ.

Sit nautæ felix opto via; si tamen, ut me,
Ad Stygios portus hunc quoque ventus agat,
Æquora ne moriens incuset inhospita, sed se,
Ausus ab hoc tumulo solvere vincla ratis.

265. PLATONIS.

Naufragus hic jaceo, contra jacet ecce colonus.
Sic Orcus terris unus aquisque subest.

266. LEONIDÆ.

Naufragus hic jaceo Diocles. Audacia quanta est?
Est hinc quæ capiat per mare navis iter.

267. POSIDIPPI.

Quid prope me pelagus nautæ sepelitis? ab undis
Debueram longe naufragus esse situs.
Horresco, mea fata, sonum maris: attamen et sic
Queis Niceta fui cura, valere volo.

268. PLATONIS.

Qui truce naufragio vitam mihi pontus ademit,
Interula veritus me spoliare fuit.
Hanc quoque detraxit nobis manus impia vestem,
Per facinus tantum tantula lucra petens.
Induat hanc teneatque, et ad Orcum deferat, ipsum
Ut videat Minos tegmen habere meum.

269. EJUSDEM.

Prospera, nauta, tibi mare sint et terra: sed illud
Scito tamen, condor naufragus hoc tumulo.

ἴστε δὲ ναυηγοῦ σῆμα παρερχόμενοι.

270. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Τούσδε ποτ' ἐκ Σπάρτας ἀκροθίνια Φοίβῳ ἄγοντας
ἓν πέλαγος, μία νὺξ, εἷς τάφος ἐκτέρισεν.

271. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν·
νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς· ἀντὶ δ' ἐκείνου
οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

272. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην,
ἔμπορος Αἰγίνηθεν ὅτ' ἔπλεε· χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ
νεκρός· ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων,
κηρύσσω πανάληθες ἔπος τόδε· « Φεῦγε θαλάσσῃ
« συμμίσγειν Ἐρίφων, ναυτίλε, δυομένων. »

273. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εὔρου με τρηχεῖα καὶ αἰπήεσσα καταιγὶς,
καὶ νὺξ, καὶ ὀνοφερῆς κύματα πανδυσίης
ἔβλαψ' Ὡρίωνος· ἀπώλισθον δὲ βίοιο
Κάλλαισχρος, Λιβυκοῦ μέσσα θέων πελάγευς.
Κἀγὼ μὲν πόντῳ δινεύμενος, ἰχθύσι κῦρμα,
οἴχημαι· ψεύστης δ' οὗτος ἔπεστι λίθος.

274. ΟΝΕΣΤΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Οὔνομα κηρύσσω Τιμοκλέος, εἰς ἅλα πικρὴν
πάντῃ σκεπτομένη ποῦ ποτ' ἄρ' ἐστὶ νέκυς.
Αἰαῖ! τὸν δ' ἤδη φάγον ἰχθύες· ἡ δὲ περισσὴ
πέτρος ἐγὼ τὸ μάτην γράμμα τορευθὲν ἔχω.

275. ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Ἁ Πέλοπος νᾶσος καὶ δύσπλοος ὤλεσε Κρήτα,

noscite vero naufragi monumentum vos-præterire.

270. SIMONIDIS.

Hos olim Sparta primitias Phœbo ferentes
unum mare, una nox, unus tumulus sepelivit.

271. CALLIMACHI.

Utinam non-unquam exstitissent rapidæ naves! non enim
puerum Dioclidæ Sopolin defleremus; [nos
nunc autem hic quidem in mari alicubi fertur cadaver,
nomen et inane monumentum præterimus. [et pro eo

272. EJUSDEM.

Naxius non super terra obiit Lycus, sed in ponto
navem simul et animam vidit pereuntem,
mercator Ægina quum navigaret : et hic quidem in mari
mortuus *est;* ego autem vanum nomen tumulus habens
proclamo verissimum dictum hoc : « Fuge mari
« te-committere Hœdis, nauta, occidentibus. »

273. LEONIDÆ.

Euri me aspera et præceps procella,
et nox, et tenebras-cientis fluctus occasûs
Orionis pessumdederunt, et delapsus-sum vita
Callæschrus, Libycum currens per mare.
Atque ego quidem pelago volutus, piscibus præda,
perii; mendax autem hic *ut* in-*me*-stat lapis.

274. ONESTÆ BYZANTII.

Nomen proclamo Timoclis, in mare amarum
usquequaque prospectans ubi tandem sit cadaver.
Heu, heu! hoc jam comederunt pisces : alta autem
petra ego frustra incisum titulum habeo.

275. GÆTULICI.

Peloponnesus et navigantibus-periculosa perdidit Creta,

---

270. SIMONIDÆ.

Hos Spartana ferunt dum Phœbo dona, peremit
Nox una, unius vis maris, una ratis.

271. CALLIMACHI.

Debuerant non esse rates : non jam gemeremus,
Nate Dioclidæ Sopoli, morte tua.
Nunc miser ipse mari raptaris mortuus : at nos
Aspicimus tantum nominis hunc tumulum.

272. EJUSDEM.

Naxius in terra sospes Lycus in maris unda
Et pessum vitam vidit et ire ratem,
Dum venit Ægina mercator. Fluctibus ille
Nunc agitur : tumulus nomen inane gero.
Accipe nunc monitum verax : cum pontus it Hædos
Mergere, cum ponto sit tibi, nauta, nihil.

273. LEONIDÆ.

Nox gravis, et totus pelagi jam factus Orion,
Et turbans Euri sæva procella fretum,
Callæschro nocuere mihi : namque excido vita,
Dum medium Libyci gurgitis æquor aro.
Jamque feris ego præda natantibus æquore volvor :
Hic tumulus mendax nil nisi nomen habet.

274. ONESTÆ CORINTHII.

Concelebro nomen Timocleis, undique pontum
Prospectans, si qua pareat exanimis.
Ah cibus ille fuit jam piscibus, ast ego resto,
Frustra scripta ferens nomina vana lapis.

275. GÆTULICI.

Terra vetus Pelopis ratibusque improspera Crete

καὶ Μαλέου τυφλαὶ καμπτομένου σπιλάδες
Δάμιδος Ἀστυδάμαντα Κυδώνιον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη
ἔπλησεν θηρῶν νηδύας εἰναλίων·
τὸν ψεύσταν δέ με τύμβον ἐπὶ χθονὶ θέντο. Τί θαῦμα;
Κρῆτες ὅπου ψεῦσται, καὶ Διός ἐστι τάφος.

276. ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Ἐξ ἁλὸς ἡμίβρωτον ἀνηνέγκαντο σαγηνεῖς
ἄνδρα, πολύκλαυτον ναυτιλίης σκύβαλον·
κέρδεα δ' οὐκ ἐδίωξαν ἃ μὴ θέμις· ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς
ἰχθύσι τῇδ' ὀλίγῃ θῆκαν ὑπὸ ψαμάθῳ.
Ὦ χθών, τὸν ναυηγὸν ἔχεις ὅλον· ἀντὶ δὲ λοιπῆς
σαρκὸς τοὺς σαρκῶν γευσαμένους ἐπέχεις.

277. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Τὶς ξένος, ὦ ναυηγέ, Λεόντιχος ἐνθάδε νεκρὸν
εὗρεν ἐπ' αἰγιαλοῖς, χῶσε δὲ τῷδε τάφῳ,
δακρύσας ἐπίκηρον ἑὸν βίον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
ἥσυχος, αἰθυίῃ δ' ἶσα θαλασσοπορεῖ.

278. ΑΡΧΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Οὐδὲ νέκυς, ναυηγὸς ἐπὶ χθόνα Θῆρις ἐλασθεὶς
κύμασιν, ἀγρύπνων λήσομαι ἠιόνων.
Ἦ γὰρ ἁλιῤῥήκτοις ὑπὸ δειράσιν, ἀγχόθι πόντου
δυσμενέος, ξείνου χερσὶν ἔκυρσα τάφου·
αἰεὶ δὲ βρομέοντα καὶ ἐν νεκύεσσι θαλάσσης
ὁ τλήμων ἀΐω δοῦπον ἀπεχθόμενον·
μόχθων οὐδ' Ἀΐδης με κατεύνασεν, ἡνίκα μοῦνος
οὐδὲ θανὼν λείῃ κέκλιμαι ἡσυχίῃ.

279. ΑΔΗΛΟΝ.

Παῦσαι νηὸς ἐρετμὰ καὶ ἔμβολα τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ
αἰαῖ! ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ.
Ναυηγοῦ τὸ μνῆμα. Τί τῆς ἐνὶ κύμασι λώβης
αὖθις ἀναμνῆσαι τὸν κατὰ γῆς ἐθέλεις;

280. ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΑΙΓΕΑΤΟΥ.

Τὸ χῶμα τύμβος ἐστίν· ἀλλὰ τὼ βόε
ἐπίσχες οὗτος, τὰν ὕνιν τ' ἀνάσπασον·
κινεῖς σποδὸν γάρ. Ἐς δὲ τοιαύταν κόνιν

et Malei *promontorii* cæca curvi saxa, [jam
Damidis *filium* Astydamanta, Cydonium; sed hic quidem
implevit belluarum ventres marinarum; [mirum?
mendacem vero me tumulum in terra posuerunt. Quid
Cretenses ubi mendaces, etiam Jovis est sepulcrum.

276. HEGESIPPI.

E mari semivoratum sustulerunt piscatores
virum, perlacrimabile navigationis purgamentum;
lucra vero non appetierunt quæ non fas, sed cum ipsis
piscibus hac tenui posuerunt sub arena.
O tellus, *jam* naufragum habes totum: pro reliqua enim
carne eos qui carnes vorarunt cohibes.

277. CALLIMACHI.

Quidam (?) hospes, o naufrage, Leontichus hic mortuum
invenit in littoribus, condiditque hocce tumulo,
plorans fluxam vitam suam: neque enim ipse
tranquillus, mergi autem more in-mari-versatur.

278. ARCHIÆ BYZANTII.

Ne mortuus quidem, naufragus Theris in terram propulsus
fluctibus, insomnium (*usque strepentium*) obliviscar li
Sane enim mari-pulsatis sub collibus, prope pontum [torum.
infestum, hospitis manibus nactus-sum tumulum:
semper vero mugientem, vel inter mortuos, maris
ego infelix audio strepitum odiosum: [solus
laborum ne Orcus quidem mihi requiem-attulit, quoniam
ne exstinctus quidem æquabili jaceam-compostus requie.

279. INCERTI.

Desine navis remos et rostra hoc super tumulo
væh! in frigido effingere cinere.
Naufragi monumentum est. Quid maritimi damni
rursus memoriam-revocare illi sub terra destinas?

280. ISIDORI ÆGEATÆ.

Agger sepulcrum est; sed par boum
siste, heus tu; vomeremque sursum-trahe:
moves enim favillam. In talem vero pulverem

Perdidit et flexus, cæca Malea, tui,
Damidos Astydamanta Cydonion: ille marinas
Jam pridem pavit cærula monstra feras:
At mihi dat mendax Cretes, gens vana, sepulchrum.
Nec mirum est: apud hos et Jovis est tumulus.

278. ARCHIÆ TARENTINI.

Mortuus in terras advectus ab æquore Theris
Non queo non et nunc littoris esse memor.
Namque apud insano respersas gurgite cautes
Busta piæ nobis hæc posuere manus;
Semper ubi duræ strepitus audire procellæ
Cogor, et horribiles æquoris umbra sonos.

Solius ergo mei durant post fata labores;
Nec suprema quies jura quietis habet.

279. INCERTI.

Dic, tibi quid toties remos ærataque suadet
Rostra super gelidas pingere relliquias?
Naufragus hic situs est. Sed cur meminisse sepultos
Sub terra cogis, quod malefecit aqua?

280. ISIDORI ÆGEATÆ,

pro naufrago ad agricolam.

Istud sepulchrum est agger: inhibeto boves,
Colone, et ipsum vomerem suspendito.
Quid dedicatam Manibus sedem moves

μὴ σπέρμα πυρῶν, ἀλλὰ χεῦε δάκρυα.

281. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ.

Ἄπισχ', ἄπισχε χεῖρας, ὦ γεωπόνε,
μηδ' ἀμφίταμνε τὰν ἐν ἠρίῳ κόνιν.
Αὐτὰ κέκλαυται βῶλος· ἐκ κεκλαυμένας δ'
οὗτοι κομάτας ἀναθαλήσεται στάχυς.

282. ΘΕΟΔΩΡΙΔΟΥ.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμί· σὺ δὲ πλέε· καὶ γὰρ ὅθ' ἡμεῖς
ὠλλύμεθ', αἱ λοιπαὶ νῆες ἐποντοπόρουν.

283. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Τετρηχυῖα θάλασσα, τί μ' οὐκ οἰζυρὰ παθόντα
τηλόσ' ἀπὸ ψιλῆς ἔπτυσας ἠϊόνος;
ὡς σεῦ μηδ' Ἀΐδαο κακὴν ἐπιειμένος ἀχλὺν
Φυλεὺς Ἀμφιμένευς ἄσσον ἐγειτόνεον.

284. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Ὀκτώ μευ πήχεις ἄπεχε, τρηχεῖα θάλασσα,
καὶ κύμαινε, βόα θ' ἡλίκα σοι δύναμις·
ἢν δὲ τὸν Εὐμάρεω καθέλῃς τάφον, ἄλλο μὲν οὐδὲν
χρήγυον, εὑρήσεις δ' ὀστέα καὶ σποδιήν.

285. ΓΛΑΥΚΟΥ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΟΥ.

Οὐ κόνις οὐδ' ὀλίγον πέτρης βάρος, ἀλλ' Ἐρασίππου
ἦν ἐσορᾷς αὕτη πᾶσα θάλασσα τάφος·
ὤλετο γὰρ σὺν νηΐ· τὰ δ' ὀστέα ποῦ ποτ' ἐκείνου
πύθεται, αἰθυίαις γνωστὰ μόναις ἐνέπειν.

286. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

Δύσμορε Νικάνωρ, πολιῷ μεμαραμμένε πόντῳ,
κεῖσαι δὴ ξείνῃ γυμνὸς ἐπ' ἠϊόνι,
ἢ σύ γε πρὸς πέτρῃσι· τὰ δ' ὄλβια κεῖνα μέλαθρα
φροῦδ', α[ὐτῆς τε] πάτρης ἔλπὶς ὄλωλε Τύρου.

ne semen frugum, sed sparge fletus.

281. HERACLIDÆ.

Abstine, abstine manus, o arator,
neu circumscinde hunc in tumulo pulverem.
Ipsa perfleta est gleba; e perfleta vero
non-sane comata evirescet spica.

282. THEODORIDÆ.

Naufragi tumulus sum; tu vero naviga; etenim quum nos peribamus, ceteræ naves mare-secabant.

283. LEONIDÆ.

Tumultuosum mare, cur me non ærumnosa passum longinquius a nudo exspuisti littore?
ut tibi ne Orci quidem malas indutus tenebras Phyleus Amphimenis propius essem-vicinus.

284. ASCLEPIADÆ.

Octo a-me cubitus recede, asperum mare,
et fluctua ac mugi quanta tibi potestas:
si autem Eumaræ rapias tumulum, aliud quidem nihil utilis-rei, invenies vero ossa et cinerem.

285. GLAUCI NICOPOLITÆ.

Neque pulvis neque exiguum lapidis pondus, sed Erasippi quod cernis hoc totum mare *est* sepulcrum.
Periit enim cum nave; ossa autem ubinam tandem illius puteant, mergis notum solis ut-*id*-dicant.

286. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Infelix Nicanor, cano exstincte mari,
jaces sane peregrino nudus in littore,
aut tu juxta scopulos; opulentæ autem illæ ædes perditæ, atque ipsius patriæ *revisendæ* spes periit Tyri

---

Hæc terra non vult Cerere, sed lacrymis seri.

281. HERACLIDÆ.

Ab hac arator abstine terra manum,
Nec, quos sepulchrum condit hoc, cineres seca.
Hæc terra fletu maduit: at numquam seges
De lacrymata sustulit terra comam.

282. THEODORIDÆ.

Mersi sum tumulus: perge in mare: tunc quoque cum nos
Occidimus, navis multa tenebat iter.

283. LEONIDÆ.

Quin me te passum tam sæva furente, vomebas
Longius a nudo littore, triste fretum,
Ut tibi nunc essem Stygias induta tenebras
Amphimenis Philleus umbra propinqua minus?

284. ASCLEPIADÆ.

Octo mihi dista sævum mare, te precor, ulnas,
Quamque potes fluctus tolle, sonosque cie.
Si tamen Eumarei monumentum destruis, hic nil
Quod juvet invenies, ossa sed et cineres.

285. GLAUCI NICOPOLITÆ.

Non lapis est, non est Erasippi terra sepulchrum,
Sed sub conspectum quod jacet, omne mare.
Cum rate nam periit, sed ubi nunc ossa putrescant,
Hoc dicent mergi, queis puto nosse datum est.

286. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Ah miser æquoreis Nicanor merse sub undis,
Nudus in externo littore nempe jaces;
Aut aliqua sub rupe: vacant illa inclyta tecta,
Et tecum periit spes quoque tota Tyri.

Οὐδέ τί σε κτεάνων ἐῤῥύσατο· φεῦ, ἐλεεινὲ,
ὤλεο μοχθήσας ἰχθύσι καὶ πελάγει.

287. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Καὶ νέκυν ἁπρήϋντος ἀνιήσει με θάλασσα
Λῦσιν, ἐρημαίῃ κρυπτὸν ὑπὸ σπιλάδι,
στρηνὲς ἀεὶ φωνεῦσα παρ' οὔατι, καὶ παρὰ κωφὸν
σῆμα. Τί μ', ὦνθρωποι, τῇδε παρῳχίσατε,
ἢ πνοιῆς χήρωσε τὸν οὐκ ἐπὶ φορτίδι νηῒ
ἔμπορον, ἀλλ' ὀλίγης ναυτίλον εἰρεσίης
θηκαμένη ναυηγόν; ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων
ζωὴν, ἐκ πόντου καὶ μόρον εἱλκυσάμην.

288. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδετέρης ὅλος εἰμὶ θανὼν νέκυς, ἀλλὰ θάλασσα
καὶ χθὼν τὴν ἀπ' ἐμεῦ μοῖραν ἔχουσιν ἴσην.
Σάρκα γὰρ ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες· ὀστέα δ' αὖτε
βέβρασται ψυχρῇ τῇδε παρ' ἠϊόνι.

289. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Ἀνθέα τὸν ναυηγὸν ἐπὶ στόμα Πηνειοῖο
νυκτὸς ὑπὲρ βαιῆς νηξάμενον σανίδος,
μούνιος ἐκ θάμνοιο θορὼν λύκος, ἄσκοπον ἄνδρα,
ἔκτανεν. Ὦ γαίης κύματα πιστότερα!

290. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Λαίλαπα καὶ μανίην ὁλοῆς προφυγόντα θαλάσσης
ναυηγὸν, Λιβυκαῖς κείμενον ἐν ψαμάθοις,
οὐχ ἑκὰς ἠϊόνων, πυμάτῳ βεβαρημένον ὕπνῳ,
γυμνὸν, ἀπὸ στυγερῆς ὡς κάμε ναυφθορίης,
ἔκτανε λυγρὸς ἔχις. Τί μάτην πρὸς κύματ' ἐμόχθει,
τὴν ἐπὶ γῆς φεύγων μοῖραν ὀφειλομένην;

291. ΞΕΝΟΚΡΙΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ.

Χαῖταί σου στάζουσιν ἔθ' ἁλμυρὰ, δύσμορε κούρη,
ναυηγὲ, φθιμένης εἰν ἁλὶ, Λυσιδίκη.

Neque ullum te bonorum servavit. Heu! miserande,
periisti, labores-perpessus *pro* piscibus et mari.

287. ANTIPATRI.

Etiam mortuum immitis vexabit me pontus
Lysin, deserto conditum sub scopulo,
graviter usque sonans ad aurem, et juxta mutum [suistis
monumentum. Quid me, o homines, huic vicinum-po-
qui anima viduavit non in oneraria nave
mercatorem, sed parvi nautam remigii
reddens naufragum? Ego vero, e mari quærens
victum, e mari etiam mortem mihi-traxi.

288. EJUSDEM.

Neutrius totus sum post-fatum mortuus, sed mare
et terra de me partem habent æquam.
Carnem enim in ponto comederunt pisces; ossa vero rursus
ejecta-sunt frigidam hanc prope ripam.

289. ANTIPATRI MACEDONIS.

Antheum naufragum ad ostium Penei
noctu super exigua quum-enatasset tabula,
solitarius dumeto prosiliens lupus, improvidum virum,
occidit. O terrá fluctus fideliores!

290. STATILII FLACCI.

Turbine et rabie exitiosi elapsum maris
naufragum, Libycis jacentem in arenis,
non procul a-littoribus, supremo gravatum somno,
nudum, a luctuoso defatigatum naufragio,
occidit perniciosa vipera. Quid frustra fluctibus oblucta-
dum fugeret in terris sortem debitam? [batur,

291. XENOCRITI RHODII.

Crines tuæ stillant adhuc salsuginem, infelix puella,
naufraga, exstinctæ in mari, Lysidice.

Nec tot opes potuere tibi defendere læva
Fata, laborasti piscibus et pelago.

287. ANTIPATRI.

Æquora permittunt mihi nec post fata quietem
Lysidi, deserto qui tegor in scopulo:
Sic aures trux ille fragor surdumque sepulchrum
Perstrepit. Hic homines cur mihi busta datis?
Ad mare, quod vitam rapuit mihi, cum mea multis
Non esset remis invidiosa ratis.
Dum meus in pelago labor est mihi quærere vitam,
In pelago mors est ecce reperta mihi.

288. EJUSDEM.

Non tellus totum, non me tenet unda, sed æquam
Terra mei partem, nec minus æquor habet.
Piscibus esca caro facta est mea: littore summo
Huc ejecta maris fluctibus ossa jacent.

289. ANTIPATRI MACEDONIS.

Cum prope jam salvus Penei naret in ore
Antheus exigua naufragus in tabula;
Exsiliens silva miserum lupus enecat. Eheu!
Fida minus tellus, quam maris unda fuit.

290. STATILII FLACCI.

Dum fugiens sævis agitatus flatibus undas
Naufragus in Libyca jam requiescit humo,
Membra sopore gravi domitus, non littore longe,
Nudus ab æquoreis vix recreatus aquis,
Vipereo perit ore. Quid heu pugnabat in undis
Ut fugeret terris debita fata sibi?

291. XENOCRITI RHODII.

Nunc quoque salsa tuis destillat gutta capillis,
Lysidice, sævo rapta puella mari.

Ἦ γὰρ, ὁρινομένου πόντου, δείσασα θαλάσσης
ὕβριν ὑπὲρ κοίλου δούρατος ἐξέπεσες.
Καὶ σὸν μὲν φωνεῖ τάφος οὔνομα, καὶ χθόνα Κύμην,
ὀστέα δὲ ψυχρῷ κλύζετ' ἐπ' αἰγιαλῷ,
πικρὸν Ἀριστομάχῳ γενέτῃ κακὸν, ὅς σε κομίζων
ἐς γάμον, οὔτε κόρην ἤγαγεν οὔτε νέκυν.

Profecto enim, emoto ponto, verita æquoris
violentiam, cavo robore (*nave*) desuper excidisti.
Et tuum quidem loquitur tumulus nomen et terram Cymen;
ossa vero frigido perluuntur in littore,
acerbum Aristomacho parenti malum, qui te avehens
ad nuptias, neque nuptam duxit neque mortuam.

292 ΘΕΩΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

292. THEONIS ALEXANDRINI.

Ἀλκυόσιν, Ληναῖε, μέλεις τάχα· κωφὰ δὲ μήτηρ
μύρεθ' ὑπὲρ χρυεροῦ δυρομένη σε τάφου.

Halcyonibus, o Lenæe, curæ-es forsan; mutum vero matet
lamentatur super frigido deflens te tumulo.

293. ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΑΙΓΕΑΤΟΥ.

293. ISIDORI ÆGEATÆ.

Οὐ χεῖμα Νικόφημον, οὐκ ἄστρων δύσις
ἁλὸς Λιβύσσης κύμασιν κατέκλυσεν·
ἀλλ' ἐν γαλήνῃ, φεῦ τάλας! ἀνηνέμῳ
πλόῳ πεδηθεὶς, ἐφρύγη δίψει ὕπο.
Καὶ τοῦτ' ἀήτεων ἔργον· ἆ πόσον κακὸν
ναύταισιν ἢ πνέοντες ἢ μεμυκότες!

Non procella Nicophemum, non astrorum occasus
maris Libyci fluctibus obruit;
sed in tranquillitate, heu miser! ventis-carente
navigatione vinctus, contostus-est siti.
Et hoc ventorum opus. Proh! quantum malum
sunt nautis seu spirantes seu tacentes!

294. ΤΥΛΛΙΟΥ ΛΑΥΡΕΑ.

294. TULLII LAUREÆ.

Γρυνέα τὸν πρέσβυν, τὸν ἁλιτρύτου ἀπὸ κύμβης
ζῶντα, τὸν ἀγκίστροις καὶ μογέοντα λίνοις,
ἐκ δεινοῦ τρηχεῖα Νότου κατέδυσε θάλασσα,
ἔβρασε δ' ἐς κροκάλην πρωΐον ἠϊόνα,
χεῖρας ἀποβρωθέντα. Τίς οὐ νόον ἰχθύσιν εἴποι
ἔμμεναι, οἳ μούνας, αἷς ὀλέκοντο, φάγον;

Gryneum grandævum, illum mari-attrita de cymba
viventem, hamis laborantem et retibus,
a terribili asperatum Noto demersit mare,
ejecitque in scruposum mane littus,
manus depastum. Quis non mentem piscibus dicat
esse, qui solas, quibus periere, comederunt?

295. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΕΝΤΙΝΟΥ.

295. LEONIDÆ TARENTINI.

Θῆριν τὸν τριγέροντα, τὸν εὐάγρων ἀπὸ κύρτων
ζῶντα, τὸν αἰθυίης πλείονα νηξάμενον,
ἰχθυσιληϊστῆρα, σαγηνέα, χηραμοδύτην,
οὐχὶ πολυσκάλμου πλώτορα ναυτιλίης,
ἔμπης οὔτ' Ἀρκτοῦρος ἀπώλεσεν, οὔτε καταιγὶς
ἦλασε τὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας·
ἀλλ' ἔθαν' ἐν καλύβῃ σχοινίτιδι, λύχνος ὁποῖα,
τῷ μακρῷ σβεσθεὶς ἐν χρόνῳ αὐτόματος.
Σῆμα δὲ τοῦτ' οὐ παῖδες ἐφήρμοσαν, οὐδ' ὁμόλεκτρος,

Therin oppido-senem, bonam-prædam-agentibus de nassis
viventem, mergo magis-et-sæpius natantem,
piscibus-prædatorem, everriculo-utentem, cavernas-sub-
non multis-instructi-remis nautam navigii, [euntem,
tamen neque Arcturus perdidit, neque procella
eum subegit *per* tot decennia;
sed mortuus-est in tugurio scirpeo, lucernæ instar,
longo exstinctus in tempore sponte-sua. [conjux,
Monumentum autem hoc non filii ei posuerunt, neque

Nam pelagi trepido spectas dum corde tumultus,
In rabidum summa de rate lapsa mare es.
Nunc tumulus nomenque tuum Cumamque loquetur;
Ossa sed in gelido littore sparsa madent.
Ibat Aristomachus genitor te ferre marito:
Infelix, neque te quippe nec ossa feret.

293. ISIDORI ÆGEATÆ.

Hunc Nicophemum non hyems, non siderum
Occasus, Afri non furor mersit sali:
Sed per serenam (quis putet?) pellaciam
In nave captus arsit insana siti.
Et hoc patravit ventus: is nautis malum
Immane seu flat, sive sopitus silet.

294. TULLII LAUREÆ.

Grynea longævum, cui lino dives et hamo
Cymba dabat vitam non minus ipsa senex,
Obruit unda sali commota furentibus Austris:
Postera littoribus reddidit orta dies,
Absumptis manibus. Pisces ratione quis uti
Jam neget? hoc solum, quo periere, vorant.

295. LEONIDÆ TARENTINI.

Ille senex Theris, fulicis qui sæpius ipsis
Navit, ab æquoreo cui grege victus erat;
Perreptans cava, prædo maris felixque sagenâ,
Unicus in misera cui rate scalmus erat.
Non tamen Arcturo debet, neque tristibus austris,
Quod tot ab annorum cursibus exciderat.
Pauperis occubuit tuguri sub culmine, qualis
Igne absumpta suo sponte lucerna perit.
Non nati, non uxor ei posuere sepulchrum,

ἀλλὰ συνεργατίνης ἰχθυβόλων θίασος.

296. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ ΤΟΥ ΚΗΙΟΥ.

Ἐξ οὗ τ' Εὐρώπαν Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμε,
καὶ πόλεμον λαῶν θοῦρος Ἄρης ἐφέπει,
οὐδαμά πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ἅμα.
Οἵδε γὰρ ἐν Κύπρῳ Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες,
Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἕλον ἐν πελάγει
ἀνδρῶν πληθούσας· μέγα δ' ἔστενεν [Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν]
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

297. ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ.

Τὸν μέγαν Ἀκροκόρινθον Ἀχαιϊκὸν, Ἑλλάδος ἄστρον,
καὶ διπλῆν Ἰσθμοῦ σύνδρομον ἠϊόνα
Λεύκιος ἐστυφέλιξε· δοριπτοίητα δὲ νεκρῶν
ὀστέα σωρευθεὶς εἷς ἐπέχει σκόπελος.
Τοὺς δὲ δόμον Πριάμοιο πυρὶ πρήσαντας Ἀχαιοὺς
ἀκλαύστους κτερέων νόσφισαν Αἰνεάδαι.

298. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αἰαῖ, τοῦτο κάκιστον, ὅταν κλαίωσι θανόντα
νυμφίον ἢ νύμφην· ἡνίκα δ' ἀμφοτέρους,
Εὔπολιν ὡς ἀγαθήν τε Λυκαίνιον, ὧν ὑμέναιον
ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος,
οὐκ ἄλλῳ τόδε κῆδος ἰσόρροπον, ὡς σὺ μὲν υἱὸν,
Νῖκι, σὺ δ' ἔκλαυσας, Θεύδικε, θυγατέρα.

299. ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ.

Ἄδ' ἔσθ' — ἆδε Πλάταια τί τοι λέγω; — ἦν ποτε σει-
ἐλθὼν ἐξαπίνας κάββαλε πανσυδίῃ· [σμὸς
λείφθη δ' αὖ μοῦνον τυτθὸν γένος· οἱ δὲ θανόντες
σᾶμ' ἐρατὰν πάτραν κείμεθ' ἐφεσσάμενοι.

300. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἐνθάδε Πυθώνακτα κασίγνητόν τε κέκευθεν
γαῖ', ἐρατῆς ἥβης πρὶν τέλος ἄχρον ἰδεῖν.
Μνῆμα δ' ἀποφθιμένοισι πατὴρ Μεγάριστος ἔθηκεν
ἀθάνατον, θνητοῖς παισὶ χαριζόμενος.

sed sodalium piscatorum chorus.

296. SIMONIDIS CEI.

Ex quo et Europam ab-Asia seorsum pontus divisit,
et bella populorum impetuosus Mars obit,
non usquam pulchrius terrestrium exstitit virorum
facinus in continenti et per pontum simul.
Hi enim in Cypro Medorum multos quum-cecidissent,
Phœnicum centum naves ceperunt in ponto
viris refertas; magnum autem ingemuit Asia ab illis,
verberata ambabus manibus robore belli.

297. POLYSTRATI.

Magnum Acrocorinthum Achæorum, Græciæ astrum,
et duplex Isthmi concurrens littus
Lucius evertit: sed hastâ sparsa mortuorum [*congeries*).
ossa accumulatus unus continet scopulus (*saxorum*
Qui autem domum Priami igne combusserunt Acĭæos
non-defletos sepulcro fraudarunt Æneadæ (*Romani*).

298. ANONYMI.

Heu, heu, id pessimum, quando deflent mortuum
aut sponsum aut sponsam; quando autem utrosque,
sicut Eupolim bonamque Lycænium, quorum hymenæum
exstinxit in prima nocte collapsus thalamus,
non alii hic *est* luctus conferendus, sicut tu quidem filium,
o Nicis, tu vero deflevisti, Theodice, natam.

299. NICOMACHI.

Hæc est—quid vero dico HÆC Platæa?—quam olim motus
ingruens subito dejecit omni-impetu; [terræ
relictumque est modo paucum genus; mortui autem
ut monumentum amatam patriam jacemus induti.

300. SIMONIDIS.

Hic Pythonactem fratremque condit
terra, amabilis juventæ priusquam finem ultimum viderit.
Monumentum vero exstinctis pater Megaristus posuit
immortale, mortalibus pueris gratificatus.

Sed piscatorum junctus in arte chorus.

297. POLYSTRATI.

Mœnia celsa Ephyres, telluris lumen Achivæ
Hic ubi se jungit littus utrumque maris,
Mummius everti: scopulus numerosa virorum
Millia, quos bellum perdidit, unus habet.
Igne domum Priami populus vastarat Achæus,
Ipse per Æneadas nunc caret igne rogi.

298. INCERTI.

Cum faciunt sponsi vel sponsæ funera luctum,
Triste; sed hæc pariter cum coiere mala,
Nunc velut Eupolidis fœdus pulchræque Lycæni
Exstinxit prima nocte cubile cadens,
Par tali nullus dolor est. Tibi, Nicia, natus
Materia est luctus; Eudice nata tibi.

300. SIMONIDÆ.

Iste tegit tumulus cum Pythonacte sororem,
Ætas in medio queis juvenilis erat.
Mortales ambo: quibus immortale sepulchrum
Dat Megaristus, et hoc se probat esse patrem.

301. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εὐκλέας αἶα κέκευθε, Λεωνίδα, οἱ μετὰ σεῖο
τῇδ' ἔθανον, Σπάρτης εὐρυχόρου βασιλεῦ,
πλείστων δὴ τόξων τε καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων
Μηδείων ἀνδρῶν δεξάμενοι πολέμῳ.

302. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται·
Νικόδικον δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδε * πόλη.

303. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Τὸν μικρὸν Κλεόδημον ἔτι ζώοντα γάλακτι,
ἴχνος ὑπὲρ τοίχων νηὸς ἐρεισάμενον,
ὁ Θρῄξ ἐτύμως Βορέης βάλεν εἰς ἁλὸς οἶδμα,
κῦμα δ' ἀπὸ ψυχὴν ἔσβεσε νηπιάχου.
Ἰνοῖ, ἀνοικτίρμων τις ἔφυς θεός, ἢ Μελικέρτεω
ἥλικος οὐκ Ἀΐδην πικρὸν ἀπηλάσαο.

304. ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ ΡΟΔΙΟΥ.

Ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ' ἦν, ἵππῳ δὲ Πόδαργος,
καὶ κυνὶ Λήθαργος, καὶ θεράποντι Βάβης,
Θεσσαλὸς, ἐκ Κρήτης, Μάγνης γένος, Αἵμονος υἱός·
ὤλετο δ' ἐν προμάχοις ὀξὺν Ἄρη συνάγων.

305. ΑΔΔΑΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Ὁ γριπεὺς Διότιμος, ὁ κύμασιν ὀλκάδα πιστὴν
κἠν χθονὶ τὴν αὐτὴν οἶκον ἔχων πενίης,
νήγρετον ὑπνώσας Ἀΐδαν τὸν ἀμείλιχον ἵκτο
αὐτερέτης, ἰδίῃ νηῒ κομιζόμενος·
ἦν γὰρ ἔχε ζωῆς παραμύθιον, ἔσχεν ὁ πρέσβυς
καὶ φθίμενος πύματον πυρκαϊῆς ὄφελος.

306. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἄβρότονον Θρῄσσα γυνὴ πέλον· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

301. EJUSDEM.

Illustres terra condit, Leonida, *illos* qui tecum
hic mortui-sunt, Spartæ latos-choros-ducentis rex,
plurimorum sane arcuumque et velocipedum robur
Medorum virorum sustinentes prœlio. [equûm

302. EJUSDEM.

Suis ipsius unusquisque amissis affligitur,
* Nicodici vero amici et civitas hæc læta-est.

303. ANTIPATRI SIDONII.

Parvum Cleodemum adhuc viventem lacte,
vestigium super latera navis quum-posuisset,
Thrax vere Boreas dejecit in maris undas,
fluctusque animam exstinxit infantis.
Ino, immisericors quoddam fuisti numen, quæ a Melicertæ
æquali non mortem acerbam repulisti.

304. PISANDRI RHODII.

Viro quidem Hippæmo nomen erat, equo autem Podargus,
et cani Lethargus, et famulo Babes, [filius:
Thessalus, e Creta *oriundus*, Magnes genus, Hæmonis
periit autem inter propugnatores acrem pugnam conserens

305. ADDÆI MITYLENÆI.

Piscator Diotimus, qui *in* fluctibus naviculam fidam
et in terra eandem domum habebat paupertatis,
inexcitabili sopitus-somno, Orcum ad immitem venit
suus-ipse-remex, propria navicula vectus:
quam enim habebat vitæ sustentaculum, habuit senex
etiam exstinctus ultimam busti opem.

306. ANONYMI.

Abrotonum Thracia mulier eram: sed genuisse
magnum Græcis aio Themistoclem.

---

301. EJUSDEM.

Claros terra tegit, quos, magne Leonida, tecum
Mors tulit, o Sparta rex bene digne tua:
Qui Medorum arcus et equos, vim denique belli,
Totam corporibus sustinuere suis.

302. EJUSDEM.

Quisque suum plorat quem fato perdit: amici,
Tota simul plorat patria Nicodicum.

303. ANTIPATRI SIDONII.

Cum Cleodemus, adhuc materni lactis alumnus,
Terret summa ratis per tabulata pedem;
Threïcius miserum dejecit in æquora ventus.
Vagiit in mediis cum moreretur aquis.
Crudelis, puerum quod non servaverit Ino
Hoc ævi, fuerat quo Melicerta suus.

304. PISANDRI RHODII.

Hippæmon vir dictus erat, sonipesque Podargus,
Theragrusque canis, mancipiumque Babes:
Thessalus, e Creta, Magnes genus, Hæmone natus,
Occidit, in primo dum movet arma loco.

305. ADDÆI MITYLENÆI.

Qua rate captabat Diotimus in æquore pisces,
Cum tenuit terras, hæc domus ipsa fuit.
Quem cum perpetuus pressit sopor, ivit in illa
Ad manes, remex et fuit ipse sibi.
Præbuerat quæ namque seni solatia vitæ,
Officium summum præbuit illa rogo.

307. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

α. Οὔνομά μοι.. β. Τίδὲ τοῦτο; α. Πατρὶς δέ μοι.. β. Ἐς [τί δὲ τοῦτο;
α. Κλεινοῦ δ' εἰμὶ γένους. β. Εἰ γὰρ ἀφαυροτάτου;
α. Ζήσας δ' ἐνδόξως ἔλιπον βίον. β. Εἰ γὰρ ἀδόξως;
α. Κεῖμαι δ' ἐνθάδε νῦν.. β. Τίς τίνι ταῦτα λέγεις;

308. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Παῖδά με πενταέτηρον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα,
νηλειὴς Ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

309. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἑξηκοντούτης Διονύσιος ἐνθάδε κεῖμαι,
Ταρσεὺς, μὴ γήμας· αἴθε δὲ μηδ' ὁ πατήρ.

310. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Θάψεν δ' με κτείνας κρύπτων φόνον· εἰ δέ με τύμβῳ
δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος.

311. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν·
ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον,
ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

312. ΑΣΙΝΙΟΥ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ.

Οἱ πρὸς Ῥωμαίους δεινὸν στήσαντες Ἄρηα
κεῖνται, ἀριστείης σύμβολα δεικνύμενοι·
οὐ γάρ τις μετὰ νῶτα τυπεὶς θάνεν, ἀλλ' ἅμα πάντες
ὤλοντο κρυφίῳ καὶ δολερῷ θανάτῳ.

313. [ΤΙΜΩΝΟΣ.]

Εἰς Τίμωνα τὸν μισάνθρωπον.

Ἐνθάδ' ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι·
τοὔνομα δ' οὐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

307. PAULI SILENTIARII

a. Nomen mihi ... *b.* Quid hoc *dicis? a.* Patria autem [mihi... *b.* Sed quid refert?
a. Et de-celebri sum genere *b.* Et si obscurissimo?
a. Actam in-bona-fama reliqui vitam. *b.* Et si in-mala?
a. Ac jaceo hic nunc... *b.* Quis cui hæc dicis?

308. LUCIANI.

Puerum me quinquennem, curarum-vacuum animum
immitis Orcus rapuit Callimachum. [habentem,
Sed me ne defleas: etenim vitæ-dierum in-partem-veni
paucorum, et paucorum vitæ malorum.

309. ANONYMI.

Sexagenarius Dionysius hic jaceo,
Tarsi-natus, cælebs: utinam fuisset et pater meus!

310. ANONYMI.

Sepelivit me qui-interfecit occultans cædem: si autem me
donat, talis ei-rursus-contingat gratia. [sepulcro

311. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Tumulus hic intra non habet mortuum;
mortuus hic extra non habet tumulum,
sed ipse sui mortuus est et tumulus.

312. ASINII QUADRATI.

Qui cum Romanis terribilem conseruerunt pugnam
jacent, excellentis-virtutis signa præbentes:
nemo enim post terga vulneratus obiit, sed una omnes
perierunt furtiva et dolosa morte.

313. TIMONIS.

In Timonem hominum osorem.

Hic ex-quo-abrupi animam infelicem jaceo:
nomen vero non cognoscetis, sed mali male pereatis.

---

307. *Inscriptio non nominati a* PAULO SILENTIARIO.

Nomine dicor ego. Quid tum? Mea patria. Quid tum?
Nobilis. At quid tum, si sine gente fores?
Splendida vita fuit. Quid si nec nota fuisset?
Hic jaceo. Sed quis, cui precor ista refers?

308. LUCIANI.

Me puerum nullis oneratum pectora curis
Quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
Ne me flete tamen: fluxit mihi tempore parvo
Vita, sed et vitæ sunt mala parva meæ.

309. INCERTI.

Hic post sex decies jaceo Dionysius annos,
Tarsensis cœlebs. Sic pater o utinam!

310. INCERTI.

Texit humo qui me sine teste peremerat; addit
Et tumulum: parilem sentiat ipse vicem.

311. *De Niobe.*

Vides sepulchrum quod caret cadavere,
Simul cadaver insepultum conspicis.
Sed quod sepulchrum est, quod cadaver, est idem.

312. ASINII QUADRATI,
de interfectis victore Sulla consule Romano.

Quos hæc terra tegit, Romano Marte petiti
Maxima virtutis signa dedere suæ.
Horum nemo fuit, qui tergo vulnera ferret,
Omnes hostili sed periere dolo.

313. INCERTI,
in Timona hominibus inimicum.

Hic situs abrupta vita infelice quiesco:
Nomen ne rogitate: malos Di vos male perdant.

314. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα.

Μὴ πόθεν εἶμὶ μάθῃς, μηδ' οὔνομα· πλὴν ὅτι θνήσκειν
τοὺς παρ' ἐμὴν στήλην ἐρχομένους ἐθέλω.

315. ΖΗΝΟΔΟΤΟΥ, οἱ δὲ ΡΙΑΝΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα.

Τρηχεῖαν κατ' ἐμεῦ, ψαφαρὴ κόνι, ῥάμνον ἑλίσσοις
πάντοθεν, ἢ σκολιῆς ἄγρια κῶλα βάτου,
ὡς ἐπ' ἐμοὶ μηδ' ὄρνις ἐν εἴαρι κοῦφον ἐρείδοι
ἴχνος, ἐρημάζω δ' ἥσυχα κεκλιμένος.
Ἦ γὰρ ὁ μισάνθρωπος, ὁ μηδ' ἀστοῖσι φιληθείς
Τίμων οὐδ' Ἀΐδῃ γνήσιός εἰμι νέκυς.

316. ΛΕΩΝΙΔΑ ἢ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως.

Τὴν ἐπ' ἐμεῦ στήλην παραμείβεο, μήτε με χαίρειν
εἰπὼν, μήθ' ὅστις, μὴ τίνος ἐξετάσας·
ἢ μὴ τὴν ἀνύεις τελέσαις ὁδόν· ἢν δὲ παρέλθῃς
σιγῇ, μηδ' οὕτως ἢν ἀνύεις τελέσαις.

317. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα.

α. Τίμων (οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσί), τί τοι, σκότος ἢ φάος, ἐχθρόν;
β. Τὸ σκότος· ὑμείων πλείονες εἰν Ἀΐδῃ.

318. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα.

Μὴ χαίρειν εἴπῃς με, κακὸν κέαρ, ἀλλὰ πάρελθε·
ἶσον ἐμοὶ χαίρειν κἄστι τὸ μὴ σὲ πελᾶν.

319. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα.

Καὶ νέκυς ὢν Τίμων ἄγριος· σὺ δέ γ', ὦ πυλαωρὲ
Πλούτωνος, τάρβει, Κέρβερε, μή σε δάκῃ.

314. PTOLEMÆI.

In eundem Timonem.

Ne unde sim discas, neu nomen; tantum mori
eos qui meum cippum prætereunt volo.

315. ZENODOTI, aliis RHIANI.

In eundem Timonem.

Asperam mihi, aride pulvis, spinam obvolve
undique, aut tortuosæ agrestia brachia rubi,
ut in me neque avis verno tempore leve imprimat
vestigium, solus sed degam tranquille reclinatus.
Eram enim ille hominum-osor, ne civibus quidem amatus,
Timon, neque Plutoni acceptus sum mortuus.

316. LEONIDÆ aut ANTIPATRI.

In eundem.

Impositum mihi cippum præteri, neque mihi Salve
dicens, nec qui sim, non cujus *sim* quærens:
aut quod pergis ne absolvas iter; verum si transieris
tacite—ne sic quidem quod pergis absolvas.

317. CALLIMACHI.

In eundem Timonem.

a. O Timon (non enim jam es), quid tibi, tenebræ aut lux,
b. Tenebræ: vestrûm plures in Inferis. [inimicum?

318. EJUSDEM.

In eundem Timonem.

Ne salvere me jubeas, o malum cor, sed præteri:
idem est mihi quod salvere, te non accedere ad-me.

319. INCERTI.

In eundem Timonem.

Et post mortem Timon *est* ferus: tu vero, o janitor
Plutonis, time, Cerbere, ne te mordeat.

---

314. PTOLEMÆI,

de eodem.

Unde ego non disces, nec quo sim nomine: sed quod,
Hunc tumulum quisquis præterit, opto mori.

315. ZENODOTI,

de eodem.

Funde truces spinas hinc atque hinc squallida tellus,
Horrentesque super nostra sepulchra rubos:
Ne vel avis ponat levis hic vestigia verno
Tempore, sed segrex et sine teste cubem.
Ille ferus sum Timo, meis quoque civibus hostis,
Nec Dis ipse putat nunc satis esse suum.

316. LEONIDÆ,

de eodem.

Hunc tumulum transi, nec me vel voce saluta:
Nec me quis fuerim, quo genitore, roga.
Sin, ne propositum peragas iter; at taciturnus
Si transibis, iter sic quoque ne peragas.

317. CALLIMACHI,

de eodem.

Mortue dic Timon, lux displicet, an tenebræ plus?
Plus tenebræ, vestrum pars quia major ibi est

318. EJUSDEM

de eodem.

Improbe, præter abi, nec ave mihi dicere cura.
Si tu non rides, hoc sat avere mihi est.

319. INCERTI.

de eodem.

Timon, umbra licet, ferus est: tu janitor Orci
Cerbere, ne morsu te petat ille, cave.

320. ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα μισέλληνα.

Ὀξεῖαι πάντῃ περὶ τὸν τάφον εἰσὶν ἄκανθαι
καὶ σκόλοπες· βλάψεις τοὺς πόδας, ἢν προσίῃς·
Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω· ἀλλὰ πάρελθε,
οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

321. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γαῖα φίλη, τὸν πρέσβυν Ἀμύντιχον ἔνθεο κόλποις,
πολλῶν μνησαμένη τῶν ἐπὶ σοὶ καμάτων.
Καὶ γὰρ ἀειπέταλόν σοι ἐνεστήριξεν ἐλαίην
πολλάκι, καὶ Βρομίου κλήμασιν ἠγλάϊσεν,
καὶ Δηοῦς ἔπλησε, καὶ ὕδατος αὔλακας ἕλκων
θῆκε μὲν εὐλάχανον, θῆκε δ' ὀπωροφόρον.
Ἀνθ' ὧν σὺ πρηεῖα κατὰ κροτάφου πολιοῖο
κεῖσο, καὶ εἰαρινὰς ἀνθοχόμει βοτάνας.

322. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Κνωσίου Ἰδομενῆος ὅρα τάφον· αὐτὰρ ἐγώ τοι
πλησίον ἵδρυμαι Μηριόνης ὁ Μόλου.

323. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἷς δύ' ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος· ἓν γὰρ ἔπεσχον
ἦμαρ καὶ γενεῆς οἱ δύο καὶ θανάτου.

324. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἃδ' ἐγὼ ἃ περίβωτος ὑπὸ πλακὶ τῇδε τέθαμμαι,
μούνῳ ἑνὶ ζώναν ἀνέρι λυσαμένα.

325. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸν Σαρδανάπαλλον.

Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἐρώτων
Τέρπν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

326. ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙΟΥ.

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν
σέμν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψεν.

320. HEGESIPPI.

In eundem Timonem Græcorum osorem.

Acutæ ubique circa tumulum sunt spinæ
et pali; dolebis a pedibus, si adieris:
Timon hominum-osor inhabito: sed prætergredere,
multum plorare jubens, prætergredere modo.

321. ANONYMI.

Terra amica, senem Amyntichum excipe sinu,
multorum memor laborum quos tua gratia suscepit.
Etenim semper-frondibus-comantem in-te statuit olivam
sæpenumero, et Bacchi *te* pampinis ornavit,
et Cerere implevit, et aquæ rivos ducens
fecit *te* leguminum-feracem, fecitque fructuum-fœcundam.
Quapropter tu lenis *ei* in temporibus canis incumbe, et vernas vesti-floribus plantas.

322. ANONYMI.

Cnossii Idomenei vide tumulum: sed ego eum
juxta compositus-sum Meriones Moli *filius*.

323. ANONYMI.

Unus duos fratres cohibet tumulus; unum videlicet habuerunt diem et nascendi gemini et moriendi.

324. ANONYMI.

Hæc ego celebrata sub marmore hoc sepulta sum,
quæ uni soli viro zonam solvi.

325. ANONYMI.

In Sardanapalum.

Hæc habeo quæ edi et libidinibus impendi et cum amoribus
jucunda didici: multa illa et beata cuncta relicta-sunt.

326. CRATETIS THEBANI.

Hæc habeo quæ didici et excogitavi, et cum Musis
sancta didici: multa illa et beata fastus rapuit.

---

320. HEGESIPPI,
de eodem.

Hunc circa tumulum surgunt spinæque sudesque;
Si prope sis, referes saucius inde pedem.
I procul hinc: Timon moror hic mortalibus hostis,
Meque jube, si vis, flere; sed i procul hinc.

321. INCERTI.

Multa laboravit qui nuper Amyntichus in te,
Extinctum placido terra reconde sinu.
Nunc te Palladiæ decorabat frondis honore,
Nunc circum vites brachia lenta dabat.
Addidit et Cererem, rivosque et flumina ducens,
Hinc olus, hinc fecit surgere poma tibi.
Redde vicem, capitique velis incumbere cano
Lenis, et e tumulo gignere veris opes.

323. INCERTI.

Unus habet fratres tumulus duo, quippe gemellos
Protulit una dies, abstulit una dies.

324. INCERTI.

Hoc ego sub tumulo mulier celeberrima condor:
Uni duntaxat zona soluta mea est.

325. CRATETIS
imitatio epigrammatis de Sardanapalo.

Quæ didici, quæ sum meditatus, cumque Camœnis
Pulchra scii, mea sunt: illa inclyta cætera, busti.

327. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μὴ σύγε θνητὸς ἐὼν ὡς ἀθάνατός τι λογίζου·
οὐδὲν γὰρ βιότου πιστὸν ἐφημερίοις,
εἰ καὶ τόνδε Κάσανδρον ἔχει σορὸς ἥδε θανόντα,
ἄνθρωπον φύσεως ἄξιον ἀθανάτου.

328. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε, σέθεν φθιμένοιο, Κάσανδρε;
τίς πέτρος, ὃς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης;
Ἀλλά σε νηλειὴς καὶ βάσκανος ὤλεσε δαίμων
ἡλικίην ὀλίγην εἴκοσιν ἓξ ἐτέων,
ὃς χήρην ἄλοχον θῆκεν, μογερούς τε τοκῆας
γηραλέους, στυγερῷ πένθεϊ τειρομένους.

329. ΑΛΛΟ.

Μυρτάδα τὴν ἱεραῖς με Διωνύσου παρὰ ληνοῖς
ἄφθονον ἀκρήτου σπασσαμένην κύλικα,
οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις· ἀλλὰ πίθος μοι,
σύμβολον εὐφροσύνης, τερπνὸς ἔπεστι τάφος.

330. ΑΛΛΟ.

Τὴν σορὸν, ἣν ἐσορᾷς, ζῶν Μάξιμος αὐτὸς ἑαυτῷ
θῆκεν, ὅπως ναίῃ παυσάμενος βιότου·
σύν τε, γυναικὶ Καλῃποδίῃ τεῦξεν τόδε σῆμα,
ὡς ἵνα τὴν στοργὴν κἠν φθιμένοισιν ἔχοι.

331. ΑΛΛΟ.

Τύμβον ἐμοὶ τοῦτον γαμέτης δωρήσατο * Φρούρης,
ἄξιον ἡμετέρης εὐσεβίης στέφανον·
λείπω δ' ἐν θαλάμοις γαμέτου χορὸν εὐκλέα παίδων,
πιστὸν ἐμοῦ βιότου μάρτυρα σωφροσύνης.
Μουνόγαμος θνήσκω, δέκα δ' ἐν ζωοῖσιν ἔτι ζῶ,
νυμφικὸν εὐτεκνίης καρπὸν ἀειραμένη.

332. ΑΛΛΟ.

Αἰνόμορον Βάκχη με κατέκτανε θηροτρόφον πρίν·
οὐ * κρίσει ἐν σταδίοις, γυμνασίαις δὲ κλυταῖς.

327. ANONYMI.

Ne tu, mortalis quum-sis, tanquam immortalis quid cogites:
nihil enim vitæ fidum hominibus-unius-diei,
si et hunc Casandrum habet loculus hic mortuum,
virum natura dignum immortali.

328. ANONYMI.

Quod saxum non illacrimavit, te exstincto, Casandre?
quod saxum *est*, quod tuæ obliviscetur pulchritudinis?
Sed te crudelis et invidus perdidit dæmon,
ætate parva sex et viginti annorum,
qui viduam conjugem effecit, mœstosque parentes
grandævos, tetro luctu contritos.

329. ALIUD.

Myrtadem me, sacros quæ Bacchi prope lacus
copiosam meri ducebam pateram, [mihi
non condit exstinctam exiguus pulvis: sed amphora
signum lætitiæ, festivus impositus est tumulus.

330. ALIUD.

Loculum, quem aspicis, vivens Maximus ipse sibi
posuit, ut inhabitet finitâ vitâ;
simulque, uxori Calepodiæ struxit hoc monumentum,
ita ut amorem-ejus etiam in mortuis habeat.

331. ALIUD.

Tumulum mihi huncce conjux donavit Furens,
dignam nostræ pietatis coronam;
relinquo autem in thalamo viri chorum honestum puerorum,
fidum meæ vitæ testem sanctimoniæ.
Univira morior, decem vero in vivis jam vivo,
sponsalem fœcunditatis fructum adepta.

332. ALIUD.

Infaustum Baccha me interfecit qui-feras-alebam antea:
non judicio in stadiis, exercitationibusque celebribus.

---

327. INCERTI,
de Casandro.

Mortalis noli satus immortalia mente
Volvere: nil certum ducere vita sinit,
Mortuus hac quando tegitur tellure Casander,
Ille Deûm vitam vivere dignus homo.

328. *De eodem.*

Quis lapis est potuit qui te non flere, Casander?
Quæ rupes formam non meminere tuam?
Cum sex adjiceres ad bina decennia menses,
Injecere manus invida fata tibi;
Uxoremque simul viduam, miserosque parentes
Fecerunt, senii queis grave mœror onus.

329. INCERTI.

Mortada, quæ Bromii toties ad præla solebam
Ducere purpureo pocula plena mero,
Nunc tenuis me terra tegit: sed dulce sepulchrum
Est mihi, qui signat gaudia nostra, cadus.

330. INCERTI.

Hanc, ubi defunctus vita requiesceret olim,
Exstruxit sedem Maximus ipse sibi,
Uxorique Calepodiæ commune sepulchrum,
Post ut et amborum funera vivat amor.

333. ΑΛΛΟ.

Μηδὲ καταχθονίοις μετὰ δαίμοσιν ἄμμορος εἴης
ἡμετέρων δώρων, ὧν σ' ἐπέοικε τυχεῖν,
Ἀμμία, οὕνεκα Νικόμαχος θυγάτηρ τε Διώνη
τύμβον καὶ στήλην σὴν ἐθέμεσθα χάριν.

334. ΑΛΛΟ.

Νηλεὲς ὦ δαῖμον, τί δέ μοι καὶ φέγγος ἔδειξας
εἰς ὀλίγων ἐτέων μέτρα μινυνθάδια;
ἢ ἵνα λυπήσῃς δι' ἐμὴν βιότοιο τελευτὴν
μητέρα δειλαίην δάκρυσι καὶ στοναχαῖς,
ἥ μ' ἔτεχ', ἥ μ' ἀτίτηλε, καὶ ἣ πολὺ μείζονα πατρὸς
φροντίδα παιδείης ἤνυσεν ἡμετέρης;
ὃς μὲν γὰρ τυτθόν τε καὶ ὀρφανὸν ἐν μεγάροισι
κάλλιπεν· ἡ δ' ἐπ' ἐμοὶ πάντας ἔτλη καμάτους.
Ἦ μὲν ἐμοὶ φίλον ἦεν ἐφ' ἁγνῶν ἡγεμονήων
ἐμπρεπέμεν μύθοις ἀμφὶ δικασπολίας·
ἀλλά μοι οὐ γενύων ἐπεδέξατο κούριμον ἄνθος
ἡλικίης ἐρατῆς, οὐ γάμον, οὐ δαῖδας·
οὐχ ὑμέναιον ἄεισε περικλυτὸν, οὐ τέκος εἶδε,
δύσποτμος, ἐκ γενεῆς λείψανον ἡμετέρης,
τῆς πολυθρηνήτου· λυπεῖ δέ με καὶ τεθνεῶτα
μητρὸς Πωλίττης πένθος ἀεξόμενον,
Φρόντωνος γοεραῖς ἐπὶ φροντίσιν, ἣ τέκε παῖδα
ὠκύμορον, κενεὸν χάρμα φίλης πατρίδος.

335. ΑΛΛΟ.

α. Πώλιττα, τλῆθι πένθος, εὔνασον δάκρυ.
Πολλαὶ θανόντας εἶδον υἱεῖς μητέρες.
β. Ἀλλ' οὐ τοιούτους τὸν τρόπον καὶ τὸν βίον,
οὐ μητέρων σέβοντας ἡδίστην θέαν.
α. Τί περισσὰ θρηνεῖς; τί δὲ μάτην ὀδύρεαι;
εἰς κοινὸν Ἅιδην πάντες ἥξουσι βροτοί.

336. ΑΛΛΟ.

Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος, οὐδ' ὀρέγοντος

333. ALIUD.

Ut ne inferos quidem inter Manes expers esses
nostrorum munerum, quæ decuit tibi obtingere,
Ammia, ideo Nicomachus filiaque Dione
tumulum et cippum tua posuimus gratia.

334. ALIUD.

Durissime o dæmon, quid tandem mihi lucem ostendisti
in paucorum annorum spatium brevissimum?
an ut conficeres ob meæ vitæ exitum
matrem miseram lacrimis et gemitibus?
quæ me genuit, quæ me aluit, et quæ multo majorem quam
curam educationi attulit nostræ. [pater
Hic quidem enim parvulumque *me* et orbum in ædibus
reliquit; illa vero pro me cunctos exantlavit labores.
Sane quidem mihi arridebat sub puris antistitibus
excellere sermonibus de jurisprudentia:
sed meum non e-mento suscepit sectilem florem
ætatis amabilis, *non* nuptias, *non* faces;
non hymenæum cecinit celebrem, non prolem vidit,
infelix! stirpis surculum nostræ,
valde illius lamentabilis: angit autem me vel mortuum
matris Polittæ luctus semper-crescens,
in lugubribus de Frontone curis, quæ peperit puerum
celeris-fati, inane gaudium suæ patriæ.

335. ALIUD.

a. Politta, sustine luctum, sopi lacrimam
Multæ mortuos viderunt filios matres.
b. Sed non tales moribus et ævo,
non matrum *sic* venerantes dulcissimum aspectum.
a. Quid vana gemis? quidque incassum lamentaris?
ad communem Orcum omnes pervenient mortales.

336. ALIUD.

Senectute et paupertate contritus, neque porrigente

---

333. INCERTI.

Ut nec apud Manes expers sis, Ammia, nostris
Muneribus, fas est quæ tibi jusque dari,
Nicomachus tumulum statuens et justa Dione
Cum cippo, meritis reddimus ambo vicem.

334. *De Frontone filio Polittæ. Repertum Cyzici.*

nclemens o Parca, quid heu mihi lumina vitæ
In spatia annorum pauca videre dabas?
Hocne tibi libuit miseræ lamenta parenti,
Et longas lacrymas funere ferre meo?
Quæ me non genuit prima modo luce, sed ipsos
Contulit ad mores plus genitore mihi.
Nam pater infantem moriens sub matre reliquit:
Matris et ex illo cura laborque fui.
Jamque apud eximias, et erat mihi dulce, Curules
Vox aliquam juri nostra ferebat opem.
At non illa mea lætata est messe genarum,
Non thalamos vidit, legitimasque faces;
Nec lætum cantavit Hymen, Hymenæe, relicta
Nec saltem soboles sanguinis ulla mei,
Sanguinis heu flendi. Jam sim licet umbra, parentis
Polittæ cruciat me novus ille dolor,
Frontonis veteres luctus super: edidit illa
Gaudia nec patriæ nec diuturna sibi.

335. *Aliud de eodem.*

Politta, siste lacrymas, luctus preme:
Videre multæ liberos raptos nece.
At non, ut ille, moribus vitæ probos,
Vultum colentes matris instar numinis.
Quid inane torques temet, et frustra gemis?
Vorago cunctos una mortales manet.

336. INCERTI,
de eo qui ante mortem se sepelierat.

Paupertate gravi, gravibusque attritus ab annis,

οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον,
τοῖς τρομεροῖς κώλοισιν ὑπήλυθον ἠρέμα τύμβον,
εὑρὼν οἰζυροῦ τέρμα μόλις βιότου.
Ἠλλάχθη δ' ἐπ' ἐμοὶ νεκύων νόμος· οὐ γὰρ ἔθνησκον
πρῶτον, ἔπειτ' ἐτάφην· ἀλλὰ ταφεὶς ἔθανον.

ullo homine infortunii collectam-stipem,
tremulis membris subii sensim tumulum,
assecutus miseræ metam ægre vitæ. [mortuus-sum
Mutatus-est autem in me mortuorum mos : non enim
primum, deinde sepultus; sed sepultus mortuus-sum.

337. ΑΔΗΛΟΝ.

Μή με θοῶς, κύδιστε, παρέρχεο τύμβον, ὁδῖτα,
σοῖσιν ἀκοιμήτοις ποσσὶ, κελευθοπόρε·
δερκόμενος δ' ἐρέεινε, τίς ἢ πόθεν; Ἁρμονίαν γὰρ
γνώσεαι, ἧς γενεὴ λάμπεται ἐν Μεγάροις·
πάντα γὰρ, ὅσσα βροτοῖσι φέρει κλέος, ἦεν ἰδέσθαι,
εὐγενίην ἐρατὴν, ἤθεα, σωφροσύνην.
Τοίης τύμβον ἄθρησον· ἐς οὐρανίας γὰρ ἀταρποὺς
ψυχὴ παπταίνει σῶμ' ἀποδυσαμένη.

337. INCERTI.

Ne me citius, honestissime, prætergredere tumulum, viatuis insopitis pedibus viam-emetiens; [tor,
aspiciens vero interroga, quis aut unde? Harmoniam enim
nosces, cujus genus splendet (in) Megaris. [videre,
Cuncta enim quæ mortalibus afferunt decus, *in ea* erat
nobilitatem amabilem, mores, temperantiam. [vias
Talis *feminæ* tumulum contemplare : in cœlestes enim
animus intendit corpus exutus.

338. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἅδε τοι, Ἀρχίου υἱὲ Περίκλεες, ἁ λιθίνα 'γὼ
ἕσταχα στάλα, μνᾶμα κυναγεσίας·
πάντα δέ τοι περὶ σᾶμα τετεύχαται, ἵπποι, ἄκοντες,
αἱ κύνες, αἱ στάλικες, δίκτυ' ὑπὲρ σταλίκων,
αἰαῖ, λάϊνα πάντα· περιτροχάουσι δὲ θῆρες·
αὐτὸς δ' εἰκοσέτας νήγρετον ὕπνον ἔχεις.

338. INCERTI.

Hic tibi, Archiæ fili Pericles, lapideus ego
positus-sto cippus, monumentum venationis;
cuncta autem tibi circa signum fabricata-sunt, equi, jacanes, varæ, retia super varis, [cula,
heu, heu, marmorea cuncta! circumcurrunt autem feræ,
ipse vero viginti-annos-natus perpetuum somnum habes

339. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὐδὲν ἁμαρτήσας γενόμην παρὰ τῶν με τεκόντων·
γεννηθεὶς δ' ὁ τάλας ἔρχομαι εἰς Ἀΐδην.
Ὦ μῖξις γονέων θανατηφόρος! ᾧ μοι ἀνάγκης,
ἥ με προσπελάσει τῷ στυγερῷ θανάτῳ.
Οὐδὲν ἐὼν γενόμην· πάλιν ἔσομαι, ὡς πάρος, οὐδέν·
οὐδὲν καὶ μηδὲν τῶν μερόπων τὸ γένος·
λοιπόν μοι τὸ κύπελλον ἀποστίλβωσον, ἑταῖρε,
καὶ λύπης ᾽ ὀδύνην τὸν Βρόμιον πάρεχε.

339. INCERTI.

Nullo malo-commisso natus-sum ex iis qui me genuerunt;
natusque, miser ego propero ad Orcum.
O concubitum parentum letiferum! hei mihi! ob-fatum,
quod me admovebit invisæ morti.
Nihil eram-et natus-sum; rursus ero, ut prius, nihil.
Nihil et nihili est hominum genus :
jam mihi poculum fac-splendeat, sodalis,
et tristitiæ remedium Bacchum præbe.

340. ΑΔΗΛΟΝ.

Νικόπολις Μαράθωνιν ἐθήκατο τῇδ' ἐνὶ πέτρῃ,

340. INCERTI.

Nicopolis Marathonin posuit hoc in lapide,

Nemo mihi modica cum stipe ferret opem,
Prorepsi tremulo pede, successique sepulchro:
Vix abiit misero sic quoque vita mihi.
Lex in me mutata vetus : nec mortuus ivi
In tumulum, populi more, sed ut morerer.

337. INCERTI.

Ut me prætereas ne sic properato, viator,
Indelassato qui pede pergis iter.
Respice, scire cupis quis et unde? doceberis esse
Harmoniam, Megaris sat mea nota domus.
In me congeries fuerat sincera bonorum,
Nobilitas, mores, gratia blanda, pudor.
Hujus hic est tumulus : positis mens corporis hujus
Exuviis cœli scandit ad usque domum.

338. INCERTI.

Hic tibi sto, Pericles, cujus pater Archia, cippus;
Venatusque meos docta figura notat :
Omnia nam juxta, vari, distentaque varis
Retia, cornipedes, tela, citique canes :
Saxea cuncta, feræ circum quoque : quattuor aetis
Tu lustris medius sed sine fine cubas.

339. INCERTI; *secundum quosdam* PALLADAE.

Nil ego peccaram, cum me genuere parentes;
Jam genitus Ditis limina versus eo.
Gignere principium lethi fuit : inde necesse est.
Me magis atque magis mortis inire viam.
Qui nihil ante fui, fiam nil rursus ut ante :
Res hominum ventus sunt levis, umbra, nihil.
Quod restat, cyathum mihi fac splendere, sodalis,
Daque merum, curas quod meminisse vetat.

340. INCERTI,
repertum Thessalonicæ.

Marmore Nicopolin posuit Marathonis in isto,

δμβρήσας δακρύοις λάρναχα μαρμαρέην.
Ἄλλ' οὐδὲν πλέον ἔσχε· τί γὰρ πλέον ἀνέρι κήδευς
μούνῳ ὑπὲρ γαίης, οἰχομένης ἀλόχου;

341. [ΠΡΟΚΛΟΥ.]

Πρόκλος ἐγὼ Λύκιος γενόμην γένος, ὃν Συριανὸς
ἐνθάδ' ἀμοιβὸν ἑῆς θρέψε διδασκαλίης.
Ξυνὸς δ' ἀμφοτέρων ὅδε σώματα δέξατο τύμβος,
αἴθε δὲ καὶ ψυχὰς χῶρος ἓεις λελάχοι.

342. ΑΔΗΛΟΝ.

Κάτθανον, ἀλλὰ μένω σε· μενεῖς δέ τε καὶ σύ τιν' ἄλλον·
πάντας ὁμῶς θνητοὺς εἷς Ἀΐδης δέχεται.

343. ΑΔΗΛΟΝ.

Πατέριον λιγύμυθον, ἐπήρατον, ἔλλαχε τύμβος,
Μιλτιάδου φίλον υἷα καὶ Ἀττικίης βαρυτλήτου,
Κεκροπίης βλάστημα, κλυτὸν γένος Αἰακιδάων,
ἔμπλεον Αὐσονίων θεσμῶν σοφίης τ' ἀναπάσης,
τῶν πισύρων ἀρετῶν ἀμαρύγματα πάντα φέροντα·
ἠίθεον χαρίεντα, τὸν ἥρπασε μόρσιμος αἶσα,
οἷά τε ἀγλαόμορφον ἀπὸ χθονὸς ἕρνος ἀήτης,
εἰκοσικαιτέτρατον βιότου λυκάβαντα περῶντα·
λεῖψε φίλοις δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἄλαστον.

344. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Θηρῶν μὲν κάρτιστος ἐγὼ, θνατῶν δ' ὃν ἐγὼ νῦν
φρουρῶ, τῷδε τάφῳ λαΐνῳ ἐμβεβαώς.
Ἀλλ' εἰ μὴ θυμόν γε Λέων ἐμὸν οὔνομά τ' εἶχεν,
οὐκ ἂν ἐγὼ τύμβῳ τῷδ' ἐπέθηκα πόδας.

345. [ΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣ.]

Ἐγὼ Φιλαινὶς ἡ πίθωτος ἀνθρώποις
ἐνταῦθα γήρᾳ τῷ μακρῷ κεκοίμημαι.
Μή μ', ὦ μάταιε ναῦτα, τὴν ἄκραν κάμπτων,
χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην.
Οὐ γὰρ, μὰ τὸν Ζῆν' οὐδὲ τοὺς κάτω Κούρους,
οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος οὐδὲ δημώδης·
Πολυκράτης δὲ τὴν γονὴν Ἀθηναῖος,
λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα,
ἔγραψεν οἷ' ἔγραψ', ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

humectans lacrimis aream marmoream.
Aliud nihil ei rediit : quid enim redeat præter-luctum viro
soli super terra, postquam-obiit uxor?

341. PROCLI.

Proclus ego Lycius natus-sum genus, quem Syrianus
hic successorem suæ aluit doctrinæ.
Communis autem utrorumque hic corpora excepit tumulus:
utinam vero et animos locus unus sit-sortitus!

342. INCERTI.

Obii, sed maneo te, manebisque etiam tu aliquem alium:
cunctos æque mortales unus Orcus accipit.

343. INCERTI.

Paterium, dulce-loquentem, amabilem, sortitus-est tumu-
Miltiadis carum filium et Atticiæ graviter-patientis, [lus,
Cecropiæ *urbis* germen, clarum genus Æacidarum,
mbutum Ausoniis legibus doctrinaque omnino omni,
quaternarum virtutum lumina omnia ferentem,
juvenem gratiis-plenum, quem rapuit fatalis sors,
sicut nitidum e terra surculum turbo,
quartum-et-vigesimum ævi annum agentem : [petem
reliquit autem caris parentibus gemitum et luctum per-

344. SIMONIDIS.

Ferarum quidem *sum* validissimus, mortalium vero *is*
custodio, huicce tumulo lapideo innixus. [quem ego nunc
Sed si non spiritum meum nomenque Leo habuisset,
non ego tumulo huic imposuissem pedes.

345. ÆSCHRIONIS SAMII.

Ego Philænis, illa famosa inter-homines,
hic senio longo sopita-sum.
Ne me, o levis-mente nauta, promontorium flectens,
ludos facias et risum et contumeliam.
Non enim, per Jovem et infernos Dioscuros,
non eram ad viros salax neque vulgivaga :
sed Polycrates genere Atheniensis,
verborum quædam versatilis-mola et mala lingua,
scripsit qualia scripsit : ego enim non novi.

Quod madidum lacrymis fecerat ipse suis.
Sed nihil hoc juvit. Viduum nam conjuge fida
Et solum in terris quid nisi flere juvet?

342. INCERTI.

Opperior te nunc ego qui sum mortuus; at tu
Mox alium; cunctos una vorago rapit.

344. SIMONIDÆ,
de Leonida.

Quantum vinco feras ego robore, vicerat ille
Tantum homines, cujus sub pede busta premo.
Hunc tumulum nollem pede tangere, nomine si me
Æquasset non et viribus iste Leo.

345. INCERTI.

Philænis illa, celebre gentibus nomen,
Post grandis annos hic cubo senectutis.
Ne, quisquis illud circuis jugum nauta,
Risum jocumque me fac et dicax dictum.
Non per Tonantem, Castores per alternos,
Fui virosa, plebis appetens noctes:
Atheniensi sed Polycrates ortu,
Argutiarum cymbalum, procax lingua,
Quæ scripsit ille, nesciente me scripsit.

346. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τοῦτό τοι ἡμετέρης μνημήϊον, ἐσθλὲ Σαβῖνε,
ἡ λίθος ἡ μικρὴ, τῆς μεγάλης φιλίης.
Αἰεὶ ζητήσω σε· σὺ δ', εἰ θέμις, ἐν φθιμένοισι
τοῦ Λήθης ἐπ' ἐμοὶ μή τι πίῃς ὕδατος.

347. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ ΤΟΥ ΚΗΙΟΥ.

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, οὗ διὰ βουλὰς
Ἑλλὰς ἐλευθερίης ἀμφέθετο στέφανον.

348. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

349. ΑΔΗΛΟΝ.

Βαιὰ φαγὼν καὶ βαιὰ πιὼν καὶ πολλὰ νοσήσας,
ὀψὲ μέν, ἀλλ' ἔθανον. Ἔρρετε πάντες ὁμοῦ.

350. ΑΔΗΛΟΝ.

Ναυτίλε, μὴ πεύθου τίνος ἐνθάδε τύμβος ὅδ' εἰμὶ,
ἀλλ' αὐτὸς πόντου τύγχανε χρηστοτέρου.

351. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὅρκιον, αἵδε Λυκάμβεω,
αἳ λάχομεν στυγερὴν κλῃδόνα, θυγατέρες,
οὔτε τι παρθενίην ἠσχύναμεν, οὔτε τοκῆας,
οὔτε Πάρον νήσων αἰπυτάτην ἱερῶν.
Ἀλλὰ καθ' ἡμετέρης γενεῆς ῥιγηλὸν ὄνειδος
φήμην τε στυγερὴν ἔβλυσεν Ἀρχίλοχος.
Ἀρχίλοχον, μὰ θεοὺς καὶ δαίμονας, οὔτ' ἐν ἀγυιαῖς
εἴδομεν, οὔθ' Ἥρης ἐν μεγάλῳ τεμένει.
Εἰ δ' ἦμεν μάχλοι καὶ ἀτάσθαλοι, οὐκ ἂν ἐκεῖνος
ἤθελεν ἐξ ἡμέων γνήσια τέκνα τεκεῖν.

352. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ, οἱ δὲ ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Δεξιτερὴν Ἀΐδαο θεοῦ χέρα καὶ τὰ κελαινὰ

346. ANONYMI.

Hoc quidem nostræ monumentum, bone Sabine,
lapis parvus, magnæ amicitiæ.
Semper quæram te : tu vero, si fas est, inter mortuos
Lethæi, quod ad me attinet, nihil bibas laticis.

347. SIMONIDIS CEI.

Hic Adimanti illius tumulus, cujus per consilia
Græcia libertatis circumdedit sibi coronam.

348. SIMONIDIS.

Multa qui-bibi et multa comedi, et multa mala dixi
in-homines, jaceo Timocreon Rhodius.

349. INCERTI.

Pauca qui-edi et pauca bibi, et multum ægrotavi,
sero quidem, at obii. Pereatis omnes simul!

350. INCERTI.

Nauta, ne scisciteris cujus hic *positus* tumulus ego sim,
sed ipse pontum sortire benigniorem.

351. DIOSCORIDÆ.

Non, per hoc mortuorum sacrum in-jurajuranda, hæ Ly-
quæ sortitæ-sumus diosam famam, filiæ, [cambæ,
ullo modo virginitatem deturpavimus, neque parentes,
neque Parum, insularum præstantissimam sacrarum.
Sed in nostrum genus horridam ignominiam
famamque odiosam effudit Archilochus.
Archilochum, per superos et inferos-deos, neque in stratis
vidimus, neque Junonis in magno luco. [viarum
Si autem essemus salaces et impudicæ, non ille
voluisset e nobis legitimos liberos quærere.

352. ANONYMI, aliis MELEAGRI.

Dexteram Plutonis dei manum et nigrum

---

346. *Ex Epigrammatis Sancti Gregorii Theologi.*

Testis amicitiæ, nos inter magna, Sabine
Optime, quæ fuerat, parvus hic esto lapis.
Semper te cupiam. Si fas, Lethæa vicissim
Sumantur de me pocula nulla tibi.

348. SIMONIDÆ.

Edi multa, bibi multa, et probra plurima dixi,
Qui situs hic nunc sum, Timocreon Rhodius.

349. EJUSDEM.

Edi pauca, bibi minus, æger plurima vixi,
Vix tandem morior. Qui legis hæc pereas.

350. INCERTI.

Navita, sim cujus tumulus, ne quærere cura :
Hoc satis est : freta sint prosperiora tibi.

351. DIOSCORIDÆ,
de Lycambidibus.

Juramus quicquid fas est jurare sepultos,
Nos quas læva premit fama Lycambiades,
Nec pudor a nobis nec laus temerata parentum,
Nec pelago nomen nobile nostra Paros,
Sed trux Archilochus falsis rumoribus auctor,
In nostram vomuit qui probra fœda domum.
Per Styga, per Superos : nec nos Junonis in æde,
Nec per strata viæ vidimus Archilochum.
Si scisset nos esse lupas, non ille cupisset
Legitimum ex nostro corpore ferre genus.

352. INCERTI,
de Archilocho.

Per Jovis inferni dextram, Dominæque cubile,

ὄμνυμεν ἀῤῥήτου δέμνια Περσεφόνης,
παρθένοι ὡς ἔτυμον καὶ ὑπὸ χθονί· πολλὰ δ' ὁ πικρὸς
αἰσχρὰ καθ' ἡμετέρης ἔβλυσε παρθενίης
Ἀρχίλοχος· ἐπέων δὲ καλὴν φάτιν οὐκ ἐπὶ καλὰ
ἔργα, γυναικεῖον δ' ἔτραπεν ἐς πόλεμον.
Πιερίδες, τί κόρῃσιν ἔφ' ὑβριστῆρας ἰάμβους
ἐτράπετ', οὐχ ὁσίῳ φωτὶ χαριζόμεναι;

obtestamur non-dicendæ lectum Proserpinæ,
virgines nos vere *esse* etiam sub terra : multa vero acerbus
turpia in nostram effudit virginitatem
Archilochus ; versuumque pulchram loquelam non in pul-
opera, sed muliebre convertit in bellum. [chra
Pierides, quid in puellas injuriosos iambos
convertistis, impuro homini gratificatæ ?

353. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Τῆς πολιῆς τόδε σῆμα Μαρωνίδος, ἧς ἐπὶ τύμβῳ
γλυπτὴν ἐκ πέτρης αὐτὸς ὁρᾷς κύλικα.
Ἡ δὲ φιλάκρητος καὶ ἀεὶ λάλος οὐκ ἐπὶ τέκνοις
μύρεται, οὐ τεκέων ἀκτεάνῳ πατέρι·
ἓν δὲ τόδ' αἰάζει καὶ ὑπ' ἠρίον, ὅττι τὸ Βάκχου
ἄρμενον οὐ βάκχου πλῆρες ἕπεστι τάφῳ.

353. ANTIPATRI SIDONII.

Canæ hoc *est* monumentum Maronidis, cujus in tumulo
sculptum e petra ipse vides calicem :
illa autem bibax et usque loquax non de pueris
dolet, neque *de* puerorum egeno patre :
unum vero hoc gemit etiam sub tumulo, quod Bacchi
instrumentum non baccho plenum stet-super sepulcro.

354. ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Παίδων Μηδείης οὗτος τάφος, οὓς ὁ πυρίπνους
ζῆλος τῶν Γλαύκης θῦμ' ἐποίησε γάμων,
οἷς αἰεὶ πέμπει μειλίγματα Σισυφὶς αἶα,
μητρὸς ἀμείλικτον θυμὸν ἱλασκομένα.

354. GÆTULICI.

Puerorum Medeæ hoc *est* sepulcrum, quos ardens
æmulatio Glauces nuptiarum victimas fecit; [*hus*),
quibus semper mittit placamina Sisyphia terra (*Corin-*
matris nescium-placari animum ut-propitiet.

355. ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Τὴν ἱλαρὰν φωνὴν καὶ τίμιον, ὦ παριόντες,
τῷ χρηστῷ « χαίρειν » εἴπατε Πραξιτέλει·
ἦν δ' ὠνὴρ Μουσέων ἱκανὴ μερὶς, ἠδὲ παρ' οἴνῳ
κρήγυος. Ὦ χαίροις Ἀνδρίε Πραξίτελες.

355. DAMAGETI.

Hilarem vocem et honorificam, o viatores,
bono « salvere » dicite Praxiteli ;
erat enim vir Musarum digna pars, et inter pocula
jucundus. O salve, ex-Andro Praxiteles !

356. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἴς τινα ὑπὸ λῃστοῦ ἀναιρεθέντα καὶ ὑπ' αὐτοῦ πάλιν θαπτόμενον.

Ζωὴν συλήσας, δωρῇ τάφον· ἀλλά με κρύπτεις,
οὐ θάπτεις. Τοίου καὐτὸς ὄναιο τάφου.

356. INCERTI.

In quendam a prædone occisum et ab eo deinde sepultum.

Vitam prædatus gratificaris tumulum ; sed me occultas,
non sepelis. Tali etiam ipse fruaris tumulo !

357. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Κἂν με κατακρύπτῃς, ὡς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὁρῶντος,

357. ALIUD.

In eundem.

Etiamsi me occultas, tanquam nullo homine videnti,

Quod tegit arcanæ noctis inane chaos :
Virginitas nobis et adhuc illæsa, sed atrox
In nostram vomuit multa pudicitiam
Archilochus : vertens sua, non in facta virorum
Clara, sed in bellum carmina femineum.
Non erat, Aonides, vestrum læsura puellas
Nil jus curanti tradere tela viro.

353. ANTIPATRI SIDONII.

Hæc vetulæ sunt busta Maronidos, inque sepulcro
Ex lapide est sculptus, cernis ut ipse, calix.
Multibiba atque loquax : neque nunc de prole relicta,
Deque suæ prolis paupere patre, dolet.
Unam rem flendam putat et tumulata, quod aptum
Vas Bromio Bromii munera non habeat.

354. GÆTULICI.

Medeæ pueros tegit hic lapis, æmula Glauces
Mactavit thalamis quos furiata parens.
Sisyphis has tellus donis solemnibus umbras
Mitigat, ut matris non pia facta piet.

355. DAMAGETI.

Quisquis iter facis huc, blandaque piaque, memento,
Voce rogaris ave dicere Praxiteli.
Nam fuit Aonidum bona portio, verus et inter
Pocula : sis felix, Andrie Praxiteles.

356. INCERTI,
de quodam a prædone occiso et sepulto.

Abstuleras vitam, tumulum nunc das mihi : celas,
Non sepelis : sic et te precor alter humet.

357. INCERTI,
de eodem.

Me licet abscondas, nullus velut arbiter adsit,

ὄμμα Δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γινόμενα.

358. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἔκτανες, εἶτά με θάπτεις, ἀτάσθαλε, χερσὶν ἐκείναις,
αἷς με διεχρήσω· μή σε λάθοι Νέμεσις.

359. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἴ με νέκυν κατέθαπτες ἰδὼν οἰκτίρμονι θυμῷ,
εἶχες ἂν ἐκ μακάρων μισθὸν ἐπ' εὐσεβίῃ·
νῦν δ' ὅτε δὴ τύμβῳ με κατακρύπτεις ὁ φονεύσας,
τῶν αὐτῶν μετέχοις ὥνπερ ἐμοὶ παρέχεις.

360. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Χερσὶ κατακτείνας τάφον ἔκτισας, οὐχ ἵνα θάψῃς,
ἀλλ' ἵνα με κρύψῃς· ταὐτὸ δὲ καὶ σὺ πάθοις.

361. ΑΔΗΛΟΝ.

Υἱῖ πατὴρ τόδε σῆμα· τὸ δ' ἔμπαλιν ἦν τὸ δίκαιον·
ἦν δὲ δικαιοσύνης ὁ φθόνος ὠκύτερος.

362. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν σορὸς ἥδε κέκευθεν
Ἀετίου χρηστοῦ, ῥήτορος ἐκπρεπέος.
Ἦλθεν δ' εἰς Ἀΐδαο δέμας, ψυχὴ δ' ἐς Ὄλυμπον·
. . . . . .
. . . . . ἀθάνατον δὲ
οὔτε λόγος ποιεῖν οὔτε θεὸς δύναται.

363. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τετμενάνης δδε τύμβος εὐγλύπτοιο μετάλλου
ἥρωος μεγάλου νέκυος κατὰ σῶμα καλύπτει
Ζηνοδότου· ψυχὴ δὲ κατ' οὐρανόν, ᾗχί περ Ὀρφεύς,
ᾗχι Πλάτων, ἱερὸν θεοδέγμονα θῶκον ἐφεῦρεν.
Ἱππεὺς μὲν γὰρ ἔην βασιλήϊος ἄλκιμος οὗτος,
κύδιμος, ἀρτιεπής, θεοείκελος· ἐν δ' ἄρα μύθοις
Σωκράτεος μίμημα παρ' Αὐσονίοισιν ἐτύχθη·
παισὶ δὲ καλλείψας πατρώϊον αἶσιον ὄλβον,

oculus Justitiæ pers; icit quidquid fit.

358. ALIUD.

In eundem.

Occidisti, dein me sepelis, sceleste, manibus illis
quibus me interfeceras: ne te lateat Nemesis!

359. ALIUD.

In eundem.

Si me mortuum sepelivisses visum misericordi animo,
haberes ab immortalibus præmium ob pietatem:
nunc autem quoniam tumulo me occultas tu qui occidisti,
eadem mecum sortiare quæ mihi præstas.

360. ALIUD.

In eundem.

Manibus ubi occidisti, tumulum struxisti, non ut sepelires,
sed ut me occultares: idem porro et de te fiat!

361. INCERTI.

Filio pater hoc monumentum *struxit*: at contrarium erat
fuit autem justitiâ invidia celerior. [justum:

362. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Hic sacrum caput loculus iste abscondit
Aetii boni, oratoris excellentis: [pum.
Abiit autem ad Plutonem corpus, animus vero in Olym-
. . . . . .
. . . . . Sed immortalem
nec oratio facere nec deus potest.

363. ANONYMI.

. . . . . hic tumulus bene-sculpto e metallo
herois magni mortui corpus abscondit
Zenodoti; animus autem in cœlo, ubi Orpheus,
ubi Plato, sacram deos-capientem sedem invenit.
Eques enim erat imperatorius validus hic,
clarus, disertus, deo-similis; in sermonibus autem
Socratis æmulus apud Ausonios fuit;
pueris vero relinquens paternas felices opes,

Scito oculos magni cernere cuncta Jovis.

358. INCERTI,
de eodem.

Eripuisti animam, manibus me condis eisdem.
O scelus! ultorem crede venire Deum.

359. INCERTI,
de eodem.

Si me communem sortem miseratus humasses,
Æqua darent superi pro pietate tua.
Nunc homicida mei cum me tellure recondas,
Quod facis, optandum est, ut tibi fiat idem.

360. INCERTI,
de eodem.

Das interfector tumulum mihi, non ut humes me,
Ipse sed ut lateas: sit tibi sors eadem.

361. INCERTI.

Hoc tibi, nate, pater. Contra fuit æquius: æquum
Sed festinanti non placet invidiæ.

362. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Aetii sanctum caput hac tellure tenetur,
Qui bonus, et rhetor voce disertus erat.
Corpus humum, mens astra petit: præstare solutos
Morte nec eloquium, nec Deus ipse potest.

ὠμογέρων τέθνηκε, λιπὼν ἀπερείσιον ἄλγος
εὐγενέεσσι φίλοισι καὶ ἄστεϊ καὶ πολιήταις.

crude-senex obiit, relicto infinito dolore
nobilibus amicis et urbi et magistatibus.

364. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἀκρίδι καὶ τέττιγι Μυρὼ τόδε θήκατο σῆμα,
λιτὴν ἀμφοτέροις χερσὶ βαλοῦσα κόνιν,
ἵμερα δακρύσασα πυρῆς ἔπι· τὸν γὰρ ἀοιδὸν
Ἅδης, τὴν δ' ἑτέρην ἥρπασε Περσεφόνη.

364. MARCI ARGENTARII.

Locustæ et cicàdæ Myro hoc posuit monumentum,
tenuem ambabus manu quæ jecit pulverem,
præ-desiderio illacrimata super rogo : cantatricem enim
Pluto, alteram vero rapuit Proserpina.

365. ΖΩΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ, τοῦ καὶ ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Ἀΐδῃ ὃς ταύτης καλαμώδεος ὕδατι λίμνης
κωπεύεις νεκύων βᾶριν, ἐλεῶν ὀδύνης,
τῷ Κινύρου τὴν χεῖρα βατηρίδος ἐκβαίνοντι
κλίμακος ἐκτείνας, δέξο, κελαινὲ Χάρον·
πλάζει γὰρ τὸν παῖδα τὰ σάνδαλα· γυμνὰ δὲ θεῖναι
ἴχνια δειμαίνει ψάμμον ἔπ' ἠονίην.

365. ZONÆ SARDIANI, dicti DIODORI.

Plutoni qui hujus per arundinosi aquam lacus
remis agis mortuorum cymbam, miserans dolorem,
filio Cinyræ manum descensoria exeunti
scala protendens, excipe *eum*, ater Charon :
nam titubare faciunt puerum sandalia ; nuda autem impri-
vestigia horret arenam super littoralem. [mere

366. ΑΝΤΙΣΤΙΟΥ.

Ἀώου προχοαὶ σέ, Μενέστρατε, καὶ σέ, Μένανδρε,
λαῖλαψ Καρπαθίη, καὶ σὲ πόρος Σικελὸς
ὤλεσεν ἐν πόντῳ, Διονύσιε· φεῦ πόσον ἄλγος
Ἑλλάδι ! τοὺς πάντων κρέσσονας ἀθλοφόρων.

366. ANTISTII.

Aoi fluctus te, Menestrate, et te, Menander,
procella Carpathia, et te fretum Siculum
perdidit in ponto, Dionysi ; proh ! quantum dolorem
Helladi ! ex omnibus optimos athletas-victores.

367. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Αὔσονος Ἠγερίου μ' ἐλέει νέκυν, ᾧ μετιόντι
νύμφην ὀφθαλμοὺς ἀμβλὺ κατέσχε νέφος,
ὄμμασι δὲ πνοιὴν συναπέσβεσε μοῦνον ἰδόντος
κούρην. Φεῦ κείνης, Ἥλιε, θευμορίης !
Ἐρρέτω δὴ κεῖνο φθονερὸν σέλας, εἴθ' Ὑμέναιος
ἧψέ μιν οὐκ ἐθέλων, εἴτ' Ἀΐδης ἐθέλων.

367. ANTIPATRI.

Ausonis Egerii miserere corpus-inanime, cui petenti
sponsam oculos obscura occupavit nubes ;
una autem cum oculis spiritum exstinxit, tantummodo
puellam. Heu illam, Sol, fatalem-sortem ! [videntis
Pereat sane illa invida flamma, seu Hymenæus
accendit eam nolens, seu Orcus volens.

368. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Ἀτθὶς ἐγώ· κείνη γὰρ ἐμὴ πόλις· ἐκ δέ μ' Ἀθηνῶν
λοιγὸς Ἄρης Ἰταλῶν πρίν ποτ' ἐληΐσατο,
καὶ θέτο Ῥωμαίων πολιήτιδα· νῦν δὲ θανούσης
ὀστέα νησαίη Κύζικος ἠμφίασε.
Χαίροις ἡ θρέψασα, καὶ ἡ μετέπειτα λαχοῦσα
χθών με, καὶ ἡ κόλποις ὕστατα δεξαμένη.

368. ERYCII.

Attica ego : illic *est* enim mea urbs-patria : procul vero
exitiosus Mars Italûm olim prædam-abduxit [Athenis
et fecit Romanam civem ; nunc autem mortuæ
ossa insularis Cyzicus tegit.
Salve o tu quæ nutriisti, et tu quæ deinde obtinuisti
tellus me, et quæ gremio novissime excepisti !

369. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἀντιπάτρου ῥητῆρος ἐγὼ τάφος· ἡλίκα δ' ἔπνει
ἔργα, Πανελλήνων πεύθεο μαρτυρίης.
Κεῖται δ' ἀμφήριστος, Ἀθηνόθεν, εἴτ' ἀπὸ Νείλου
ἦν γένος· ἠπείρων δ' ἄξιος ἀμφοτέρων.

369. ANTIPATRI.

Antipatri oratoris ego tumulus ; quanta autem spirabat
opera, cunctorum Græcorum interroga testimonium.
Jacet autem ambiguus, Athenisne, an a Nilo
esset genere : terra vero dignus utraque.

---

368. ERYCII.

Atthis ego : patria est ea nam mihi ; me sed Athenis
Abripuit sævo Marte Latina manus.
Hic ego facta Quiris : sed nunc mea Cyzicus ossa,
Cyzicus æquoreo gurgite cincta, tegit.
Salve terra mihi genitrix tuque hospita tellus,
Tuque etiam cujus nunc requiesco sinu.

369. ANTIPATRI.

Antipatri tumulus sum rhetoris : ore diserto
Qualia præstiterit, Græcia testis erit.
Ambiguum Nilotis ei sit an Attica tellus
Patria : sed certe dignus utraque fuit.

Ἄστεα καὶ δ' ἄλλως ἑνὸς αἵματος, ὡς λόγος Ἕλλην·
κλήρῳ δ' ἡ μὲν ἀεὶ Παλλάδος, ἡ δὲ Διός.

370. ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Βάκχῳ καὶ Μούσῃσι μεμηλότα, τὸν Διοπείθους,
Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοὶ, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω,
ἐν πυρὶ τὴν ὀλίγην ὃς ἔχει κόνιν· εἰ δὲ Μένανδρον
δίζηαι, δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων.

371. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Γῆ μευ καὶ μήτηρ κικλήσκετο· γῆ με καλύπτει
καὶ νέκυν. Οὐ κείνης ἥδε χερειοτέρη·
ἔσσομαι ἐν ταύτῃ δηρὸν χρόνον· ἐκ δέ με μητρὸς
ἥρπασεν ἠελίου καῦμα τὸ θερμότατον.
Κεῖμαι δ' ἐν ξείνῃ, ὑπὸ χερμάδι, μακρὰ γοηθείς,
Ἴναχος, εὐπειθὴς Κρηναγόρου θεράπων.

372. ΛΟΛΛΙΟΥ ΒΑΣΣΟΥ.

Γαῖα Ταραντίνων, ἔχε μείλιχος ἀνέρος ἐσθλοῦ
τόνδε νέκυν. Ψεῦσται δαίμονες ἀμερίων!
ἦ γὰρ ἰὼν Θήβηθεν Ἀτύμνιος οὐκέτι πρόσσω
ἤνυσεν, ἀλλὰ τεὴν βῶλον ὑπωκίσατο·
ὀρφανικῷ δ' ἐπὶ παιδὶ λιπὼν βίον, εὖνιν ἔθηκεν
ὀφθαλμῶν. Κείνῳ μὴ βαρὺς ἔσσο τάφος.

373. ΘΑΛΛΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

Δισσὰ φάη, Μίλητε, τεῆς βλαστήματα γαίης,
Ἰταλὶς ὠκυμόρους ἀμφεκάλυψε κόνις·
πένθεα δὲ στεφάνων ἠλλάξαο· λείψανα δ', αἰαῖ,
ἔδρακες ἐν βαιῇ κάλπιδι κευθόμενα.
Φεῦ, πάτρα τριτάλαινα· πόθεν πάλιν ἢ πότε τοίους
ἀστέρας αὐχήσεις Ἑλλάδι λαμπομένους;

374. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Δύσμορος ἐκρύφθην πόντῳ νέκυς, ὃν παρὰ κῦμα

Urbes *ex* alioquin unius-sanguinis *sunt*, ut fama Græca; sorte autem hæc semper *est* Palladis, illa autem Jovis.

370. DIODORI.

Bacchi et Musarum curam, Diopithis filium,
Cecropiden sub me, hospes, Menandrum habeo,
igne hanc paucam qui habet (?) favillam. At si ipsum
quæris, reperies in Jovis *sede* aut Beatorum *insulis*.

371. CRINAGORÆ.

Terra et parens mea vocabatur; terra me abscondit
et mortuum. Non illâ hæc pejor:
ero in hac *per* longum tempus: a matre vero me
rapuit solis calor ardentissimus.
Jaceo autem in extera, sub lapide, longum defletus,
Inachus, docilis Crinagoræ famulus.

372. LOLLII BASSI.

Terra Tarentinorum, habe blanda viri boni
hoc inanime-corpus. Deceptores *sunt* genii mortalium!
Etenim profectus Thebis Atymnius non jam ulterius
pervenit, sed tuam glebam subiit;
orboque superstite puero linquens vitam, orbum reddidit
oculis (*duce*). Illi ne gravis esto tumulus.

373. THALLI MILESII.

Bina lumina, Milete, tuæ germina terræ,
Italicus mature-raptos circumvelavit pulvis,
luctuque coronas mutasti; reliquias autem, heu, heu,
vidisti in parva urna celatas:
Væh, patria ter-infelix, unde iterum aut quando tales
stellas jactabis Græciæ prælucentes?

374. MARCI ARGENTARII.

Infelix occultatus-sum mari mortuus, quem juxta fluctum

Fama refert ambas unius originis urbes
Esse: sed hæc sors est Palladis, illa Jovis.

370. DIODORI.

Eu ego Cecropidæ nati Diopithe Menandri,
Qui cordi Musis et tibi, Bacche, fuit,
Asservo cineres. Ipsum si forte requiras,
Elysiæ valles aut Jovis aula tenet.

371. CRINAGORÆ.

Terra vocabatur mater mea: vera peremptum
Condit terra, mihi fida parente magis:
Hæc me perpetuo servat sibi: solis ab æstu
Abstulerat matri me calor ante diem.
Inachus externa condor tellure, fleorque,
Crinagoræ quondam dextra fidelis hero.

372. LOLLII BASSI.

Ossa viri mitis, mitis cape terra Tarenti:
Heu vafros hominum fallere vota Deos!
A Thebis veniens cum vellet Atymnius ire
Longius, in gleba substitit ecce tua.
Pupillum veluti spoliatum luce reliquit:
Hoc grave; tu sed ei sis, rogo, terra levis.

373. THALLI.

Fulgentes, Milete, tuæ telluris alumnos
Ante diem binos Itala condit humus.
Sertorum speratus honor sit luctus, et eheu!
Hoc ab utroque, capit quod brevis urna, tuum est.
Ah patria infelix, quando jactabis, et unde
Talia te Grajis gentibus astra dare?

374. MARCI ARGENTARII.

Exanimum mare corpus habet, quod tristis ad undas

ἴκλαυσεν μήτηρ μυρία Λυσιδίκη,
ψεύστην αὐγάζουσα κενὸν τάφον· ἀλλά με δαίμων
ἄπνουν αἰθυίαις θῆκεν ὁμορρόθιον
Πνυταγόρην· ἔσχον δὲ κατ' Αἰγαίην ἅλα πότμον,
πρυμνούχους στέλλων ἐκ Βορέαο κάλους.
Ἀλλ' οὐδ' ὡς ναύτην ἔλιπον δρόμον, ἀλλ' ἀπὸ νηὸς
ἄλλην πὰρ φθιμένοις εἰσανέβην ἄκατον.

luxit mater incredibile-quantum Lysidice,
mendacem contemplans vacuum tumulum; sed me dæmon
exanimem mergis fecit consortem
Pnytagoram; habui autem per Ægæum mare exitium,
puppi-alligatos contrahens propter Boream funes.
Sed ne ita quidem nauticum desii cursum, sed e navi
aliam apud mortuos inscendi cymbam.

375. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Δώματά μοι σεισθέντα κατήριπεν· ἀλλ' ἐμὸς ἀπτὼς
ἦν θάλαμος, τοίχων ὀρθὰ τιναξαμένων,
οἷς ὑποφωλεύουσαν ὑπήλυθον αἱ κακόμοιροι
ὠδῖνες· σεισμῷ δ' ἄλλον ἔμιξα φόβον.
Μαῖα δέ μοι λοχίων αὐτὴ φύσις· ἀμφότεροι δὲ
κοινὸν ὑπὲρ γαίης εἴδομεν ἠέλιον.

375. ANTIPHILI BYZANTII.

Tecta mihi emota corruerunt; sed meus haud-collapsus
stabat thalamus, parietibus recto-statu succussis,
quos infra ut-in-antro-latentem subierunt miseri
partus-dolores; terræque motui alium miscui terrorem.
Obstetrix vero mihi partus ipsa *erat* natura, et utrique
communem super terra vidimus solem.

376. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Δείλαιοι, τί κεναῖσιν ἀλώμεθα θαρσήσαντες
ἐλπίσιν, ἀτηροῦ λῃθόμενοι θανάτου;
Ἦν ὅδε καὶ μύθοισι καὶ ἤθεσι πάντα Σέλευκος
ἄρτιος, ἀλλ' ἥβης βαιὸν ἐπαυρόμενος,
ὑστατίοις ἐν Ἴβηρσι, τόσον δίχα τηλόθι Λέσβου,
κεῖται ἀμετρήτων ξεῖνος ἐπ' αἰγιαλῶν.

376. CRINAGORÆ.

Miseri, quid vanis erramus confisi
spebus, infestæ obliti mortis?
Erat hic et sermonibus et moribus omnino Seleucus
perfectus; sed juventa parum fruens,
ultimis in Iberis, tam longe procul Lesbo,
jacet immensis hospes super littoribus.

377. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Εἰ καὶ ὑπὸ χθονὶ κεῖται, ὅμως ἔτι καὶ κατὰ πίσσαν
τοῦ μιαρογλώσσου χεύατε Παρθενίου,
οὕνεκα Πιερίδεσσιν ἐνήμεσε μυρία κεῖνα
φλέγματα καὶ μυσαρῶν ἄπλυσίην ἐλέγων.
Ἦλασε καὶ μανίης ἐπὶ δὴ τόσον, ὥστ' ἀγορεῦσαι
πηλὸν Ὀδυσσείην καὶ * βάτον Ἰλιάδα.
Τοιγὰρ ὑπὸ ζοφίαισιν Ἐρινύσιν ἀμμέσον ἧπται
Κωκυτοῦ κλοιῷ λαιμὸν ἀπαγχόμενος.

377. ERYCII.

Etsi sub terra jacet, nihilominus etiam nunc picem
impura-loquenti superfundite Parthenio,
quod in-Pieridas evomuit sexcentos illos
fluctus-puris, et abominandorum illuviem elegorum.
Processit etiam furoris in tantum, ut appellaret
lutum Odysseam, et sterquilinium Iliada.
Quapropter ab atris Furiis in-medio alligatus-est
Cocyto, canino-collari fauces constrictus.

378. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἔφθανεν Ἡλιόδωρος, ἐφέσπετο δ', οὐδ' ὅσον ὥρῃ
ὕστερον, ἀνδρὶ φίλῳ Διογένεια δάμαρ.
Ἄμφω δ', ὡς συνέναιον, ὑπὸ πλακὶ τυμβεύονται,
ξυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θάλαμον.

378. APOLLONIDÆ.

Occupavit Heliodorus, secuta-est autem, non quantum horâ
posterius, virum suum Diogenia uxor. [tumulantur,
Ambo autem, ut una-habitabant, *sic una* sub marmore
communi gaudentes etiam sepulcro sicut thalamo.

379. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

α. Εἰπὲ, Δικαιάρχεια, τί σοι τόσον εἰς ἅλα χῶμα
βέβληται, μέσσου γευόμενον πελάγους;

379. ANTIPHILI BYZANTII.

a. Dic, Dicæarchea, quid tibi tanta in mare moles
conjecta-est, medium attingens pelagum?

Lysidice flevit victa dolore parens,
Dum tumulum spectat vacuum. Sed in æquore fata
Jactari mergis me voluere parem
Pnytagoram: Boreæ dum flatibus apto rudentes,
Abstulit Ægæi me gravis ira freti.
Sed neque nave vehi desi tamen, hac rate namque
Expositum cepit me Stygis atra ratis.

376. CRINAGORÆ.

Debita gens morti, mortis tamen immemor, heu, quid
Ex spe perpetuum pendula turba sumus?
Moribus egregius, facunda voce Seleucus,
Cui dedit haud multum pulchra juventa sui,
A patria Lesbo terris procul hospes Iberis,
Littore in immenso flebilis umbra jacet

378. APOLLONIDÆ.

Heliodorus obit: vix tota interfuit hora,
Extinctum sequitur Diogenea virum.
Consortesque cubant et nunc: Hymenæus eosdem
Nam jugat in tumulo, quos prius in thalamo.

Κυκλώπων τάδε χεῖρες ἐνιδρύσαντο θαλάσσῃ
τείχεα· μέχρι πόσου, Γαῖα, βιαζόμεθα;
β. Κόσμου νηΐτην δέχομαι στόλον· εἰσιδὲ Ῥώμην
ἐγγύθεν, εἰ ταύτης μέτρον ἔχω λιμένα.

Cyclopum hos manus construxerunt-in ponto
muros : quo usque, Terra, vim-patimur? [Romam
b. Totius orbis navalem recipio exercitum : contemplare propius, si hujus mensuram *referentem* habeam portum.

380. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Εἰ καὶ τὸ σῆμα λυγδίνης ἀπὸ πλακὸς
καὶ ξεστὸν ὀρθῇ λαοτέκτονος στάθμῃ,
οὐκ ἀνδρὸς ἐσθλοῦ. Μὴ λίθῳ τεκμαίρεο,
ὦ λῷστε, τὸν θανόντα. Κωφὸν ἡ λίθος,
τῇ καὶ ζοφώδης ἀμφιέννυται νέκυς.
Κεῖται δὲ τῇδε τὠλιγηπελὲς ῥάκος
Εὐνικίδαο, σήπεται δ' ὑπὸ σποδῷ.

380. CRINAGORÆ.

Etsi monumentum marmorea e tabula,
et lævigatum recto lapidarii canone,
non *est* viri boni. Ne ex-lapide conjicias,
optime, mortuum *qualis sit*. Sine-sensu *est* lapis,
quo et obscurum circumvestitur cadaver.
Jacet autem hic debilis *et* lacera-vestis (*corpus*)
Eunicidæ, et putrescit sub favilla.

381. ΕΤΡΟΥΣΚΟΥ ΑΠΟ ΜΕΣΣΗΝΗΣ.

Ἡ μία καὶ βιότοιο καὶ Ἄϊδος ἦγαγεν εἴσω
ναῦς Ἱεροκλείδην, κοινὰ λαχοῦσα τέλη.
Ἔτρεφεν ἰχθυβολεῦντα, κατέφλεγε τεθνειῶτα,
σύμπλοος εἰς ἄγρην, σύμπλοος εἰς Ἀΐδην.
Ὄλβιος ὁ γριπεὺς ἰδίῃ καὶ πόντον ἐπέπλει
νηΐ, καὶ ἐξ ἰδίης ἔδραμεν εἰς Ἀΐδην.

381. ETRUSCI MESSENII.

Una et ad victum et ad Orcum duxit
navis Hieroclidam, communem sortita finem.
Nutriebat pisces-captantem, comburebat mortuum,
navigationis-socia in capturam, in Orcum.
Fortunatus piscator propria et pontum secabat
navi, et ex propria cucurrit in Orcum.

382. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἠπείρῳ μ' ἀποδοῦσα νέκυν, τρηχεῖα θάλασσα,
σύρεις καὶ τέφρης λοιπὸν ἔτι σκύβαλον.
Κἠν Ἀΐδῃ ναυηγὸς ἐγὼ μόνος, οὐδ' ἐπὶ χέρσου
εἰρήνην ἕξω φρικαλέης σπιλάδος.
Ἢ τύμβευε κανοῦσα καθ' ὕδατος, ἢ παραδοῦσα
γαίῃ, τὸν κείνης μηκέτι κλέπτε νέκυν.

382. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Continenti me quæ-reddidisti mortuum, asperum mare
trahis et favillæ reliquum adhuc purgamentum.
Etiam apud Orcum naufragus ego solus, neque in telluro
pacem habebo ab-horrendo scopulo.
Aut sepeli quem-occidisti sub aqua, aut ubi-tradidisti
terræ, ejus ne-jam surripe mortuum.

383. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἠόνιον τόδε σῶμα βροτοῦ παντλήμονος ἄθρει
σπαρτὸν, ἁλιῤῥαγέων ἐκχύμενον σκοπέλων·
τῇ μὲν ἐρημοκόμης κεῖται καὶ χῆρος ὀδόντων
κόρση· τῇ δὲ χερῶν πενταφυεῖς ὄνυχες,
πλευρά τε σαρκολιπῆ, ταρσοὶ δ' ἑτέρωθεν ἄμοιροι
νευρῶν, καὶ κώλων ἔκλυτος ἁρμονίη.
Οὗτος ὁ πουλυμερὴς εἷς ἦν ποτε. Φεῦ μακαριστοὶ,
ὅσσοι ἀπ' ὠδίνων οὐκ ἴδον ἠέλιον!

383. EJUSDEM.

In-littore hoc corpus mortalis infelicissimi cerne
dispersum, de-fractis-mari effusum sc pulis :
hic quidem coma-denudatum jacet et viduatum dentibus
caput; illic vero manuum quintupliciter-enati ungues,
lateraque absque-carnibus, tali autem ex-altera-parte exper-
nervorum, et membrorum resoluta compages. [tes
Hic in-multa-discerptus unus erat quondam. Hei beati
quotquot a partu non viderunt solem.

---

381. ETRUSCI MESSENII.

Fida Hieroclidæ vitæ mortisque ministra,
Officium duplex præstitit una ratis.
Hinc epulas habuit piscator, mortuus ignem :
Sic comes ad prædas, ad Styga facta comes.
Felix ille sua sciderat qui nave profundum,
Infernumque sua nave cucurrit iter.

382. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Expositum terris nec sic in pace relinquis,
Sed cineres vexas æquoris unda meos.
Unus post mortem sum naufragus; horrida cogor,
Cum teneam terras, saxa timere maris.
Aut me sume tuis et fluctibus obrue totum,
Aut tibi ne terræ tradita membra pete.

383. EJUSDEM.

Sparsa vides hominis miseri monumenta per actam,
A scopulis jacta quæ feriuntur aqua.
Dentibus hic orbum caput est, et honore comarum :
Est illic quinis unguibus apta manus.
Ast alibi sine carne latus, nervisque solutus
Pes jacet : a toto corpore corpus abest.
Tot lacer in partes, unus fuit ante. Beati,
Queis erepta prius quam data vita fuit.

384. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἡ Βρόμιον στέρξασα πολὺ πλέον ἢ τροφὸς Ἰνώ,
ἡ λάλος ἀμπελίνη γρῆυς Ἀριστομάχη,
ἡνίκα τὴν ἱερὴν ὑπέδυ χθόνα, πᾶν τ' ἐμαράνθη
πνεῦμα πάρος κυλίκων πλεῖστον ἐπαυρομένης,
εἶπε τάδ'· « Ὦ Μινοῖ, πῆλαι, φέρε, κάλπιν ἑλαφρήν·
« οἴσω κυάνεον τοὺξ Ἀχέροντος ὕδωρ·
« καὐτὴ παρθένιον γὰρ ἀπώλεσα ». Τοῦτο δ' ἔλεξε
ψευδὲς, ἵν' αὐγάζῃ κἠν φθιμένοισι πίθον.

385. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἥρως Πρωτεσίλαε, σὺ γὰρ πρώτην ἐμύησας
Ἴλιον Ἑλλαδικοῦ θυμὸν ἰδεῖν δόρατος,
καὶ περὶ σοῖς τύμβοις ὅσα δένδρεα μακρὰ τέθηλε,
πάντα τὸν εἰς Τροίην ἐγκεκύηκε χόλον·
Ἴλιον ἢν ἐσίδῃ γὰρ ἀπ' ἀκρεμόνων κορυφαίων,
καρφοῦται, πετάλων κόσμον ἀναινόμενα.
Θυμὸν ἐπὶ Τροίῃ πόσον ἔζεσας, ἡνίκα τὴν σὴν
σώζει καὶ στελέχῃ μῆνιν ἐπ' ἀντιπάλους!

386. ΒΑΣΣΟΥ ΛΟΛΛΙΟΥ.

Ἥδ' ἐγὼ ἡ τοσάκις Νιόβη λίθος, ὁσσάκι μήτηρ·
δύσμορος ἢ μαστῶν [θερμὸν] ἔπηξα γάλα·
Ἀΐδεω πολὺς ὄλβος ἐμῆς ὠδῖνος ἀριθμὸς,
ᾧ τέκον. Ὦ μεγάλης λείψανα πυρκαϊῆς!

387. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Θειονόης ἔκλαιον ἐμῆς μόρον, ἀλλ' ἐπὶ παιδὸς
ἐλπίσι κουφοτέρας ἔστενον εἰς ὀδύνας.
Νῦν δέ με καὶ παιδὸς φθονερή γ' ἀπενόσφισε Μοῖρα·
φεῦ! βρέφος ἐψεύσθην καὶ σὲ τὸ λειπόμενον.
Περσεφόνη, τόδε πατρὸς ἐπὶ θρήνοισιν ἄκουσον·
θὲς βρέφος ἐς κόλπους μητρὸς ἀποιχομένης.

388. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὅμιλος
ὦσεν, ὅτ' εἰς ἄκρην ἦλθε τυραννοφόνος.
Ἀλλὰ Δίκα μιν ἔθαψεν· ἀποσπασθεῖσα γὰρ ὄχθη
πᾶν δέμας ἐς κορυφὴν ἐκ ποδὸς ἐκτέρισεν·
κεῖται δ' οὐχ ὑδάτεσσι διάβροχος· αἰδομένα δὲ

384. MARCI ARGENTARII.

Quæ Bromium diligebat multo magis quam nutrix Ino,
garrula vitium-amans anus Aristomache,
quum sacram subiit tellurem, omnisque exsiccatus-est
spiritus antea calicibus summopere gavisæ,
dixit hæc : « O Minos, move, age, urnam levem :
« feram cæruleam ex Acheronte aquam;
« nam et ipsa juvenilem-maritum perdidi. » Hoc auteir.
falsum, ut aspiceret et inter mortuos dolium. [dixit

385. PHILIPPI.

Heros Protesilae, tu enim primum edocuisti
Ilium Hellenicæ furorem videre hastæ,
et circa tuum tumulum quotquot arbores altæ creverunt,
cunctæ illà in Trojam gravidæ-sunt bile :
Ilium quando vident enim a ramis in-cacumine,
arescunt, foliorum ornamen detestatæ.
Odio in Trojam quanto *tum* exarsisti, quum tuam
servent etiam stirpes-arboreæ iram in hostes!

386. BASSI LOLLII.

Hæc ego Niobe quæ toties lapis, quoties mater;
infelix, quæ mammarum [calidum] coagulavi lac.
Orci magnæ divitiæ meorum partuum *est* numerus,
Orci, cui peperi. O ex-magno reliquiæ rogo!

387. BIANORIS.

Theonoes deflebam meæ mortem, sed ob pueri
spes levioribus gemebam doloribus.
Nunc autem me et a-puero invida sane sejunxit Parca.
Heu, fraudatus-sum etiam te, puero relicto!
Proserpina, hoc patris inter gemitus audi :
pone infantem in sinus matris exstinctæ.

388. EJUSDEM.

Piscibus et flumini *ferendum* Clitonymum inimica turba
præcipitavit, quum in arcem venit tyrannicida.
Sed Justitia eum sepelivit : avulsa enim ripa
totum corpus in caput a pede tumulavit :
jacet autem non aquis permadefactus; reveritaque

---

384. MARCI ARGENTARII.

Garrula, quæ Bromium plus quam Matertera nutrix
Dilexit, senii grandis Aristomache,
Cum sacram successit humum, cum spiritus omnis
Tabuit (hunc multus foverat ante calix),
Alloquitur Minoa : Levem mihi da precor urnam,
Ut nigro latices ex Acheronte feram.
Virginitas etiam periit mihi. Finxerat illud,
Nempe ut et umbra tamen dolia conspiceret.

387. BIANORIS.

Thaonoes mortem deflebam conjugis; ob spem
Sed pueri levior pectore luctus erat.
Invida nec puerum nobis nunc fata relinquunt;
Vota fefellisti tu quoque, parve, mea.
Hoc saltem lacrymis concede, Proserpina, patris,
In matris puerum, te rogo, pone sinu.

388. EJUSDEM.

Te captum in media, Clitonyme, cæde tyranni
Piscibus et fluvio gens inimica dabant.
Non tulit invidiam tantam Deus arbiter æqui,
Ripaque te totum lapsa repente tegit.
Non igitur vir fortis aquis agitabere : justæ

Γᾶ κεύθει τὸν ἑᾶς ὅρμον ἐλευθερίας.

389. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Καὶ τίς ὃς οὐκ ἔτλη κακὸν ἔσχατον υἱέα κλαύσας;
ἀλλ' ὁ Ποσειδίππου πάντας ἔθαψε δόμος
τέσσαρας, οὓς Ἀΐδαο συνήριθμον ἥρπασεν ἦμαρ,
τὴν πολλὴν παίδων ἐλπίδα κειράμενον.
Πατρὸς δ' ὄμματα λυγρὰ κατομβρηθέντα γόοισιν
ὤλετο· κοινή που νὺξ μία πάντας ἔχει.

390. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Κυλλήνην ὄρος Ἀρκάδων ἀκούεις·
αὕτη σῆμ' ἐπίκειτ' Ἀπολλοδώρῳ.
Πίσηθέν μιν ἰόντα νυκτὸς ὥρῃ
ἔκτεινεν Διόθεν πεσὼν κεραυνός.
Τηλοῦ δ' * Αἰγανέης τε καὶ Βεροίης
νικηθεὶς Διὸς ὁ δρομεὺς καθεύδει.

391. ΒΑΣΣΟΥ ΛΟΛΛΙΟΥ.

Κλειδοῦχοι νεκύων, πάσας Ἀΐδαο κελεύθους
φράγνυτε· καὶ στομίοις κλεῖθρα δέχοισθε, πύλαι.
Αὐτὸς ἐγὼν Ἀΐδας ἐνέπω· Γερμανικὸς ἄστρων,
οὐκ ἐμός· οὐ χωρεῖ νῆα τόσην Ἀχέρων.

392. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΣΙΝΩΠΕΩΣ.

Λαῖλαψ καὶ πολὺ κῦμα καὶ ἀντολαὶ Ἀρκτούροιο,
καὶ σκότος, Αἰγαίου τ' οἶδμα κακὸν πελάγευς,
ταῦθ' ἅμα πάνθ' ἑκύκησεν ἐμὴν νέα· τριχθὰ δὲ κλασθεὶς
ἱστὸς ὁμοῦ φόρτῳ κἀμὲ κάλυψε βυθῷ.
Ναυηγὸν κλαίοιτε παρ' αἰγιαλοῖσι, γονῆες,
Τλησιμένη, κωφὴν στησάμενοι λίθακα.

393. ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΚΑΡΥΣΤΙΟΥ.

Μή με κόνι κρύψητε, τί γάρ; πάλι, μηδ' ἐπὶ ταύτης
ἠόνος οὐκ ὀνοτὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε.
Μαίνεται εἰς με θάλασσα, καὶ ἐν χέρσοιό με δειλὸν
εὑρίσκει ῥαχίαις· οἶδέ με κἠν Ἀΐδῃ.
Χέρσῳ ἐπεκβαίνειν εἰ ἐμεῦ χάριν ὕδατι θυμός,
* πάρκειμαι σταθερῇ μιμνέμεν ὡς ἄταφος.

Terra celat suæ portum libertatis.

389. APOLLONIDÆ.

Et quis *est* qui non exantlavit malum ultimum, filium
sed Posidippi cunctos sepelivit domus [*unum* plorans?
quattuor *filios*, quos Plutonis (*fatales*) eodem-numero
multam puerorum spem præcidentes. [rapuerunt dies,
Patris vero oculi tristes perfusi lacrimis
perierunt : communis, opinor, nox una omnes habet.

390. ANTIPATRI.

Cyllenen montem Arcadum *esse* audis;
hic monumentum stat-super Apollodoro.
Pisa illum redeuntem nocturnâ horâ
occidit a-Jove lapsum fulmen.
Procul vero ab-Ægadisque et Berœa
victus a-Jove cursor dormit.

391. BASSI LOLLII.

Janitores mortuorum, omnes Orci aditus
occludite, et rimis *serarum* claves accipiatis, portæ.
Ipse ego Pluto edico : Germanicus astrorum *est*,
non meus : non capit navem tantam Acheron.

392. HERACLIDÆ SINOPENSIS.

Turbo-venti et multus fluctus, et ortus Arcturi,
et tenebræ, Ægæique tumor malus pelagi,
hæc simul omnia disjecere meam navem; et in-tria fractus
malus una-cum onere etiam me mersit-in profundo.
Naufragum lugete juxta littus, parentes,
Tlesimenem, inanem statuentes lapidem.

393. DIOCLIS CARYSTII.

Ne me pulvere occultetis (quid enim *juvat?*) rursus, neu
littoris non culpandam humum mihi imponite. [hujus
Furit in me pontus, et in solidæ-terræ me miserum
invenit scopulis : novit me vel in Orco.
In-solidam-terram excedere si mei causa aquæ lubet,
satis-habeo in-firmo-solo manere ut *sum* insepultus.

Pro libertatis vindice fecit humus.

389. APOLLONIDÆ.

Dura quidem patitur, nati qui funera luget,
Dura : Posidippi sed graviora domus;
Quattuor heu natis in quattuor orba diebus :
Spe sobolis quanta decidit ille pater.
Nec satis hoc : etiam crebro sua lumina fletu
Perdidit, et sic nox omnibus est eadem.

390. ANTIPATRI.

Cyllene tibi notus Arcadum mons
Totus pro tumulo est Apollodoro.
Pisis per tenebras iter capessens
Cœlesti cecidit crematus igne,
Longeque Æganea, procul Berœa,
Cursor jam cubat a Jove occupatus.

392. HERACLIDÆ SINOPENSIS.

Nox gravis Ægæumque furens in fluctibus æquor
Arcturusque oriens, et freta nimbus agens;
Tanta meam petiere ratem mala; fracta ter arbor
Me maris in fundum misit onusque simul.
Tlesimenem tristes ad littora flete parentes,
Et facite ut teneat nomen inane lapis.

394. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Μυλεργάτας ἀνήρ με κὴν ζωᾶς χρόνοις
βαρυβρομήταν εἶχε δινητὸν πέτρον,
πυρηφάτον Δάματρος εὐκάρπου λάτριν,
καὶ κατθανὼν στάλωσε τῷδ' ἐπ' ἠρίῳ,
σύνθημα τέχνας· ὡς ἔχει μ' ἀεὶ βαρὺν,
καὶ ζῶν ἐν ἔργοις, καὶ θανὼν ἐπ' ὀστέοις.

394. PHILIPPI THESSALON.

Vir molitor me et in vitæ temporibus
graviter-strepentem habebat versatilem petram,
frumentum-comminuentem Cereris feracis famulam,
et mortuus cippi-vice-posuit hoc super monumento,
indicium artis : sic habet me semper gravem,
et vivens in laboribus, et mortuus super ossa.

395. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Οὗτος ὁ Καλλαίσχρου κενεὸς τάφος, ὃν βαθὺ χεῦμα
ἔσφηλεν Λιβυκῶν ἐνδρομέοντα πόρων,
συρμὸς ὅτ' Ὠρίωνος ἀνεστρώφησε θαλάσσης
βένθος ὑπὸ στυγερῆς οἴδματι πανδυσίης.
Καὶ τὸν μὲν δαίσαντο κυκώμενον εἰν ἁλὶ θῆρες,
κωφὸν δὲ στήλη γράμμα λέλογχε τόδε.

395. MARCI ARGENTARII.

Hic Callæschri vacuus tumulus, quem profundum fluen-
mersit Libyca percurrentem freta, [tum
quum violentus-impetus Orionis evertit maris
imas-sedes tumenti-fluctu per funestum astri-occasum.
Et eum quidem epulatæ-sunt pessum-datum in mari belluæ,
inanem vero cippus titulum sortitus-est hunc.

396. ΒΙΑΝΟΡΟΣ ΒΙΘΥΝΟΥ.

Οἰδίποδος παίδων Θήβη τάφος· ἀλλ' ὁ πανώλης
τύμβος ἔτι ζώντων αἰσθάνεται πολέμων.
Κείνους οὔτ' Ἀΐδης ἐδαμάσσατο, κὴν Ἀχέροντι
μάρνανται· κείνων χὠ τάφος ἀντίπαλος,
καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον. Ὦ ἐλεεινοὶ
παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων!

396. BIANORIS.

Œdipi puerorum Thebæ tumulus; sed omnia-delens
sepulcrum adhuc viva sentit *eorum* bella.
Illos neque Pluto domuit, et in Acheronte
pugnant; illorum vel tumulus adversarius,
et igni ignem manifestarunt contrarium. O miserandi
pueri, insopitis qui-manum-admovistis hastis!

397. ΕΡΥΚΙΟΥ ΘΕΤΤΑΛΟΥ.

Οὐχ ὅδε δείλαιος Σατύρου τάφος, οὐδ' ὑπὸ ταύτῃ,
ὡς λόγος, εὕνηται πυρκαϊῇ Σάτυρος·
ἀλλ' εἴ που τινὰ πόντον ἀκούετε, πικρὸν ἐκεῖνον,
τὸν πέλας αἰγονόμου κλυζόμενον Μυκάλας,
κείνῳ δινήεντι καὶ ἀτρυγέτῳ ἔτι κεῖμαι
ὕδατι, μαινομένῳ μεμφόμενος Βορέῃ.

397. ERYCII THESSALI.

Non hoc est miserum Satyri sepulcrum, neque sub hoc,
ut fama *fert*, dormit rogo Satyrus :
sed sicubi quendam pontum auditis, amarum illum,
non procul capras-pascenti fluctuantem Mycala,
in-illa vorticosa et infœcunda adhuc jaceo
aqua, furentem incusans Boream.

398. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Οὐκ οἶδ' εἰ Διόνυσον ὀνόσσομαι, ἢ Διὸς ὄμβρον
μέμψομ'· ὀλισθηροὶ δ' εἰς πόδας ἀμφότεροι.
Ἀγρόθε γὰρ κατιόντα Πολύξενον ἔκ ποτε δαιτὸς
τύμβος ἔχει γλίσχρων ἐξεριπόντα λόφων·
κεῖται δ' Αἰολίδος Σμύρνης ἑκάς. Ἀλλά τις ὄρφνης

398. ANTIPATRI.

Nescio utrum Bacchum culpaturus-sim, an Jovis imbrem
accusaturus : nam lapsare-faciunt pedes ambo.
Ex-agro enim revertentem Polyxenum aliquando post cenam
tumulus habet lubricis prolapsum collibus;
jacetque Æolia Smyrna procul. Jam quisque noctu

---

395. MARCI ARGENTARII.

Hic est Callæschri tumulus, sed inanis, ab Afro
Littore quem vectum dira fefellit aqua :
Cum pelagus subiens, quod jam turbabat Orion,
Exciit ex imis æquora torta vadis.
Illum subter aquas pisces edere marini;
Nominis hæ servat muta columna notas.

396. BIANORIS BITHYNI,

de Eteocle et Polynice.

Œdipodæ natis urbs est Thebana sepulchrum;
At tumulus quondam prælia sentit adhuc.
Ipse nec hos Acheron domuit, sed pugnat in Orco
Pars quoque, nec bustum fœdera pacis habet.
Secta favilla docet. Miseri! qui talia tela
Tractarunt, quorum non datur ulla quies.

397. ERYCII THESSALI.

Non est hic Satyri tumulus, ne credite famæ :
Relliquias Satyri non tegit iste rogus.
Horrisonum vestras si quod mare venit ad aures,
Quod Mycales pulsat pascua grata capris,
Illius in vastis et triste furentibus undis
Nunc etiam jaceo, deque Aquilone queror.

398. ANTIPATRI.

Accusem Bromii laticem magis, an Jovis imbrem,
Nescio; nam dubios fallit uterque pedes.
Post epulas rediit qui rure Polyxenus, ecce
Hic jacet, ex collis decidit ille luto.
Quam nunc Smyrna viro procul Æolis! Imbre madentes,

δειμαίνοι μεθύων ἁτραπὸν ὑετίην.

399. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Τηλοτάτω χεύασθαι ἔδει τάφον Οἰδιπόδαο
παισὶν ἀπ' ἀλλήλων, οἷς πέρας οὐδ' Ἀΐδας·
ἀλλὰ καὶ εἰς Ἀχέροντος ἕνα πλόον ἠρνήσαντο,
χὠ στυγερὸς ζώει κἠν φθιμένοισιν Ἄρης.
Ἠνίδε πυρκαϊῆς ἄνισον φλόγα· δαιομένα γὰρ
ἐξ ἑνὸς εἰς δισσὰν δῆριν ἀποστρέφεται.

400. ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

Τοῦτ' ὀστεῦν φωτὸς πολυεργέος. Ἦ ῥά τις ἦσθα
ἔμπορος, ἢ τυφλοῦ κύματος ἰχθυβόλος.
Ἄγγειλον θνητοῖσιν ὅτι σπεύδοντες ἐς ἄλλας
ἐλπίδας εἰς τοίην ἐλπίδα λυόμεθα.

401. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Τήνδ' ὑπὸ δύσβωλον θλίβει χθόνα φωτὸς ἀλιτροῦ
ὀστέα μισητῆς τύμβος ὑπὲρ κεφαλῆς,
στέρνα τ' ἐποκριόεντα, καὶ οὐκ εὐόδμων ὀδόντων
πρίονα, καὶ κώλων δούλιον οἰοπέδην,
ἄτριχα καὶ κόρσην, Εὐνικίδου ἡμιπύρωτα
λείψαν', ἔτι χλωρῆς ἔμπλεα τηκεδόνος.
Χθὼν ὦ δυσνύμφευτε, κακοσκήνευς ἐπὶ τέφρης
ἀνδρὸς μὴ κούφη κέκλισο, μηδ' ὀλίγη.

402. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Χειμερίου νιφετοῖο περὶ θριγκοῖσι τακέντος
δῶμα πεσὸν τὴν γραῦν ἔκτανε Λυσιδίκην·
σῆμα δέ οἱ κωμῆται ὁμώλακες οὐκ ἀπ' ὀρυκτῆς
γαίης, ἀλλ' αὐτὸν πύργον ἔθεντο τάφον.

403. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ψύλλος, ὁ τὰς ποθινὰς ἐπιμισθίδας αἰὲν ἑταίρας
πέμπων ἐς τὰ νέων ἡδέα συμπόσια,
οὗτος ὁ θηρεύων ἀταλόφρονας, ἐνθάδε κεῖται,
αἰσχρὸν ἀπ' ἀνθρώπων μισθὸν ἐνεγκάμενος.
Ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον, ὁδοιπόρε, μήτε σὺ βάλλε,
μήτ' ἄλλον πείσῃς· σῆμα λέλογχε νέκυς.
Φεῖσαι δ' οὐχ ὅτι κέρδος ἐπήνεσεν, ἀλλ' ὅτι κοινὰς

timeat ebrius viam pluvia-madidam.

399. ANTIPHILI.

Remotissime aggerare oportebat tumulum Œdipi
pueris alteri ab-altero, quibus finis *inimicitiarum* nec
sed vel in Acherontem una navigare recusarunt, [Orcus;
et invisus vivit etiam in exstinctis Mars.
Ecce pyræ disparem flammam! succensa enim
ex uno *rogo* in duas partes-rixantes et aversas-abit.

400. SERAPIONIS ALEXANDRINI.

Hocce os viri laboriosi. Sane quidam eras
mercator, aut cæcis in-fluctibus piscator.
Nuncia mortalibus nos, festinantes in alias
spes, in talem spem *omnes* tandem-deferri.

401. CRINAGORÆ.

Hac sub infœcunda premit terra hominis scelesti
ossa odioso tumulus super capite,
pectoraque confragosa, et non bene-olentem dentium
serram, et crurum servilem compedem,
depilatum et caput, Eunicidæ semiustulatas
reliquias, adhuc viridantis plenas putredinis.
Terra o male-desponsata, deformis-corpore super favillam
viri ne levis incumbas, neu modica.

402. ANTIPATRI.

Hiberna nive circa summos-parietes diluta
domus lapsa anum occidit Lysidicen;
monumentumque ei pagi-incolæ vicini non ex effossa
terra, sed ipsam turrim posuerunt tumulum.

403. MARCI ARGENTARII.

Psyllus, qui exoptatas meritorias semper amicas
mittebat in juvenum dulcia convivia;
hic qui venabatur infirma-mente-puellas, hic jacet.
turpem ab hominibus mercedem adeptus.
Sed lapides in tumulum, viator, neque tu mitte, [tuus.
neque sis-auctor alii: monumentum sortitus-est mor-
Parce non quod lucrum appetivit, sed quod communes

Quisquis es, ergo vias ebrius ire time.

400. SERAPIONIS ALEXANDRINI.

Hoc cujus fuit os? vir eras puto fallere pisces
Impiger, aut gravidæ vendere navis onus.
Dic igitur cunctis, nobis spes surgere multas;
Nostra sed has in spes omnia desinere.

401. CRINAGORÆ.

Hac tumuli sub mole viri premit ossa nefandi
Infelix tellus, et furiale caput;
Corque dolos spirans et serras oris olentis
Vinclaque serviles quæ tenuere pedes,

Calvamque Eunidici tripilem, detritaque membra
A febre, quæ viridi nunc quoque tabe fluunt.
At tu quæ fœdo cineres de corpore servas,
Nec parva impende terra, nec esto levis.

403. MARCI ARGENTARII.

Psyllas amatrices toties qui miserat emptas
Ad juvenum vino læta sodalitia,
Hic jacet, incautas qui circumscribere mentes
Norat, et inde lucrum turpe parare sibi.
Ne tamen in tumulum lapides jaculare, viator,
Nec fieri jubeas: res reverenda cinis.
Parce rogo; quæstum fecit: sed publica præbens

θρέψας, μοιχεύειν οὐκ ἐδίδαξε νέους.

404. ΖΩΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

Ψυχρᾶς σευ κεφαλᾶς ἐπαμήσομαι αἰγιαλῖτιν
θῖνα κατὰ κρυεροῦ χευάμενος νέκυος·
οὐ γάρ σευ μήτηρ ἐπιτύμβια κωκύουσα
εἶδεν ἁλίξαντον σὸν μόρον εἰνάλιον·
ἀλλά σ' ἐρημαῖοί τε καὶ ἄξεινοι πλαταμῶνες
δέξαντ' Αἰγαίης γείτονες ἠϊόνος·
ὥστ' ἔχε μὲν ψαμάθου μόριον βραχὺ, πουλὺ δὲ δάκρυ,
ξεῖν', ἐπεὶ εἰς ὁλοὴν ἔδραμες ἐμπορίην.

405. ΜΙΜΝΕΡΜΟΥ, οἱ δὲ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ὦ ξεῖνε, φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον
τὸν φρικτὸν Ἱππώνακτος, οὗτε χὰ τέφρα
ἰαμβιάζει Βουπάλειον ἐς στύγος,
μή πως ἐγείρῃς σφῆκα τὸν κοιμώμενον,
ὃς οὐδ' ἐν ᾅδῃ νῦν κεκοίμικεν χόλον,
σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη.

406. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Εὐφορίων, ὁ περισσὸν ἐπιστάμενός τι ποῆσαι,
Πειραϊκοῖς κεῖται τοῖσδε παρὰ σκέλεσιν.
Ἀλλὰ σὺ τῷ μύστῃ ῥοιὴν ἢ μῆλον ἄπαρξαι,
ἢ μύρτον· καὶ γὰρ ζωὸς ἐὼν ἐφίλει.

407. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Ἥδιστον φιλέουσι νέοις προσανάκλιμ' ἐρώτων,
Σαπφὼ, σὺν Μούσαις ἦ ῥά σε Πιερίη
ἢ Ἑλικὼν εὔκισσος, ἴσα πνείουσαν ἐκείναις,
κοσμεῖ, τὴν Ἐρέσῳ Μοῦσαν ἐν Αἰολίδι,
ἢ καὶ Ὑμὴν Ὑμέναιος ἔχων εὐφεγγέα πεύκην
σὺν σοὶ νυμφιδίων ἵσταθ' ὑπὲρ θαλάμων·
ἢ Κινύρεω νέον ἔρνος ὀδυρομένῃ Ἀφροδίτῃ
σύνθρηνος, μακάρων ἱερὸν ἄλσος ὁρῇς·
πάντη, πότνια, χαῖρε θεοῖς ἴσα· σὰς γὰρ ἀοιδὰς
ἀθανάτων ἄγομεν νῦν ἔτι θυγατέρας.

408. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Ἀτρέμα τὸν τύμβον παραμείβετε, μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ

dum-aluit, murchari non docuit juvenes.

404. ZONÆ SARDIANI.

Frigidum in caput tuum aggeram littoralem
congeriem in gelidum fundens cadaver.
Non enim tua mater super-tumulum lamentans
vidit mari-verberatum tuum mortui-corpus in-aquis.
sed te solitariæque et inhospitæ plagæ
acceperunt Ægæi vicinæ littoris. [vero lacrimam,
Quare habe arenæ quidem particulam brevem, multam
hospes, quum in perniciosam cucurreris navigationem.

405. MIMNERMI, aliis PHILIPPI.

O hospes, fuge verbis-grandinantem tumulum,
horrendum, Hipponactis, cujus etiam favilla
iambis-invehitur Bupalense in odium,
ne qua suscites vespam dormientem,
quæ ne in Orco quidem nunc sopivit bilem,
claudicantibus metris rectas jaculata voces.

406. THEODORIDÆ.

Euphorion, ille eximium doctus aliquid canere,
Piræei jacet hos juxta muros-longos. [offer,
Sed tu mystæ malum-granatum aut pomum primitias
aut myrtum: etenim vivus dum esset *ea* amabat.

407. DIOSCORIDÆ.

Dulcissimum amantibus juvenibus levamentum amorum,
o Sappho, cum Musis sane te Pieria
aut Helicon hederosus, paria spirantem illis,
ornat, te Eresi Musam in Æolide;
aut etiam Hymen Hymenæus habens bene-fulgidam pi-
tecum sponsalibus stat super thalamis; [cam,
aut Cinyræ novum germen ploranti Veneri
congemens, cœlicolarum sacrum lucum vides:
ubique, veneranda, salve æque ac dii! tuas enim can-
immortalium ducimus nunc adhuc filias. [tiones

408. LEONIDÆ.

Tacite hunc tumulum præterite, ne in somno

Gaudia, materiam dempsit adulteriis.

404. ZONÆ.

Hanc quam nostra manus de littore sumpsit arenam,
Fundo super letho frigida membra tibi.
Pectora non etenim supra sua funera plangit,
Quin nec Alexante scit tua fata parens;
Quem nunc suscipiunt deserta et inhospita saxa,
Ex quibus ad littus pellitur unda maris.
Exiguum terræ, sed erit tibi copia fletus,
Proh dolor! obvenit merx miseranda tibi.

405. PHILIPPI,

de Hipponacte.

Hunc grandinantem, si sapis, tumulum fuge,
Viator, Hipponactis, hostis Bupali;
Atrox iambis stridet ipse etiam cinis.
Vide crabronem ne cubantem suscites:
Nondum quiescit ejus apud Orcum furor,
Sed recta vibrat tela claudo carmine.

venires, et reliquum infinitum *erit* in mortem.
Quæ *in hoc* pars vitæ restat, nisi quantum mod
punctum, et puncto si quid inferius?
Exigua tua vita *et* constricta; neque enim ipsa
dulcis, sed infestâ importunior morte.
Ex tali homines fabrefacti ossium
compage sese-in-sublime-extollunt ad aerem et nebulas;
o vir, vide quam inutile : nam circa filum extremum
vermis non-textam-radio vestem insidet :
quale .... .. depilatum, quam
multo araneæ fœdius sceleto.
Diem ex die quantulum tuum *sit* robur, o vir, explorans,
sis in tenui reclinatus vita.
Usque hoc animo memineris, donec versabere
cum-vivis, e quali compactus-sis culmo.

* 472. EJUSDEM.

Tempestatibus-obnoxiam vitam devita et concede in portum
sicut ego quoque, Phido Critæ filius, ad inferos.

473. ARISTODICI.

Damo et Mathymna illum in triennalibus *Bacchi* ludis
Euphronem sacro-furore-concitum ubi-accepere mor-
a-vita se-abdicarunt, et ex zonis lato-plexu [tuum
manibus collum-pressuros suspenderunt laqueos.

474. INCERTI.

Unus hic Nicandri liberorum tumulus : una lux auroræ
confecit sacram Lysidicæ prolem.

475. DIOTIMI.

Sponsum Evagoram impense-flebilis filia Polyæni
Scyllis per latas iit inclamans portas,
filium Hegemachi, foci-domestici-columen; neque illa
vidua paternam rursus est-ingressa domum,
infelix; tertio autem consumpta-est mense misera

---

471. CALLIMACHI.

Jusso sole valere Cleombrotus Ambraciota
Mœnibus e summis in Styga desiliit,
Dignum morte nihil passus : sed nempe Platonis
De natura animi legerat ille librum.

472. LEONIDÆ.

Ante tuos ortus immensum transiit ævum,
Immensum, postquam tu morieris, erit.
Ergo quid ad vitam restat de tempore? punctum,
Aut aliquid puncto si minus esse potest.
Stringitur angusto sic ætas limite; dulcis
Illa nec est, sed habet tristia morte magis.
Has tempestates igitur fuge, et arripe portum,
Quali sum tutus nunc ego Phido Critæ.

οὐλομένῃ ψυχῆς δύσφρονι τηκεδόνι.
Τοῦτο δ' ἐπ' ἀμφοτέροισι πολύκλαυτον φιλότητος
ἕστηκεν λείῃ μνῆμα παρὰ τριόδῳ.

476. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Δάκρυά σοι καὶ νέρθε διὰ χθονὸς, Ἡλιοδώρα,
δωροῦμαι, στοργᾶς λείψανον, εἰς ἀΐδαν,
δάκρυα δυσδάκρυτα· πολυκλαύτῳ δ' ἐπὶ τύμβῳ
σπένδω μνᾶμα πόθων, μνᾶμα φιλοφροσύνας. [γρος
Οἰκτρὰ γὰρ οἰκτρὰ φίλαν σε καὶ ἐν φθιμένοις Μελέα-
αἰάζω, κενεὰν εἰς Ἀχέροντα χάριν.
Αἰαῖ, ποῦ τὸ ποθεινὸν ἐμοὶ θάλος; ἅρπασεν Ἅδας,
ἅρπασεν· ἀκμαῖον δ' ἄνθος ἔφυρε κόνις.
Ἀλλά σε γουνοῦμαι, Γᾶ παντρόφε, τὰν πανόδυρτον
ἠρέμα σοῖς κόλποις, μᾶτερ, ἐναγκάλισαι.

477. ΤΥΜΝΕΩ.

Μή σοι τοῦτο, Φιλαινὶ, λίην ἐπικάρδιον ἔστω,
εἰ μὴ πρὸς Νείλῳ γῆς μοίρης ἔτυχες,
ἀλλά σ' Ἐλευθέρνης δόε ἔχει τάφος· ἔστι γὰρ ἴση
πάντοθεν εἰς ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός.

478. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Τίς ποτ' ἄρ' εἶ; τίνος ἆρα παρὰ τρίβον ὀστέα ταῦτα
τλήμον' ἐν ἡμιχανεῖ λάρνακι γυμνὰ μένει;
μνῆμα δὲ καὶ τάφος αἰὲν ἀμαξεύοντος ὁδίτεω
ἄξονι καὶ τροχιῇ λιτὰ παραξέεται·
ἤδη σου καὶ πλευρὰ παρατρίψουσιν ἅμαξαι,
σχέτλιε, σοὶ δ' οὐδεὶς οὐδ' ἐπὶ δάκρυ βαλεῖ.

479. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Πέτρος ἐγὼ τὸ πάλαι γυρὴ καὶ ἄτριπτος ἐπιβλὴς
τὴν Ἡρακλείτου ἔνδον ἔχω κεφαλήν·
αἰών μ' ἔτριψεν κροκάλαις ἴσον· ἐν γὰρ ἁμάξῃ
παμφόρῳ αἰζηῶν εἰνοδίη τέταμαι.

funestâ animi tristique ægrimonia,
Hoc vero super utrisque multum-lacrimabile amoris
monumentum stat tritissimum ad trivium.

476. MELEAGRI.

Lacrimas tibi etiam infra per terram, Heliodora,
dono, amoris reliquias, in Orcum,
lacrimas infelices : multum autem flebili super tumulo
libo monumentum desideriorum, monumentum caritatis.
Miserabiliter enim, miserabiliter amicam te et in mortuis
lamentor, vanam erga Acheronta gratiam. [Meleager
Heu, heu! ubi desiderabilis mihi surculus? rapuit Pluto,
rapuit; pulchrumque florem fœdavit pulvis.
Sed te obsecro, Terra omnium-parens, cunctis-flebilem
leniter in-tuo sinu, mater, ulnis-amplectere.

477. TYMNÆ.

Ne tibi hoc, Philænis, nimis ægre-animo accidat,
si non apud Nilum humum fatalem sortita-es,
sed te Eleuthernæ hic habet tumulus : est enim æqua
ex-omni-loco in Orcum tendentibus via.

478. LEONIDÆ.

Quis tandem es? cujusnam juxta semitam ossa hæc
misera in semiaperta arca nuda manent? [tis viatoris
monumentum autem et tumulus usque plaustrum-ducen-
axe et rotarum-pressu, tenuia illa, arroduntur :
jam tua etiam latera atterent currus,
miser, tibi vero nemo ne lacrimam quidem defundet.

479. THEODORIDÆ.

Petra ego olim r. tunda et infractus pessulus
Heracliti intus teneo caput : [in plaustrali-via
ævum me contrivit littoralibus-calculis *jam* similem; nam
omnia-ferente hominum obvia sita-sum.

---

476. MELEAGRI,

de sua uxore.

Ipsam subter humum monumenta fidelis amoris
Has mitto lacrymas, Heliodora, tibi,
Heu dignas lacrymis lacrymas! ad flebile bustum
Hæc tibi amicitiæ pignora certa fero.
Nam misere nimium, misere Meleager ademptam
Te gemo : sed gemitus nil Acheronta movent.
Ah ubi dilectus mihi flos meus? abstulit Orcus,
Abstulit; in cinerem corporis ivit honos.
At tu depositum placido complectere nostrum,
Maternoque fove, te rogo, terra sinu.

477. TYMNÆI.

Oramus ne sit nimium tibi triste, Philæni,
Si tua Niliacum non tegit ossa solum :
Sed sepeliris, ubi Libertas ipsa sepulta est.
Undique tantumdem est ad Phlegethonta viæ

478. LEONIDÆ.

Unde, quis es, cujus miseri, qua fert iter, ossa
Ante oculos arca semipatente jacent?
Dum nimis expositum plaustris rhedisque sepulchrum
Atteritur, semper prætereunte rota,
Jam veniet, miserande, tuum qui conterat axis,
Nemine vel lacrymas contribuente, latus.

479. THEODORIDÆ.

Saxeus orbis eram, minima nec parte minutus,
Hic Heracliti cum posuere caput.
At nunc littoreis sum tritior ecce lapillis,
Quippe iuventutis me rota multa premit.

Ἀγγέλλω δὲ βροτοῖσι, καὶ ἄστηλός περ ἐοῦσα,
θεῖον ὑλακτητὴν δήμου ἔχουσα κύνα.

480. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Ἤδη μευ τέτριπται ὑπεσχεκαλυμμένον ὀστεῦν
ἁρμονίῃ τ', ὦνερ, πλὰξ ἐπικεκλιμένη·
ἤδη καὶ σκώληκες ὑπὲκ σοροῦ αὐγάζονται
ἡμετέρης· τί πλέον γῆν ἐπιεννύμεθα;
ἦ γὰρ τὴν οὔπω πρὶν ἰτὴν ὁδὸν ἐτμήξαντο
ἄνθρωποι, κατ' ἐμῆς νισσόμενοι κεφαλῆς.
Ἀλλὰ πρὸς ἐγγαίων, Ἀϊδωνέος Ἑρμεία τε
καὶ Νυκτὸς, ταύτης ἐκτὸς ἴτ' ἀτραπιτοῦ.

481. ΦΙΛΗΤΑ ΣΑΜΙΟΥ.

Ἅ στάλα βαρύθουσα λέγει τάδε· « Τὰν μινύωρον,
« τὰν μικκὰν Ἀΐδας ἅρπασε Θειοδόταν ».
Καὶ μικκὰ τάδε πατρὶ λέγει πάλιν· « Ἴσχεο λύπας,
« Θειόδοτε· θνατοὶ πολλάκι δυστυχέες. »

482. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὔπω τοι πλόκαμοι τετμημένοι, οὐδὲ σελάνας
τοὶ τριετεῖς μηνῶν ἀνιοχεῦντο δρόμοι,
Κλεύδικε, Νικασὶς ὅτε σὰν περὶ λάρνακα μάτηρ,
τλῆμον, ἐπ' αἰακτῷ πόλλ' ἐβόασε τάφῳ,
καὶ γενέτας Περίκλειτος· ἐπ' ἀγνώτῳ δ' Ἀχέροντι
ἤβασεις ἥβαν, Κλεύδικ', ἀνοστοτάταν.

483. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀΐδη ἀλλιτάνευτε καὶ ἄτροπε, τίπτε τοι οὕτω
Κάλλαισχρον ζωᾶς νήπιον ὡρφάνισας;
Ἔσται μὰν ὅ γε παῖς ἐν δώμασι Φερσεφονείοις
παίγνιον· ἀλλ' οἶκοι λυγρὰ λέλοιπε πάθη.

484. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Πέντε κόρας καὶ πέντε Βιὼ Διδύμωνι τεκοῦσα
ἄρσενας, οὐδὲ μιᾶς οὐδ' ἑνὸς ὠνάσατο·
ἣ μέγ' ἀρίστη ἐοῦσα καὶ εὔτεκνος οὐχ ὑπὸ παίδων,
ὀθνείαις δ' ἐτάφη χερσὶ θανοῦσα Βιώ.

485. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βάλλεθ' ὑπὲρ τύμβου πολιὰ κρίνα, καὶ τὰ συνήθη
τύμπαν' ἐπὶ στήλῃ ῥήσσετ' Ἀλεξιμένους,

Nuncio autem mortalibus, etiam carens-inscripto-cippo,
divinum allatratorem populi me-cohibere canem.

480. LEONIDÆ.

Jam mea contrita-sunt detecta ossa
corporisque-compagini, o vir, tabula superincumbens;
jam et vermes subtus ex-arca nitent
nostra : quo commodo tellurem induimur?
Profecto enim nunquam antè meabilem viam secarunt
homines, in meo gradientes capite.
Sed per subterraneos *deos*, Plutonem Mercuriumque
et Noctem, hanc extra cedite semitam.

481. PHILETÆ SAMII

Cippus pondere-pressus dicit hæc : « Illam brevis-ævi,
« illam parvulam Pluto rapuit Theodotam. »
Et parvula hoc patri dicit rursus : « Cohibe luctum,
« Theodote : mortales sæpenumero *sunt* infelices. »

482. INCERTI.

Nondum tibi cincinni cæsi, neque lunæ
tibi triennes mensium conficiebantur cursus,
Cleodice, Nicasis quum tuam circa arcam mater,
o miser, super flebili multum clamavit tumulo,
et genitor Periclitus : apud ignotum vero Acheronta [ciam.
adolescentiam adolesces, Cleodice, omnis-reditus-nes-

483. INCERTI.

Pluto inexorabilis et nescius-flecti, cur tandem adec
infantem Callæschrum vita orbasti?
Erit quidem hic puer in tectis Proserpineis
deliciæ *dex;* sed domi amaros reliquit dolores.

484. DIOSCORIDÆ.

Quinque puellas et quinque Bio Didymoni enixa
mares, neque ex una neque ex uno percepit-utilitatem :
quæ summe præstans et fœcunda quum-esset, non a li-
sed alienis sepulta-est manibus mortua Bio. [beris,

485. EJUSDEM.

Spargite super tumulum cana lilia, et consueta
tympana ad cippum rumpite Alexamenis,

Cippus abest : aliquid moneo tamen utile, pro me
Nam loquitur, populum qui latrat, iste canis.

480. LEONIDÆ.

Non lapis incumbens tantum, sed et ossa soluta
Sunt mihi, compages undique dissiliit.
Aspicienda patent nudato crura sepulchro :
Compositos terra quid juvat ergo tegi?
Nam pronam secuere viam vestigia, nunquam
Cessarunt supra quæ caput ire meum.
Per, rogo, Mercurium, Ditemque, et regna profundæ
Noctis, ab hac, aliquis si pudor, ite via.

483. INCERTI.

Cur puerum, crudelis inexorabilis Orce,
Callæschrum vita tam cito despolias?
Delicias hunc furva suas Proserpina dicet,
Sed multis causa est fletibus ille domi.

485. DIOSCORIDÆ.

Alba super tumulum date lilia; frangite juxtà
Tympana, quæ dederant nomen Anaximeni :

καὶ περιδινήσασθε μακρῆς ἀνελίγματα χαίτης
Στρυμονίην ἄφετοι Θυιάδες ἀμφὶ πόλιν,
ἣ γλυκερὰ πνεύσαντος ἐφ' * ἡμετέροισιν ἀδάπταις
πολλάκι πρὸς μαλακοὺς τοῦδ' ἐχόρευε νόμους.

et in-gyrum-vertite longæ volumina comæ
Strymoniam effrenæ Thyades circa urbem,
quæ dulcia flatu-modulantis in vestro ululatu (?)
sæpe ad molles hujus saltabat modos.

486. ΑΝΥΤΗΣ ΜΕΛΟΠΟΙΟΥ.

Πολλάκι τῷδ' ὀλοφυδνὰ κόρας ἐπὶ σάματι Κλείνα
μάτηρ ὠκύμορον παῖδ' ἐβόασε φίλαν,
ψυχὰν ἀγκαλέουσα Φιλαινίδος, ἃ πρὸ γάμοιο
χλωρὸν ὑπὲρ ποταμοῦ χεῦμ' Ἀχέροντος ἔβα.

486. ANYTÆ LYRICÆ.

Sæpe mœstum hoc puellæ super tumulo Clina
mater brevis-ævi filiam inclamavit caram,
animam revocans Philænidis, quæ ante nuptias
pallida super amnis fluenta Acherontis ivit

487. ΠΕΡΣΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Ὤλεο δὴ πρὸ γάμοιο, Φιλαίνιον, οὐδέ σε μάτηρ
Πυθιὰς ὡραίους ἤγαγεν εἰς θαλάμους
νυμφίου· ἀλλ' ἐλεεινὰ καταδρύψασα παρειὰς
τεσσαρακαιδεκέτιν τῷδ' ἐκάλυψε τάφῳ.

487. PERSÆ MACEDONIS.

Periisti sane ante nuptias, Philænium, neque te matei
Pythias maturos deduxit in thalamos
sponsi; sed miserabiliter dilacerata genas
quatuor-et-decem-annos-natam hocce condidit tumulo.

488. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Αἰαῖ Ἀριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν εἰς Ἀχέροντα
οἴχεαι ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου·
ματρὶ δὲ δάκρυα σᾷ καταλείπεται, ἅ σ' ἐπὶ τύμβῳ
πολλάκι κεκλιμένα κωκύει ἐκ * κεφαλᾶς.

488. MNASALCÆ.

Heu, heu, Aristocratea, tu quidem profundum in Acheabis maturas reclinata ante nuptias: [rontem
matri vero tuæ lacrimæ linquuntur, quæ te super tumulo
sæpe reclinato plorat capite.

489. ΣΑΠΦΟΥΣ.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῦσαν
δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος,
ἃς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθᾶγι σιδάρῳ
ἄλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

489. SAPPHUS.

Timadis hic cinis, quam quidem ante nuptias mortuam
excepit Persephones furvus thalamus,
qua super exstincta cunctæ recens-acuminato ferro
æquales amabilem capitis deposuerunt comam.

490. ΑΝΥΤΗΣ.

Παρθένον Ἀντιβίαν κατοδύρομαι, ἃς ἐπὶ πολλοὶ
νυμφίοι ἱέμενοι πατρὸς ἵκοντο δόμον,
κάλλεος καὶ πινυτᾶτος ἀνὰ κλέος· ἀλλ' ἐπιπάντων
ἐλπίδας οὐλομένα Μοῖρ' ἐκύλισε πρόσω.

490. ANYTÆ.

Virginem Antibiam defleo, cujus multi
sponsi cupientes patris adierunt tecta,
formæ et peritiæ ob famam. Sed omnium
spes funesta Parca amovit longe.

Et per Strymoniam furiatæ Thyades urbem
Enthea demissis colla rotate comis.
Sæpe etenim visa est vestras imitata choreas
Illius ad dulces membra movere modos.

486. ANYTÆ.

Planxit ad hoc crebro mater miseranda sepulchrum
Natam, quam properans mors tulit, ore ciens,
Si posset revocare Philænida: non redit illa
Ante maritales ad Styga rapta toros.

487. PERSÆ MACEDONIS.

Occidis heu neque nupta Philænion: optima nec te
Tradidit in sponsi jura torumque parens
Pythias: hic sed te, cui nunc bis septimus annus
Heu posuit, tristes dilacerata genas.

488. MNASALCÆ.

Inter complexus Acherontis Aristocratia,
Non ubi debueras nupta jacere, jaces.
Liquitur at mater lacrymis, quas sæpe recentes
Ad tumulum strato dejicit ex capite.

489. SAPPHUS.

Timadis hic cinis est, quæ nulli nupta marito
Persephones nigro nunc cubat in thalamo.
Illius æquales ob funus acumine ferri
Vernantes capitis desecuere comas.

490. ANYTÆ.

Virginis Antibiæ fatum gemo; cujus amore
Ad patris innumeri limen iere proci.
Nam formæ prudens aderat sollertia, sed tot
Spes hominum retro Parca maligna tulit.

491. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Αἰαῖ παρθενίας ὀλοόφρονος, ἅς ἀπο φαιδρὰν
ἔκλασας ἁλικίαν, ἱμερόεσσα Κλεοῖ·
καὐδέ σ' ἀμυξάμεναι περιδάκρυες αἶὸ' ἐπὶ τύμβῳ
λᾶες Σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι.

492. ΑΝΥΤΗΣ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΑΣ.

Ὠχόμεθ', ὦ Μίλητε, φίλη πατρὶ, τῶν ἀθεμίστων
τὰν ἄνομον Γαλατᾶν κύπριν ἀναινόμεναι,
παρθενικαὶ τρισσαὶ πολιήτιδες, ἅς ὁ βιατὰς
Κελτῶν εἰς ταύτην μοῖραν ἔτρεψεν Ἄρης.
Οὐ γὰρ ἐμείναμεν ἄμμα τὸ δυσσεβὲς οὐδ' Ὑμέναιον,
νυμφίον ἀλλ' Ἀΐδην κηδεμόν' εὑρόμεθα.

493. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

Οὐ νούσῳ Ῥοδόπα τε καὶ ἃ γενέτειρα Βοΐσκα
οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δούρατι κεκλίμεθα·
ἀλλ' αὐταὶ, πάτρας ὁπότ' ἔφλεγεν ἄστυ Κορίνθου
γοργὸς Ἄρης, αἶσαν ἄλκιμον εἱλόμεθα.
Ἔκτανε γὰρ μάτηρ με διασφακτῇρι σιδάρῳ,
οὐδ' ἰδίου φειδὼ δύσμορος ἔσχε βίου,
ἅψε δ' ἐναυχενίῳ δειρὰν βρόχῳ· ἦς γὰρ ἀμείνων
δουλοσύνας ἁμῖν πότμος ἐλευθέριος.

494. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐν πόντῳ Σώδαμος ὁ Κρὴς θάνεν, ὦ φίλα, Νηρεῦ,
δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σύνηθες ὕδωρ,
ἰχθυβολεὺς ὁ περισσὸς ἐν ἀνδράσιν. Ἀλλὰ θάλασσα
οὔ τι διακρίνει χείματος οὐδ' ἁλιεῖς.

495. ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΕΣΣΗΝΙΟΥ.

Στυγνὸς ἐπ' Ἀρκτούρῳ ναύταις πλόος· ἐκ δὲ βορείης
λαίλαπος Ἀσπάσιος πικρὸν ἔτευξα μόρον,
οὗ στείχεις παρὰ τύμβον, ὁδοιπόρε· σῶμα δὲ πόντος

491. MNASALCÆ.

Heu, heu virginitatem quæ mentes pessumdat! qua hilaabrupisti juventutem, amabilis Cleo; [rem
et te laceratis genis deflentes hæ super tumulo
lapides Sirenum stamus similes.

492. ANYTÆ MITYLENÆÆ.

Periimus, o Milete, cara patria, scelestorum
flagitiosam Galatarum venerem recusantes,
virgines ternæ cives, quas violentus
Celtarum ad hanc sortem adegit Mars.
Non enim sustinuimus amplexus nefandos nec nuptias,
sponsalem vero Orcum tutorem invenimus.

493. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Non morbo Rhodopaque et genitrix Boïsca
neque sub hostium hasta succubuimus,
sed ipsæ, patriæ quum combussit arcem Corinthi
horridus Mars, obitum fortem elegimus.
Interfecit enim mater me mactanti ferro,
neque propriæ parcimoniam misera habuit vitæ,
sed aptavit collarem cervici laqueum: erat enim potior
servitute nobis mors liberas decens.

494. INCERTI.

In mari Sodamus Cretensis obiit, cui cara, Nereu,
retia et tua erat illa consueta aqua,
piscator excellens in viris. Sed mare [dem.
haud quidquam discernit tempestate, ne piscatores qui-

495. ALCÆI MESSENII.

Tristis sub Arcturo nautis *est* navigatio; et ex boreali
procella Aspasius amaram nactus sum mortem,
cujus præteris tumulum, viator: corpus vero pontus

---

491. MNASALCÆ.

Heu virginitas miserabile! nam tibi dulcis
Hæc rupit vitæ flamina, pulchra Cleo.
At tumulum mœsto lacrymarum radimus imbre
Sirenum in speciem marmora ficta manu.

492. ANYTÆ.

Ah morimur, morimur, Milete, nec impia probra
Gallorum volumus, patria cara, pati.
Injicit hunc nobis ardorem barbaricus Mars,
Virginibus ternis, civibus, alma, tuis.
Non exspectamus thalamum, prolemque nefandam,
Assertor casti corporis Orcus erit.

493. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Non lue pestifera vitam, non hostis ab ense,
Perdidimus Rhodope nata, Boisca parens.
Ipsæ cum patriam Mars ureret igne Corinthum,
Maluimus forti morte perire duæ.
Nam mihi transegit mater præcordia ferro,
Non magis ipsa animæ parcere certa suæ.
Ergo ligat nodo collum sibi: libera namque
Mors nobis vita præ famulante placet.

494. INCERTI.

Cres periit, Nereu, Sodamis in æquore: dant hoc
Retia, dantque tuæ, quas bene norat, aquæ.
Primus in arte fuit: sed enim discrimina nosse
Et piscatorum sæva recusat hyems.

495. ALCÆI MESSENII.

Triste sub Arcturo nautis iter: ille procella
Turbidus Aspasio fata suprema dedit:
Cujus hic est tumulus, quem conspicis hospes; at ipsum

ἔκρυψ' Αἰγαίῳ ῥαιόμενον πελάγει.
'Ηϊθέων ὀκρυτὸς ἅπας μόρος· ἐν δὲ θαλάσσῃ
πλεῖστα πολυκλαύτου κήδεα ναυτιλίης.

abdidit Ægæo laceratum mari.
Hominum lamentabilis omnis mors, sed in æquore
plurima multum-flebilis funera navigationis.

496. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

'Ηερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ὤφελες Ἴστρον
τῆλε καὶ ἐκ Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης,
ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μολουριάδος.
Νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς· οἱ δὲ βαρεῖαν
ναυτιλίην κενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι.

496. SIMONIDIS

Aeria Gerania, mala petra, debebas Istrum
procul et e Scythis longum prospectare Tanaïm,
neque juxta habitare Scironici undam maris,
valles circa nivosæ Moluriadis!
Nunc vero hic quidem in mari horridum cadaver, atque
navigationem inanes hic clamant tumuli. [gravem

497. ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Καί ποτε Θυμώδης, τὰ παρ' ἐλπίδα κήδεα κλαίων,
παιδὶ Λύκῳ κενεὸν τοῦτον ἔχευε τάφον·
οὐδὲ γὰρ ἀθνείην ἔλαχεν κόνιν, ἀλλά τις ἀκτὴ
Θυνιὰς ἢ νήσων Ποντιάδων τις ἔχει·
ἔνθ' ὅγε που πάντων κτερέων ἄτερ ὀστέα φαίνει
γυμνὸς ἐπ' ἀξείνου κείμενος αἰγιαλοῦ.

497. DAMAGETÆ.

Etiam Thymodes olim, insperata funera deflens,
filio Lyco inanem hunc egessit tumulum;
non enim alienum sortitus-est pulverem, sed aliqua ora
Bithyniæ, aut insularum Ponti aliqua habet,
ubi hic fere, omnibus exsequiis absque, ossa ostendit
nudus super inhospitali jacens littore.

498. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Δᾶμις ὁ Νυσαιεὺς ἐλαχὺ σκάφος ἔκ ποτε πόντου
Ἰονίου ποτὶ γᾶν ναυστολέων Πέλοπος,
φορτία μὲν καὶ πάντα νεὼς ἐπιδήτορα λαὸν,
κύματι καὶ συρμῷ πλαζομένους ἀνέμων,
ἀσκηθεῖς ἐσάωσε· καθιεμένης δ' ἐπὶ πέτραις
ἀγκύρης, ψυχρῶν κάτθανεν ἐκ νιφάδων
ἡμύσας ὁ πρέσβυς. Ἴδ' ὡς λιμένα γλυκὺν ἄλλοις
δοὺς, ξένε, τὸν Λήθης αὐτὸς ἔδυ λιμένα.

498. ANTIPATRI.

Damis Nysæensis parvam scapham olim e mari
Ionio ad terram appellens Pelopis,
merces quidem et omnem vectorem populum,
fluctu et tractu errantes ventorum,
incolumes servavit; dum-demittitur autem in petris
ancora, frigidis obiit ex nivibus
obdormiens ille senex. Vide ut portum dulcem aliis
postquam-dedit, o hospes, Lethes ipse subierit portum.

499. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Ναυτίλοι ὦ πλώοντες, ὁ Κυρηναῖος Ἀρίστων
πάντας ὑπὲρ Ξενίου λίσσεται ὔμμε Διός,
εἰπεῖν πατρὶ Μένωνι, παρ' Ἰκαρίαις ὅτι πέτραις
κεῖται, ἐν Αἰγαίῳ θυμὸν ἀφεὶς πελάγει.

499. THEÆTETI.

Nautæ o mare-navigantes, Cyrenæus Ariston
omnes per hospitalitium orat vos Jovem,
ut-dicatis patri Menoni, apud Icarias se petras
jacere, in Ægæo spiritum postquam-liquit mari.

500. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Ὦ παρ' ἐμὸν στείχων κενὸν ἠρίον, εἶπον, ὁδῖτα,

500. ASCLEPIADÆ.

O qui meum prætergrederis inanem tumulum, dic, viator,

Corpus in Ægæis fluctibus unda tegit.
Mors juvenum semper lacrymabile, plurima per vos,
Infaustæ naves, funera pontus habet.

496. SIMONIDÆ.

Ille tui, Geranea, jugi ferus horror in Istrum
Debuit et Scythicum despicere in Tanaim
Non habitare sinus juxta Scironidos undæ,
Vallis ubi nivibus sparsa Methuriados.

498. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Ionia Damis cum Nesæensis ab unda
Flecteret ad Pelopis regna vetusta ratem,
Omne onus, et quotquot vectores alnus habebat,

Jactatos sævis fluctibus atque noto,
Præstiterat salvos: sed adhæserat anchora rupi
Hanc petit, atque inter frigora sæva nivis
Linquit vita senem. Sic tutum dum, bone, portum
Das aliis, Lethes te sibi portus habet.

499. THEÆTETI.

Obsecrat, o nautæ, vos Cyrenæus Aristo,
Per, dedit hospitibus qui pia jura, Jovem:
Ægæis fluitare Menon pater audiat illum
Fluctibus, Icariis non procul a scopulis.

500. ASCLEPIADÆ.

Si Chion advenias, tumulum qui cernis inanem,

εἰς Χίον εὖτ' ἂν ἵκῃ, πατρὶ Μελησαγόρῃ,
ὡς ἐμὲ μὲν καὶ νῆα καὶ ἐμπορίην κακὸς Εὖρος
ὤλεσεν, Εὐίππου δ' αὐτὸ λέλειπτ' ὄνομα.

501. ΠΕΡΣΟΥ.

Εὔρου χειμέριαί σε καταιγίδες ἐξεκύλισαν,
Φίλλι, πολυκλύστῳ γυμνὸν ἐπ' ἠϊόνι,
οἰνηρῆς Λέσβοιο παρὰ σφυρόν· αἰγίλιπος δὲ
πέτρου ἁλιβρέκτῳ κεῖσαι ὑπὸ πρόποδι.

502. ΝΙΚΑΙΝΕΤΟΥ.

Ἠρίον εἰμὶ Βίτωνος, ὁδοιπόρε· εἰ δὲ Τορώνην
λείπων εἰς * αὐτὴν ἔρχεαι Ἀμφίπολιν,
εἰπεῖν Νικαγόρᾳ, παίδων ὅτι τὸν μόνον αὐτῷ
Στρυμονίης ἐρίφων ὤλεσε πανδυσίη.

503. ΛΕΩΝΙΔΑ.

α. Ἀργείης ὦ θινὸς ἐπεστηλωμένον ἄχθος,
εἴποις ὄντιν' ἔχεις, ἢ τίνος, ἢ ποδαπόν.
β. Φίντων' Ἑρμιονῆα Βαθυκλέος, ὃν πολὺ κῦμα
ὤλεσεν, Ἀρκτούρου λαίλαπι χρησάμενον.

504. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πάρμις ὁ Καλλιγνώτου ἐπακταῖος καλαμευτὴς,
ἄκρος καὶ κίχλης καὶ σκάρου ἰχθυβολεύς,
καὶ λάβρου πέρκης δελεάρπαγος, ὅσσα τε κοίλας
σήραγγας πέτρας τ' ἐμβυθίους νέμεται,
* ἄγρης ἐκ πρώτης ποτ' ἰουλίδα πετρήεσσαν
δακνάζων, ὁλοὴν ἐξ ἁλὸς ἀράμενος,
ἔφθιτ'· ὀλισθηρὴ γὰρ ὑπ' ἐκ χερὸς αἰξασα
ᾤχετ' ἐπὶ στεινὸν παλλομένη φάρυγα.
Χὠ μὲν μηρίνθων καὶ δούνακος ἀγκίστρων τε
ἐγγὺς ἀπὸ πνοιὴν ἧκε κυλινδόμενος,
νήματ' ἀναπλήσας ἐπιμοίρια· τοῦ δὲ θανόντος
Γρίπων ὁ γριπεὺς τοῦτον ἔχωσε τάφον.

Chium ubi veneris, patri Melesagoræ,
quod me quidem et navem et merces malus Eurus
perdiderit, Euippi autem solum reliquum-sit nomen.

501. PERSÆ.

Euri hibernæ te procellæ evolverunt,
o Phillis, undis-verberato nudum in littore,
viniferæ Lesbi juxta extremam-partem : celsæ autem
petræ marino-fluctu-irriguæ jaces ad radicem.

502. NICÆNETI.

Sepulcrum sum Bitonis, o viator; si vero, Toronen
linquens, in ipsam vadas Amphipolim,
dic Nicagoræ, puerorum quod unicum illi
Strymonias *ventus* Hœdorum exstinxerit in-occasu.

503. LEONIDÆ.

a. Argiva o in-arena erectum-pondus,
dicas quemnam cohibeas, vel cujus *filium*, vel cujatem.
b. Phintonem Hermionensem Bathyclis, quem multus
perdidit, Arcturi procella usum. [fluctus

504. EJUSDEM.

Parmis Callignoti filius, ex-littore piscator,
summus et turdi ac scari piscium-captator,
et avidæ percæ escam-rapientis, et omnium-quæ cava
antra petrasque in-fundo-maris habitant,
captura ex prima olim iulidem saxatilem
mordicus-apprehendens, exitiosam e mari quam-sustu-
periit : lubrica etenim e manu subsiliens lerat,
abiit in angustum tremula guttur.
Et ille quidem prope funiculos et arundinem et hamos
spiritum emisit revolutus,
fila implens fatalia : illius autem mortui
Gripo piscator hunc congessit tumulum.

Dic, hospes, patri, quæso, Melesagoræ,
Meque ratemque et onus sævo periisse sub Euro,
Evippi nomen, plus nihil esse super.

501. PERSÆ.

Ejecit te, Philli, ferens ad littora nudum
Euro flante gravi concita tristis hyems :
Lesbos ubi finem capit insula, sub pede saxi
Exstantis, pelagi quod ferit unda, jaces.

502. NICÆNETI.

Ipsa Bitonis habes hospes monumenta : Torone
Digressum si te fert iter Amphipolim,
Nicagoræ dicas, de matre quod unicus illi
Strymonia periit, dum subit hædus aquas.

503. LEONIDÆ.

Dic lapidum, in veteri qui littore surgis, acerve,
Quem, cujus natum patris et unde tegis?
Phintona Hermionea Bathycleis : abstulit illum
Arcturi turbans sæva procella fretum.

504. EJUSDEM.

Callignotiades princeps in arundine Parmis,
Seu vaga perca, scarus seu capiendus erat,
Seu turdus pelagi, madidis seu quidquid in antris
Delitet, aut per aquis abdita saxa natat,
Spumantes genitam maris inter iulida rupes
Cæruleæ spolium nobile cepit aquæ.
Et periit : namque illa manus elapsa tenentis
Transiit in fauces se jaculata viri.
Sic ille et calamos et retia propter et hamos
Collabens animam ponit, ibique jacet,
Expletis filis fatalibus : illius umbræ
Griponis Gripeus erigit hunc tumulum.

505. ΣΑΠΦΟΥΣ.

Τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἐπέθηκε Μενίσκος
κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζοίας.

506. ΑΕΩΝΙΔΑ.

Κήν γῇ καὶ πόντῳ κεκρύμμεθα· τοῦτο περισσὸν
ἐκ Μοιρέων Θάρσυς Χαρμίδου ἠνύσατο.
Ἦ γὰρ ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος εἰς ἅλα δύνων,
Ἰόνιόν θ' ὑγρὸν κῦμα κατερχόμενος,
τὴν μὲν ἔσωσ', αὐτὸς δὲ μετάτροπος ἐκ βυθοῦ ἐρρῶν,
ἤδη καὶ ναύταις χεῖρας ὀρεγνύμενος,
ἐβρώθην· τοῖόν μοι ἐπ' ἄγριον εὖ μέγα κῆτος
ἦλθεν, ἀπέβροξεν δ' ἄχρις ἐπ' ὀμφαλίου.
Ἥμισυ μὲν ναῦται, ψυχρὸν βάρος, ἐξ ἁλὸς ἡμῶν
ἤρανθ', ἥμισυ δὲ πρίστις ἀπεκλάσατο·
ἠόνι δ' ἐν ταύτῃ κακὰ λείψανα Θάρσυος, ὦνερ,
ἔκρυψαν· πάτρην δ' οὐ πάλιν ἱκόμεθα.

507. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἄνθρωπ', οὐ Κροίσου λεύσσεις τάφον, ἀλλὰ γὰρ ἀνδρὸς
χερνήτεω μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἱκανός.
Οὐκ ἐπιδὼν νύμφεια λέχη κατέβην τὸν ἄφυκτον
Γόργιππος ξανθῆς Φερσεφόνης θάλαμον.

508. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτεω υἱὸν,
τόνδ', Ἀσκληπιάδην, πατρὶς ἔθαψε Γέλα,
ὃς πλείστους κρυεραῖσι μαραινομένους ὑπὸ νούσοις
φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης θαλάμων.

509. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σῆμα Θεόγνιδος εἰμὶ Σινωπέος, ᾧ μ' ἐπέθηκεν
Γλαῦκος ἑταιρείης ἀντὶ πολυχρονίου.

510. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σῶμα μὲν ἀλλοδαπὴ κεύθει κόνις· ἐν δέ σε πόντῳ,

505. SAPPHUS.

Piscatori Pelagoni (*sepulcro*) pater imposuit Meniscus
nassam et remum, monumentum miseræ-vitæ.

506. LEONIDÆ.

Et in terra et in-mari sepulti-sumus; hoc eximium
a Parcis Thrasys filius Charmidæ sibi-tulit.
Nam ad anchoræ pondus *subtus* retentum in mare descen-
Ioniumque humidum fluctum ingressus, [dens,
hanc quidem servavit; ipse vero retro-versus ex profundo
jam et nautis manus suas-tendens, [abiens,
devoratus-sum: talis mihi immanis *et* valde grandis cetus
occurrit, deglutivitque *me* usque ad umbilicum.
Ac dimidium quidem nautæ, gelidum onus, e mari nostri
sustulerunt, dimidium autem pristis absciderat.
Littore vero in hoc malas reliquias Thrasyos, o vir,
condiderunt: in-patriam autem non rursus venimus.

507. SIMONIDIS.

O tu, non Crœsi cernis sepulcrum, sed utique viri
pauperis *est* parvus tumulus, mihi tamen sufficiens.
Antequam viderim sponsales lectos, descendi inevitabilem
Gorgippus flavæ Proserpinæ in-thalamum.

508. EJUSDEM.

Pausaniam medicum vero-nomine-dictum, Anchitæ filium
hunc, Asclepiaden, patria sepelivit Gela,
qui plurimos horrendis tabescentes sub morbis
viros amovit Proserpinæ a-thalamis.

509. EJUSDEM.

Monumentum Theognidis sum Sinopei, cui me imposuit
Glaucus amicitiæ causa diuturnæ.

510. EJUSDEM.

Corpus quidem extraneus abdit pulvis; te enim in mari,

---

505. SAPPHUS.

Fiscellam remumque pater Pelagoni Meniscus
Ponit, ei fuerit quam mala vita docens.

506. LEONIDÆ.

Præcipuum a fatis habeo, quod et æquore condor
Et terra, Tharsis Charmida quem genuit.
Namque per Ionios mihi dum gravis anchora fluctus
Quæritur, ipsa quidem salva labore meo est:
Ast ego dum reditum salsis conabar in undis,
Et mea jam nautis brachia tensa dabam,
Absumor: tam sæva maris se gurgite tollit
Meque vorat medio bellua ventre tenus.
Parsque mei sequitur nautas educta profundo,
Altera cæruleæ pars fuit esca feræ.
Hoc me dimidium Tharsin posuere sepulchro;
In patriam reditum nam mihi fata negant.

507. ALEXANDRI.

Non habet hic Crœsum, sed habet de plebe Quiritem
Exiguus tumulus, sed satis ille mihi.

507. SIMONIDÆ,

sepulchrale Gorgippo.

Gorgippus thalami fugiens, a quo fuga nulla est,
It thalamum flavæ visere Persephones.

508. EJUSDEM.

Hic jacet in patria, cujus pater Anchita, gentis
Phœbigenæ, vero nomine Pausanias:
Multos quippe virûm morbis crudelibus ustos
Abstinuit thalamis, Persephonea, tuis.

510. EJUSDEM.

Exanimum corpus tellus habet hospita, sed fe,

Κλείσθενες, Εὐξείνῳ μοῖρ' ἔκιχεν θανάτου
πλαζόμενον· γλυκεροῦ δὲ μελίφρονος οἴκαδε νόστου
ἥμπλακες, οὐδ' ἔκευ Χίον ἐπ' ἀμφιρύτην.

511. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σῆμα καταφθιμένοιο Μεγακλέος εὖτ' ἂν ἴδωμαι,
οἰκτείρω σε, τάλαν Καλλία, οἷ' ἔπαθες.

512. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῶνδε δι' ἀνθρώπων ἀρετὰν οὐχ ἵκετο καπνὸς
αἰθέρα δαιομένης εὐρυχόρου Τεγέας,
οἳ βούλοντο πόλιν μὲν ἐλευθερίᾳ τεθαλυῖαν
παισὶ λιπεῖν, αὐτοὶ δ' ἐν προμάχοισι θανεῖν.

513. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φῆ ποτε Πρωτόμαχος, πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος,
ἡνίκ' ἀφ' ἱμερτὴν ἔπνεεν ἡλικίην·
« Ὦ Τιμηνορίδη, παιδὸς φίλου οὔ ποτε λήξεις
« οὔτ' ἀρετὴν ποθέων οὔτε σαοφροσύνην. »

514. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἰδὼς καὶ Κλεόδημον ἐπὶ προχοῇσι Θεαίρου
ἀενάου στονόεντ' ἤγαγεν εἰς θάνατον,
Θρηϊκίῳ κύρσαντα λόχῳ· πατρὸς δὲ κλεεννὸν
Διφίλου αἰχμητὴς υἱὸς ἔθηκ' ὄνομα.

515. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἰαῖ, νοῦσε βαρεῖα, τί ὀλ ψυχαῖσι μεγαίρεις
ἀνθρώπων ἐρατῇ πὰρ νεότητι μένειν;
ἦ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἄμερσας
ἡίθεον, πρὶν ἰδεῖν κουριδίην ἄλοχον.

516. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες ὁμοίων ἀντιτύχοιεν,
Ζεῦ Ξένι'· οἱ δ' ὑπὸ γᾶν θέντες ὄναιντο βίου.

517. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ἠῶοι Μελάνιππον ἐθάπτομεν, ἠελίου δὲ

Clisthenes, Euxino sors deprehendit mortis
errantem; dulci autem *et* mellito in patriam reditu
excidisti, neque venisti Chium *in* circumfluam.

511. EJUSDEM.

Monumentum exstincti Megaclis quum adspicio,
me-miseret tui, *miser* Callia, ob-ea-quæ passus-es.

512. EJUSDEM.

Horumce ob hominum virtutem non iit fumus
in-æthera igne-pereuntis latæ Tegeæ,
qui voluerunt urbem quidem libertate florentem
filiis linquere, ipsi vero inter propugnatores *mori*.

513. EJUSDEM.

Dixit olim Protomachus, patre manus ei circumdante,
quum amabilem exspiraret *juventutem*:
« O Timenorida, pueri cari nunquam cessabis
« neque virtutem desiderare, neque modestiam. »

514. EJUSDEM.

Pudor etiam Cleodemum apud ostia Theæri
fluvii-perennis flebilem duxit in mortem,
Thraciam quum-incidit in-cohortem; patris vero inclytum
Diphili bellator filius præstitit nomen.

515. EJUSDEM.

Heu, heu, morbe gravis, quid utique animabus invides
hominum amabili in juventa manere?
qui etiam Timarchum dulci ævo privasti
juvenem, priusquam videret nuptam conjugem.

516. EJUSDEM.

Qui *me interfecere*, simili vicissim-sorte-utantur, [vita.
o Jupiter Hospitalis! sed qui sub terra posuere, fruantur

517. CALLIMACHI.

Matutini Melanippum sepelivimus, sole autem

Clisthenes, Euxini per freta salsa vagum
Mors tamen invenit. Nec te Chios æquore cincta
Ad patriæ cernet tecta redire tuæ.

512. EJUSDEM,
de iis qui Tegeam liberarunt Græcis.

Horum virtuti debes, Tegeata, quod astra
Non petiit scandens fumus ab urbe tua.
Quippe frui possint ut libertate nepotes,
In primore acie non metuere mori.

513. EJUSDEM.

Hæc Promachus, genitoris eum cum dextra teneret,
Heu juvenis moriens, ultima verba dedit:
Cum, Timenoride, virtus probitasque cupita
Sint tibi, non poteris non memor esse mei.

515. EJUSDEM.

Quis livor, quod apud dulcem remanere juventam
Humanos animos non sinis, atra lues,
Quæ Timarchum annis florentibus eripis, ante
Florida quam videat conjugis ora suæ?

516. EJUSDEM.
de quodam a latronibus interfecto.

Qui mihi causa necis, par hunc fortuna sequatur,
Juppiter; at vivat qui mihi præstat humum.

517. CALLIMACHI.

Mane sepultus erat Melanippus et, occidit ut sol,

Δυομένου Βασιλῶ κάτθανε παρθενικὴ
αὐτοχερί· ζώειν γὰρ, ἀδελφεὸν ἐν πυρὶ θεῖσα,
οὐκ ἔτλη. Δίδυμον δ' οἶκος ἐσεῖδε κακὸν
πατρὸς Ἀριστίπποιο· κατήφησεν δὲ Κυρήνη
πᾶσα, τὸν εὔτεκνον χῆρον ἰδοῦσα δόμον.

518. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀσταχίδην τὸν Κρῆτα, τὸν αἰπόλον, ἥρπασε Νύμφη
ἐξ ὄρεος· καὶ νῦν ἱερὸς Ἀσταχίδης.
Οὐκέτι Δικταίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν, οὐκέτι Δάφνιν
ποιμένες, Ἀσταχίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

519. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον, ἄνικα καὶ σὲ,
Χάρμι, τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἀμετέροις,
τᾷ ἑτέρᾳ κλαύσαντες ἐθάπτομεν; Οὐδὲν ἐκείνου
εἶδε πατὴρ Διοφῶν χρῆμ' ἀνιαρότερον.

520. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἢν δίζῃ Τίμαρχον ἐν Ἀΐδος, ὄφρα πύθηαι
ἤ τι περὶ ψυχῆς, ἢ πάλι πῶς ἔσεαι,
δίζεσθαι φυλῆς Πτολεμαΐδος, υἱέα πατρὸς
Παυσανίου· δήεις δ' αὐτὸν ἐν εὐσεβέων.

521. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κύζικον ἢν ἔλθῃς, ὀλίγος πόνος Ἱππακὸν εὑρεῖν
καὶ Διδύμην· ἀφανὴς οὔτι γὰρ ἡ γενεή·
καί σφιν ἀνιηρὸν μὲν ἔρεις ἔπος, ἔμπα δὲ λέξαι
τοῦθ', ὅτι τὸν κείνων ὧδ' ἐπέχω Κριτίην.

522 ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τιμονόη, τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἐπῆν ὄνομα
στήλῃ, καὶ Μήθυμνα τεὴ πόλις. Ἦ μέγα φημὶ
χῆρον ἀνιᾶσθαι σὸν πόσιν Εὐθυμένη.

occidente Basilo interiit virgo
sua-manu; vivere enim, postquam fratrem rogo imposuit,
non sustinuit. Geminum vero domus vidit malum
patris Aristippi, dejecitque-vultum Cyrene
omnis, illam fœcundam *jam* orbam videns domum.

518. EJUSDEM.

Astaciden, Cretensem illum pastorem, rapuit Nympha
ex monte, et nunc sacer Astacides.
Non amplius Dictæis sub quercubus, non amplius Daph-
pastores, sed Astaciden semper canemus. [nim

519. EJUSDEM.

Sortem quis bene novit crastinam, quandoquidem et te,
Charmis, oculos qui-heri-eras ob nostros,
altera-die lugentes sepelivimus? Nullam illâ
vidit pater Diophon rem ærumnosiorem.

520. EJUSDEM.

Si quæris Timarchum in Plutonis *domo*, ut audias
sive quid de anima, sive rursus quomodo sis-futurus,
quære *virum* de-tribu Ptolemaïde, filium patris
Pausaniæ: invenies autem eum in piorum *regione*.

521. EJUSDEM.

Cyzicum si adieris, parvi negotii *est* Hippacum invenire
et Didymen: obscurum neutiquam enim hoc genus;
et eis tristem quidem dices vocem, sed tamen edissere
hoc, ipsorum hic a-me-cohiberi Critiam.

522. EJUSDEM.

Timonoe, aut quænames? Non per deos, non agnovissem te,
nisi Timothei patris inesset nomen
cippo, et Methymna tua urbs. Profecto valde aio
viduum mœrere tuum virum Euthymenem.

Virgo sua Basilo concidit icta manu:
Nam non sustinuit fratri superesse cremato,
Atque ita Aristippi bis fuit orba domus.
Cum mœrore gravi Cyrene cernit inanes,
Qui modo felices prole fuere, lares.

518. EJUSDEM,

de Astacide.

Cretensem Astaciden custodem in monte caprarum
Nympha sibi rapuit. Non erit Astacides
Dictæis posthac sub quercubus: ergo canemus
Pastores, non te, Daphni, sed Astaciden.

519. EJUSDEM.

Fata, quis est hominum, novit qui crastina, Charmi?
Si te, quem populus vidimus omnis heri,
Nunc flemus terræque damus: nil tempore tanto
Aspexit Diophon tam sibi triste pater.

520. EJUSDEM.

Quisquis in inferna Timarchum sede requiris,
Ut discas, animus quid sit, et an redeas:
Pausania de patre tribu Ptolemaïde quærens
Invenies, habitat quæ pia turba, locis.

521. EJUSDEM.

Hippacon et Didymon, venias si Cyzicon urbem,
Quære precor: clarum monstrat utrumque genus.
Dices triste quidem, sed dic, rogo: filius illis
Qui fuerat Critias, hunc ego nunc habeo.

522. EJUSDEM.

Timonoe quæ tu? Non te, per numina, nossem,
Timothei nomen ni patris aspicerem,
Methymnamque simul patriam hoc in marmore. Multum
Vir tuus Euthymenes hac, scio, morte dolet.

523. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οἵτινες Ἀλείοιο παρέρπετε σῆμα Κίμωνος
ἵστε τὸν Ἱππαίου παῖδα παρερχόμενοι.

524. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

α. Ἦ ῥ' ὑπὸ σοὶ Χαρίδας ἀναπαύεται; β. Εἰ τὸν τοῦ Κυρηναίου παῖδα λέγεις, ὑπ' ἐμοί. [Ἀρίμμα
α. Ὦ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; γ. Πολὺς σκότος. α. Αἱ δ' [ἄνοδοι τί;
γ. Ψεῦδος. α. Ὁ δὲ Πλούτων; γ. Μῦθος. α. Ἀπω-
γ. Οὗτος ἐμὸς λόγος ὑμμιν ἀληθινός· εἰ δὲ τὸν ἡδὺν [λό-
βούλει, πελλαίου βοῦς μέγας εἰν ἀΐδῃ. [μεθα.

525. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.
Εἰδείης δ' ἄμφω κεν· ὁ μέν κοτε πατρίδος ὅπλων
ἦρξεν· ὁ δ' ἤεισεν κρέσσονα βασκανίης.
Οὐ νέμεσις· Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
μὴ λοξῷ πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

526. ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΥ.

Ζεῦ πάτερ, Ὀθρυάδα τίνα φέρτερον ἔδρακες ἄλλον,
ὃς μόνος ἐκ Θυρέας οὐκ ἐθέλησε μολεῖν
πατρίδ' ἐπὶ Σπάρταν, διὰ δὲ ξίφος ἤλασε πλευρᾶν,
δοῦλα καταγράψας σκῦλα κατ' Ἰναχιδᾶν;

527. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Θεύδοτε, κηδεμόνων μέγα δάκρυον, οἵ σε θανόντα
κώκυσαν, μέλεον πυρσὸν ἀναψάμενοι,
αἰνόλιτε, τρισάωρε· σὺ δ' ἀντὶ γάμου τε καὶ ἥβης
κάλλιπες ἡδίστῃ ματρὶ γόους καὶ ἄχη.

528. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εὐρύσορον περὶ σῆμα τὸ Φαιναρέτης ποτὲ κοῦραι
κέρσαντο ξανθοὺς Θεσσαλίδες πλοκάμους,

523. EJUSDEM.

Quicumque Elei prætergredimini monumentum Cimonis, scitote vos Hippæi filium præterire.

524. EJUSDEM.

a. An sub te Charidas requiescit? *b.* Si Arimmæ Cyrenæi filium dicis, sub me *quiescit*.
a. O Charida, quid *sunt* inferna? *c.* Multæ tenebræ. *a.* Et [ascensiones quid?
c. Mendacium. *a.* Pluto autem? *c.* Fabula. *a.* Periimus.
c. Hic meus sermo vobis verus : at si dulcem
vis, Pellæi *numi venit* bos magnus in Orco.

525. EJUSDEM.

Quicumque meum juxta sepulcrum fers pedem, Callimascito Cyrenæi filiumque et genitorem. [chi me
Noscere autem ambos poteris : unus quidem olim patriæ imperavit; alter vero cecinit superiora invidiâ.
Nulla invidia : Musæ enim, quoscumque viderunt oculo haud obliquo, canos non deposuerunt amicos. [pueros

526. NICANDRI COLOPHONII.

Juppiter, Othryada quem præstantiorem vidisti alium, qui solus Thyrea non voluit abire
patriam in Spartam, sed gladium adegit per latera, captiva inscribens spolia contra Inachidas?

527. THEODORIDÆ.

Theodote, cognatorum ingens ploratus, qui te mortuum fleverunt, infelicem rogum ubi succenderunt,
misero-fato, ter-immature-prærepte : tu vero nuptiisque et reliquisti dulcissimæ matri gemitus et dolores. [juventa

528. EJUSDEM.

Amplum-loculum-habens circa sepulcrum Phænaretæ olim sibi absciderunt flavos Thessalæ cincinnos, [puellæ

---

524. EJUSDEM.

An situs hîc Charidas? Tibi si qui natus Arimmæ
Patre Cyrenæo quæritur, hic situs est.
Infera quid, Charida? Tenebræ. Sursumne reditur?
Nugæ. Quid Pluto? Fabula. Vita perit.
Hæc tibi vera loquor. Sed mavis suavia : magnus
Pellæi campis bos sit in Elysiis.

525. EJUSDEM,

de patre suo.

Qui tumulum transis, genitum me disce Cyrena
Callimachi cui sunt filius atque pater.
Notus uterque satis : patriæ nam rexerat arma
Ille; minor vicit cantibus invidiam.
Nec nimium dixi : puerum quemcumque Camœnæ
Respiciunt, nunquam deseruere senem.

526. NICANDRI COLOPHONII.

Nostine Othryada potiorem, Juppiter, ullum?
Qui Thyrea Spartam noluit ire suam,
Solus adhuc superans, sed fodit viscera ferro
Et spolia inscripsit, Victor ab Inachidis.

527. THEODORIDÆ.

Te gravibus lacrymis fidi flevere propinqui,
Theudote, cum miseram supposuere facem.
Heu fragili genitum filo, pro flore juventæ,
Proque nuru, lacrymas et mala mater habes.

528. THEODORIDÆ.

Splendida Phænaretæ propter monumenta puellæ
Thessalides rutilas deposuere comas,

πρωτοτόκον καὶ ἄποτμον ἀτυζόμεναι περὶ νύμφην·
Λάρισσαν δὲ φίλην ἤχαχε καὶ τοκέας.

529. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τόλμα καὶ εἰς ἀΐδαν καὶ ἐς οὐρανὸν ἄνδρα κομίζει,
ἃ καὶ Σωσάνδρου παῖδ' ἐπέβασε πυρᾶς,
Δωρόθεον· Φθία γὰρ ἐλεύθερον ἦμαρ ἰάλλων,
ἐρράισθη Σηκῶν μεσσόθι καὶ Χιμέρας.

530. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝ.

Μούναν σὺν τέκνοις νεκυοστόλε δέξο με πορθμεῦ
τὰν λάλον· ἀρκεῖ σοι φόρτος ὁ Ταντα λίδης·
πληρώσει γαστὴρ μία σὸν σκάφος· εἴσιδε κούρους
καὶ κούρας, Φοίβου σκῦλα καὶ Ἀρτέμιδος.

531. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὐτά τοι, τρέσσαντι παρὰ χρέος, ὤπασεν ᾍδαν,
βαψαμένα κοίλων ἐντὸς ἄρη λαγόνων,
μάτηρ ἅ σ' ἔτεκεν, Δαμάτριε· φᾶ δὲ σίδαρον
παιδὸς ἑοῦ φύρδαν μεστὸν ἔχουσα φόνου,
ἀφριόεν κοναβηδὸν ἐπιπρίουσα γένειον,
δερκομένα λοξαῖς, οἷα Λάκαινα, κόραις·
« Λεῖπε τὸν Εὐρώταν, ἴθι Τάρταρον· ἀνίκα δειλὰν
« οἶσθα φυγάν, τελέθεις οὔτ' ἐμὸς οὔτε Λάκων ».

532. ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΑΙΓΕΑΤΟΥ.

Ἔκ με γεωμορίης Ἐτεοκλέα πόντιος ἐλπὶς
ἕλκυσεν, ἀθνείης ἔμπορον ἐργασίης·
νῶτα δὲ Τυρσηνῆς ἐπάτευν ἁλός· ἀλλ' ἅμα νηὶ
πρηνιχθεὶς κείνης ὕδασιν ἐγκατέδυν,
ἀθρόον ἐμβρίσαντος ἀήματος. Οὐκ ἄρ' ἁλωὰς
αὐτὸς ἐπιπνείει κεἰς ἀθόνας ἄνεμος.

533. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΝΔΡΙΟΥ.

Καὶ Διΐ καὶ Βρομίῳ με διάβροχον οὐ μέγ' ὀλισθεῖν,
καὶ μόνον ἐκ δοιῶν, καὶ βροτὸν ἐκ μακάρων.

534. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ ΑΙΤΩΛΟΥ.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὡς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.

primum-puerperam et infelicem amentes ob puellam;
Larissam vero caram mœrore affecit et parentes.

529. EJUSDEM.

Audacia et in Orcum et in cœlum virum aufert,
quæ et Sosandri filium imposuit rogo,
Dorotheum : Phthiæ enim liberam diem mittens
contusus-est Secos (?) inter et Chimeram.

530. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Solam cum liberis, mortuos-vehens portitor, excipe me
ore-incontinentem : satis-est tibi onus ex-Tantalidis;
implebit uterus unus tuam scapham; aspice pueros
et puellas, Phœbi spolia et Dianæ.

531. EJUSDEM.

Ipsa tibi, quum-timuisses præter fas, largita-est Orcum,
tingens intra cava bellicum-ensem latera,
mater quæ te genuit, Demetrie; dixitque ferrum
pueri sui undique plenum gerens cruore,
spumiferis cum-strepitu infrendens labiis,
intuens torvis, tanquam Lacæna, pupillis :
« Linque nunc Eurotan, adi Tartarum; quando timidam
nosti fugam, *jam* es neque meus neque Lacon. »

532. ISIDORI ÆGEATÆ.

Ex agrorum me cultura Eteoclem maritima spes
abduxit, alieni mercatorem laboris;
et dorsa Tyrrheni sulcabam maris; verum una-cum nave
præcipitatus illius undas subii, [areas
subito quum-ingruisset ventorum-flamen. Non igitur in
idem spirat et in vela ventus.

533. DIONYSII ANDRII.

Et Jove et Baccho me perfusum non magnum *est* labi,
et unum per duos, et mortalem per deos.

534. AUTOMEDONTIS ÆTOLI (?).

O homo, vitæ parce, neu intempestive [vita.
nauta sis : etiam sic (*sine navigatione*) non multa viro

Lugentes primi fatum miserabile partus :
Hanc cum Larissa flevit uterque parens.

529. EJUSDEM.

Ad Styga vis animi, sed et alta ad sidera ducit,
Sosandro genitum quæ dedit ipsa rogo
Dorotheum : rapuit quem mors stabula alta Capramque
Inter, dum Phthiæ libera jura parit.

530. ANTIPATRI,

de Niobe.

Portitor umbrarum solam cum prole loquacem
Me cape : fert oneris Tantalis una satis.

En natos spolium Phœbi, natasque Dianæ :
Ex utero nostro plena carina tua est.

532. ISIDORI ÆGEATÆ.

Abduxit pelagi me spes Eteoclea rure,
Et suasit lucrum Mercuriale sequi :
Sed dum Tyrrheni dorsum seco, cum rate tota
In salsas cecidi præcipitatus aquas :
Tam gravis incubuit ventus. Non scilicet idem
Ille flat in velis, qui fuit in segete.

534. [THEOCRITI.]

Sis animæ parcens : alieno tempore tenta
Nec mare : nec longa est sic quoque vita viris.

Δεῦλαιε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
ἠπείγευ, Κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης,
ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
ποντοπορῶν, αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

535. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Οὐκέθ' ὁμοῦ χιμάροισιν ἔχειν βίον, οὐκέτι ναίειν
ὀ τραγόπους ὀρέων Πὰν ἐθέλω κορυφάς.
Τί γλυκύ μοι, τί ποθεινὸν ἐν οὔρεσιν; ὤλετο Δάφνις,
Δάφνις ὃς ἡμετέρῃ πῦρ ἔτεκε κραδίῃ.
Ἄστυ τόδ' οἰκήσω· θηρῶν δέ τις ἄλλος ἐπ' ἄγρην
στελλέσθω. Τὰ πάροιθ' οὐκέτι Πανὶ φίλα.

536. ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Οὐδὲ θανὼν ὁ πρέσβυς ἐῷ ἐπιτέτροφε τύμβῳ
βότρυν ἀπ' οἰνάνθης ἥμερον, ἀλλὰ βάτον,
καὶ πνιγόεσσαν ἄχερδον, ἀποστύφουσαν ὁδιτῶν
χείλεα καὶ δίψει καρφαλέον φάρυγα.
Ἀλλά τις Ἱππώνακτος ἐπὴν παρὰ σῆμα νέηται,
εὐχέσθω κνώσσειν εὐμενέοντα νέκυν.

537. ΦΑΝΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἠρίον οὐκ ἐπὶ πατρὶ, πολυκλαύτου δ' ἐπὶ παιδὸς
Λῦσις ἄχει κενεὴν τήνδ' ἀνέχωσε κόνιν,
οὔνομα ταρχύσας, ἐπεὶ οὐχ ὑπὸ χεῖρα τοκήων
ἦλυθε δυστήνου λείψανα Μαντιθέου.

538. ΑΝΥΤΗΣ.

Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν ζῶν ποτέ· νῦν δὲ τεθνηκὼς
ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

539. ΠΕΡΣΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ.

Οὐ προϊδὼν, Θεότιμε, κακὴν δύσιν ὑετίοιο
Ἀρκτούρου, κρυερῆς ἧψαο ναυτιλίης,
ἥ σε, δι' Αἰγαίοιο πολυκλήϊδι θέοντα
νηΐ, σὺν οἷς ἑτάροις ἤγαγεν εἰς ἀΐδην.

Miser Cleonice, tu vero in nitidam Thasum ire
festinasti, Cava profectus mercator ex Syria,
mercator, o Cleonice: occasum autem sub Pleiadis ipsum
navigans, ipsa cum-Pleiade occubuisti

535. MELEAGRI.

Non-amplius una-cum capreis vivere, non-amplius habitare
capripes montium Pan volo fastigia. [Daphnis,
Quid dulce mihi, quid desiderabile in montibus? periit
Daphnis qui nostro ignem peperit pectore. [tionem
Urbem hanc incolam: ferarum autem quis alius in vena-
accingitor. Quæ ante *placuere*, non-jam Pani placent

536. ALCÆI MITYLENÆI

Ne mortuus quidem senex suo enutrivit-super tumulo
uvam a vite mitem, sed rubum,
et strangulantem apiastrum, suffocantem viatorum
labia et siti aridam faucem.
Sed aliquis Hipponactis quando sepulcrum præterit,
precetur dormire benevolum cadaver.

537. PHANIÆ GRAMMATICI.

Tumulum non ob patrem, sed valde-defleti filii ob
dolorem Lysis inanem hunc egessit pulverem,
nomen *modo* sepeliens; non enim sub manum parentum
venerunt miseri reliquiæ Mantithei.

538. ANYTÆ.

Manes hicce vir fuit vivens olim: nunc autem mortuus
æque-ac Darius ille magnus pollet.

539. PERSÆ POETÆ.

Non prævidens, Theotime, malum occasum pluvii
Arcturi, terribilem aggressus-es navigationem,
quæ te, per Ægæum habente-multa-transtra currentem
navi, cum tuis sodalibus duxit in Orcum.

---

535. MELEAGRI,

de Daphnide.

Vivere cum capris non jam mihi dulce, nec ultra
In summis cupio Pan habitare jugis.
Nam quid suave dabunt montes mihi? Daphnis obivit,
Daphnis in hoc nostro pectore primus amor.
Urbs habitanda mihi; venatum quæ velit ibit
Bellua: nulla placent quæ placuere prius.

536. ALCÆI MESSENII.

de Hipponacte.

Nec nunc ex tumulo mollem de vite racemum
Mortuus hic profert, sed vepris aspra, senex,
Et sylvestre pirum, quod iter facientibus ora
Strangulet et fauces, quas sitis ardor habet

Hipponacteum transis quicumque sepulchrum,
Fac dis, ut facilis dormiat ille, preces.

537. PHANIÆ.

Non patri, sed quæ magis est vis flenda, sepulchrum
Hoc nato Lysis struxit inane suo.
Nominis est tumulus. Nam non habuere parentes
Quod possent miseri condere Mantithei.

538. ANYTÆ.

Vivus erat Manes, sed postquam mortuus iste est,
Darius quantum magnus et ipse potest.

539. PERSÆ POETÆ.

Imbrifer Arcturus mare cum, Theotime, subiret,
Incauto pelagi tunc tibi cœpit iter.
Sic miser Ægæum multo dum remige curris,
Raptus es ad Manes tu comitesque tui.

Αἰαῖ, Ἀριστοδίκη δὲ καὶ Εὔπολις, οἵ σ' ἐτέκοντο,
μύρονται, κενεὸν σῆμα περισχόμενοι.

540. ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Πρὸς σὲ Διὸς Ξενίου γουνούμεθα, πατρὶ Χαρίνῳ
ἄγγειλον Θήβην, ὦνερ, ἐπ' Αἰολίδα
Μῆνιν καὶ Πολύνικον ὀλωλότε, καὶ τόδε φαίης,
ὡς οὐ τὸν δόλιον κλαίομεν ἄμμε μόρον,
καίπερ ὑπὸ Θρηκῶν φθίμενοι χερὸς, ἀλλὰ τὸ κείνου
γῆρας ἐν ἀργαλέῃ κείμενον ὀρφανίῃ.

541. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔστης ἐν προμάχοις, Χαιρωνίδη, ὧδ' ἀγορεύσας,
« Ἢ μόρον, ἢ νίκαν, Ζεῦ, πολέμοιο δίδου »,
ἡνίκα τοι περὶ Τάφρον Ἀχαιΐδα τῇ τότε νυκτὶ
δυσμενέες θρασέος δῆριν ἔθεντο πόνου.
Ναὶ μὴν ἀντ' ἀρετῆς σε διακριδὸν Ἄλις ἀείδει,
θερμὸν ἀνὰ ξείνην αἷμα χέαντα κόνιν.

542. ΦΛΑΚΚΟΥ.

Ἔβρου χειμερίοις ἁταλὸς κρυμοῖσι δεθέντος
κοῦρος ὀλισθηροῖς ποσσὶν ἔθραυσε πάγον,
τοῦ παρασυρομένοιο περιῤῥαγὲς αὐχέν' ἔκοψεν
θηγαλέον ποταμοῦ Βιστονίοιο τρύφος.
Καὶ τὸ μὲν ἡρπάσθη δίναις μέρος· ἡ δὲ τεκοῦσα
λειφθὲν ὕπερθε τάφῳ μοῦνον ἔθηκε κάρα.
Μυρομένη δὲ τάλαινα, « Τέκος, τέκος » εἶπε, « τὸ μέν
« πυρκαϊὴ, τὸ δέ σου πικρὸν ἔθαψεν ὕδωρ ». [σου

543. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Πάντα τις ἀρήσαιτο φυγεῖν πλόον, ὁππότε καὶ σὺ,
Θεύγενες, ἐν Λιβυκῷ τύμβον ἔθευ πελάγει,
ἡνίκα σοι κεκμηὸς ἐπέπτατο φορτίδι νηῒ
οὖλον ἀνηρίθμων κεῖνο νέφος γεράνων.

Heu, heu, Aristodiceque et Eupolis, qui te genuerunt, lamentantur, inane sepulcrum amplexi.

540. DAMAGETÆ.

Per te Jovem hospitalem obsecramus-genua-amplexi, patri nuncia Thebas, o vir, Æolias, [Charino
Menin et Polynicum periisse; et hoc dicas,
nos non dolo-illatam deflere mortem,
quanquam Thracum interemptos manu, sed illius senium in acerba positum orbitate.

541. EJUSDEM.

Stetisti inter primos-pugnatores, Chæronida, sic effatus :
« Aut mortem aut victoriam, Juppiter, belli dona »,
quando tibi circa Fossam Achaicam illa tum nocte hostes audacis certamen imposuerunt laboris.
Næ utique ob virtutem te eximie Elis canit,
calidum in alieno sanguinem qui-fuderis pulvere.

542. FLACCI.

Hebri hiberno tener frigore constricti
puer lapsantibus pedibus rupit glaciem,
cujus flumine tracti in-orbem-fractum cervicem amputavit acutum amnis Bistonii frustum.
Et una quidem abrepta-est vorticibus pars; parens vero relictum superne tumulo solum imposuit caput;
lugensque misera, « Nate, nate, inquit, partem unam tui rogus, alteram vero tui amara sepelivit unda. »

543. ANONYMUM.

Omnem quis optaverit fugere navigationem, quandoquidem Theogenes, in Libyco tumulum posuisti mari, [et tu,
quum tuam fessa devolaverit-in onerariam navem spissa innumerarum illa nubes gruum.

Plorantes tumulum nunc amplectuntur inanem
Eupolis heu genitor, mater Aristodice.

540. DAMAGETI.

Æolidem Theben venias si forte, Charino
Dic patri, sic te Juppiter, hospes, amet :
Occidimus Menis simul et Polynicus : et adde :
Non adeo nobis mors inopina dolet,
Quamquam hominum fecere manus, quam quod gravis ætas
Illius in sævis luctibus orba gemit.

541. EJUSDEM.

In prima pugnans acie, Chæronida, dixti,
« Da, superûm rector, vincere, dave mori »,
Nocte laboranti cum vallum propter Achivum
Opposuit sese vis inimica tibi.
Quamlibet externam tinxisti sanguine terram,
Æternum meritis Elide nomen habes.

542. FLACCI.

Dum puer adstricto glacie lascivit in Hebro,
Cessit ad instantes frigida testa pedes.
Illapsi tenerum caput a cervice recidit
Pars de Bistonio flumine vincta gelu.
In mare fert truncum fluvii violentia : mater
Nil, capite excepto, quod tumularet, habet :
Et graviter lugens, Fili carissime, dixit,
Hoc ignis, quod abest, jam sepelivit aqua.

543. INCERTI.

Utatur nemo posthac rate, Theugenes, ex quo
Vita tibi Libyco desiit hausta mari :
Cum tamen illa gruum nubes defessa volatu
In transtris voluit se posuisse tuis.

544. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰπὲ, ποτὶ Φθίαν εὐάμπελον ἦν ποθ' ἵκηαι
καὶ πόλιν ἀρχαίαν, ὦ ξένε, Θαυμακίαν,
ὡς δρυμὸν Μαλεαῖον ἀναστείβων ποτ' ἔρημον
εἶδες Λάμπωνος τόνδ' ἐπὶ παιδὶ τάφον
Δερξίᾳ, ὃν ποτε μοῦνον ἔλον δόλῳ, οὐδ' ἀναφανδόν,
κλῶπες ἐπὶ Σπάρταν δῖαν ἐπειγόμενον.

545. ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Τὴν ἀπὸ πυρκαϊῆς ἐνδέξια φασὶ κέλευθον
Ἑρμῆν τοὺς ἀγαθοὺς εἰς Ῥαδάμανθυν ἄγειν,
ᾗ καὶ Ἀριστόνοος, Χαιρεστράτου οὐκ ἀδάκρυτος
παῖς, ἡγησίλεω δῶμ' Ἄϊδος κατέβη.

546. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἶχε κορωνοβόλον πενίης λιμηρὸν Ἀρίστων
ὄργανον, ᾧ πτηνὰς ἠκροβόλιζε γένας,
ἦκα παραστείχων δολίην ὁδὸν, οἷος ἐκείνας
ψεύσασθαι λοξοῖς ὄμμασι φερβομένας.
Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἀΐδῃ· τὸ δέ οἱ βέλος ὀρφανὸν ἦχου
καὶ χερός· ἡ δ' ἄγρη τύμβον ὑπερπέταται.

547. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

Τὰν στάλαν ἐχάραξε Βιάνωρ οὐκ ἐπὶ ματρὶ,
οὐδ' ἐπὶ τῷ γενέτᾳ, πότμον ὀφειλόμενον,
παρθενικᾷ δ' ἐπὶ παιδί· κατέστενε δ', οὐχ Ὑμεναίῳ,
ἀλλ' Ἀΐδᾳ νύμφαν δωδεκέτιν κατάγων.

548. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

α. Τίς Δαίμων Ἀργεῖος ἐπ' ἠρίῳ; ἆρα σύναιμος
ἐστὶ Δικαιοτέλους; β. Ἔστι Δικαιοτέλους.
α. Ἠχὼ τοῦτ' ἐλάλησε πανύστατον, ἦ τόδ' ἀληθές;
κεῖνος δῆθ' ἑστὶν ἀνήρ; β. Κεῖνος δῆθ' ἑστὶν ἀνήρ.

549. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πέτρος ἔτ' ἐν Σιπύλῳ Νιόβη θρήνοισιν αἰάζει,
ἑπτὰ δὶς ὠδίνων μυρομένη θάνατον·

544. ANONYMUM.

Dic, Phthiam vitiferam si quando adieris
et urbem antiquam, o hospes, Thaumaciam,
quod quercetum Maleæum perambulans aliquando desertum
videris Lamponis hunc puero *structum* tumulum
Derxiæ, quem olim solum ceperunt dolo, non aperte,
fures ad Spartam diam festinantem.

545. HEGESIPPI.

Ab rogo per-dextram dicunt viam
Mercurium bonos ad Rhadamanthum ducere,
qua et Aristonoüs, Chærestrati non indefletus
puer, congregantis-populos ad-domum Plutonis descendit.

546. ANONYMUM.

Habebat fundam Ariston, paupertatis famelicum
instrumentum, quo volucres petebat anseres,
sensim subrepens dolosam viam, qui-posset illos
decipere limis oculis pascentes.
Nunc autem hic apud Orcum, et jaculum ejus orbum
et manu; præda vero tumulum supervolitat. [clangore

547. LEONIDÆ ALEXANDRINI.

Cippum inscripsit Bianor non matri,
neque patri suo, quod est fatum debitum,
sed virgini puellæ; ingemuit autem, non Hymenæo,
sed Plutoni nymphan duodecennem adducens.

548. EJUSDEM.

a. Quis *est* Dæmon Argivus in sepulcro? anne frater
est Dicæotelis? *b.* Est Dicæotelis.
a. Echo hoc dixit novissimum; an id verum?
ille hic est vir? *b.* Ille hic est vir.

549. EJUSDEM.

Lapis adhuc in Sipylo Niobe gemitibus ejulat,
bis septem partuum lugens mortem,

---

545. HEGESIPPI.

Si quis sanctus obit, hunc dicitur ad Rhadamanthum
Mercurius dextra ducere parte rogi.
Hac et Aristonous tuus, o Chærestrate, natus
Ad manes, fletum sed tibi, cepit iter

546. INCERTI.

Esuriens arcum nil præter habebat Ariston,
Quæ necis in turdos machina certa fuit.
Sic lento se ferre gradu, sic lima tuente
Lumine pascentes fallere norat aves.
Quem nunc Orcus habet: telum strepituque manuque
Deficitur: tumulum præda supervolitat.

547. LEONIDÆ ALEXANDRINI.

Non facit hunc tumulum defuncta matre Bianor,
Conditur illius nec pietate pater,
Filia sed virgo, quæ bissex nata per annos,
A patre non thalamo tradita, sed tumulo est.

548. EJUSDEM.

Diva, quis Argivus tumulum tenet? an, rogo, frater
Ille Dicæotelus? Ille Dicæotelus.
Hæc Echo nobis sonat ultima: dic age, rursum
Ille vir hic situs est? Ille vir hic situs est

549. EJUSDEM,

de Niobe.

Jam lapis in Sipylo Niobe non cessat et illic
Flere, bis heu septem partubus orba parens.

Λήξει δ' οὐδ' αἰῶνι γόου. Τί (δ') ἀλαζόνα μῦθον
φθέγξατο, τὸν ζωῆς ἅρπαγα καὶ τεκέων;

550. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ναυηγὸς γλαυκοῖο φυγὼν Τρίτωνος ἀπειλὰς
Ἀνθεὺς Φθιώτην οὐ φύγεν αἰνόλυκον·
Πηνειοῦ παρὰ χεῦμα γὰρ ὤλετο. Φεῦ τάλαν ὅστις
Νηρείδων Νύμφας ἔσχεν ἀπιστοτέρας.

551. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Λητοΐος καὶ Παῦλος ἀδελφεὼ ἄμφω ἐόντε
ξυνὴν μὲν βιότου συζυγίην ἐχέτην,
ξυνὰ δὲ καὶ Μοίρης λαχέτην λίνα, καὶ παρὰ θῖνα
Βοσπορίην ξυνὴν ἀμφεβάλοντο κόνιν.
Οὐδὲ γὰρ ἀλλήλοιν ζώειν ἀπάνευθε δυνάσθην,
ἀλλὰ συνετρεχέτην καὶ παρὰ Φερσεφόνην.
Χαίρετον ὦ γλυκερὼ καὶ ὁμόφρονε· σήματι δ' ὑμέων
ὤφελεν ἱδρῦσθαι βωμὸς Ὁμοφροσύνης.

552. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

α. Ὦ ξένε, τί κλαίεις; β. Διὰ σὸν μόρον. α. Οἶσθα τίς εἶ-
β. Οὐ μὰ τόν· ἀλλ' ἔμπης οἰκτρὸν ὁρῶ τὸ τέλος. [μι;
Ἐσσὶ δὲ τίς; α. Περίκλεια. β. Γυνὴ τίνος; α. Ἀνδρὸς
ῥήτορος, ἐξ Ἀσίης, οὔνομα Μεμνονίου. [ἀρίστου,
β. Πῶς δέ σε Βοσπορίη κατέχει κόνις; α. Εἴρεο Μοῖραν,
ἥ μοι τῆλε πάτρης ξεῖνον ἔδωκε τάφον.
β. Παῖδα λίπες; α. Τριέτηρον, ὃς ἐν μεγάροισιν ἀλύων
ἐκδέχεται μαζῶν ἡμετέρων σταγόνα.
β. Αἴθε καλῶς ζώοι. α. Ναὶ, ναὶ, φίλος, εὔχεο κείνῳ,
ὄφρα μοι ἡβήσας δάκρυ φίλον σταλάοι.

553. ΔΑΜΑΣΚΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Ζωσίμη, ἡ πρὶν ἐοῦσα μόνῳ τῷ σώματι δούλη,
καὶ τῷ σώματι νῦν εὗρεν ἐλευθερίην.

nec ævo-omni desinet querelarum. Quid arrogantem ser-
elocuta-est, vitæ raptorem et liberorum? [monem

550. EJUSDEM.

Naufragus glauci elapsus Tritonis minis
Antheus Phthiotem non effugit horrendum-lupum:
Penei ad fluenta enim periit. Heu miserum, qui
Nereidibus Nymphas habuit minus-fidas!

551. AGATHIÆ SCHOLASTICI

Latoïus et Paulus fratres gemini
commune vitæ *quasi* conjugium habebant,
communiaque et Parcæ sortiti-sunt fila, et propter oram
Bosporiam communem induerunt pulverem.
Neque enim alter-altero vivere procul poterant,
sed una-cucurrerunt etiam ad Proserpinam.
Valete o dulces et concordes: in-sepulcro autem vestro
debebat erigi ara Concordiæ.

552. EJUSDEM.

a. O hospes, quid fles? *b.* Ob tuum fatum. *a.* Nostine quis
b. Non hercle; at tamen miserabilem video exitum. [sim?
Es autem quis? *a.* Periclea. *b.* Uxor cujus? *b.* Viri optimi,
rhetoris, ex Asia, nomine Memnonii. [Parcam,
b. Qui autem te Bosporius continet pulvis? *a.* Interroga
quæ mihi procul a-patria exterum dedit tumulum.
b. Puerum liquisti? *a.* Triennem, qui in tectis mœrens
exspectat uberum nostrorum guttam.
b. Utinam pulchre vivat! *a.* Næ, næ, amice, optes ei
ut mihi quum-adoleverit lacrimam caram fundat.

553. DAMASCHI PHILOSOPHI.

Zosima, quæ prius erat solo corpore serva,
etiam corpori nunc invenit libertatem.

Nulla dies luctum claudet. Cur? verba superba
Protulit, et vita quæ luit et sobole.

550. EJUSDEM.

Qui modo cærulei Tritonis fugerat iras
Antheus, Phthioten non fugit ecce lupum,
Peneoque perit in flumine. Cur, rogo, nymphæ,
Nereides quam vos sunt meliore fide?

551. AGATHIÆ ORATORIS.

Par fratrum Latous erant Paulusque, nec ulla
Pars illis vitæ dissociata fuit.
Nunc illos pariter mortis quoque fila ligarunt,
Unaque Bosphorio litore condit humus.
Vivere qui nunquam potuerunt separe vita,
Nunc et apud Manes currere credo simul.
Salve, dulce jugum! Concordia si velit aram,
Non alibi vestro quam velit in tumulo.

552. EJUSDEM,

de matre sua in Byzantio sita.

Hospes, quid lacrymas? Tua funera. Sum tibi nota?
Non es: sed finis me tamen iste movet.
At quæ tu? Periclea. Fuit quis vir tibi? Rhetor,
Vir bonus ex Asia nomine Memnonius.
Cur es Bosphoria sub humo sita? Consule fatum,
Quod voluit patrio me procul axe tegi.
Estne aliquis de te puer? Est mihi trimulus unus,
In lare qui reptans ubera nostra sitit.
Sit precor incolumis. Bene tu: sed et insuper opta,
Vir factus lacrymis ut mea busta riget.

553. DAMASCII PHILOSOPHI.

Zosima quæ solo fuerat modo corpore serva,
Nunc ipso est etiam corpore missa manu.

554. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Λατύπος Ἀρχιτέλης Ἀγαθάνορι παιδὶ θανόντι
χερσὶν ὀΐζυραῖς ἡρμολόγησε τάφον,
αἰαῖ, πέτρον ἐκεῖνον, ὃν οὐκ ἐκόλαψε σίδηρος,
ἀλλ' ἐτάκη πυκιναῖς δάκρυσι τεγγόμενος.
Φεῦ, στήλη, φθιμένῳ κούρῃ μένε, κεῖνος ἵν' εἴπῃ·
« Ὄντως πατρώη χεὶρ ἐπέθηκε λίθον ».

555. ΙΩΑΝΝΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ.

Ἐς πόσιν ἀθρήσασα παρ' ἐσχατίης λίνα μοίρης
ἤνεσα καὶ χθονίους, ἤνεσα καὶ ζυγίους·
τοὺς μέν, ὅτι ζωὸν λίπον ἀνέρα· τοὺς δ', ὅτι τοῖον.
Ἀλλὰ πατὴρ μίμνοι παισὶν ἐφ' ἡμετέροις. —
Τοῦτο σαοφροσύνας ἀντάξιον εὗρεο, Νοστώ·
δάκρυά σοι γαμέτης σπεῖσε καταφθιμένᾳ.

556. ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ.

Νηλειὴς Ἀΐδης· ἐπὶ σοὶ δ' ἐγέλασσε θανόντι,
Τίτυρε, καὶ νεκύων θῆκέ σε μιμολόγον.

557. ΚΥΡΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδες, Μαίης χρόνος· ἐς τρία δ' ἄλλα
ἔτρεχεν, ἀλλ' Ἀΐδης πικρὸν ἔπεμψε βέλος·
θηλυτέρην δ' ἥρπαξε ῥόδων καλύκεσσιν ὁμοίην,
πάντ' ἀπομαξαμένην ἔργα τὰ Πηνελόπης.

558. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἅδης μὲν σύλησεν ἐμῆς νεότητος ὀπώρην,
κρύψε δὲ παππώῳ μνήματι τῷδε λίθος.
Οὔνομα Ῥουφῖνος γενόμην, πάϊς Αἰθερίοιο,
μητρὸς δ' ἐξ ἀγαθῆς· ἀλλὰ μάτην γενόμην.
Ἐς γὰρ ἄκρον μούσης τε καὶ ἥβης ἦκον ἐλάσσας,
φεῦ, σοφὸς εἰς ἀΐδην, καὶ νέος εἰς Ἔρεβος.
Κώκυε καὶ σὺ βλέπων τάδε γράμματα μακρὸν, ὁδῖτα·
δὴ γὰρ ἔφυς ζωῶν ἢ πάϊς ἠὲ πατήρ.

554. PHILIPPI THESSALONICENCIS.

Lapicida Architeles Agathanori puero mortuo
manibus miserandis construxit tumulum,
heu, heu, lapidem illum, quem non sculpsit ferrum,
sed *qui* tabuit crebris lacrimis perfusus.
Heu, cippe, mortuo levis mane, ille ut dicat:
« Revera paterna manus *mihi* imposuit lapidem »

555. JOANNIS POETÆ.

In virum conjiciens oculos juxta extremi fila fati
laudavi et subterraneos *deos*, laudavi et jugales:
illos, quod vivum liquere virum; hos, quod talem.
Sed pater maneat superstitibus liberis nostris. —
Hanc modestiæ mercedem dignam invenisti, Nosto:
lacrimas tibi conjux libavit mortuæ.

556. THEODORI PROCONSULIS.

Immitis *est* Pluto; in te autem risit mortuo,
Tityre, et defunctorum posuit te mimum.

557. CYRI POETÆ.

Tres annorum decades, Mææ ætas; ad tres autem alios
currebat, sed Pluto acerbum misit telum,
feminamque rapuit rosarum calicibus similem,
cuncta quæ referebat opera Penelopes.

558. ANONYMUM.

Pluto quidem diripuit meæ juventæ fructus,
abdidit *eos* autem avito monumento hoc lapis.
Nomine Rufinus fui, filius Ætherii,
matreque ex bona: sed frustra natus sum.
Ad summum enim musæque et juventutis enisus, veni
heu, sapiens in orcum et juvenis in Erebum.
Ingemisce et tu cernens has literas longùm, viator:
certe enim es viventium aut filius aut pater.

---

554. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Architeles lapicida dolens Agathanori nato
Hæc exstructa sua dat monumenta manu.
Ah lapis infelix, quem non vis horrida ferri,
Sed lacrymæ mœsti patris ab ore cavant.
Sis levis, ut dicat jacet hic qui mortuus: istum
Quæ posuit, vere dextra paterna fuit.

555. JOHANNIS,
POETÆ BARBUCALLI.

Respiciens dulcem jam jam moritura maritum
Laudavi mortis conjugiique deos:
Illos, quod post me vir viveret, hos, quia talis.
Ah maneat nostris partubus ille pater!

EJUSDEM,
de eodem.

Sume pudicitiæ pretium miserabile, Nosto:
Non vinum libat vir tibi, sed lacrymas.

556. THEODORI,
de mimo.

Ipse ferus risit, te viso, Dispiter, et te
Infernis fecit, Tityre, planipedem.

557. CYRI, *poetæ.*

Post decies ternos Majæ jam tertius ibat
Annus, et a sæva morte sagitta venit.
Sic cecidit foliis nil concessura rosarum
Penelopen omni parte secuta nurus.

558. INCERTI.

Præripuit frugem nostræ mors atra juventæ:
At nunc, qui proavos, me tegit iste lapis.
Filius Ætherii Ruffinus nomine, matre
Ex Agatha: frustra sed generatus eram.
Pieridum florem cum flos meus attigit ævi,
Puber ego ad tenebras, ad Styga doctus eo.
Da lacrymas, et tu quisquis legis ista, viator:
Tu quoque eras juvenis forsitan et pater es.

559. ΘΕΟΣΕΒΕΙΑΣ.

Εἶδεν Ἀκεστορίη τρία πένθεα· κείρατο χαίτην
πρῶτον ἐφ' Ἱπποκράτει, καὶ δεύτερον ἀμφὶ Γαληνῷ·
καὶ νῦν Ἀβλαβίου γοερῷ περὶ σήματι κεῖται,
αἰδομένη μετὰ κεῖνον ἐν ἀνθρώποισι φανῆναι.

560. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰ καὶ ἐπὶ ξείνης σε, Λεόντιε, γαῖα καλύπτει,
εἰ καὶ ἐρικλαύτων τῆλ' ἔθανες γονέων,
πολλά σοι ἐκ βλεφάρων ἐχύθη περιτύμβια φωτῶν
δάκρυα, δυστλήτῳ πένθεϊ δαπτομένων.
Πᾶσι γὰρ ἦσθα λίην πεφιλημένος, οἷά τε πάντων
ξυνὸς ἐὼν κοῦρος, ξυνὸς ἐὼν ἕταρος.
Αἰαῖ, λευγαλέη καὶ ἀμείλιχος ἔπλετο Μοῖρα,
μηδὲ τεῆς ἥβης, δύσμορε, φεισαμένη.

561. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧ. ΑΙΓΥΠΤ.

Ἡ Φύσις ὠδίνασα πολὺν χρόνον ἀνέρ' ἔτικτεν
ἄξιον εἰς ἀρετὴν τῶν προτέρων ἐτέων,
τὸν Κρατερὸν σοφίην τε καὶ οὔνομα, τὸν καὶ ἀνιγροῖς
κινήσαντα γόῳ δάκρυον ἀντιπάλοις.
Εἰ δὲ νέος τέθνηκεν, ὑπέρτερα νήματα Μοίρης
μέμφεο, βουλομένης κόσμον ἄκοσμον ἔχειν.

562. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ φθέγμα Κρατεροῖο, τί σοι πλέον εἴ γε καὶ αὐδῆς
ἔπλεο καὶ σιγῆς αἴτιον ἀντιπάλοις;
ζῶντος μὲν γὰρ ἅπαντες ἐφώνεον· ἐκ δὲ τελευτῆς
ὑμετέρης ἰδίην αὖθις ἔδησαν ὄπα.
Οὔτις γὰρ μετὰ σεῖο μόρον τέτληκε τανύσσαι
ὦτα λόγοις· Κρατερῷ δ' ἓν τέλος ἠδὲ λόγοις.

563. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Σιγᾷς Χρυσεόμαλλε τὸ χάλκεον, οὐκέτι δ' ἡμῖν
εἰκόνας ἀρχεγόνων ἐκτελέεις μερόπων

559. THEOSEBIÆ.

Vidit Acestoria tres luctus : totondit-sibi comam
primum in Hippocrate, et rursus de Galeno ;
et nunc Ablabii flebilem juxta tumulum jacet,
verecundans post illum inter homines apparere.

560. PAULI SILENTIARII.

Etsi in aliena-terra te, Leonti, humus condit,
etsi large-flentibus procul obiisti a-parentibus,
multæ tibi e palpebris profusæ-sunt exsequiales virorum
lacrimæ, intolerabili luctu confectorum.
Omnibus enim eras valde amatus, utpote qui omnium
communis esses puer, communis esses sodalis.
Heu, heu, sæva et immitis fuit Parca,
ne tuæ quidem juventuti, infelix, quæ-pepercerit.

561. JULIANI EX PRÆFECTIS ÆGYPT.

Natura parturiens per-longum tempus, virum peperit
ad virtutem dignum prioribus sæculis, [mis
Craterum (*Fortem*) sapientiaque et nomine, etiam pessi-
qui-movit luctu lacrimam adversariis.
Si vero juvenis obiit, supera fila Parcæ
accusa, volentis mundum immundum habere.

562. EJUSDEM.

O eloquium Crateri, quid tibi *nunc* prodest si et loquelæ
eras et silentii causa adversariis?
vivente enim te, omnes loquebantur ; post exitum autem
tuum propriam rursus cohibuerunt vocem.
Nemo enim post tuum fatum sustinuit præbere [orationibus.
aures orationibus ; sed Cratero unus-et-idem finis atque

563. PAULI SILENTIARII.

Siles, Chryseomalle, æneum *silentium* illud, nec jam
imagines priscorum perficis mortalium [nobis

---

559. THEOSEBIÆ.

Tres habuit luctus positis Medicina capillis :
Funere in Hippocratis, doctique in morte Galeni ;
Nunc jacet Ablabii propter miseranda sepulchrum :
Quippe oculos hominum damnum post tale veretur.

560. PAULI SILENTIARII.

Te quamquam sepelit peregrina, Leontie, tellus,
Et genitore jaces et genitrice procul,
Multa tuo tristes lacrymas fudere sepulchro
Lumina, multa ob te pectora luctus habet.
Nam cunctis dilectus eras, quasi filius esses
Omnibus, aut junctus lege sodalitii.
Ah nimium crudelis erat, nimis impia Parca,
Ætatem quæ non est miserata tuam.

561. JULIANI ÆGYPTII,
ex genere Præfectorum Augustalium.

Fœta diu tandem peperit natura serenis
Laudibus æquantem sæcula prisca virum :
Nomine erat Craterus, sed re quoque : mortuus ipsis
Extorsit lacrymas hostibus ille suis.
Quod juvenis periit, de Parca justa querela est,
Quæ tale in mundo noluit esse decus.

562. EJUSDEM.

Quid Crateri te lingua potentius? hostibus ipsis
Cur taceant causa es, cur loquerentur, eras.
Omnes te superis auris vescente sonabant :
Omnes ora tuo funere clausa tenent.
Nec præbere velit quisquam sermonibus aures ;
Idem dicendi terminus et Crateri.

563. PAULI SILENTIARII.

Chryseomalle, taces : jubet hoc lex ferrea, nec jam
Exprimis antiquos fronte manuque viros,

νεύμασιν ἀφθόγγοισι· τεὴ δ', ὄλβιστε, σιωπὴ
νῦν στυγερὴ τελέθει, τῇ πρὶν ἐθελγόμεθα.

564. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γῆδέ ποτ' ἀκτερέϊστον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
Λαοδίκην, δηίων ὕβριν ἀλευομένην.
Σῆμα δ' ἀμαλδύναντος ἀνωΐστοιο χρόνοιο,
Μάξιμος ἐκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος,
καὶ κούρης χάλκειον ἐπεὶ τύπον ἐφράσατ' ἄλλῃ
κείμενον ἀκλειῶς, τῷδ' ἐπέθηκε κύκλῳ.

565. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠ. ΑΙΓ.

Αὐτὴν Θειοδότην ὁ ζωγράφος. Αἴθε δὲ τέχνης
ἥμβροτε, καὶ λήθην ὤπασεν ὀδυρομένοις.

566. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Γαῖα, καὶ Εἰλείθυια, σὺ μὲν τέκες, ἡ δὲ καλύπτεις·
χαίρετον· ἀμφοτέρας ἤνυσα τὸ στάδιον.
Εἶμι δὲ, μὴ νοέων πόθι νίσομαι· οὐδὲ γὰρ ὑμέας
ἢ τίνος ἢ τίς ἐὼν οἶδα πόθεν μετέβην.

567. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Κανδαύλου τόδε σῆμα· Δίκη δ' ἐμὸν οἶτον ἰδοῦσα
οὐδὲν ἀλιτραίνειν τὴν παράκοιτιν ἔφη.
Ἤθελε γὰρ δισσοῖσιν ὑπ' ἀνδράσι μηδὲ φανῆναι,
ἀλλ' ἢ τὸν πρὶν ἔχειν, ἢ τὸν ἐπιστάμενον.
Χρῆν ἄρα Κανδαύλην παθέειν κακόν· οὐ γὰρ ἂν ἔτλη
δεῖξαι τὴν ἰδίην ὄμμασιν ἀλλοτρίοις.

568. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἑπτά με δὶς λυκάβαντας ἔχουσαν ἀφήρπασε δαίμων,
ἣν μούνην Διδύμῳ πατρὶ Θάλεια τέκεν.
Ἆ Μοῖραι, τί τοσοῦτον ἀπηνέες, οὐδ' ἐπὶ παστοὺς
ἠγάγετ' οὐδ' ἐρατῆς ἔργα τεκνοσπορίης;

nutibus mutis; tuum autem, beatissime, silentium nunc luctuosum est, quo prius demulcebamur.

564. ANONYMUM.

Hic olim non-rite-sepultam recepit terra dehiscens
Laodicen, hostium injurias effugientem.
Monumentum autem quum-destruxisset elam-obrepens
Maximus conspicuum posuit Asiæ consul, [tempus,
et puellæ æneam postquam imaginem advertit alibi
jacentem inglorie, huic imposuit orbi.

565. JULIANI EX PRÆF. ÆGYPT.

Ipsam Theodoten pictor *exhibuit*. Utinam vero arte excidisset, et oblivionem parasset lugentibus!

566. MACEDONII CONSULIS.

Terra, et Ilithyia, tu quidem genuisti, tu vero tegis;
valete: utriusque confeci stadium.
Abeo autem, inscius quo vadam; neque enim ad-vos
aut cujus aut quis novi *aut* unde venerim.

567. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Candaulæ hoc sepulcrum: Justitia autem meum letum
nihil peccare conjugem dixit. [ubi-vidit,
Volebat enim *eam* binis, a viris ne conspici quidem,
sed aut priorem habere *eam*, aut præsentem.
Fatale-erat igitur Candaulæ ut-pateretur malum: nam
ostendere suam oculis alienis. [*aliter* non sustinuisset

568. EJUSDEM.

Bis septem me annos habentem abripuit fatum,
quam solam Didymo patri Thalia peperit.
Ah Parcæ, quid tam immites, neque ad nuptiales-thalamos
me duxistis, neque *ad* amabilis opera progenerationis?

Sat sine voce loquax. Deflenda silentia nunc sunt,
Quæ populo quondam gaudia tanta dabant.

564. INCERTI.

Hic pia Laodicen sine funere terra recepit,
Hostibus intactus dum studet esse pudor.
Longa latescentem tumulum per sæcula cerni
Nunc Asiæ præses Maximus esse dedit;
Æreaque effigies, alibi sine honore reperta,
Virginis, hoc nunc stat conspicienda loco.

565. JULIANI ÆGYPTII,

Consularis.

Ipsam Thermodoten pictor dedit: ars ego mallem
Errasset: luctus vivit ab arte recens.

566. MACEDONII CONSULIS.

Salvete, o Tellus Lucinaque! tu peperisti,
Tu tegis: expletus cursus uterque mihi.
Nescio quo vadam: nec mirum; quippe nec ad vos
Ipse ego quis veni, cujus et unde, scio.

567. AGATHIÆ,

de Candaule.

Candaules situs hic ego sum; mea funera cernens
Justitia uxorem crimen habere negat.
Noluit illa viris nosci sine veste duobus,
Sed vel habere suum, vel cui visa fuit.
At nisi Candaulen ageret Deus ultor, amores
Spectandos aliis non daret ipse suos.

568. EJUSDEM.

Unica quæ Didymo fueram, castæque Thaliæ,
Ad manes bis me septima traxit hyems.
Crudeles Parcæ, thalami cur jura negatis,
Dulciaque ex thalamo pignora nosse mihi?

οἱ μὲν γὰρ γονέες με γαμήλιον εἰς Ὑμέναιον
μέλλον ἄγειν· στυγεροῦ δ' εἰς Ἀχέροντος ἔβην.
Ἀλλὰ θεοί, λίτομαι, μητρός γε γόους πατέρος τε
παύσατε, τηκομένων εἵνεκ' ἐμεῦ φθιμένης.

Nam me parentes quidem nuptialem ad Hymenæum
erant ducturi; odiosi vero Acherontis *domum* intravi.
Sed dii, obsecro, matris certe gemitibus et patris
ponite finem, tabescentium causa mei exstinctæ.

569. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ναὶ λίτομαι, παροδῖτα, φίλῳ καταλέξον ἀκοίτῃ,
εὖτ' ἂν ἐμὴν λεύσῃς πατρίδα Θεσσαλίην·
« Κάτθανε σὴ παράκοιτις, ἔχει δέ μιν ἐν χθονὶ τύμβος,
« αἰαῖ, Βοσπορίης ἐγγύθεν ἠϊόνος·
« ἀλλά μοι αὐτόθι τεῦχε κενήριον ἐγγύθι σεῖο,
« ὄφρ' ἀναμιμνήσκῃ τῆς ποτὲ κουριδίης ».

569. EJUSDEM.

Næ precor, viator, caro dic conjugi,
quando meam cernes patriam Thessaliam :
« Obiit tua conjux, habet autem illam in terra tumulus,
« heu, heu, Bosporium prope littus :
« sed mihi hic facito inane sepulcrum prope te,
« ut memineris uxoris quæ olim *erat tibi* legitimæ. »

570. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Δουλκίτιον μὲν ἄνακτες ἄκρον βιότοιο πρὸς ὄλβον
ἤγαγον ἐξ ἀρετῆς καὶ κλέος ἀνθυπάτων·
ὡς δὲ φύσις μιν ἔλυσεν ἀπὸ χθονός, ἀθάνατοι μὲν
αὐτὸν ἔχουσι θεοί, σῶμα δὲ σηκὸς ὅδε.

570. ANONYMUM.

Dulcitium quidem principes summam ad vitæ felicitatem
provexerunt virtutis gratia et *ad* decus proconsulum;
postquam autem natura eum sejunxit a terra, immortales
ipsum habent dii, corpus vero septum hocce. [quidem

571. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ὀρφέος οἰχομένου, τάχα τις τότε λείπετο Μοῦσα·
σεῦ δέ, Πλάτων, φθιμένου, παύσατο καὶ κιθάρη·
ἦν γὰρ ἔτι προτέρων μελέων ὀλίγη τις ἀπορρώξ
ἐν σαῖς σωζομένη καὶ φρεσὶ καὶ παλάμαις.

571. LEONTII SCHOLASTICI.

Orpheo mortuo, forsan aliqua tum relinquebatur Musa;
te autem exstincto, Plato, desiit et cithara.
erat enim adhuc priorum carminum parva quædam scin-
tilla in tuo servata et ingenio et manibus. [tilla

572. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Οὐχ ὁσίοις λεχέεσσιν ἐτέρπετο λάθριος ἀνὴρ,
λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου·
ἐξαπίνης δὲ δόμων ὀροφὴ πέσε, τοὺς δὲ κακούργους
ἔσκεπεν, ἀλλήλοις εἰσέτι μισγομένους.
Ξυνὴ δ' ἀμφοτέρους κατέχει παγίς· εἰν ἑνὶ δ' ἄμφω
κεῖνται, συζυγίης οὐκέτι παυόμενοι.

572. AGATHLÆ SCHOLASTICI.

Non puris toris delectabatur occultus vir,
lectum furans alienæ conjugis;
sed illico domûs tectum ruit, et maleficos
texit, unum-alteri adhuc mixtos.
Communis autem utrosque tenet laqueus, et junctim ambo
jacent, complexum nondum desinentes.

573. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛ.

Χειρεδίου τόδε σῆμα, τὸν ἔτρεφεν Ἀτθὶς ἄρουρα,
εἰκόνα ῥητήρων τῆς προτέρης δεκάδος,

573. LEONTII SCHOLASTICI.

Chiredii hoc sepulcrum, quem aluit Attica tellus,
imaginem oratorum prioris decadis,

Namque ad conjugium cum ducere cura parentum
Me parat, ingredior triste Acherontis iter.
Sistite Di gemitus, quæso, matrisque, patrisque,
Quorum tabescunt pectora morte mea.

569. EJUSDEM.

Dic, hospes, dic quæso, viro mihi semper amato,
Si patriam videas, Thessala rura, meam :
Heu periit, periit conjux tua, namque sepulchrum
Bosphorii fluctus littora propter habet.
Fac sed et ipse domi tumulus mihi surgat inanis,
Semper ut ante oculos sit tibi primus amor.

570. [NICARCHI.]

Dulcitium ex virtute sua proconsulis ad jus
Et summas regum gratia vexit opes :
Quem postquam terris natura exsolverat, ipsum
Di superi, sedes hæc sacra corpus habet.

571. LEONTII ORATORIS.

Orpheus cum periit, periit puto Musa, sed una :
At tecum periit jam, Plato, tota chelys.
Nam quicquid veteri restabat ab arte canendi,
Vixit id in sola mente manuque tua.

572. AGATHIÆ ORATORIS.

Furtivis mœchæ complexibus usus adulter
Gaudia carpebat, qualia jura vetant :
Cum subito domus ipsa ruit, pariterque jacentes
Opprimit illicitus quos sociabat amor.
Stringit adhuc illos communis nodus, in uno
Sunt duo, quæque fuit copula, morte manet.

573. LEONTII SCHOLASTICI.

Chiredius jacet hic, quem nutriit Attica tellus.
Illorum veterum rhetor imago decem;

ῥηϊδίως πείθοντα δικασπόλον· ἀλλὰ δικάζων
οὔποτε τῆς ὀρθῆς οὐδ' ὅσον ἐτράπετο.

574. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛ.

Θεσμοὶ μὲν μεμέλητο συνήθεες Ἀγαθονίκῳ·
Μοῖρα δὲ δειμαίνειν οὐ δεδάηκε νόμους·
ἀλλά μιν ἁρπάξασα σοφῶν ἥμερσε θεμίστων,
οὔπω τῆς νομίμης ἔμπλεον ἡλικίης.
Οἰκτρὰ δ' ὑπὲρ τύμβοιο κατεστονάχησαν ἑταῖροι
κείμενον, οὗ θιάσου κόσμον ὀδυρόμενοι·
ἡ δὲ κόμην τίλλουσα γόῳ πληκτίζετο μήτηρ,
αἰαῖ, τὸν λαγόνων μόχθον ἐπισταμένη.
Ἔμπης ὄλβιος οὗτος, ὃς ἐν νεότητι μαρανθεὶς
ἔκφυγε τὴν βιότου θᾶσσον ἀλιτροσύνην.

575. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Σῆμα Ῥόδης· Τυρίη δὲ γυνὴ πέλεν· ἀντὶ δὲ πάτρης
ἵκετο τήνδε πόλιν, κηδομένη τεκέων.
Αὐτὴ ἀειμνήστοιο λέχος κόσμησε Γεμέλλου,
ὃς πάρος εὐνομίης ἵδρυσε θῆκε πόλιν.
Γρῆυς μὲν μόρον εὗρεν, ὄφελλε δὲ μυρία κύκλα
ζώειν· τῶν ἀγαθῶν οὐ δεχόμεσθα κόρον.

576. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧ. ΑΙΓ.

Κάτθανες, ὦ Πύῤῥων; α. Ἐπέχω. β. Πυμάτην μετὰ
φῆς ἐπέχειν; α. Ἐπέχω. β. Σκέψιν ἔπαυσε τάφος.

577. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὅστις με τριόδοισι μέσαις τάρχυσε θανόντα,
λυγρὰ παθὼν τύμβου μηδ' ὀλίγοιο τύχοι,
πάντες ἐπεὶ Τίμωνα νέκυν πατέουσιν ὁδῖται,
καὶ μόρος ἄμμι μόνοις ἄμμορος ἡσυχίης.

578. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τὸν κρατερὸν Πανοπῆα, τὸν ἀγρευτῆρα λεόντων,

facile persuadentem judici : sed judicans *ipse*
nunquam a recta-via ne tantillum quidem deflectebat.

574. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Leges quidem curæ-fuerant velut-sodales Agathonico ;
Parca autem timere non didicit leges ;
sed eum rapuit-et sapientibus divellit a-juribus,
nondum legitima plenum ætate.
Miserabiliter autem super tumulo defleverunt sodales
jacentem, sui chori ornamentum deplorantes.
Comam autem vellens luctu plangebatur mater,
heu, heu, sui uteri laborem sciens.
Attamen beatus ille, qui in juventute tabefactus
effugit vitæ citius scelera.

575. LEONTII SCHOLASTICI.

Sepulcrum *hoc* Rhodes : Tyria mulier erat ; sed pro patria
adiit hanc urbem, curam-habens puerorum.
Ipsa semper-memorandi lectum ornavit Gemelli,
qui antea bonarum-legum scientem præstitit urbem.
Anus quidem fatum invenit, debebat vero sexcentos annos
vivere : bonorum non concipimus satietatem.

576. JULIANI EX PRÆF. ÆGYPT.

a. Mortuus-es, o Pyrrho? *b*. Hæsito. *a*. Extremum post
ais hæsitare? *b*. Hæsito. *a*. Hæsitationem finiit tumulus.

577. EJUSDEM.

Quisquis me triviis *in* mediis sepelivit mortuum,
utinam ærumnosa passus nec tenuem tumulum sortia-
cuncti quoniam Timonem mortuum calcant viatores,
et sors-ultima nobis solis exsors *est* quietis.

578. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Validum Panopeum, venatorem leonum,

Judicibus promtus sua persuadere ; sed ipse
Judex a recti tramite non abiit.

574. AGATHIÆ ORATORIS.

Jura quidem sollers pernoverat Agathonicus :
Sed non et Parcæ jura timere solent.
Nam cum legitimos nondum venisset ad annos,
Legitimis illum mors rapit a studiis.
Ad tumulum mœsti miserum gemuere sodales,
Et doluere sui lumen abisse chori.
Ipsa comam vellens plangebat pectora mater
Non oblita fuit, quis peperisse labor.
Ille tamen felix, raptus juvenilibus annis,
Effugit vitæ crimina morte cita.

575. LEONTII *Oratoris*.

Hic tumulata Rhodo. Patria est Tyrus : hanc quod in ur-
Venerit, hoc natis imputat illa suis.
Ornavit thalamum victuri laude Gemelli,
Qui legum hanc urbem non siit esse rudem.
Multum vixit anus : sed vivere sæcula mille
Debuerat ; numquam res bona nos satiat.

576. JULIANI CONSULARIS,

de Pyrrhone Sceptico, alternatum.

Mortuus es Pyrrhon? Dubito. Dubitare licetne
Post mortem? Dubito. Non sinit hoc tumulus.

577. EJUSDEM,

de eodem.

Quicumque ille, viam qui me sepelivit ad ipsam,
Sit miser, et nulla parte tegatur humi.
Luce carens Timon appellor ab omnibus, et sors
Una quiescentum nostra quiete caret.

578. AGATHIÆ ORATORIS.

Quærere terribiles ausum Panopea leones,

τὸν λασιοστέρνων κέντορα παρδαλίων,
τύμβος ἔχει· γλαφυρῆς γὰρ ἀπὸ χθονὸς ἔκτανε δεινὸς
σκορπίος, οὐτήσας ταρσὸν ὀρεσσιβάτην.
Αἰγανέη δὲ τάλαινα σίγυνά τε πὰρ χθονὶ κεῖται,
αἰαῖ, θαρσαλέων παίγνια δορκαλίδων.

579. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Πέτρου ὁρᾷς ῥητῆρος ἀεὶ γελόωσαν ὀπωπήν,
ἐξόχου εἰν ἀγοραῖς, ἐξόχου ἐν φιλίῃ.
Ἐν δὲ Διωνύσου θηεύμενος ὤλετο μοῦνος,
ὑψόθεν ἐκ τέγεος σὺν πλεόνεσσι πεσών,
βαιὸν ἐπιζήσας, ὅσον ἤρκεσε. Τοῦτον ἔγωγε
ἄγριον οὐ καλέω, τὸν δὲ φύσει θάνατον.

580. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Οὔποτέ με κρύψεις ὑπὸ πυθμένα νείατον αἴης
τόσσον, ὅσον κρύψαι πάνσκοπον ὄμμα Δίκης.

581. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤ.

Ἀντὶ φόνου τάφον ἄμμι χαρίζεαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
ἴσων ἀντιτύχοις οὐρανόθεν χαρίτων.

582. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χαῖρέ μοι, ὦ ναυηγὲ, καὶ εἰς Ἀΐδαο περήσας
μέμφεο μὴ πόντου κύμασιν, ἀλλ' ἀνέμοις.
Κεῖνοι μέν σ' ἐδάμασσαν· ἁλὸς δέ σε μείλιχον ὕδωρ
ἐς χθόνα καὶ πατέρων ἐξεκύλισε τάφους.

583. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἀβάλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι, μὴ νύμφια λέκτρα·
οὐ γὰρ ἂν ὠδίνων ἐξεφάνη πρόφασις.
Νῦν δ' ἡ μὲν τριτάλαινα γυνὴ τίκτουσα κάθηται,
γαστρὶ δὲ δυσκόλπῳ νεκρὸν ἔνεστι τέκος·
τρισσὴ δ' ἀμφιλύκη ὁρόμον ἤνυσεν, ἐξότε μίμνει
τὸ βρέφος ἀπρήκτοις ἐλπίσι τικτόμενον.
Κούφη σοὶ τελέθει γαστὴρ, τέκος, ἀντὶ κονίης·

hirsutis-pectoribus-præditarum punctorem pantherarum,
tumulus habet : concava enim e terra occidit *eum* terribilis
scorpius, vulnerans *ejus* talum montivagum.
Jaculum autem miserum, venabulaque in terra jacent,
heu, heu, *jam* audacium ludibria caprearum.

579. LEONTII SCHOLASTICI.

Petri vides oratoris semper-ridentem vultum,
excellentis in concionibus, excellentis in amicitia.
In Bacchi autem *ludis* spectans periit solus,
desuper e tecto cum pluribus delapsus,
paululum supervivens, quantum satis-fuit. Hanc equidem
violentam non voco, sed naturalem mortem *ita voco*.

580. JULIANI ÆGYPTII.

Nunquam me abscondes sub fundo ultimo terræ [stitiæ.
tantum, quantum *opus* ut-fallas omnituentem oculum Ju-

581. JULIANI ÆGYPT.

Pro cæde tumulum nobis largiris; sed et ipse
tales rursus sortiare a-cælo gratias.

582. EJUSDEM.

Salve mihi, o naufrage, et in orcum devectus
succense, non ponti fluctibus, sed ventis.
Illi quidem te domuerunt; maris vero te lenis unda
in terram et patrum ejecit tumulos.

583. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Utinam non fuissent nuptiæ, non conjugales tori!
non enim puerperii-dolorum exstitisset occasio.
Nunc vero infelicissima mulier parturiens desidet, [fans;
ventri autem infaustos-sinus-habenti mortuus inest in-
tertiumque crepusculum cursum confecit, ex-quo manet
intus puer, infectis spebus dum-parturitur.
Levis tibi est uterus, o puer, pro pulvere :

Nec minus in pardos vulnera certa dare,
Continet hic tumulus : postquam in pede scorpius illi
Montivago ex ima spicula fixit humo.
At domino deserta jacent venabula terra
Tragulaque, insultant nunc quibus et capreæ.

579. LEONTII ORATORIS.

Rhetoris ora vides semper ridentia Petri;
Magnus ut arte fori, sic et amicitia.
Interiit solus, cum turba lapsus ab alto,
Dum Bromii spectat pulpita festa die;
Advivens modicum, quantum satis. Hanc ego laudo
Mortem; natura quæ venit, illa mala est.

580. 581. JULIANI ÆGYPTII.

Me licet occuleres subter fundamina terræ,
Non occulta foret res tamen illa Jovi :

Namque is cuncta videt. Mihi das pro cæde sepulchrum :
Talia cœlestes dent benefacta tibi.

582. EJUSDEM.

Naufrage noster ave, cumque ad Styga veneris, umbra
Accusa venti flamina, non pelagus;
Illi causa necis : sed te maris unda faventis
Pertulit ad terras, et sacra busta patrum.

583. AGATHIÆ.

O utinam nunquam thalami tædæque fuissent,
Causa puerperiis sic quia nulla foret.
Nunc sedet exspectans nequicquam femina partus :
Exanimum miseræ viscera tendit onus;
Dumque latens in ventre sui spem protrahit ortus,
Tertius exacto præterit orbe dies.
Sit puer o tibi parve levis non terra sed alvus :

αὕτη γάρ σε φέρει, καὶ χθονὸς οὐ χατέεις.

584. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Πλώεις ναυηγόν με λαβὼν καὶ σήματι χώσας;
Πλῶε, Μαλειάων ἄκρα φυλασσόμενος·
αἰεὶ δ' εὐπλοίην μεθέποις φίλος· ἢν δέ τι ῥέξῃ
ἄλλο Τύχη, τούτων ἀντιάσαις χαρίτων.

585. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μύγδων τέρμα βίοιο λαχὼν, αὐτόστολος ἦλθεν
εἰς ἀίδην, νεκύων πορθμίδος οὐ χατέων.
Ἦν γὰρ ἔχε ζώων βιοδώτορα, μάρτυρα μόχθων,
ἄγραις εἰναλίαις πολλάκι βριθομένην,
τήνδε καὶ ἐν θανάτῳ λάχε σύνδρομον, εὖτε τελευτὴν
εὕρετο συλλήξας ὁλκάδι καιομένῃ.
Οὕτω πιστὸν ἄνακτι πέλεν σκάφος, οἶκον ἀέξον
Μύγδονι, καὶ σύμπλουν ἐς βίον, ἐς θάνατον.

586. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔτι σε πόντος ὄλεσσε καὶ οὐ πνείοντες ἀῆται,
ἀλλ' ἀκόρητος ἔρως φοιτάδος ἐμπορίης.
Εἴη μοι γαίης ὀλίγος βίος· ἐκ δὲ θαλάσσης
ἄλλοισιν μελέτω κέρδος ἀελλομάχον.

587. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Πάμφιλον φιλόσοφον.

Χθών σε τέκεν, πόντος δὲ διώλεσε, δέκτο δὲ θῶκος
Πλουτῆος· κεῖθεν δ' οὐρανὸν εἰσανέβης.
Οὐχ ὡς ναυηγὸς δὲ βυθῷ θάνες, ἀλλ' ἵνα πάντων
κλήροις ἀθανάτων, Πάμφιλε, κόσμον ἄγῃς.

588. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Δαμόχαρις Μοίρης πυμάτην ὑπεδύσατο σιγήν.
Φεῦ! τὸ καλὸν Μούσης βάρβιτον ἠρεμέει·
ὤλετο Γραμματικῆς ἱερὴ βάσις. Ἀμφιρύτη Κῶς,

hic enim te fert, et terra non eges.

584. JULIANI ÆGYPTII.

Navigas qui me naufragum excepisti et tumulo condidisti?
Naviga, Maleæ promontorium cavens; [faciat
semperque bona-navigatione utare amicus; si quid vero
secus Fortuna, harum vicissim compos-fias-gratiarum.

585. EJUSDEM.

Mygdon finem vitæ sortitus, sua-ipsius-scapha-vectus venit
in Orcum, mortuorum cymba non egens. [borum,
Quam enim habuerat vivens victus-largitricem, testem la-
capturis marinis sæpenumero onustam, [vitæ
hanc et in morte sortitus-est cursus-sociam, quum finem-
invenit, una-desinens-esse cum-navi combusta.
Adeo fida domino fuit scapha, domum augens
Mygdoni, et socia-navigandi in vitam, in mortem.

586. EJUSDEM.

Minime te pontus perdidit neque spirantes venti,
sed insatiabilis amor insane-vagantis mercaturæ.
Sit mihi de-terra tenuis victus; e mari vero
aliis curæ-sit lucrum cum-procellis-deluctans.

587. EJUSDEM.

In Pamphilum philosophum.

Terra te genuit, mare autem perdidit, excepitque sedes
Plutonis; inde vero cœlum ascendisti. [omnium
Non autem ut naufragus in profundo obiisti, sed quo
sortibus (*regnis*) immortalium, Pamphile, ornamen ad-
[das.

588. PAULI SILENTIARII.

Democharis Parcæ extremum subit silentium.
Heu, pulchrum Musæ barbiton quiescit; [Cos,
periit Grammaticæ sacrum fundamentum. O circumflua

Hæc cum te teneat, nil opus illa tibi.

584. JULIANI ÆGYPTII.

Pergis iter pelagi, me, quem mare mersit, humato?
Perge, sed o Maleæ perfida saxa cave.
I precor, i felix: sed si fortuna quid in te
Peccarit, fiat, quod facis ipse, tibi.

585. EJUSDEM.

Ipse sua Mygdon Ditis rate vectus ad aulam,
Non habuit Stygii nave Charontis opus.
Quæ vitæ nutrix fuerat, testisque laborum,
Plena maris præda sueta redire domum,
Funeris hæc eadem socia est, injectaque flammis
It piscatorem cymba secuta suum.
Admiranda fide, rem Mygdonis auxit, et hæret,
Ut fuerat vita, nunc quoque morte comes.

586. EJUSDEM.

Non tibi causa necis venti, neque Nereos unda,
Verum ex merce lucri non satiatus amor.
Vita sit in terra tenuis mihi: quos maris urit
Quæstus, eant, et cum turbine bella gerant.

587. EJUSDEM,

in Pamphilum philosophum.

Tellus te genuit, mare perdidit, accipit Orcus,
Inde petis summi lucida templa poli.
Non hoc passus eras ut naufragus, optime, sed tu,
Pamphile, ut ornares omnia regna Deûm.

588. PAULI SILENTIARII,

de Damochari, discipulo Agathiæ.

Damocharis terram fato cogente subivit:
Inclyta Pieridum barbitos illa silet.
Grammatices sacrum columen ruit: æquoreæ Co

καὶ πάλι πένθος ἔχεις οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει.

589. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Μηδὲν ἀπαγγείλειας ἐς Ἀντιόχειαν, ὁδῖτα,
μὴ πάλιν οἰμώξῃ χεύματα Κασταλίης,
οὕνεκεν ἐξαπίνης Εὐστόργιος ἔλλιπε μοῦσαν,
θεσμῶν τ' Αὐσονίων ἐλπίδα μαψιδέην,
ἑβδόματον δέκατόν τε λαχὼν ἔτος· ἐς δὲ κονίην
ἠμείφθη κενεὴν εὔσταχυς ἡλικίη.
Καὶ τὸν μὲν κατέχει χθόνιος τάφος· ἀντὶ δ' ἐκείνου
οὔνομα καὶ γραφίδων χρώματα δερκόμεθα.

590. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Κλεινὸς Ἰωάννης. α. Θνητός, λέγε. β. Γαμβρὸς ἀνάσ-
β. Θνητὸς ὅμως. α. Γενεῆς ἄνθος Ἀναστασίου. [σης.
β. Θνητοῦ κἀκείνου. α. Βίον ἔνδικος. β. Οὐκέτι τοῦτο
θνητὸν ἔφης· ἀρεταὶ κρείσσονές εἰσι μόρου.

591. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὑπατίου τάφος εἰμί· νέκυν δ' οὔ φημι καλύπτειν
τόσσου τόσσος ἐὼν Αὐσονίων προμάχου·
γαῖα γὰρ αἰδομένη λιτῷ μέγαν ἄνέρα χῶσαι
σήματι, τῷ πόντῳ μᾶλλον ἔδωκεν ἔχειν.

592. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὐτὸς ἄναξ νεμέσησε πολυφλοίσβοισι θαλάσσης
κύμασιν, Ὑπατίου σῶμα καλυψαμένοις·
ἤθελε γάρ μιν ἔχειν γέρας ὕστατον, οἷα θανόντα,
καὶ μεγαλοφροσύνης κρύψε θάλασσα χάριν.
Ἔνθεν, πρηϋνόου κραδίης μέγα δεῖγμα, φαεινὸν
τίμησεν κενεῷ σήματι τῷδε νέκυν.

593. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Τὰν πάρος ἀνθήσασαν ἐν ἀγλαΐᾳ καὶ ἀοιδᾷ,
τὰν πολυκυδίστου μνάμονα θεσμοσύνας,
Εὐγενίαν κρύπτει χθονία κόνις· αἱ δ' ἐπὶ τύμβῳ
κείραντο πλοκάμους Μοῦσα, Θέμις, Παφίη.

iterum luctum habes qualem de Hippocrate.

589. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Nil nuncii-portes Antiochiam, o viator,
ne rursus ejulent fluenta Castaliæ,
quod repente Eustorgius destituit musam,
legumque Ausoniarum spem irritam,
septimum decimumque sortitus annum : in pulverem vero
mutata-est vanum pulchras-spicas-ferens juventas.
Et eum quidem habet subterraneum sepulcrum; sed pro
nomen et penicillorum colores cernimus. [illo

590. JULIANI ÆGYPTII.

a. Clarus Joannes. *b.* Mortalis, dic. *a.* Gener reginæ.
b. Mortalis nihilominus. *a.* Generis flos Anastasii.
b. Mortalis et illius. *a.* Vita justus. *b.* Non jam hoc
mortale dixisti : virtutes plus pollent morte.

591. EJUSDEM.

Hypatii tumulus sum; cadaver autem non dico occultare
tanti tantulus quum-sim Ausoniorum defensoris.
Terra enim verita parvo magnum virum condere
sepulcro, mari potius *eum* habere dedit.

592. EJUSDEM.

Ipse princeps succensuit multisonis ponti
fluctibus, Hypatii corpus qui-texerint; [mortuum,
volebat enim eum habere mercedem novissimam, utpote
et magnanimitatis hausit mare gratiam.
Unde, benevoli animi grande documentum, illustrem
honoravit inani sepulcro hocce mortuum.

592. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Quæ prius floruit in venustate et camœna,
quæ valde-honoratæ memor fuit juris-scientiæ,
Eugeniam tegit terrenus pulvis; sed super tumulo
sibi-secuerunt cincinnos Musa, Themis, Paphia.

Luctus adest, olim qualis ob Hippocratem.

589. AGATHIÆ,
de Eustorgio.

Civibus Antiochi quod cernis parce, viator,
Dicere, ne rursum Castalis unda fluat :
Quod subito Musas Eustorgius iste reliquit,
Et Latiæ leges spe cecidere sua.
Post septem, decimum vix dum compleverat annum,
In cineres ætas frugibus apta cadit.
Ille quidem nunc tectus humo cadit : illius autem
Conspicimus nomen pictaque membra loco.

590. JULIANI ÆGYPTII,
de Johanne genero Euphemiæ uxoris Justini.

Clarus Ioannes. Mortalis die tamen. Idem
Et gener Augustæ, stirps et Anastasii.
Mortales sed et hi. Vita justissimus. Hoc non
Mortale est : virtus nam negat una mori.

591. EJUSDEM,
de Hypatio cognato Imperatoris Anastasii, quem Imperator Justinianus submergi jussit.

Hypatii spector tumulus, sed non tego corpus
Ausonidûm tanti tantulus ipse Ducis.
Namque viri meritis nullum satis esse sepulchrum
Terra putans ipsum donat habere mari.

593. AGATHIÆ,
de sorore sua Eugenia.

Quæ formæ cantusque simul florebat honore,
Cui super et leges discere cura fuit,
Eugeniam tellus tegit hæc; in funere vulsis
Criuibus adstabant Cypria, Musa, Themis.

594. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Μνῆμα σὸν, ὦ Θεόδωρε, πανατρεκὲς, οὐκ ἐπὶ τύμβῳ,
ἀλλ' ἐνὶ βιβλιακῶν μυριάσιν σελίδων,
αἷσιν ἀνεζώγρησας ἀπολλυμένων, ἀπὸ λήθης
ἁρπάξας, νοερῶν μόχθον ἀοιδοπόλων.

595. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κάτθανε μὲν Θεόδωρος· ἀοιδοπόλων δὲ παλαιῶν
πληθὺς οἰχομένη νῦν θάνεν ἀτρεκέως.
Πᾶσα γὰρ ἐμπνείοντι συνέπνεε, πᾶσα δ' ἀπέσβη
σβεννυμένου· κρύφθη δ' εἰν ἑνὶ πάντα τάφῳ.

596. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ναὶ μὰ τὸν ἐν γαίῃ πύματον ὁρόμον, οὔτε μ' ἄκοιτις
ἔστυγεν, οὔτ' αὐτὸς Θεύδοτος Εὐγενίης
ἐχθρὸς ἑκὼν γενόμην· ἀλλὰ φθόνος ἠέ τις ἄτη
ἡμέας ἐς τόσσην ἤγαγεν ἀμπλακίην.
Νῦν δ' ἐπὶ Μινῴην καθαρὴν κρηπῖδα μολόντες
ἀμφότεροι λευκὴν ψῆφον ἐδεξάμεθα.

597. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Ἡ γλυκερὸν μέλψασα καὶ ἄλκιμον, ἡ νόον αὐδῆς
μούνη θηλυτέρης στήθεσι ῥηξαμένη,
κεῖται σιγαλέη· τόσον ἔσθενε νήματα Μοίρης,
ὡς λιγυρὰ κλεῖσαι χείλεα Καλλιόπης.

598. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔτε φύσις θήλεια, καὶ οὐ πολιοῖο καρήνου
ἀδρανίη φωνῆς σῆς κατέλυσε βίην·
ἀλλὰ μόλις ξυνοῖσι νόμοις εἴξασα τελευτῆς,
φεῦ, φεῦ, Καλλιόπη, σὴν κατέλυσας ὄπα.

599. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔνομα μὲν ΚΑΛΗ, φρεσὶ δὲ πλέον ἠὲ προσώπῳ,

594. JULIANI ÆGYPTII.

Monumentum tuum, o Theodore, verissimum, non in tumulo,
sed in chartaccarum millibus paginarum, per-quas suscitavisti pereuntium, ex oblivione dum-rapiebas, ingeniosorum laborem vatum.

595. EJUSDEM.

Mortuus-est Theodorus, et vatum antiquorum multitudo defuncta nunc mortua-est vere.
Omnis enim cum-spirante una-spirabat, omnisque exstincta-cum-exstincto : condita-sunt in uno cuncta tumulo.

596. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Næ juro per in terra extremum cursum, nec me uxor oderat, neque ipse Theodotus Eugeniæ
inimicus sponte factus-sum : sed invidia aut aliqua sors-nos in tantam adduxit aberrationem.
Nunc vero ad Minois sanctum tribunal ubi venimus, ambo album lapillum accepimus.

597. JULIANI ÆGYPTII.

Quæ dulci canebat et forti-cantu, quæ plenum-sonum vo-femineæ sola pectore rupit,
jacet muta. Tantum valebant fila Parcæ, ut arguta clauserint labia Calliopes.

598. EJUSDEM.

Neque natura feminea, neque cani capitis debilitas vocis tuæ rupit robur :
sed vix communibus legibus obsecuta mortis, heu, heu, Calliope, tuam deposuisti vocem.

599. EJUSDEM.

Nomine quidem Pulchra, mente autem plus quam vultu,

---

594. JULIANI ÆGYPTII,
de Theodoro.

Est, Theodore, tibi monumentum nobile, non hæc
Saxa, sed egregii millia multa libri,
Docta quibus revocas Lethes a flumine vatum
Carmina, nec pateris nomina prisca mori.

595. EJUSDEM,
de eodem.

Mortuus es, Theodore : tuo cum funere tota
Prisca poetarum turba sepulta jacet.
Spirabat pariter nam te spirante; cadente
Te cecidit : cunctis unus hic est tumulus.

596. AGATHIÆ ORATORIS,
de Theodoto genero in dissidio cum uxore mortuo.

Juro per vitæ spatia ultima, non mihi conjunx
Hostis erat, nec ego Theudotus Eugeniæ
Hostis sponte mea, sed tantis nescio quis nos
Fascinus implicuit vel fera fata malis.
Nunc (incorrupte sic judicat omnia Minos)
Calculus est nobis albus utrique datus.

597. JULIANI ÆGYPTII
ex gente Præfectorum Augustalium.

Quæ suaves dedit ore sonos, quæ pectore norat
Femineo dulces edere sola modos;
Triste silet. Tantumne valent heu flamina Parcæ,
Argutæ claudant ut labra Calliopes ?

598. EJUSDEM.

Non tibi mollities sexus, nec serior ætas
Dissolvit vocis robora tanta tuæ.
Sed vix præscripta finis cum lege veniret,
Solvisti ipsa tuos, Calliopea, sonos.

599. EJUSDEM.

Nomine Pulchra, sed et vultu simul, et magis intus,

κάτθανε· φεῦ, Χαρίτων ἐξαπόλωλεν ἔαρ.
Καὶ γὰρ ἦν Παφίῃ πανομοίϊος, ἀλλὰ συνεύνῳ
μούνῳ· τοῖς δ' ἑτέροις Παλλὰς ἐρυμνοτάτη.
Τίς λίθος οὐκ ἐγόησεν, ὅτ' ἐξήρπαξεν ἐκείνην
εὐρυβίης Ἀΐδης ἀνδρὸς ἀπ' ἀγκαλίδων;

600. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὥριος εἶχέ σε παστὰς, ἀώριος εἶλέ σε τύμβος,
εὐθαλέων Χαρίτων ἄνθος, Ἀναστασίη.
Σοὶ γενέτης, σοὶ πικρὰ πόσις κατὰ δάκρυα λείβει,
σοὶ τάχα καὶ πορθμεὺς δακρυχέει νεκύων·
οὐ γὰρ ὅλον λυκάβαντα διήνυσας ἄγχι συνεύνου,
ἀλλ' ἑκκαιδεκέτιν, φεῦ, κατέχει σε τάφος.

601. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φεῦ, φεῦ, ἀμετρήτων χαρίτων ἔαρ ἡδὺ μαραίνει
ἀμφὶ σοὶ ὠμοφάγων χεῖμα τὸ νερτερίων.
Καὶ σὲ μὲν ἥρπασε τύμβος ἀπ' ἠελιώτιδος αἴγλης,
πέμπτον ἐφ' ἑνδεκάτῳ πικρὸν ἄγουσαν ἔτος,
σὸν δὲ πόσιν γενέτην τε κακαῖς ἀλάωσεν ἀνίαις,
οἷς πλέον ἠελίου λάμπες, Ἀναστασίη.

602. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εὐστάθιε, γλυκερὸν μὲν ἔχεις τύπον· ἀλλά σε κηρὸν
δέρκομαι, οὐδ' ἔτι σοι κεῖνο τὸ λαρὸν ἔπος
ἕζεται ἐν στομάτεσσι· τεὴ δ' εὐάνθεμος ἥβη,
αἰαῖ, μαψιδίῃ νῦν χθονός ἐστι κόνις.
Πέμπτου καὶ δεκάτου γὰρ ἐπιψαύσας ἐνιαυτοῦ
τετράκις ἓξ μούνους ἔδρακες ἠελίους·
οὐδὲ τεοῦ πάππου θρόνος ἤρκεσεν, οὐ γενετῆρος
ὄλβος. Πᾶς δὲ τεὴν εἰκόνα δερκόμενος
τὴν ἄδικον Μοῖραν καταμέμφεται, οὕνεκα τοίην,
ἣ μέγα νηλειὴς, ἔσβεσεν ἀγλαΐην.

603. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠ. ΑΙΓ.

α. Ἀγριός ἐστι Χάρων. β. Πλέον ἤπιος. α. Ἥρπασεν ἥδη

obiit; heu, Gratiarum periit ver.
Etenim erat Paphiæ per-omnia-similis, sed marito
soli, ceteris vero Pallas munitissima.
Quæ petra non ingemuit, quum eripuit illam
robustissimus Pluto viri ex ulnis?

600. EJUSDEM.

Maturus habebat te thalamus, immaturus abstulit te tu-
rosearum Charitum flos, Anastasia. [mulus,
Tibi pater, tibi amaros conjux fletus fundit,
tibi forsan et portitor illacrimat mortuorum.
Non enim integrum annum confecisti juxta tori-consortem,
sed sedecennem, heu, continet te sepulcrum.

601. EJUSDEM.

Heu, heu, immensarum gratiarum ver dulce marcidum-
in te *mortua* crudivororum hyems inferorum. [reddit
Et te quidem rapuit tumulus a solari splendore,
quintum ab undecimo amarum agentem annum;
tuum vero conjugem patremque malis excæcavit mœroribus,
quibus plus sole affulgebas, Anastasia.

602. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Eustathie, dulcem quidem habes formam; sed te ceram
cerno, neque jam tibi illud suave verbum
sedet in ore; tua autem bene-florida pubertas,
heu, heu, vanus nunc terræ est pulvis.
Quintum et decimum enim vix-assecutus annum
quater sex solos vidisti soles (*dies*);
neque tui avi thronus opem-tulit, non patris
divitiæ. Quisque autem tuam imaginem aspiciens
injustam Parcam accusat, quod talem,
heu oppido immitis, exstinxit pulchritudinis-splendorem.

603. JULIANI EX PRÆFECT. ÆGYPT.

a. Ferus est Charon. *b*. Potius mitis. *a*. Rapuit jam

Occidit. Orbata es, Gratia, vere tuo.
Par fuit hæc Paphiæ, sed soli nempe marito,
Soli, namque aliis non nisi Pallas erat.
Heu quæ non gemuit cautes, complexibus illam
Conjugis eripuit cum Stygis ater herus.

600. EJUSDEM,
de Anastasia.

Nacta thorum matura sed immatura sepulchrum
Gratia mortales inter Anastasie,
Heu tibi dat lacrymas pater, infelixque maritus;
Credo dat et Stygii portitor ipse lacus.
Unus conjugii nondum transiverat annus:
Hic tu sex annos nata decemque jaces.

601. EJUSDEM,
de eadem.

Innumeras veneres vernantes abstulit in te
Quam cito carnificis ferrea Ditis hyems.
Nam dat te tumulo, rapiens a lumine solis,
Annus ab undecimo qui tibi quintus erat.
Obruit ille patrem dolor, et cum patre maritum,
Queis tua lux quam sol pluris, Anastasia.

602. AGATHIÆ ORATORIS.

Nunc quoque pulchra tua est facies, sed cærea tantum;
Blanda nec ore tuo vox sedet, Eustathie;
Et modo quæ vernis florebat honoribus ætas,
Nunc terræ cinis est, prætereaque nihil.
Nam tibi, quindecimus cum se vix panderet annus,
Sex in eo soles præteriere quater.
Te nec Avi solium, nec opes juvere paternæ.
Quisquis, ficta licet, conspicit ora tua,
De fato queritur, Fuit hoc crudele ferumque,
Dicens, cum potuit tollere tale jubar.

603. JULIANI
ex genere Præfectorum Augustalium.

Ah ferus est Pluto? Placidus magis. Abstulit ille

τὸν νέον. β. Ἀλλὰ νόῳ τοῖς πολιοῖσιν ἴσον.
α. Τερπωλῆς δ' ἀπέπαυσεν. β. Ἀπεστυφέλιξε δὲ μόχθων.
α. Οὐκ ἐνόησε γάμους. β. Οὐδὲ γάμων ὀδύνας.

illum juvenem. *b*. Sed mente senibus parem.
a. Et voluptate privavit. Sed avertit ab ærumnis.
a. Non novit nuptias. *b*. Neque nuptiarum dolores.

604. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Λέκτρα σοι ἀντὶ γάμων ἐπιτύμβια, παρθένε κούρη,
ἐστόρεσαν παλάμαις πενθαλέαις γενέται.
Καὶ σὺ μὲν ἀμπλακίας βιότου καὶ μόχθον Ἐλευθοῦς
ἔκφυγες· οἱ δὲ γόων πικρὸν ἔχουσι νέφος.
Δωδεκέτιν γὰρ μοῖρα, Μακηδονίη, σε καλύπτει,
κάλλεσιν ὁπλοτέρην, ἤθεσι γηραλέην.

604. PAULI SILENTIARII.

Lectum tibi pro nuptiis sepulcralem, o virgo puella,
straverunt palmis luctuosis parentes.
Et tu quidem errores vitæ et laborem Ilithyiæ
effugisti; illi autem luctuum amaram habent nubem.
Duodecennem enim fatum, o Macedonia, te sepelit,
veneribus juvenem, moribus grandævam.

605. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΡΧ. ΑΙΓ.

Σοὶ σορὸν εὐλαΐγγα, Ῥοδοῖ, καὶ τύμβον ἐγείρει,
βύσιά τε ψυχῆς δῶρα πένησι νέμει,
ἀντ' εὐεργεσίης γλυκερὸς πόσις· ὅττι θανοῦσα
ὠκύμορος κείνῳ ὦῶκας ἐλευθερίην.

605. JULIANI EX PRÆFECT. ÆGYPT.

Tibi loculum-e-pulchro-lapide, Rhodo, et tumulum erigit,
redempturaque animam dona pauperibus impertit,
pro beneficio, dulcis maritus, quod mortua
cito-fato illi dedisti libertatem.

606. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Πρηΰς, ἐλευθερίην ἐπιειμένος, ἠδὺς ἰδέσθαι,
ἐν βιότῳ προλιπὼν υἱέα γηροκόμον,
τύμβον ἔχει Θεόδωρος ἐπ' ἐλπίδι κρέσσονι μοίρης,
ὄλβιος ἐν καμάτοις, ὄλβιος ἐν θανάτῳ.

606. PAULI SILENTIARII.

Mansuetus, libertatem *animi* indutus, suavis aspectu,
in vita destituens filium qui-senem-patrem-fovebat,
tumulum tenet Theodorus cum spe meliore quam-fatum,
felix in laboribus, felix in morte.

607. ΠΑΛΛΑΔΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

Ψύλλα πρεσβυγενὴς τοῖς κληρονόμοις φθονέσασα,
αὐτὴ κληρονόμος τῶν ἰδίων γέγονεν·
ἁλλομένη δὲ τάχος κατέβη δόμον εἰς Ἀΐδαο,
ταῖς δαπάναις τὸ ζῆν σύμμετρον εὑρομένη.
Πάντα φαγοῦσα βίον συναπώλετο ταῖς δαπάναισιν·
ἥλατο δ' εἰς ἀΐδην, ὡς ἀπεκερμάτισεν.

607. PALLADÆ ALEXANDRINI.

Psylla annosa hæredibus invidens,
ipsa hæres propriarum-fortunarum fuit;
et saltu celeriter descendit in domum Orci,
sumptuum et vitæ congruam-mensuram nacta.
Omnem depasta victum, una-defecit-cum expensis,
et desiliit in Orcum, postquam numos-plane-absumpsit

608. ΕΥΤΟΛΜΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ. ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ.

Υἱέος ὠκυμόρου θάνατον πενθοῦσα Μενίππη
κωκυτῷ μεγάλῳ πνεῦμα συνεξέχεεν,

608. EUTOLMII SCHOLAST. ILLUSTRII

Filii ante-tempus-rapti mortem dolens Menippa
una-cum ejulatu magno spiritum effudit,

Hunc juvenem. Quovis cum sene mente parem.
Gaudia rupit ei. Rupit quoque tædia vitæ.
Nondum illi conjux. Nec mala conjugii.

604. PAULI SILENTIARII..

Heu non in thalamo, sed tristi in funere lectum,
Virgo, tibi mœrens stravit uterque parens.
Lucinæ tu tela, simul mala crimina vitæ
Effugis : ast illos turbo, Macedonia,
Turbo doloris agit, bissexto conderis anno,
Ore puella, probis moribus inter anus.

605. JULIANI,

ex præfectis Augustalium Æg., jocus.

Sume Rhodo loculum de marmore, sume sepulchrum,
Pauperibusque animum quæ data dona pient :
Hæc merito atque lubens tribuit tibi vir tuu,
Quod data libertas tam cito morte tua.

606. PAULI SILENTIARII.

Liber et ingenio facilis, suavisque videri,
Cui superest natus qui senis altor erat;
Spe fati melioris habes, Theodore, sepulchrum,
Felix in vita paupere, morte quoque.

607. PALLADÆ ALEXANDRINI.

Psylla anus ipsa suis hæredibus invida, cepit
Consilium hoc, hæres ut foret ipsa sibi.
Et subito saltu descendit ad infera regna,
Ut ratio vitæ sumtibus æqua foret.
Ederat ut vitam, periit cum sumptibus una;
Ut nummi deerant, in Styga desiliit.

608. EUTOLMII ORATORIS,

Viri Illustris.

Nati fata sui dum luget acerba Menippe,
Dum grave suspirat, spiritus ipse fugit.

οὐδ' ἔσχεν παλίνορσον ἀναπνεύσασα γοῆσαι·
ἀλλ' ἅμα καὶ θρήνου παύσατο καὶ βιότου.

609. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤ.

Ἀττικὸς ἐς ξυνὴν με παναγρέος ἐλπίδα Μοίρης
θυμῷ θαρσαλέῳ ζῶν ἐλάχηνε τάφον,
παίζων ἐξ ἀρετῆς θανάτου φόβον. Ἀλλ' ἐπὶ δηρὸν
ἠέλιος σοφίης μιμνέτω ἠελίῳ.

610. ΠΑΛΛΑΔΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡ.

Ἥρπασέ τις νύμφην, καὶ τὸν γάμον ἥρπασε δαίμων,
ψυχῶν συλήσας τερπομένην ἀγέλην.
Εἷς γάμος εἰκοσιπέντε τάφους ἔπλησε θανόντων,
πάνδημος δὲ νεκρῶν εἷς γέγονεν θάλαμος.
Νύμφη Πενθεσίλεια πολύστονε, νυμφίε Πενθεῦ,
ἀμφοτέρων ὁ γάμος πλούσιος ἐν θανάτοις.

611. ΕΥΤΟΛΜΙΟΥ ΣΧΟΛ. ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ.

Παρθενικὴν Ἑλένην μετ' ἀδελφεὸν ἄρτι θανόντα
δειλαίη μήτηρ κόψατο διπλασίως.
Μνηστῆρες δ' ἐγόησαν ἴσον γόον· ἦν γὰρ ἑκάστῳ
θρηνεῖν τὴν μήπω μηδενὸς ὡς ἰδίην.

612. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Φεῦ, φεῦ, τὴν δεκάτην Ἑλικωνίδα, τὴν λυραοιδὸν
Ῥώμης καὶ Φαρίης, ἥδε κέκευθε κόνις.
Ὤλετο φορμίγγων τερετίσματα, λῆξαν ἀοιδαί,
ὥσπερ Ἰωάννῃ πάντα συνολλύμενα.
Καὶ τάχα θεσμὸν ἔθηκαν ἐπάξιον ἐννέα Μοῦσαι,
τύμβον Ἰωάννης ἀνθ' Ἑλικῶνος ἔχειν.

613. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ.

Ἐπὶ Διογένει ἀδελφόπαιδι.

Σοὶ τόδε, Διόγενες, θαλερῆς μνημήϊον ἥβης
Πόντῳ ἐν Εὐξείνῳ θήκατο Φρὺξ γενέτης,
φεῦ, πάτρης ἑκὰς ὅσσον. Ἄγεν δέ σε νεῦμα θεοῖο,
πατρὸς ἀδελφειῷ πένθος ὀφειλόμενον,

neque potuit rursus sumpto-spiritu lamentari,
sed simul et gemendi finem fecit et vivendi.

609. PAULI SILENTIARII.

Atticus in communem me cuncta-rapientis spem Parcæ
animo impavido vivus fodit sepulcrum,
ludens virtute *sua* mortis metum. Sed in longum-ævum
sol sapientiæ (*Atticus*) maneat soli.

610. PALLADÆ ALEXANDRINI.

Rapuit quidam novam-nuptam, et nuptias rapuit dæmon,
animarum furatus lætantem turbam. [mortuorum,
Unum matrimonium quinque-et-viginti tumulos implevit
communeque sepulcretum unus factus-est thalamus.
O sponsa Penthesilea multum-gemens, o sponse Pentheu,
amborum nuptiæ divites mortibus.

611. EUTOLMII SCHOLASTICI ILLUSTRII.

Virginem Helenam post fratrem recens mortuum
misera mater flevit fletu-*duplici*. [*cuique*
Proci autem gemuerunt æquum genitum : erat enim uni-
ploranda ut sua quæ nondum erat ullius *eorum*.

612. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Heu, heu, illam decimam Musam, citharistriam illam
Romæ et Phariæ *urbis*, hic tegit pulvis.
Perierunt testudinum modulamina, desierunt cantus,
tanquam una-cum Joanna exstincta omnia.
Ac forsitan legem *sibi* posuerunt dignam novem Musæ,
ut tumulum Joannæ pro Helicone incolant.

613. DIOGENIS EPISCOPI.

In Diogenem fratris filium.

Tibi hunc, o Diogenes, florentis monumentum pubertatis,
Ponto in Euxino posuit Phryx genitor,
heu, a patria quam procul! duxit autem te nutus Dei,
patris fratri luctum debitum,

Nec revocare animam potuit, lugeret ut ultra,
Sed defecerunt vita dolorque simul.

610. PALLADÆ.

Rapta fuit nubens, rapta est occasio Diti,
Umbrarum totos abstulit ille choros.
Uno ex connubio viginti quinque sepulchra
Cernimus,: hic thalamus quid nisi pestis erat?
Sic, Pentheu conjunx, et conjunx Penthesilea,
Dives erat multo funere vester amor.

611. EUTOLMII ORATORIS,

Viri Illustris.

Virgo secuta Helene cum fata recentia fratris,
Ploravit *gemino* victa *dolore* parens.
Tantundem fecere proci : cum neminis esset,
Sic illam flerunt, ceu sua cuique foret.

612. AGATHIÆ ORATORIS.

Heu tenet hæc decimam tellus Heliconida, nota
Quæ fuit arte tibi, Roma, tibique Pharos.
Nusquam jam citharæ modulamina, carmina nusquam,
Tristis Ioannæ finis et ista tulit.
Et *puto* se *dignam* legem scivere Camœnæ
Ut nunc hunc tumulum, non Helicona colant.

613. DIOGENIS, EPISCOPI AMISI,

de fratris filio.

Hæc tibi, Diogenes, viridis monumenta juventæ
Ponit ad Euxinæ Phryx pater æquor aquæ :
Quam procul heu patria! Deus hoc curarat, ut ires
Ad patruum, luctus causa futura brevi.

ὅς σε περιστείλας ἱερῇ παλάμῃ τε καὶ εὐχῇ
γείτονα τῆς μακάρων θῆκε χοροστασίης.

qui te compositum sacra manuque et prece
vicinum beatorum locavit choreæ.

614. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Ἕλλανὶς τριμάκαιρα καὶ ἁ χαρίεσσα Λάμαξις
ἦστην μὲν πάτρας φέγγεα Λεσβιάδος·
ὅκκα δ' Ἀθηναίῃσι σὺν ὁλκάσιν ἐνθάδε κέλσας
τὰν Μυτιληναίων γᾶν ἀλάπαξε Πάχης,
τᾶν κουρᾶν ἀδίκως ἠράσσατο, τὼς δὲ συνεύνως
ἔκτανεν, [ὡς] τήνας τᾷδε βιησόμενος.
Ταὶ δὲ κατ' Αἰγαίοιο ῥόου πλατὺ λαῖτμα φερέσθην,
καὶ ποτὶ τὰν κραναὰν Μοψοπίαν δραμέτην·
Ἦν παρίῃς ἥρωα, Φιλοπρήγμων δὲ καλεῖται,
πρόσθε Ποτιδαίης κείμενον ἐν τριόδῳ,
εἰπεῖν οἷον ἐπ' ἔργον ἄγεις πόδας· εὐθὺς ἐκεῖνος
εὑρήσει σὺν σοὶ πρήξιος εὐκολίην.

695. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ὁρᾷς πρόσωπον Κασσίας τῆς σώφρονος.
Εἰ καὶ τέθνηκε, ταῖς ἀρεταῖς γνωρίζεται
ψυχῆς τὸ κάλλος μᾶλλον ἢ τοῦ σώματος.

689. INCERTI.

Hic corpus reliquit Apellianus longe optimus;
animam autem in manibus suam deposuit Christo.

690. INCERTI.

Ne mortuus quidem famam bonam amisisti per terram
sed adhuc tui animi splendida cuncta manent, [omnem
quæcumque accepisti et didicisti, natura mentem eximie:
ideo igitur et in beatorum insulam venisti, Pythea.

691. ANONYMUM.

Alcestis nova sum, obiique pro viro bono,
Zenone, quem solum in pectore acceperam,
quem luce magis dulcibusque liberis fovebat meum cor,
nomine Callicratia, mortalibus cunctis admiranda.

692. ANTIPATRI,
aliis PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Glycon, illud Pergamenum Asiæ decus,
illud pancratiastarum fulmen, ille latus pedibus,
novus ille Atlas, illæque invictæ manus
perierunt; et quem antea neque inter Italos
nec *in* Græcia quis-subvertere-valuit, neque in Asia,
hunc omnia qui-vincit Pluto subvertit.

693. APOLLONIDÆ.

Glenin littoralis cohibeo petra,
amaro correptum fluctus vortice,
dum piscabatur e summa rupe;
congesserunt autem populus omnis-qui erat *ei* laboris-so-
o Neptune, quos tu serva, et serenam [cius,
usque dones eis-qui-lineam-demittunt oram.

694. ADDÆI.

Si prætereas heroem, Philopragmon autem nuncupatur,
ante Potidæam *situm in trivio*,
dic *ei* quale ad opus agas pedes: illico ille
inveniet tecum rei-gerendæ facilitatem.

695. ANONYMUM.

Vides vultum Cassiæ modestæ.
Etsi obiit, virtutibus cognoscitur
animi *ejus* pulchritudo magis quam vultus.

---

690. INCERTI.

Te neque post mortem per terras fama relinquit,
Lucent egregiæ nunc quoque mentis opes,
Quas natura dedit, vel quas doctrina paravit.
His, Pythea, meritis arva beata tenes.

691. INCERTI.

Alcestis nova sum: mortem namque uxor obivi,
Pro Zenone bono, solum quem pectore gessi;
Prætulit hunc vitæ pariter sobolique meum cor.
Nomen Callicratea, frequens quod fama celebrat.

695. INCERTI.

Clarum pudicæ Cassiæ vultum vides.
Quamquam sepulta est, notus ex virtutibus
Est fulgor animi, non minus quam corporis.

696. ΑΡΧΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Αἰωρῇ θήρειον ἱμασσόμενος δέμας αὔραις
τλᾶμον, ἀορτηθεὶς ἐκ λασίας πίτυος,
αἰωρῇ· Φοίβῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης,
πρῶνα Κελαινίτην ναιετάων, Σάτυρε.
Σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκέτι Νύμφαι,
ὡς πάρος, ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.

697. ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ.

Οὗτος Ἰωάννην κρύπτει τάφος, ὃς ῥ' Ἐπιδάμνου
ἄστρον ἦην, ἣν πρὶν παῖδες ἀριπρεπέες
ἔκτισαν Ἡρακλῆος· ὅθεν καὶ μέρμερος ἥρως
αἰεὶ τῶν ἀδίκων σκληρὸν ἔκοπτε μένος.
Εἶχε δ' ἀπ' εὐσεβέων προγόνων ἐρικυδέα πάτρην
Λυχνιδὸν, ἣν Φοῖνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν.
Ἔνθεν λύχνος ἦην Ἑλικώνιος, οὕνεκα Κάδμος
στοιχείων Δαναοῖς πρῶτος ἔδειξε τύπον.
Εἰς ὑπάτους δ' ἀνέλαμψε, καὶ Ἰλλυριοῖσι δικάζων,
Μούσας καὶ καθαρὴν ἐστεφάνωσε Δίκην.

698. ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ.

Αὐτὸς Ἰωάννης Ἐπιδάμνιος ἐνθάδε κεῖται,
τηλεφανὴς ὑπάτων κόσμος ἀειφανέων·
ὁ γλυκύ μοι Μουσέων πετάσας φάος, ὁ πλέον ἄλλων
εὐρύνας ξενίου δαίμονος ἐργασίην,
παμφόρβην παλάμην κεκτημένος, ἥντινα μούνην
οὐκ ἴδε δωτίνης μέτρον ὁριζόμενον.
Αἰπυτάτην δ' ηὔξησε [νόμοις πα]τρίοισιν ἀπήνην,
φαιδρύνας καθαρῆς ἔργα δικαιοσύνης.
Ὦ πόποι, οὐκ ἔζησε πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἐνιαυτοὺς
μοῦνον ἀναπλήσας τεσσαράκοντα δύο,
ὤχετο μουσοπόλοισι ποθὴν πάντεσσιν ἑάσας,
οὓς ἐπόθει πατέρων φέρτερα γειναμένων.

699. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἰκάρου ὦ νεόφοιτον ἐς ἠέρα πωτηθέντος
Ἰκαρίη πικρῆς τύμβε κακοδρομίης,
ἀβάλε μήτε σε κεῖνος ἰδεῖν, μήτ' αὐτὸς ἀνεῖναι
Τρίτων Αἰγαίου νῶτον ὑπὲρ πελάγευς.
Οὐ γάρ σοι σκεπανή τις ὑφόρμισις, οὔτε βόρειον
ἐς κλίτος, οὔτ' ἀγὴν κύματος ἐς νοτίην.
Ἔρροις, ὦ δύσπλωτε, κακόξενε· σεῖο δὲ τηλοῦ

696. ARCHIÆ MITYLENÆI.

Pendes ferinum flagellatus corpus auris
miser, suspensus de hirsuta pinu,
pendes : cum-Phœbo enim arduum certamen iniisti,
scopulum Celæniten habitans, Satyre.
Tuæ autem vocem tibiæ mellisonam non-jam Nymphæ,
sicuti prius, in Phrygiis montibus audiemus.

697. CHRISTODORI.

Hic Joannem tegit tumulus, qui Epidamni
sidus erat, quam olim liberi illustres
condiderunt Herculis; unde et laboriosus heros
usque injustorum durum frangebat robur.
Habuit autem a piis majoribus valde-insignem patriam
Lychnidum, quam Phœnix Cadmus struxit urbem.
Inde lychnus (*lumen*) erat Heliconius, quia Cadmus
elementorum Danais primus ostendit formam.
Ad consules (*consulatum*) autem emicuit-fulgens, et Il-
Musas et puram coronavit Justitiam. [lyriis jus-dicens,

698. CHRISTODORI.

Ipse Joannes Epidamnius hic positus-est,
late-fulgidum consulum ornamen usque-fulgidorum;
qui suavem mihi Musarum aperuit lucem, qui plus aliis
amplificavit hospitalis dei operam,
omnium-nutricem manum habens, quam solam
non vidit donis constitutus modus.
Celsissimum ille auxit legibus patriis currum (*consula-*
latificans puræ opera justitiæ. [*tum*),
Bone deus, non vixit multum tempus; sed annos
ubi-implevit tantum quadraginta duos,
excessit Musarum-famulis desiderium cunctis linquens,
quos amabat parentibus impensius qui-genuerant.

699. ANONYMUM.

Icari o tum-primum-frequentatum in aerem evolantis
Icaria ex-amaro sepulcrum cursu-infausto,
utinam neque te ille vidisset, neque ipse admisisset
Triton Ægæi super dorsum maris! [que borealem
Non *est* enim tibi protectus aliquis ad-stationem-locus, ne-
in plagam, neque allisionem fluctus in australem. [cul
Pereas, o difficilis-navibus, mala-hospitio: a-te vero pro-

---

696. ARCHIÆ, MITYLENÆI.

Pendes hirta vagis pulsatus tergora ventis,
Exuvias pinus sustinet alta tuas :
Pendes : usque adeo Phœbo certasse nocebat :
Note Celænæis montibus, o Satyre.
Nec tua jam nostras Nympharum flabit ad aures
In Phrygiis resonans tibia blanda jugis.

697. CHRISTODORI.

Joannes situs hic, Epidamni nobile sidus,
Hercule progenitæ quam posuere manus :
Cujus nunc etiam cum sit memor inclytus heros,
Robur adhuc justo quod caret omne domat.
Illi clara pio de sanguine præbuit ortum
Lychnidus, a Pœno condita Agenoride :
Qui Græcas docuit voces signare figuris,
Hinc satus ipse etiam fax Heliconis erat.
Consul et Illyrico præfectus in orbe, coronas
Quas retulit, Musis Justitiæque dedit.

πλώοιμι, στυγεροῦ ὅσσον ἀπ' ἀΐδεω.

navigem, inviso quantum ab Orco.

700. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἴστω νυκτὸς ἐμῆς, ἥ μ' ἔκρυφεν, οἰκία ταῦτα
λάϊνα, Κωκυτοῦ τ' ἀμφιγόητον ὕδωρ,
οὔτι μ' ἀνὴρ, ὃ λέγουσι, κατέκτανεν ἐς γάμον ἄλλης
παπταίνων· τί μάτην οὔνομα Ῥουφιανός;
ἀλλά με Κῆρες ἄγουσι μεμορμέναι. Οὐ μία ὀήπου
Παῦλα Ταραντίνη κάτθανεν ὠκύμορος.

700. DIODORI GRAMMATICI.

Conscia-esto *mihi* noctis meæ, quæ me abscondit, domus
lapidea, Cocytique circumsonans gemitibus aqua, [hæc
quod minime me vir, quod aiunt, occidit nuptias alius
circumspiciens, (cur temere nomen *infame* Rufianus?)
sed me Parcæ ducunt fatales. Non una quippe
Paula Tarentina obiit cita-morte.

701. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰφθίμῳ τόδ' ἐπ' ἀνδρὶ φίλη πόλις ἤνυσ' Ἀχαιῷ
γράμμα παρ' εὐύδρου νάμασιν Ἀσκανίης.
Κλαῦσε δέ μιν Νίκαια· πατὴρ δ' ἐπί οἱ Διομήδης
λάϊνον ὑψιφαῆ τόνδ' ἀνέτεινε τάφον,
δύσμορος, αἰάζων ὀλοὸν κακόν. Ἦ γὰρ ἐώκει
υἱέα οἱ τίνειν ταῦτα κατοιχομένῳ.

701. EJUSDEM.

Forti hunc viro cara civitas paravit Achæo
titulum, ad fluenta pulchras-aquas-habentis Ascaniæ;
flevitque ipsum Nicæa; pater autem super eo Diomedes
lapideum alte-splendens hoc erexit sepulcrum,
infelix, deplorans funestum malum. Sane enim decebat
filium ipsi solvere hæc defuncto.

702. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον ὤλεσεν ἄγρη
δούνακος, ἑξαμίτης ἐκ τριχὸς ἑλκομένη,
εἶδαρ ὅτ' ἀγκίστρου φονίου πλάνον ἀμφιχανοῦσα
ὀξείην ἐρυθρὴ φυκὶς ἔδρυξε πάγην·
ἀγνυμένη δ' ὑπ' ὀδόντι κατέκτανεν, ἅλματι λάβρῳ
ἐντὸς ὀλισθηρῶν δυσαμένη φαρύγων.

702. APOLLONIDÆ

Piscium-venatorem Menestratum perdidit præda
arundinis, sex-setis-facta ab linea-crinium attracta,
escam quum hami letalis vagantem circumhians,
acutum rubra phycis devoravit dolum;
sed fracta sub dente occidit *eum*, saltu rapido
intra lubricas subingressa fauces.

703. ΜΥΡΙΝΟΥ.

Θύρσις ὁ κωμήτης, ὁ τὰ νυμφικὰ μῆλα νομεύων,
Θύρσις ὁ συρίζων Πανὸς ἴσον ὀνακι,
ἔνδιος οἰνοπότης σκιερὰν ὑπὸ τὰν πίτυν εὕδει·
φρουρεῖ δ' αὐτὸς ἑλὼν ποίμνια βάκτρον Ἔρως.
Ἆ Νύμφαι, Νύμφαι, διεγείρατε τὸν λυκοθαρσῆ
βοσκὸν, μὴ θηρῶν κῦρμα γένηται Ἔρως.

703. MYRINI.

Thyrsis paganus, ille Nympharum oves pascens,
Thyrsis modulans Panis æquum-in-modum arundine,
meridianus potator umbrosa sub pinu dormit;
custodit autem ipse capto greges pedo Amor.
Ah Nymphæ, Nymphæ, exsuscitate illum lupina-audacia
pastorem, ne ferarum præda fiat Amor.

704. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί·
οὐδὲν μέλει μοι· τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

704. INCERTI.

Me mortuo, terra miscetor igne;
nihil curo: mea enim bene habent.

---

701. DIODORI.

Quod legis hoc forti populus conscripsit Achæo
Carmen, ad Ascaniæ juge madentis aquas.
Huic Nicæa diu lacrymas dedit: at Diomedes
Apposuit busto marmora celsa pater.
Ostentat dum se dolor ambitiosus, et isti,
Qui periit, nato se putat ista dare.

702. APOLLONIDÆ.

Res nova, te morti tua præda, Menestrate, misit,
Quam calamo pendens seta trahebat equi,
Cum tectas inhians uncis lethalibus escas
Horruit ad subitos flammea fuca dolos,
Et rapido saltu fauces subeuntis in ipsas
Intravit. Res est ingeniosa metus.

703. MYRINI.

Thyrsis oves solitus Nympharum pascere, Thyrsis
Par in cantando Panos arundinibus,
Luce meri potor, pinus cubat ecce sub umbra:
Ipse pedo pecudes, ipse gubernat Amor.
Ah Nymphæ, Nymphæ, pastoris rumpite somnos
Intrepidi, ne sit præda Cupido feris.

704. INCERTI,

ut quidam volunt, NERONIS.

Me terra cineri misceatur mortuo:
Nil illud ad me; res habent bene se meæ

705. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Στρυμόνι καὶ μεγάλῳ πεποτισμένον Ἑλλησπόντῳ
ἠρίον Ἠδωνῆς Φυλλίδος, Ἀμφίπολι,
λοιπά τοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια νηοῦ
μίμνει, καὶ ποταμοῦ τἀμφιμάχητον ὕδωρ,
τὴν δέ ποτ' Αἰγείδαις μεγάλην ἔριν ὡς ἁλιανθὲς
τρῦχος ἐπ' ἀμφοτέραις δερκόμεθ' ἠϊόσιν.

706. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ.

Ἰλιγγίασε Βάκχον ἐκπιὼν χανδὸν
Χρύσιππος, οὐδ' ἐφείσατο
οὐ τῆς στοᾶς, οὐχ ἧς πάτρας, οὐ τῆς ψυχῆς,
ἀλλ' ἦλθε δῶμ' ἐς Ἀΐδεω.

707. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Κἠγὼ Σωσιθέου κομέω νέκυν, ὅσσον ἐν ἄστει
ἄλλος ἀπ' αὐθαίμων ἡμετέρων Σοφοκλῆν,
Σκίρτος ὁ πυῤῥογένειος. Ἐκισσοφόρησε γὰρ ὠνὴρ
ἄξια Φλιασίων, καὶ μὰ χορούς, Σατύρων·
κἠμὲ τὸν ἐν καινοῖς τεθραμμένον ἤθεσιν ἤδη
ἤγαγεν εἰς μνήμην πατρίδ' ἀναρχαΐσας·
καὶ πάλιν εἰσώρμησε τὸν ἄρσενα Δωρίδι Μούσῃ
ῥυθμὸν, πρός τ' αὐδὴν ἑλκόμενος μεγάλην
εὖαδέ μοι θύρσων τύπος * οὐ χερὶ καινοτομηθεὶς
τῇ φιλοκινδύνῳ φροντίδι Σωσιθέου.

708. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῷ κωμῳδογράφῳ, κούφη κόνι, τὸν φιλάγωνα
κισσὸν ὑπὲρ τύμβου ζῶντα Μάχωνι φέροις·
οὐ γὰρ ἔχεις κηφῆνα παλίμπλυτον, ἀλλά τι τέχνης
ἄξιον ἀρχαίης λείψανον ἡμφίεσας. [Νεῖλῳ
Τοῦτο δ' ὁ πρέσβυς ἐρεῖ· « Κέκροπος πόλι, καὶ παρὰ
« ἔστιν ὅτ' ἐν Μούσαις ὁριμὺ πέφυκε θύμον ».

709. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

Σάρδιες ἀρχαῖαι, πατέρων νομὸς, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
ἐτρεφόμαν, κερνᾶς ἦν τις ἂν ἢ βακέλας
χρυσοφόρος, ῥήσσων καλὰ τύμπανα· νῦν δέ μοι Ἀλκμὰν
οὔνομα, καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολυτρίποδος,
καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλικωνίδας, αἵ με τυράννων
θῆκαν Δασκύλεω μείζονα καὶ Γύγεω.

710. ΗΡΙΝΝΗΣ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΗΣ.

Στᾶλαι, καὶ Σειρῆνες ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσὲ,
ὅστις ἔχεις Ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιὰν,
τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἴπατε χαίρειν,
αἴτ' ἀστοὶ τελέθωντ', αἴθ' ἑτέρας πόλιος·

705. ANTIPATRI.

Strymone et magno irrigatum Hellesponto
sepulcrum Edonæ Phyllidis, o Amphipolis,
reliqua tibi Æthopiæ (*Dianæ*) Brauronidis vestigia templi
manent, et fluminis de-quo-utrimque-pugnatum liquor;
illam autem, olim Ægidis magnum certamen, velut pur-
pannum-lacerum in ambabus prospicimus ripis. [pureum

706. DIOGENIS.

Vertigine-correptus-est, Bacchum postquam-ebibit diduc-
Chrysippus, atque haud pepercit [tis-faucibus,
neque suæ porticu, neque patriæ, neque animæ,
sed domum intravit Plutonis.

707. DIOSCORIDÆ.

Et ego Sosithei tueor corpus-mortuum, quantum in urbe
alius ex fratribus nostris Sophoclem,
Scirtus flava-lanugine. Hederam-gestabat enim vir
modo-digno Phliasiis, næ testor choros, Satyris;
atque me, novis innutritum jam moribus,
adduxit in memoriam patriam denuo-antiquum-præstans;
et rursus invexit Doricæ Musæ masculum illum
rhythmum, et ad vocem pertractus magniloquam
placuit mihi thyrsorum dicendi-modus..... renovatus
periculorum-amante cura Sosithei.

708. EJUSDEM.

Comœdiarum scriptori, o levis pulvis, amantem-certami-
hederam super tumulo viventem Machoni mittas; [num
non enim habes fucum futilem, sed aliquas arte
dignas antiqua reliquias circumtegis.
Hoc autem senex dicet: « O Cecropis urbs, etiam ad Nilum
« est quando in Musis arre germinavit thymum. »

709. ALEXANDRI ÆTOLI.

Sardes antiquæ, patrum sedes, si quidem in vobis
fuissem-educatus, lancigerulus forem aut e muchus
auro-vestitus, rumpens pulchra tympana; nunc vero mihi
nomen, et Spartæ sum multos-tripodas labentis, [Alcman
et Musas novi Heliconidas, quæ me regibus
effecerunt Dascyla majorem et Gyga.

710. ERINNES MITYLENEÆ.

Columnæ, et Sirenes meæ, et lugubris hydria,
quæ habes Plutonis hanc tenuem favillam,
iis qui meum prætereunt sepulcrum dicite salvere,
sive cives sint *mei*, sive alterius urbis,

---

709. ALEXANDRI,
de Alcmane.

Urbs proavita mihi Sardes, si vester alumnus
Mansissem, spado nunc, ad cyathosve forem
Auratus, quatiens cava tympana: nomen at Alcman
Nunc mihi, meque suum Sparta beata vocat,
Sumque Heliconiadum dono præstante tyranno
Major, sive ille est Dascyla, sive Gyges.

χὥτι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τό·
χὥτι πατήρ μ' ἐκάλει Βαυκίδα, χὥτι γένος
Τηνία, ὡς εἰδῶντι· καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρὶς
Ἤριννᾶ ἐν τύμβῳ γράμμ' ἐχάραξε τόδε.

711. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἤδη μὲν κροκόεις Πιτανάτιδι πίτνατο νύμφᾳ
Κλειναρέτᾳ χρυσέων παστὸς ἔσω θαλάμων,
καδεμόνες δ' ἤλποντο διωλένιον φλόγα πεύκας
ἄψειν ἀμφοτέραις ἀνσχόμενοι παλάμαις,
Δημὼ καὶ Νίκιππος· ἀφαρπάξασα δὲ νοῦσος
παρθενικὰν λάθας ἄγαγεν ἐς πέλαγος·
ἀλγειναὶ δ' ἐκάμοντο συνάλικες, οὐχὶ θυρέτρων,
ἀλλὰ τὸν Ἀΐδεω στερνοτυπῆ πάταγον.

712. ΗΡΙΝΝΗΣ.

Νύμφας Βαυκίδος ἐμμί· πολυκλαύταν δὲ παρέρπων
στάλαν τῷ κατὰ γᾶς τοῦτο λέγοις Ἀΐδᾳ·
« Βάσκανος ἔσσ', Ἀΐδα· » τὰ δέ τοι καλὰ σάμαθ' ὁρῶντι
ὠμοτάταν Βαυκοῦς ἀγγελέοντι τύχαν,
ὡς τὰν παῖδ', Ὑμέναιος ἐφ' αἷς ἀείδετο πεύκαις,
ταῖσδ' ἐπὶ καδεστὰς ἔφλεγε πυρκαϊᾷ·
καὶ σὺ μέν, ὦ Ὑμέναιε, γάμων μολπαῖον ἀοιδὰν
ἐς θρήνων γοερῶν φθέγμα μεθηρμόσαο.

713. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Παυροεπὴς Ἤριννα, καὶ οὐ πολύμυθος ἀοιδαῖς·
ἀλλ' ἔλαχεν Μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.
Τοιγάρτοι μνήμης οὐκ ἤμβροτεν, οὐδὲ μελαίνης
Νυκτὸς ὑπὸ σκιερῇ κωλύεται πτέρυγι·
αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.
Λωίτερος κύκνου μικρὸς θρόος ἠὲ κολοιῶν
κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις.

714. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ῥήγιον Ἰταλίης τεναγώδεος ἄκρον ἀείδω,
αἰεὶ Θρινακίου γευομένην ὕδατος,
οὕνεκα τὸν φιλέοντα λύρην φιλέοντά τε παῖδας
Ἴβυκον εὐφύλλῳ θῆκεν ὑπὸ πτελέῃ,
ἡδέα πολλὰ παθόντα· πολὺν δ' ἐπὶ σήματι χισσὸν
χεύατο καὶ λευκοῦ φυταλιὴν καλάμου.

et nympham me tegi tumulo; *nam* dicite etiam hoc;
et patrem me nuncupasse Baucidem, et genere *esse*
Teniam, ut sciant; et mihi amicam-sodalem
Erinnam in tumulo epigramma hoc exarasse

711. ANTIPATRI.

Jam croceus Pitanatidi stratus erat nymphæ
Clinaretæ aureos lectus-nuptialis intra thalamos,
parentesque sperabant alte-sublatam flammam piceæ
esse-accensuros utrisque attollentes palmis,
Demo et Nicippus : abripiens autem morbus
virginem, Lethes abduxit in æquor :
tristes vero fecerunt æquales, minime liminum,
sed plutonium cum-pectoris-planctu strepitum.

712. ERINNES.

Nymphæ Baucidis sum; multum-defletum autem præteriens
cippum subterraneo hoc dicas Plutoni :
« Invidus es, Pluto. » Tibi autem pulchra signa aspicienti
sævissimam Baucûs nunciabunt fortunam,
ut puellam, Hymenæus ad quas canebatur faces,
his socer combussit in-rogo;
et tu quidem, o Hymenæe, nuptiarum argutam cantilenam
in ejulationum flebilium vocem deflexisti.

713. ANTIPATRI.

Paucorum-versuum Erinna, et non multiloqua cantibus;
sed nactum-est Musas hoc parvum carmen.
Quocirca memoria non excidit, neque nigræ
Noctis sub umbrosa cohibetur ala;
innumeræ vero juniorum gregatim poetarum
myriades oblivione, hospes, marcescimus.
Potior cygni parvus sonus, quam graculorum
crocitus in vernis dispersus nubibus.

714. ANONYMUM.

Rhegium Italiæ palustris extremum cano,
usque Thrinaciam gustans aquam,
quod amantem lyræ amantemque puerorum
Ibycum pulchra-folia-habenti posuit sub populo,
dulcia multa expertum; multamque super tumulo hederam
fudit et albi plantationem calami.

---

713. ANTIPATRI,

de Erinna.

Pauca quidem cecinit nobis Erinna, loquelæ
Parca, sed hoc Musas tam breve carmen habet.
Nec fuit a famæ deserta favore : nec illam
Implicitam pennis nox tegit atra suis.
At nos interea vatum numerosa novorum
Millia nube tegit proxima sæpe dies.
Nam melius cycni carmen breve, quam sonus omnis
Quem spargit vernas graculus in nebulas.

714. INCERTI,

de Ibyco.

Rhegion æquoream laudo, quo fine diremta
Trinacrias tellus Itala sentit aquas.
Ibycon hæc, qui fila lyræ puerosque colebat,
Hac ulmo voluit molle virente tegi,
Passum sæva virum miserans, hederæque sepulchrum
Frondibus et niveis cinxit arundinibus

715. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Πολλὸν ἀπ' Ἰταλίης κεῖμαι χθονὸς, ἔκ τε Τάραντος
πάτρης· τοῦτο δέ μοι πικρότερον θανάτου.
Τοιοῦτος πλανίων ἄβιος βίος· ἀλλά με Μοῦσαι
ἔστερξαν, λυγρῶν δ' ἀντὶ μελιχρὸν ἔχω.
Οὔνομα δ' οὐκ ἤμυσε Λεωνίδου· αὐτά με δῶρα
κηρύσσει Μουσέων πάντας ἐπ' ἠελίους.

716. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΡΟΔΙΟΥ.

Ἠρώϊος, ἀλλὰ ποθεινὸς ὅσοι πόλιν Ἰαλύσοιο
ναίομεν, εἰς λήθης πικρὸν ἔδυς πέλαγος,
ὀρεψάμενος σοφίην ὀλίγον χρόνον· ἀμφὶ δὲ τύμβῳ
σεῖο καὶ ἄκλαυτοι γλαῦκες ἔθεντο γόον,
Φαινόκριτ'· οὐδὲν ὅμοιον ἐπεσσομένοισιν ἀοιδὸς
φθέγξεται, ἀνθρώπους ἄχρι φέρωσι πόδες.

717. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Νηϊάδες καὶ ψυχρὰ βοαύλια ταῦτα μελίσσαις
οἶμον ἐπ' εἰαρινὴν λέξατε νισσομέναις,
ὡς ὁ γέρων Λεύκιππος ἐπ' ἀρσιπόδεσσι λαγωοῖς
ἔφθιτο χειμερίῃ νυκτὶ λοχησάμενος.
Σμήνεα δ' οὐκέτι οἱ κομέειν φίλον· αἱ δὲ τὸν ἄκρης
γείτονα ποιμένιαι πολλὰ ποθοῦσι νάπαι.

718. ΝΟΣΣΙΔΟΣ.

Ὦ ξεῖν', εἰ τύ γε πλεῖς ποτὶ καλλίχορον Μυτιλάναν,
τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἐναυσόμενος,
εἰπεῖν, ὡς Μούσαισι φίλα τ' ἦν, ἅ τε Λοκρὶς γᾶ
τίκτεν, ἴσαις δ' ὅτι μοι τοὔνομα Νοσσὶς, ἴθι.

719. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Τήλληνος * δδε τύμβος· ἔχω δ' ὑποβωλέα πρέσβυν
τῆνον τὸν πρᾶτον γνόντα γελοιομελεῖν.

720. ΧΑΙΡΗΜΟΝΟΣ.

Κλεύας οὐτυμοκλεῖος, ὑπὲρ Θυρεᾶν ὄρυ τείνας,
κάτθανες ἀμφίλογον γᾶν ἀποτεμνόμενος.

721. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἴσαι χέρες, ἴσα δὲ τεύχη
συμβάλομεν· Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.

715. LEONIDÆ.

Longe ab Italiæ jaceo terra, et extra Tarentum patriam; id autem mihi durius morte.
Talis *est* errantium non-vitalis vita; sed me Musæ dilexerunt, amarorumque loco mellitum habeo.
Nomen vero non interiit Leonidæ : ipsa me dona proclamant Musarum omnes in soles (*dies*).

716. DIONYSII RHODII.

Immaturus, sed desiderabilis *nobis* quotquot urbem Ialysi incolimus, in Lethæ amarum intrasti pontum, [tumulum
postquam-decerpsisti sapientiam brevi tempore; sed circa tuum et fletûs-nesciæ noctuæ ediderunt gemitum,
Phænocrite : nil simile venturis *futurum* vates eloquetur, homines quamdiu sustinebunt pedes.

717. ANONYMUM.

Naïades et frigida pascua hæc apibus
iter ad vernum dicite proficiscentibus,
senem Leucippum agiles-habentibus-pedes leporibus periisse hiberna nocte insidiatum.
Examina autem non-jam ei curare placet : sed montis vicinum pastorales valde desiderant valles.

718. NOSSIDIS.

O hospes, si tu navigas ad pulchros-habentem-choros My- Sapphûs venerum florem inde-accensurus, [tilenam,
dicito quod Musis accepta eram, et Locris terra, *me* peperit, cognito autem mihi nomen *esse* Nossis, abi.

719. LEONIDÆ TARENTINI.

Tellenis hic tumulus; habeo autem sub gleba senem illum qui primus scivit mimos-canere.

720. CHÆREMONIS.

Cleuas Etymoclis, pro Thyreis clypeum qui-protendisti, obiisti ancipitem agrum tibi-tribuens.

721. EJUSDEM.

Argivis ex-Sparta pares manus, paria et arma collisimus; Thyreæ autem erant præmium pugnæ.

---

715. INCERTI,
de Leonida.

Italia longe jaceo, patriaque Tarento,
Et magis hæc res est aspera morte mihi.
Invita usque adeo vita est peregrina : sed ipsis
A Musis melior nunc mihi vita data est.
Quippe per Aonidum sacra munera tempus in omne
Concelebrat nomen fama Leonideum.

716. DIONYSII,
de Phanocrito.

Ante diem, cunctis sed gratus habentibus agros
Elysios, Lethes ad vada nigra venis.
Tempore carpta tibi modico sapientia : sed nunc
Ipsa flet ad tumulum noctua torva tuum.
Exæquanda tibi posthac, Phanocrite, dicet
Nemo, ferent donec cetera membra pedes.

721. CHÆREMONIS.

Nos, o Sparta, tibi Thyrea pareret an Argis,
Quæsiimus, numerum, nec minus arma pares.

Ἄμφω δ' ἀπροφάσιστα τὸν οἴκαδε νόστον ἀφέντες
οἰωνοῖς θανάτου λείπομεν ἀγγελίαν.

Ambo vero, prorsus abjecto in patriam reditu,
avibus mortis *nostræ* mandamus nuncium.

722. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Δηρίφατον κλαίω Τιμοσθένη, υἷα Μολόσσου,
ξεῖνον ἐπὶ ξείνῃ Κεκροπίᾳ φθίμενον.

722. THEODORIDÆ.

In-pugna interfectum lugeo Timosthenem, filium Molossi,
exterum in extera Cecropia exstinctum.

723. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἁ πάρος ἄδμητος καὶ ἀνέμβατος, ὦ Λακεδαῖμον,
καπνὸν ἐπ' Εὐρώτᾳ δέρκεαι Ὠλένιον,
ἄσκιος· οἰωνοὶ δὲ κατὰ χθονὸς οἰκία θέντες
μύρονται· μήλων δ' οὐκ αἴουσι λύκοι.

723. ANONYMUM.

Quæ prius eras indomita et inaccessa, o Lacedæmon,
fumum super Eurota prospicis Olenium (*Achaicum*),
nullâ-umbrâ *arborum*; aves autem in terra nidis positis
lamentantur; atque oves non audiunt lupi.

724. ΑΝΥΤΗΣ ΜΕΛΟΠΟΙΟΥ.

Ἦ ῥα μένος σε, Πρόαρχ', ὄλεσ' ἐν δαΐ, δῶμά τε πα-
Φειδία ἐν δνοφερῷ πένθει ἔθου φθίμενος· [τρὸς
ἀλλὰ καλόν τοι ὕπερθεν ἔπος τόδε πέτρος ἀείδει,
ὡς ἔθανες πρὸ φίλας μαρνάμενος πατρίδος.

724. ANYTÆ LYRICÆ.

Profecto fortitudo te *tua*, Proarche, perdidit in acie, domum-
Phidiæ in atro luctu constituisti exstinctus; [que patris
sed pulchram sane desuper vocem hanc lapis canit,
te obiisse pro cara decertantem patria.

725. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

α. Αἰνιε, καὶ σὺ γὰρ ὧδε, Μενέκρατες, οὐκ ἐπὶ πουλὺ
ἦσθα· τί σε, ξείνων λῷστε, κατειργάσατο;
ἦ ῥα τὸ καὶ Κένταυρον; β. Ὅ μοι πεπρωμένος ὕπνος
ἦλθεν, ὁ δὲ τλήμων οἶνος ἔχει πρόφασιν.

725. CALLIMACHI.

a. Ænie Menecrates, nam tu quoque hic non in multum
fuisti: quid te, hospitum optime, confecit? [*tempus*
an id quod etiam Centaurum? *b*. Mihi fato-destinatus somnus
venit, at miserum vinum est prætextui.

726. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Ἑσπέριον κἠῷον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον
ἡ γρῆϋς πενίην Πλατθὶς ἀμυνομένη·
καί τι πρὸς ἠλακάτην καὶ τὸν συνέριθον ἄτρακτον
ἤεισεν, πολιοῦ γήραος ἀγχίθυρος,
κἄτι παριστίδιος δινευμένη ἄχρις ἐπ' ἠοῦς
κεῖνον Ἀθηναίης σὺν Χάρισιν δόλιχον,
ἦ ῥικνῇ ῥικνοῦ περὶ γούνατος ἄρκιον ἰστῷ
χειρὶ στρογγύλλουσ' ἱμερόεσσα κόρυνα.
Ὀγδωκονταέτις δ' Ἀχερούσιον ηὔγασεν ὕδωρ
ἡ καλὰ καὶ καλῶς Πλατθὶς ὑφηναμένη.

726. LEONIDÆ.

Vespertinum et matutinum fugavit sæpe somnum
vetula paupertatem Platthis repellens;
et quid ad colum et consocium fusum
cecinit, canæ senectæ vicina,
et tum-etiam juxta-mâlum gyrans usque ad auroram
illud Minervæ cum Gratiis curriculum,
aut rugosâ rugosum circa genu sufficiens telæ
manu rotundans amabilis filum.
Octoginta autem annos nata Acherusiam vidit aquam
anus pulchra et pulchre Platthis quæ-texuerat.

727. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας οὐ δεύτερος ἄλλου
εἶμεν· ὁ δὲ φθονερὸς κλαιέτω ἔσχε θάνη.
Ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις· εἰν ἀΐδᾳ γὰρ
Μίνω Θερσίτας οὐδὲν ἀτιμότερος.

727. THEÆTETI.

Mentem videbatur Phileas non inferior ullo-alio
esse; qui vero invidus, plorato donec moriatur.
Sed tamen famæ inanis *est* gratia: in Orco enim
Minoe Thersites nihilo ignobilior.

728. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ἱερέη Δήμητρος ἐγώ ποτε, καὶ πάλιν Καβείρων,
ὦνερ, καὶ μετέπειτα Δινδυμήνης,
ἡ γρῆϋς γενόμην, ἡ νῦν κόνις, ἡνο***

728. CALLIMACHI.

Virgo sacerdos Cereris ego olim, et rursus Cabirorum,
o homo, et deinde Dindymenæ,
anus fui, quæ nunc sum cinis, [a diis nacta]

Projecti reditus animis: pars utraque testes
De tanta solas clade reliquit aves.

723. INCERTI.

O bene culta diu tellus invicta Laconum
Cernis? ab Eurota fumus it Olenius.
Umbra tibi nulla est. Mœstum sua tecta volantum
Agmen humi ponit, nec lupus audit oves.

πολλῶν προστασίη νέων γυναικῶν.
Καί μοι τέκν' ἐγένοντο δύ' ἄρσενα, κηπέμυσ' ἐκείνων
εὐγήρως ἐνὶ χερσίν. Ἕρπε χαίρων.

multarum patrocinium juvenum mulierum.
Et mihi pueri fuerunt duo mares, et oculos clausi illorum
grandæva in manibus. Repta gaudens.

729. ΤΥΜΝΕΩ.

Εὐήθης Τριτωνὶς ἐπ' οὐκ ἀγαθαῖς ἐλοχεύθη
κληδόσιν· οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ὤλετο δαιμονίη
ἀρτιτόκος· τὰ δὲ πολλὰ κατήγαγεν * ἓν βρέφος ᾄδην
σὺν κείνῃ· δεκάτην δ' οὐχ ὑπερῆρεν ἕω.

729. TYMNÆ.

Simplex Tritonis minime bonis enixa-est
ominibus; non enim sic periisset misera [cus et infantem
modo-edito partu; sed multa illa *bona mea* deduxit Or-
cum illa: decimam autem non excessit auroram

730. ΠΕΡΣΟΥ.

Δειλαία Μνάσυλλα, τί τοι καὶ ἐπ' ἠρίῳ οὗτος
μυρομένᾳ κούραν γραπτὸς ἔπεστι τύπος
Νευτίμας; ἃς δή ποχ' ἅπο ψυχὰν ἐρύσαντο
ὠδῖνες, κεῖται δ' οἷα κατὰ βλεφάρων
ἀχλύϊ πλημμύρουσα φίλας ὑπὸ ματρὸς ἀγοστῷ·
αἰαῖ Ἀριστοτέλης δ' οὐκ ἀπάνευθε πατὴρ
δεξιτερᾷ κεφαλὰν ἐπεμάσσετο. Ὦ μέγα δειλοί,
οὐδὲ θανόντες ἐῶν ἐξελάθεσθ' ἀχέων.

730. PERSÆ.

Infelix Mnasylla, quid tibi etiam super sepulcro hæc
lugenti puellam sculpta posita-est imago
Neotimæ? cujus quidem olim animam abripuerunt
dolores-partus, jacet autem tanquam subter palpebras
nube obducta caræ sub matris palma;
heu, heu! Aristotelesque non procul pater
dextra caput tangebat. O magnopere miseri,
ne mortui quidem vestros obliti estis dolores!

731. ΛΕΩΝΙΔΑ.

« Ἄμπελος ὡς ἤδη κάμακι στηρίζομαι αὔῳ
« σκηπανίῳ· καλέει μ' εἰς αἰδην θάνατος.
« Δυσκώφει μὴ Γόργε· τί τοι χαριέστερον, ἢ τρεῖς
« ἢ πίσυρας ποίας θάλψαι ὑπ' ἠελίῳ; »
Ὣδ' εἰπας οὐ κόμπῳ, ἀπὸ ζωὴν ὁ παλαιὸς
ὥσατο, κἠς πλεόνων ἦλθε μετοικεσίην.

731. LEONIDÆ.

« Vitis sicut ridica, *sic ego* jam sustineor arido
« baculo: vocat me in Orcum mors.
« Male-surdus ne sis, Gorge: qui tibi gratius, aut tres
« aut quatuor æstates calefieri sub sole? »
Sic effatus nulla jactatione, vitam grandævus
abjecit, et plurium ingressus-est hospitium.

732. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Ὤχευ ἔτ' ἀσκίπων, Κινησία, Ἑρμοῦ λάτρις,
ἐκτίσων Ἀΐδῃ χρεῖος ὀφειλόμενον,
γήρᾳ ἔτ' ἄρτια πάντα φέρων· χρήστην δὲ δίκαιον
εὑρών σε στέρξει παντοδίης Ἀχέρων.

732. THEODORIDÆ.

Abiisti nondum innixus-baculo, Cinesia, Mercurii minister,
persoluturus Plutoni tributum debitum,
in-senio adhuc integra cuncta ferens; debitorem vero justum
nactus te diliget omnia-vi-domans Acheron.

733. ΔΙΟΤΙΜΟΥ.

Αἱ νόμιμοι δύο γρῆες ὁμήλικες ἦμεν, Ἀναξὼ
καὶ Κληνώ, δίδυμοι παῖδες Ἐπικράτεος·
Κληνὼ μὲν Χαρίτων ἱερή, Δήμητρι δ' Ἀναξὼ
ἐν ζωῇ πρὸ πόλεως· ἐννέα δ' ἠελίων
ὀγδωκονταέτεις ἔτι λειπόμεθ' ἐς τόδ' ἱκέσθαι
τῆς μοίρης· ἐτέων δ' οὐ φθόνος εἰς ὁσίους.
Καὶ πόσιας καὶ τέκνα φιλήσαμεν· αἱ δὲ παλαιαὶ
πρῶθ' ἡμεῖς Ἀΐδην πρῆϋν ἀνυσσάμεθα.

733. DIOTIMI.

Justæ duæ anus æquales fuimus, Anaxo
et Cleno, gemina soboles Epicratis;
Cleno quidem Gratiarum sacerdos, Cereri autem Anaxo
in vita pro urbe *ministrans*; novem vero solibus (*diebus*)
destituebamur adhuc, octogintennes, ut ad hoc veniremus
sortis: annorum tamen nulla invidia erga pios.
Et maritos et liberos amavimus; annosæ autem
primum nos ad Plutonem lenem pervenimus.

734. ΑΔΗΛΟΝ.

*? Ἧξεν ὅλατιτυτειδεστι. Τί γάρ; νέκυς ω ποτι παίδων
τῶν ἀγαθῶν ἠδ' ἦν ἀρχιγέρων ὁ γέρων,
ἀλλὰ φίλος γ'. Ὦ πρέσβυ, γένοιτο τευ ὅλβια τέκνα
ἐλθεῖν καὶ λευκῆς ἐς δρόμον ἡλικίης.

734. IGNOTI.

a. * Ne, viator, propera; quid enim? en mortuus, cui a
bonorum affatim erat, apprime grandævus senex. [liberis
tamen carus *suis*. *b*. O senex, contingat ut tui liberi felices
perveniant etiam canæ ad curriculum ætatis.

---

729. TYMNEI.

Evethes cui Tryto pater satis omine dextro
Non peperit: nec enim tam cito rapta foret
A partu. Sæcli bona tot puer abstulit unus
Ad Styga, nec decimum transiit ipse diem.

735. ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Ὑστάτιον, Φώκαια, κλυτὴ πόλι, τοῦτο Θεανὼ
εἶπεν ἐς ἀτρύγετον νύκτα κατερχομένη·
« Οἴμοι ἐγὼ δύστηνος ! Ἀπέλλιχε, ποῖον, ὄμευνε,
« ποῖον ἐπ' ὠκείῃ νηῒ περᾷς πέλαγος;
« αὐτὰρ ἐμεῖο σχεδόθεν μόρος ἵσταται. Ὡς ὄφελόν γε
« χειρὶ φίλην τὴν σὴν χεῖρα λαβοῦσα θανεῖν ».

736. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Μὴ φθείρευ, ὤνθρωπε, περιπλάνιον βίον ἕλκων,
ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἁλινδόμενος,
μὴ φθείρευ, κἂν εἴ σε περιστέψαιτο καλιὴ
ἣν θάλποι μικκὸν πῦρ ἀναναιόμενον,
ᾗ καί σοι λιτή τε καὶ οὐκ εὐάλφιτος εἴη
φύστη ἐνὶ γρώνῃ μασσομένη παλάμαις,
ᾗ καί σοι γλήχων, ᾗ καὶ θύμον, ᾗ καὶ ὁ πικρὸς
ἁδυμιγὴς εἴη χόνδρος ἐποψίδιος.

737. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐνθάδ' ἐγὼ λῃστῆρος ὁ τρισδείλαιος ἄρῃϊ
ἐδμήθην· κεῖμαι δ' οὐδενὶ κλαιόμενος.

738. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Κληῖδες Κύπρου σε καὶ ἐσχατιαὶ Σαλαμῖνος,
Τίμαρχ', ὑβριστής τ' ὤλεσε Λὶψ ἄνεμος,
νηΐ τε σὺν φόρτῳ τε· κόνιν δέ σου ἀμφιμέλαιναν
δέξαντ' οἰζυροί, σχέτλιε, κηδεμόνες.

739. ΦΑΙΔΙΜΟΥ.

Αἰάζω Πολύανθον, ὃν εὐνέτις, ὦ παραμείβων,
νυμφίον ἐν τύμβῳ θῆκεν Ἀριστα γόρη,
ὀξαμένη σποδιήν τε καὶ ὀστέα (τὸν δὲ δυσαὲς
ὤλεσεν Αἰγαίου κῦμα περὶ Σκίαθον),
δύσμορον ὀρθρινοί μιν ἐπεὶ νέκυν ἰχθυβολῆες,
ξεῖνε, Τορωναίων εἵλκυσαν ἐς λιμένα.

740. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Αὗτα ἐπὶ Κρήθωνος ἐγὼ λίθος, οὔνομα κείνου
δηλοῦσα· Κρήθων δ' ἐν χθονίοις σποδιά.
Ὁ πρὶν καὶ Γύγῃ παρισεύμενος ὄλβον, ὁ τὸ πρὶν

735. DAMAGETÆ.

Novissimum, Phocæa, inclyta urbs, hoc Theano
dixit, in vastam noctem descendens :
« Hei mihi ! ego misera ! Apelliche, quale, o consors-tori,
« quale in celeri nave *nunc* transis mare?
« Sed me prope fatum stat. Utinam saltem
« manu caram tuam manum complexa moriar. »

736. LEONIDÆ TARENTINI.

Ne mala-sumas, o homo, vagam vitam trahens,
aliam ex alia in terram volutus,
ne mala-sumas, etiamsi te circumtegat nidus
quem calefaciat parvus ignis succensus,
et in-quo tibi vilis et non e-pulchra-farina sit
panis in cavato-lapide subactus manibus,
ubi et tibi pulegium, ubi et thymus, ubi et amarum
non-sine-mixta-dulcedine sit sal in-obsonium

737. ANONYMI.

Hic ego prædonis ter-infelix marte
domitus-sum ; jaceo autem nemini defletus

738. THEODORIDÆ.

Claustra Cypri te et extremitates Salaminis,
Timarche, insolensque perdidit Africus ventus,
una-cum navigio et onere ; pulverem vero tuum atrum
acceperunt ejulantes, o miser, cognati.

739. PHÆDIMI.

Lugeo Polyanthum, quem uxor, o qui-præteris,
sponsalem in tumulo posuit Aristagora,
postquam-accepit pulveremque et ossa (ipsum autem in-
perdidit Ægæi maris fluctus prope Sciathum) [festus
infelicem matutini eum quum mortuum piscatores,
hospes, Toronæorum traxerunt in portum.

740. LEONIDÆ.

Hæc ego super Crethone petra, nomen illius
patefaciens ; Crethon autem in subterraneis cinis.
Ille antea et Gygæ comparatus ad-opes, ille antea

---

735. DAMAGETI.

Urbs Phocæa potens, hæc ultima verba Theano
Dixit, ad æternæ mortis itura chaos.
Quam procul a misera me nunc es, Apelliche conjunx,
Ah tua quam magnum nunc ratis æquor arat.
Nunc mihi mors juxta : quanto mihi dulcius esset,
Cara meam premeret si tua dextra, mori.

738. THEODORIDÆ.

Clides et excurrens Salamin ventusque nocens Lips,
Timarche, exitii causa fuere tui.
Cum navi, cum merce : nec heu, pia turba, propinqui,
Terram injecerunt, o miserande, tibi.

740. LEONIDÆ.

Incumbens Crethona super lapis, indico nomen
Illius, ipse nihil Cretho nisi cinis est.
Qui modo Pactoli Gygen æquabat arenis,

βουπάμων, ὁ πρὶν πλούσιος αἰπολίοις,
ὁ πρίν — τί πλείω μυθεῦμαι; ὁ πᾶσι μακαρτὸς,
φεῦ, γαίης ὅσσης ὅσσον ἔχει μόριον.

741. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ὀθρυάδην, Σπάρτης τὸ μέγα κλέος, ἢ Κυνέγειρον
ναύμαχον, ἢ πάντων ἔργα κάλει πολέμων·
Ἄρεος αἰχμητὴς Ἰταλὸς παρὰ χεύμασι Ῥήνου
κλινθεὶς, ἐκ πολλῶν ἡμιθανὴς βελέων,
αἰετὸν ἁρπασθέντα φίλου στρατοῦ ὡς ἴδ' ὑπ' ἐχθροῖς,
αὖτις ἀρηϊφάτων ἄνθορεν ἐκ νεκύων·
κτείνας δ' ὅς σφ' ἐκόμιζεν, ἑοῖς ἀνεσώσατο ταγοῖς,
μοῦνος ἀήττητον δεξάμενος θάνατον.

742. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Οὐκέτι Τιμόκλεια τεῶν φάος ὤλεσας ὅσσων
κούρους δοιστόκῳ νηδύϊ γειναμένη·
ὄμμασι δ' ἐν πλεόνεσσιν ἀθρεῖς πυριθαλπὲς ὄχημα
ἠελίου, προτέρης οὖσα τελειοτέρη.

743. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἴκοσιν Ἑρμοκράτεια καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα
οὔθ' ἑνὸς οὔτε μιᾶς αὐγασάμην θάνατον.
Οὐ γὰρ ἀπωίστευσεν ἐμοὺς υἱῆας Ἀπόλλων,
οὐ βαρυπενθήτους Ἄρτεμις εἷλε κόρας·
ἔμπαλι δ' ἃ μὲν ἔλυσεν ἐμῶν ὠδῖνα μολοῦσα,
Φοῖβος δ' εἰς ἥβαν ἄρσενας ἀγάγετο
ἀβλαβέας νούσοισιν. Ἰὼ ὡς νίκημι δικαίως
παισὶν καὶ γλώσσῃ σώφρονι Ταντα λίδα.

744. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ.

Ἦν Μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλίκερω ταύρου·
κοὐδὲν ἔλεξε· πόθεν; βοΐ γὰρ λόγον οὐ πόρε φύτλη,
οὐδὲ λάλον μόσχῳ Ἄπιδι στόμα·
ἀλλὰ παρ' αὐτὸν λέχριος στὰς ἐλιχμήσατο στόλον,
προφανῶς τοῦτο διδάσκων· « Ἀποδύσῃ βιοτὴν

multa-armenta-possidens, antea dives pecudum-gregibus,
antea — quid plura dicam? omnibus felix-prædicatus,
heu, terræ quantæ quantulam habet portiunculam!

741. CRINAGORÆ.

Othryaden, Spartæ ingens decus, aut Cynegirum
in-nave-pugnantem, aut quorumvis facinora advoca
mavortius miles Italus prope fluenta Rheni [bellorum:
decumbens, ex multis semimortuus telis,
aquilam raptam sui exercitus ut vidit sub hostibus,
rursus interfectis-in-pugna exsiliit e mortuis;
et quum-occidisset qui eam ferebat, suis servatam-restituit ducibus
solus invictam nactus mortem. [

742. APOLLONIDÆ.

Non, Timoclea, tuorum lumen amisisti oculorum,
pueros geminos-pariente utero enixa;
oculis vero (in) pluribus *nunc* spectas fervidissimum cursolis, priore-te facta perfectior. [rum

743. ANTIPATRI.

Viginti Hermocratea et novem liberos enixa
neque unum neque unam vidi mortuam.
Non enim sagittis-configit meos filios Apollo,
non graviter-lugendas Diana rapuit puellas:
sed contra hæc quidem solvit mearum partus adveniens,
Phœbus autem ad pubertatem mares duxit
illæsos morbis. En quomodo vinco nec-immerito
liberis et lingua modesta Tantalidem.

744. DIOGENIS LAERT.

Memphi fama est didicisse proprium olim fatum
Eudoxum a pulchra-habente-cornua tauro.
Et *is* nihil dixit; unde? bovi enim loquelam non tribuit
neque garrulum juvenco Apidi os: [natura,
sed juxta eum acclinis-oblique stans lambit vestem,
aperte hoc docens, « Exues vitam

Dives et armentis lanigeroque grege,
Et ne multa loquar, felix super omnia, terræ
Quantillum ex quanto nunc habet ille suum!

741. CRINAGORÆ.

Quid nunc Othryades, quid nunc Cynegirus in undis
Decertans, quid tot facta vetusta virûm?
Italus ad Rhenum telorum grandine mersus,
Jamque solum vita deficiente premens,
Ereptam sociis aquilam conspexit ab hoste,
Et simul e mediis stragibus exsiluit.
Mox aquilam ducibus cæso raptore reportat:
Huic soli licuit vincere, dum moritur.

743. ANTIPATRI.

Cum quinque ediderim quater Hermocratea novemque
Pignora, non natus, non mihi nata perit:
Non vitam teneris rapuit Diana puellis,
Non pueros telis fixit Apollo meos.
Quin magis ad partus se præstitit illa faventem,
Et maribus plenum robur Apollo dedit,
Intactum morbis. Sic tam mihi vincere prole
Tantalidem, lingua quam sapiente datum est.

744. DIOGENIS LAERTII.

Eudoxum (sic fama refert), cum Memphida vidit,
Fata sua edocuit lunatis cornibus Apis.
Nil equidem dixit (neque enim natura loquelam
Concessit vocemque bovi) sed proximus adstans
Ad latus, inde palam Cnidii lambebat amictus,
Quo vitam exueret prope tempus adesse figurans.

« ὅσσον οὔπω ». Διὸ καί οἱ ταχέως ἦλθε μόρος, δεκάκις πέντε καὶ τρεῖς εἰσιδόντα παῖδας.

« tantum nondum. » Quapropter et ei brevi venit fatum, quinque et tres quum-vidisset annos. [decies

745. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἴβυκε, λῃσταί σε κατέκτανον ἔκ ποτε νήσου
βάντ' ἐς ἐρημαίην ἄστιβον ἠϊόνα,
ἀλλ' ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος, αἵ τοι ἴκοντο
μάρτυρες ἄλγιστον ὀλλυμένῳ θάνατον·
οὐδὲ μάτην ἰάχησας, ἐπεὶ ποινῆτις Ἐρινὺς
τῶνδε διὰ κλαγγὴν τίσατο σεῖο φόνον
Σισυφίην κατὰ γαῖαν. Ἰὼ φιλοκερδέα φῦλα
λῃϊστέων, τί θεῶν οὐ πεφόβησθε χόλον;
οὐδὲ γὰρ ὁ προπάροιθε κανὼν Αἴγισθος ἀοιδὸν
ὄμμα μελαμπέτλων ἔκφυγεν Εὐμενίδων.

745. ANTIPATRI SIDONII

Ibyce, prædones te interfecerunt ex templo olim
egressum in desertum *et* nemini-calcatum littus,
sed postquam-invocaras gruum nubem, quæ tibi venetestes tristissima quum-peribas nece; [runt
neque frustra clamasti, quandoquidem vindex Erinys
harum ob clangorem ulta est tuam cædem
Sisyphia in terra (*Corinthi*). O lucri-avidæ tribus
prædonum, quid deorum non extimuistis iram?
neque enim qui prius occidit Ægisthus vatem,
oculum pullatarum effugit Eumenidum.

746. ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ.

Εἰς τάφον τοῦ Διὸς ἐν Κρήτῃ.

Ὧδε μέγας κεῖται Ζᾶν ὃν Δία κικλήσκουσιν.

746. PYTHAGORÆ.

In tumulum Jovis in Creta.

Hic magnus jacet Zan quem Dia nuncupant.

747. ΛΙΒΑΝΙΟΥ.

Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάρροον ἐνθάδε κεῖται,
ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

747. LIBANII.

Julianus trans Tigrim vorticosum hic jacet,
utrumque, rexque bonus, validusque miles.

748. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Τίς τόδε μουνόγληνος ἄϊκαν δωμήσατο Κύκλωψ
λάϊνον Ἀσσυρίης χῶμα Σεμιράμιος,
ἢ ποῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο Γίγαντες
κείμενον ἑπταπόρων ἀγχόθι Πληϊάδων
ἀκλινὲς, ἀστυφέλικτον, Ἄθωέος ἶσον ἐρίπνᾳ
φυρηθὲν γαίης εὐρυπέδοιο βάρος;
Δᾶμος ἀεὶ μακαριστὸς, ὃς ἄστεσιν Ἡρακλείης
οὐρανίων [νεφέων τεῦξεν ἐπ'] εὐρυάλων.

748. ANTIPATRI SIDONII.

Quis hanc unoculus totam struxit Cyclops
lapideam Assyriæ molem Semiramidis?
aut quales terræ filii erexerunt Gigantes
positum septemplices proxime-ad Pleiades,
non-inclinatum, non-concussum, Atho par monti,
coactum terræ in-vastos-campos-patentis onus?
Populus usque prædicandus-beatus, qui urbem Herculis
cœlestes nubes fecit-ut-attingeret . ...

Nec cunctata diu mors est : stetit ultimus illi
Post exacta decem quinquennia tertius annus.

745. ANTIPATRI,
de Ibyco.

Ibyce, ad incultum quos duxerat insula littus
Prædones mortis causa fuere tibi,
Clamares cum sæpe grues ibi forte volantes,
Namque alios testes mors tua non habuit.
Nec tua vox periit : siquidem clangentibus illis
Ulta tuam post est horrida pœna necem,
Sisyphia tellure. Quis o furor iste, latrones
Sanctorum quod vos non movet ira Deûm!
Vatis et Ægisthus fœdatus sanguine dextram
Effugere Eumenidum lumina non potuit.

747. LIBANII,
de Juliano Imperatore.

Julianus jacet hic rapidi trans flumina Tigris,
Rex bonus, atque acer belli congressibus idem.

748. ANTIPATRI SIDONII.
de urbe Heraclea.

Quis lapide exstruxit ferus uno lumine Cyclops
Assyriæ vallum grande Semiramidis?
Qui vasti terra geniti fecere Gigantes
Quod septemgeminam Pleiada tangit opus?
Montem qualis Athos rigidum ignarumque moveri,
Coctile telluris latipatentis onus?

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT VII.

Lemma Codicis : Καὶ ὁ τῶν ἀναθεματικῶν ἡμῖν ἐπιγραμμάτων χαρακτὴρ πεπλήρωται ἱκανῶς ἔχων, ὡς ἐμαυτὸν πείθω. Μετιτέον οὖν ἐρ' ἕτερον οὐκ ἄχρηστον οὐδ' ἀνωφελῆ, λαλῆσαί τε (an καλῆσαί τε? *Boiss.* Reiskius conjiciebat κινῆσαί τε) καὶ πρὸς πάθος ἀγαγεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας δυνάμενον. Ἔστι δὲ οὗτος ὁ τῶν ἐπιτυμβίων, ἀρχὴν ἔχων τοιάνδε. ✝ Ἐπιτύμβια εἰς τὸν Ὅμηρον. — Et in margine : ἀρχὴ τῶν ἐπιτυμβίων ἐπιγραμμάτων, ὧν ἐσχεδίασεν ὁ κύριος Κωνσταντῖνος ὁ Κεφαλᾶς, ὁ μακάριος καὶ ἀείμνηστος καὶ τριπόθητος ἀνθρωπος.

I. Lemma : Ἀλκαίου ποιητοῦ Μεσσηνίου εἰς Ὅμηρον τὸν ποιητὴν ἐπιτύμβιον. Οὗτος ὁ Ἀλκαῖος οὐκ ἦν ὁ Μιτυληναῖος, ὃς ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Πιττακοῦ. — 2. « Hinc Suidas : ἤκαχον, ἀντὶ τοῦ ἐλύπησαν. Ex sequenti versu idem in Χρίσις : ἐχρίσαντο, ἀντὶ τοῦ ἔχρισαν. » *B.* Nota fabula, Homerum mœrore fuisse confectum, quod ænigma sibi propositum solvere non potuisset. Quo respicit oraculum ap. Pausan. X, 24, § 2 : ... τὸ μάντευμα, ὃ γενέσθαι τῷ Ὁμήρῳ λέγουσιν·

Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
δέξεται· ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

Hinc apparet ἐκ Μοιρέων vere emendavisse Heckerum in Epist. crit. ad Schneidewinum, Philologo 1849, p. 484. Legebatur ἐκ Μουσέων, quæ non possunt auctores haberi illius proponendi griphi. — 3. « Similiter Thetis Patroclo mortuo ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν Στάξε κατὰ ῥινῶν, Il. T, 38. » *Jac.* — 5 μόθον Plan.; μόθων Cod. — 6 τ' Plan.; δ' Cod., qui λαρτιδεω, superposito ά. — 7 νῆσος Plan. — 8. Βαιὴ, conf. ep. 2, 9; ep. 4, 3. Probabiliter Heckerus βαιὴ τὸν Μουσέων ἀστ.

II. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ὅμηρον. Ἀντιπάτρου Σιδωνίου ἐπιτύμβιον. Ἔστι καὶ ἄλλος Ἀντίπατρος Θεσσαλονικεὺς καὶ αὐτὸς ἐπιγραμμάτων ποιητής. — 1. « Ob miram sermonis suavitatem et eloquentiam Homerus est Πειθοῦς instar inter homines, Gratiarum unius; v. Bœckh. Explic. Pind. Pyth. IX, p. 322. » *Jac.* — 2 φθεγξαμέναν Plan. et Suid.; φθεγξαμένην Cod. — 3 νασίτης Cod. Hujus distichi mire turbatæ laciniæ exstabant in inscriptione Iensi, cujus tenues reliquias ad ecclesiam St. Catharinæ vidit Rossius; en quæ retulit Paschius Comes a. 1773 :

ἀδ' ἔλαχον μαθετης ανυλιφης υοιυ θειον
οὐ γὰρ ἐν ἄλλα εμοιο φιλος ιερου ομηρου
ἀλλ' ἐμοὶ πνεῦμα θανὼν νινομηδου υιον
πολις ο θεα αναριος ονομα ενθαδε εμου.

Agnoscuntur voces ex sequentibus epigrr. 3 et 4 excerptæ, sed in talibus expediendis non est morandum. Sequebatur longus catalogus velut discipulorum Homeri. De tota re accurate exposuit Welckerus in Annal. antiq. stud. 1844, m. April., p. 289-327. — 5. Νεῦμα παγκρατές. Respiciuntur nobiles versus Il. A, 528 :

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
. . . . . μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

— 6 ναυμάχον Jacobs. in nott. mss., secundum grammaticos; v. Thes. Celebratur ea pugna in Il. O. — 7. Φαρσαλίσιν, ap. Virg. *Thessalicis.* Il. X, 395 seqq. — 9. Conf. ep. 4, 3. — 10. Ἴκος, Cycladum insularum una, inter Sciathum et Scyrum posita, in qua Peleus sepultus.

II*. In superiore margine paginæ diversa manu scriptum exhibet Codex cum lemmate : εἰς τὸν αὐτόν. Ad viatores, ut Homeri quamvis modicum tumulum venerentur. — 2 κατὰ στίχας Cod. Quo pertinere videtur nota in marg. : ζήτει· λείπει ἡ ἔννοια τοῦ ἐπιγράμματος. « Niclasius in Wolfii Analectis t. II, p. 95, vel in Classico Valpyi Diario t. XIX, p. 190, conjecit ἀλλὰ κάτω ψυχάς. Sed sic velim τὰς δὲ κάτω ψ. Recepi Huschkii (Anal. crit. p. 208) conjecturam. » *B.* Etiam Jac. recepit in Delectu p. 84, præ sua conjectura κατασπείσας, verum ipse Huschkius : « Neutrum tamen satis placet. » Heckerus : « Sed ita præsens requiritur; leniorque suppetit emendatio κατασταίξας : *huc a via deflectens adora me.* » In Nonni quidem loco quem confert, Joann. c. 4, 230, καταστείχοντι de *reditu* dictum est, in Ev. v. 51 καταβαίνοντος. Significaretur certe via publica in editiore, quam tumulus, loco munita. Piccolos conj. ἀλλ' ἄκατον στήσας, coll. IX, ep. 427 : Ναυτίλε, μὴ στήσῃς δρόμον ὑλκάδος, oblitus docere ὁδοιπόρον et de nauta dici. Wordsworth. ad Theocr. p. 192, ἀλλὰ κατασταίλας, intransitive. — 3. « Prætuli editæ lectioni Πειρίσιν τιμώμενον variantem marginalem Codicis et apographi Par. : γρ. περίδεσσι τετιμμένον (sic). » *B.* Heckerus quoque prætulit.

III. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Hoc distichon Homeri sepulcro in insula Io insculptum fuisse et veteres ferebant et recentiores, quos citat Jacobs. in Anal. t. XIII, p. 147. « Hinc sumti versus in fictitia inscriptione, quam vide in Commentatione mea epigraphica post Holstenii Epistolas p. 428, et in Classico Diario t. XVII, p. 372. Conf. et inscriptio in Gruteriana Sylloge p. 1089, 4. » *B.* Adde Welckerum commentatione ad ep. 2 indicata.

IV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Et iterum : εἰς Ὅμηρον ποιητήν. Imitatur Antipatrum Sidonium ep. 2. — 5. Delus olim vaga, ut Cyclas, Ἴου soror. — 6 ὠδίων Cod., recte Plan.

V. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν, ἄδηλον, οἱ δέ φασιν Ἀλκαίου Μιτυληναίου. « Imo *Messenii.* Ap. Plan. sine nomine auctoris. Contendit poeta Homerum non fuisse Salaminium sed Chium. Ipse Homerus loquitur. » *Jac.* — 1 ἀπὸ ῥάι στῆρος Cod., ut vetusti libri in tali re. « Suidæ, qui primum distichon exscripsit, ῥαιστὴρ est ἡ σφῦρα. Interpretor χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος adjectivo notissimo χρυσήλατον. Conf ep. VI, 342, 7. » *B.* Sic etiam Hecker. I, p. 261 seq. — 2 στήσοιτε Plan. « Sensum esse puto : Ne si me quidem aureum posueritis fervidaque manu tenentem Jovis fulgura. » *B.* Probabilius interpretari videtur Jac. de rutilæ æreæ statuæ splendore, non absimili Jovis fulguri. Heckerus conj. φλογέαις εὔδιον ἀστ., *splendentem*, ϛαεινόν, λαμπόμενον, coll. V, ep. 35, 2 : γυμνῶν ἀστεροπὴ μελέων. An poeta voluit : *in ipso Jovis templo,* fulguribus κεραυνούχου coruscante? — 3 οὐκ εἰμ' codd.; σαλαμίνιος Pal. Pseudo-Plut. Vita Hom. II, § 2 : οὐκ ὠκνησαν δέ τινες Σαλαμίνιον αὐτὸν εἰπεῖν ἀπὸ Κύπρου. Alii simpliciter dicunt *Salaminium.* — 4 Δμησαγόρου Brunck., quæ erat

Ægyptiorum, non Salaminiorum fama. Μὴ τοῦτ' Plan. ed. princ. — 5 βασάνιζε Cod., lapsu. « Alium poetam explorate, an donis corruptus vester dici haberique velit. » *Jac.* — 6 παισὶν Plan., et sic Brunck., Meinek. p. 158, Hock.; πᾶσιν Cod., quod tueri studet Jac., *reliquis Græcis*. Præterea Brunckius ἀείσατ', quod mihi non tam necessarium quam Heckero esse videtur. « Grotianum *ista* videtur referendum ad præcedens nomen *Chios*, non ad *carmina*. Sed quum videatur epigramma factum in statuam quæ fuit apud Salaminios, puto et a poeta in eorum insula versante compositum. » *B.*

VI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « Exstat hoc carmen Romæ in Mausoleo Augusti insculptum Termino, cui olim Homeri caput impositum fuit. Editum ap. Grut. p. 419, 1, et al. Vide Marm. Taurin. p. 169. — 1. Sic Dio Chrys. Or. II, p. 79 : τὸν Ὅμηρον ἐνόμιζε δαιμόνιον καὶ θεῖον τῷ ὄντι κήρυκα τῆς ἀρετῆς. » *Jac.* — 2 βιοτᾷ Plan.; βιοτῇ Cod. et Suid., hic et ἠέλιον. Marmor ἑλλάνων δόξης δεύτ. — 3 ἀγήρατον Cod. et marm., corr. Brunck.; ἀκήρατον Plan.; « quo ob subitam figurarum mutationem arrepto Wakefieldus scribebat :

Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον ἀκήρατον, ὄμμα δὲ κόσμου,

de sole. Sed ἀγήραντον στόμα immortalem poetam significat, cujus carmina nunquam senescentia per totum orbem terrarum resonant. » *Jac.* Suidæ libri variant inter ἀγήραστον, ἀγήρατον, ἀκήρατον. — 4 ἀλιῤῥόθιος, ut videtur, codex A Suidæ. In marmore versus sic mutatus :

παντὸς ὁρᾷς τούτων δαίδαλον ἀρχέτυπον.

VII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « In nonnullis codd. hoc distichon *Antipatro Sidonio* tribui narrat Leo Allat. De patria Hom. p. 46. Nec fortasse male; nam pluribus ejusdem auctoris poematis sese excipientibus, Codex interdum nomen poetæ omittit. — 1 ὃς suppletum ex Plan. — 2. Ægyptios quoque Homerum sibi arrogasse satis constat; quin Clemens Al. Strom. I, p. 355, τοὺς πλείστους eum Ægyptium dixisse tradit. Conf. Heliodor. Æth. III, 14. » *Jac.*

VIII. Lemma : εἰς Ὀρφέα τὸν ποιητὴν, τὸν Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης. In Plan. *Antipatri*, sine gentili. — 1. « Suidas : δρῦς, τὸ δένδρον· τὸ δρύ βραχύ, et hunc versum excitat. Item quartum in Συρμός· τοῦ νιφετοῦ ἡ φορά. Et septimum in Ἀλαλκεῖν· ἀποδιῶξαι, ἀποσοβῆσαι. » *B.* — 3 κοιμήσαις vel κοιμίσαις Suidæ libri in Βρόμος, sed duo κοιμίσεις. Jacobs. comparat Orphica Arg. 1010 :

κοιμήσας δ' ὄγε φῦλα πανημερίων ἀνθρώπων,
καὶ ζαμενεῖς ἀνέμων πνοιὰς, καὶ κύματα πόντου,
πηγάς τ' ἀενάων ὑδάτων, ποταμῶν τε ῥέεθρα,
θῆράς τ' οἰωνούς τε.

— 4 παγεῦσαν Cod., lapsu. Συρμούς, v. VI, ep. 221, 1, et notam.

IX. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. In Plan. sine auctoris nomine. — 1. Primis vocabulis in Codice superscriptum : γρ. ὀρφέα πιερικοῖο. « Suidas cum primo disticho : προμολῆσιν· ἀκρωρείαις, ἐξοχαῖς. » *B.* Nimirum in Olympo prope urbem Libethra, ᾗ ἐπὶ Μακεδονίας τέτραπται τὸ ὄρος, Pausan. IX, 30; qua urbe undarum diluvio eversa, Orphei cineres Dium sunt delati. *Jac.* — 3 sic Cod.; συνάμ' Plan., Suid. Πέτρη scripsisse videtur ob continuum ἄψυχος. — 4 ὑλανόμων Cod.; ἀγέλη Plan. — 5 ὅπποτε καὶ Cod., corr. Plan. « Apollodor. I, 3, 2 : εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ τὰ Διονύσου μυστήρια. Add. Diodor. III, 64, et Creuzer. *Symbolik* III, p. 148 seqq. » *Jac.* Et Lobeck. Aglaoph. p. 234. *B.* — 6. Quod non vidi ab aliis diserte relatum, sed conf. Longinum fragm. 3, § 7. — 7. « De Clymeno schol. Wech. : ἐν Ἐρμιόνῃ (conf. Pausan. II, 35, 3) Δήμητρος ἱερὸν ἦν λόγου μάλιστα ἄξιον, ὅπερ Ἑρμιονεῖς Κλύμενον Φορωνέως παῖδα καὶ ἀδελφὴν Κλυμένου Χθονίαν τοὺς ἱδρυσαμένους φασὶν εἶναι Ἀργόθεν ἀφιχθέντας. Παυσανίας δέ φησι ταῦτα (ibid. 5)· « Κλύμενον δὲ οὐκ ἄνδρα Ἀργεῖον ἐλθεῖν ἐγωγε εἰς Ἐρμιόνην ἡγοῦμαι· τοῦ θεοῦ δέ εἰσιν ἐπικλήσεις, ὄντινα ἔχει λόγος βασιλέα ὑπὸ γῆν εἶναι ». Παρακατιὼν δὲ φησίν (ibid. 7)· « ὄπισθε δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Χθονίας χωρία ἐστὶν ἃ καλοῦσιν Ἑρμιονεῖς τὸ μὲν Κλυμένου, τὸ δὲ Πλούτωνος ». Adde not. infra ad ep. 189. — 8. Suidas cum hoc disticho : ἀκήλητον· ἀθελκτον, ἀπηνῆ. » *B.* Conf. Virgil. Georg. IV, 468 seq. Lapsu ἀμείλικτον θυμὸν Suidas in Κλύμενος. « Poetam corrigebat Piersonus Verisim. p. 87 scribens τὸν ἀκήλητον κευθμόν. Si quid mutandum, malim θυμὸν ἔθελξε κυνός. Conf. Hermesianactis Eleg. v. 10, ubi pro κυνὸς codex B κυρὸς habet. » *Jac.* nott. mss.

X. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ὀρφέα, τὸν Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης. Inscriptum ἄδηλον Jac. not. mss. mutavit in ἄλλο, sed silente Paulss. illud reliqui. — 2. Βιστονίδες, Thraciæ mulieres, quas Orphea lacerasse jam pœnituit, ut in pœnam patrati facinoris se vulnerarent. « Alii a maritis eas ignominiæ causa hac pœna affectas fuisse narrant. Plut. Mor. p. 557, D : Θρᾷκες...στίζουσιν ἄχρι νῦν, τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ, τὰς αὐτῶν γυναῖκας. Postea apud Thracas nobilitatis signum τὸ ἐστίχθαι, v. Wessel. ad Herodot. V, p. 374, 65. » *Jac.* — 3 βρα syllaba inter versus in Cod., qui ἀμφὶ μελαίνῃ cum edd.; correxit Hecker. coll. ep. 738, 3. — 4. « Δευόμεναι insolenter dictum de cinere, effictum videtur ex homerico βαίνοντο κονίῃ Il. I, 282. » *Heck.* — 5 καὶ δ' αὖται Plan.; καὶ αὗται (sic) Cod. Αυκείῳ, Apolline.

XI. Lemma : εἰς Ἡριννᾶν (sic). In Erinnam, unius, ejusque exigui, sed egregii carminis auctorem, inscripti Ἠλακάτη, *Colus*. Conf. ep. 713, et IX, ep. 190. In fronte codicis quo Erinnæ carmen continebatur lectum fuisse existimat Hecker. I, p. 184, « de quo veterum more conf. Ovid. Trist. I, el. 7, 33 :

Hos quoque sex versus in prima fronte libelli
Si præponendos esse putabis habe. »

— 1 ἠρίννης Cod. « Nec damnanda temere est ea scribendi ratio. Ut enim a κόρη fit Κόριννα, Ἅρπινα ab ἅρπη, ita ab Ἥρα recte formatur Ἡριννα. Sed quemadmodum Æolenses in multis nominibus leni spiritu usi sunt, ita etiam dixisse videntur Ἥρα et Ἡριννα. » *Meinek.* p. 132. — 2 in marg. Cod. : γρ. καὶ δεκάτευς. — 3 in fine οἱ Heckerus; legebatur μοι, quod « hinc alienum esse » etiam Bothius intellexerat, qui τοι pro σοί.

XII. Lemma : εἰς τὸ αὐτὸ ἄδηλον. εἰς Ἡριννᾶν τὴν Μιτυληναίαν. « *Asclepiadæ* tribuit codex Jani Lascaris ap. Iriarten. In Planudea Asclepiadæ epigramma præcedit. *Antipatri Sidonii* ingenium refert. — 1. Ἔαρ ὕμνων μελ., poemata vernali suavitate florentia, eademque, ut apum opus, mellis plena. — 2. Κυκνείῳ et ad cantus jucunditatem referri debet et ad fabulam de exsequialibus, quas cygnus moriens canere dicitur, carminibus. — 4. In ἠλακάτης respici videtur titulus poematis Erinnæ. » *Jac.* Cod. ἠλεκάτης, a correctore ultimæ syllabæ superposito α, qui haud dubie corrigere voluit alteram λε. « Apogr. Par. ἠλακάτης superposito α. Jacobs. prætulit dorismum, quem malui et ab hac voce ut et a reliquis abesse. » *B.* — 5 ἦρ. ἐτ οὔ σ' ἐγεγώνει Cod. Idem est quod οὔ φησι, *negat*. — 6 φθεῖσθαι Cod.; φθῖσθαι Plan.

XIII. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. In Plan. *Leonidæ*. Sed Heckerus I, p. 101 : « Has inscriptiones insulæ Teli (infra 710 et 712) haud dubie Leonidas non cognitas habuit, sed primus in itineribus descripsit Meleager. Unde intelligitur epigramma in Erinnam n. 13 *Meleagri* esse, non Leonidæ. » — 1 παρθενικὴν Cod. et Plan., corr. Brunck. « Editum fuit νεαοιδόν. Codex vero et apogr. νεάοιδον. Hoc prætuli. Arcadius p. 86 : τὰ παρὰ τὸ εἶδω (imo ἀείδω) γινόμενα... εἰ τῇ οι διφθόγγῳ (παραλήγονται), εἰ μὲν ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς ὦσι, προπαροξύνεται, λιγυάοιδος, ὑπεράοιδος. » *B.* — 2 ἥρ. et δρεπτομέναν (superposito η) Cod.; δρεπτομένην Plan. Μουσέων malit Meinek. « Plato Ione p. 534, A : λέγουσι γὰρ δῆπουθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταὶ ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιῤῥύτων, ἐκ Μουσῶν κήπων τινῶν καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν, ὥσπερ αἱ μέλιτται. — 3 ἀΐδας Cod.; ἄδης Plan. Ἀχέροντι νυμφεύειν dicitur puella in Soph. Antig. 810, rapitque Orcus puellam, ut sponsus sponsam. Conf. Meleagr. infra ep. 476. — 4. Βάσκανος ἔσσ', Ἀΐδα, sunt verba Erinnæ, infra ep. 712, 3. » *Jac.*

XIV. Lemma : εἰς Σαπφῶ. « Sappho poetriam laudans Parcas accusat quod ei non immortalem vitam tribuerint. — 1, 2 μετὰ μούσαις ἀθανάταις Cod., sed superpositis α syllabis αις. Atque hoc μετὰ Μούσας ἀθανάτας probabat Marklandus ad Statium p. 345. Quæ ratio habet quo se commendet, ut primo loco Musæ, post illas Sappho, ceu Musa mortalis generis, celebrata dicatur. Ad poetriæ tamen laudem gravius, si *inter Musas immortales*, quamquam mortalis ipsa, colitur. » *Jac.* Quem secuti sumus. Boisson. : « Prætuli editæ lectioni Codicis et apographi varietatem μετὰ Μούσαις ἀθανάταις. Et non intellexerim μούσας in accusativo casu, sed genitivo. Musa mortalis Sappho cum immortali Musa cecinit, quæ eam juvaret ac tolleret humo, Lesboum non refugiens tendere barbiton. » Cod. ἀοιδομέναν. — 3 σύναμ' Brunck.; vide ep. 9, 3. Deinde Cod. ἦς et Πειθῶ, de qua v. ep. 2, 1; IX, ep. 571, 5. — 5. « Τριέλικτον, triplex filum trium sororum. Ovid. Met. II, 654 : *triplicesque deæ sua fila resolvent.* » *Jac.* — 8. « Apogr. Par. ἄῤθιτα μνησαμένα. Ex ipso Codice male puto enotatum esse μνησάμεναι. Reiskii conjectura ἄῤθιτα μησαμένα recepta fuerat; malui meam recipere. » *B.* Videlicet ἄῤθιτ' ἀμησαμένα. In fine Ἑλικωνιάσιν Salmasius Codicem describens emendavisse videtur; nam sic consensu editi omnes ante a. 1813. « Carmina dici *dona Musarum* constat; μήδεσθαι autem verbum proprium poetis, artificibus aliisque rerum inventoribus. » *Jac.*

XV. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. « In Plan. est ἄδηλον. Lapidi incisum vidit Joannes Jucundus Veronensis Pergami in Asia; v. Donii Inscrr. p. 336. Ex « veteri codice Moroni » Heinsius descripsit hæc latina (Anthol. Burm. II, 210) :

Tantum ego carminibus superavi Sappho puellas,
Mæonides quantum vicerat ante viros. »

Jac. — 1 ἀοιδῶν Plan. et lapis. Ac dubitari potest an ipse quoque poeta voluerit ἀοιδάν. — 2 θήλειαν Cod.; θηλειῶν Plan. et lapis.

XVI. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. — 1. « Κωφὸν οὔνομα, vanum et inane nomen, ut κενοῖς ὀνόμασι Menander Hypobolimæo fr. 1; ὀστέα κωφὰ infra ep. 48; κωφὸν γράμμα cenotaphii ep. 395. — 2. Ῥῆσις, vulgo locus ex aliquo scripto excerptus, hic ipsa *carmina* significat; v. Dorvill. Vann. crit. p. 640. » *Jac.*

XVII. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. « Sappho loquitur. Tumulum ab hominibus sibi structum brevi deletum iri; talia esse opera mortalia; sed carmina, quæ ab ipsis Musis accepisset muneri, nomen suum ad omnem posteritatem propagatura esse. — 2 μιτυλ. codd. — 3 τόδε Cod. a pr. m., ν a correctore. — 5 δ' ἐμὲ Brunck. Sensus : si non ex tumulo brevi perituro, sed ex carminibus meis judicium de me feceris. — 6. Ἐννεάδι. Carmina Sapphus in novem libros distributa fuerunt, numero, sicut Herodoteæ historiæ libri (IX, ep. 160), ad Musarum numerum accommodato. » *Jac.* — 7 ἀΐδα σκότος Plan. — 8. Ἥλιος, dies, tempus.

XVIII. Lemma : εἰς Ἀλκμᾶνα. — 1. « Hinc Suidas : λιτός· εὐτελής. — 3. Suidas : εἰδήσεις· μάθῃς, et hunc locum recitat. Ad ἐλατῆρα admovebo ejusdem verba : ἐλατῆρι· ἡνιόχῳ. Conf. Append. ep. 295 : Τιμόθεον κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον. Pindar. Ol. IV, 1 : ἐλατὴρ βροντᾶς· schol. ὦ ἡνίοχε Ζεῦ. » *B.* Qui versum 2 sic ut dedimus distinxit. — 4 Μουσῶν Plan. et Suid. « Noli credere Alcmanem, virum, a poeta annumerari Musis; sed ἀριθμὸς Μουσῶν est pro Μοῦσαι, quibuscum ille choreas celebrat; ut Propertium (III, el. 5, 19) *juvat Musarum choris implicuisse manus*, gratulantem sibi (ib. el. 1, 14) *Musas comites* et *Calliopen choris suis defessam.* » *Jac.* — 5 διδύμαις Plan. « Servavi διδύμοις Codicis lectionem, quam et habent plurimi libri Suidæ in Αυδός. » *B.* Notum a multis olim totam terram in duas continentes, Asiam et Europam, divisam. Idem color in ep. 369. Origine Lydus Alcman postremo Spartæ vixit civis. Velleius Pat. in fine lib. I : *Alcmana Lacones falso sibi vindicant.* Vide ad epigr. seq. v. 4. — 6 πολλαὶ πατρίδες Plan.

XIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. — 1. « Suidas de hoc loco : ὑμεναίων· γαμικῶν ὕμνων. *B.* » — 2 Μουσέων malit Meinek. — 3 μεγάλαν ἔριν conj. Scaliger ex epigr. præcedente. Deinde « Codex et apogr. Par. εἴθ' ὄγε λύσθος ἄχθος ἀπ. οἴχεαι. Suidas : λοῖσθος, ὁ ἔσχατος, et hunc locum recitat, cum οἴχεται. Planud. εἴθ' ὄγε Αυδὸς et οἴχεται. Jacobsii conjectura est ἐνθ', mea λοῖσθον. Spartæ rejecisse dicitur Alcman extremum vitæ onus. » *B.* Eandem conjecturam protulit Heckerus (sed ἄχθος in ἄνθος vertens) et dudum mecum communicaverat Millerus. — 4 οἴχεαι Cod. Lennepius p. 241 (qui Plan. sequebatur) : « Poeta Alcmanem vocans Σπάρτας μεγάλαν χάριν, sentiebat sibi posse objici, illum non Spartanum sed Lydum fuisse : hinc addit εἴθ' ὄγε Αυδός, *vel si Lydus ille fuit*, tamen ἄχθος ἀποῤῥίψας, *abjecto onere*, quod fere Lydi portant, οἴχεται εἰς ἀΐδην. » Wyttenbachius Bibl. crit. I, 2, p. 35, conj. εἴθ' ὄγε Αυδῶν ἄχθ. Meinekius p. 132 ingeniose ludebat :

εἴθ' ὄγε Αυδῶν
λοῖσθος ἀποβρίξας οἴχεται εἰς Ἀΐδην,

« *sive ille Spartam habuit patriam, sive Lydorum ultimus ad inferos descendit.* Notum est proverbium ἔσχατος Μυσῶν. Ἀποβρίξαι autem de mortuis æque bene dicitur quam ἀποκοιμήσασθαι. Conf. Callimach. Epigr. 16, 3. » Sed valde probabiliter Welckerus Fragm. Alcm. p. 4 et Jacobs. Add. p. XLIX seq. ἄχθος; sunt interpretati, collato epigr. Alexandri infra 709, de qua re audire juvat Piccolon : « *Ces deux illustres critiques s'accordent sur la valeur de l'expression* ἄχθος ἀποῤῥίψας, *en la rapportant à l'origine du poëte Alcman, né en Lydie, contrée soumise à un pouvoir despotique, et amené esclave en Laconie. Grâce à son génie, il fut, jeune encore, affranchi par son maître, et il obtint le droit de cité. Ainsi donc il s'est lavé des souillures de la*

servitude, s'est déchargé de cet opprobre. D'après cette donnée, je crois que, sous le mot corrompu λύσθος ou λοῖσθος, se cache la vraie leçon λάσθης. *Ainsi nous lirons :* ἐνθ' ὄγε λάσθης Ἄχθος ἀποῤῥίψας... » In fine ἀΐδαν Codex, non Ἀΐδην, ut Plan.

XX. Lemma : εἰς Σοφοκλέα. Iterum legitur in inferiore margine sub epigrammate 37, cum lemmate : εἰς τὸν αὐτὸν ἀδέσποτον. — ι in altero loco Codicis ductus ἐσκεύθης ostendere videbantur Paulssenio; in apogr. Par. ἐσκέσθης vidit Boiss. — 2. « Suidas : οἰνωπός· οἰνώδης, διαυγής, ἢ μελανός, apposito hoc versu. Scripsi pro edito μέλανος varietatem μελανὸς, quum non possit genitivus casus convenire. Adjectivum ὁ μελανὸς tractatum est in meis Anecd. t. IV, p. 383. Plutarchus De curios. 4 : φεῦγε τὸ μελανὸν τοῦτο καὶ συνιστάμενον νέφος. » *B.* Hoc *mortis genus* tradebant Ister et Neanthes in anonymi Vita Sophoclis et Sotades in Stob. Floril. XCVIII, 9. Plura Jacobsius ad Analect. t. VI, p. 270.

XXI. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Σοφοκλέα. Epigramma in Plan. est ἀδέσποτον. « Θηβαίου vereor ne librarii error sit ex eorum genere, quod haud *infrequens est in* lemmatis cod. Palatini. Ita Νοσσὶδος Λεσβίας IX, ep. 332; Ἀνύτης Μιτυληναίας VII, 492. Quidquid est, temere Brunckius hoc et sequens ep. Simmiæ Socratis discipulo assignavit. » *Meinek.* p. 101. — 1. « Χοροῖς μέλψαντα, secundum priscum morem, quo tragœdiarum poetæ chorum solebant ducere; a quo more tamen Sophocles, διὰ τὴν ἰδίαν ἰσχνοφωνίαν, dicitur recessisse. » *Jac.* Plan. male Σοφίλου. — 3 ὃν θυμ. Heckerus et Hermannus; nam opus erat relativo; legebatur ἐν θυμ. Constat ἐν alterum sufficere. — 4 ἀχαρνείτης Plan. et Suid., qui βλαστὸς in v. Θυμέλη, sed optimus cod. Paris. ibi quoque βλαισός, de quo v. not. ad IV, ep. 1, 17, et de *Acharnensi hedera* ad VI, ep. 279, 4, et IX, ep. 186, 1, 2. — 6. Δέρκεται, scil. σε, non satis scite perficit sententiam carminis, neque integrum esse videtur. Passive accipiebat Lobeck. ad Buttm. Gramm. t. II, p. 148 : *conspicitur in...*, quod ab *omni* loquendi proprietate longe abest. Heckerus : « Jacobs. interpretatur : *tu quidem tumulo et parvo, pulveris exigui munere cohiberis, verum immortalia tua carmina ævum tuum supra mortalitatis terminos extendunt.* Quæ sententia unice apta non inest verbis. Quare scribendum puto :

ἀλλὰ περισσὸν
αἰῶν' ἀθανάτοις δέρκεαι ἐν σελίσιν.

Immortalibus carminibus tuis per ævum perenne *vivis.* » Sed neque hoc sonant verba græca et δέρκομαι ἐν βιβλίοις veterum neminem ita fuisse accepturum probabile est; præterea magnam integritatis speciem habent ἀλλ' ὁ περισσὸς αἰών. Simplicem prorsus medicinam τέρπεται a nemine fuisse allatam mireris. Idem verbum de Euripide, infra ep. 45, 4. Σελίς de ipso scripto dicitur, ut *pagina* apud Latinos.

XXII. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Σοφοκλέα, τὸν Σοφίλλου, τὸν Ἀθηναῖον, τὸν συγχρονίσαντα Εὐριπίδῃ. Hoc quoque ἄδηλον in Plan. — 1 sic Plan.; τύμβου σοφοκλέους Cod. — 3. Φιλορῥώξ, i. e. ῥαγώδης, v. Meinek. ad VI, ep. 304, 7. Aliter intellexit Grotius. — 4 κλίματα Cod. — 5 εὐμαθίης Cod., superscripto γρ. επίης. « Schol. Wech. : εὑρίσκεται καὶ εὐεπὴς χειρὶ γεγραμμένον ἐν τισι βίβλοις, ἀνθ' οὗ εὐεπίης ἔδει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, γραφῆναι. Et est εὐεπίης interlinearis varietas in Pal. et apogr. Par., quam recepi meliorem, meo quidem sensu, vulgato εὐμαθίης. Conf. ep. 39, 2. Est tamen εὐμαθίης apud Suidam, qui πινυτόῤῥονος reddit ἐμελοῦς. » *B.* Etiam Heckerus prætulit εὐεπίης. In fine librarius scripserat μελιχρος (compendio, o super ρ posito), deinde falsum putans ους in serie addidit; hinc μελίχρους Plan. et Suid. — 6 Μουσῶν omnes, corr. Jac. Legebatur ἤσκησεν Μουσέων ἄμμιγα καὶ Χαρίτων, « in quo mirum est neminem offendisse; nam ἄμμιγα cum uno dativo jungi solet. » *Hecker.*, qui optime correxit ἤσκησ' ἐκ Μουσέων ἄμμιγα κἀκ Χαρίτων, vel, si malis, ἤσκησεν M., ut ἐκ ex altero petatur. Confert Crinag. IX, ep. 513 : δράματα ἔγραφεν ἢ Μουσέων σὺν μιῇ ἢ Χαρίτων.

XXIII. Lemma : εἰς Ἀνακρέοντα. In Plan. hoc carmen in duo divisum est, ita ut prius in versu 6 terminetur. « Jungenda esse olim viderunt Huetius et Scaliger. Fons erroris in Codice, ubi ultimo disticho novum lemma appictum : εἰς τὸν αὐτὸν Ἀνακρέοντα. » *Jac.* Si quidem est error. Tria disticha integerrimum epigramma efficere judicavit Boiss., qui alterum lemma reduxerit; ita mutilum censendum epigramma alterum, quod Scaliger non satis eleganti judicio ponebat ante v. 1. — 2. Intelliguntur flores, ἄνθη. — 8. Διαπλώσας. Apte confert Jac. Platonem Phædone p. 85, D : ἐπὶ τούτου τοῦ λόγου ὀχούμενον ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον.

XXIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Et iterum : εἰς Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον ποιητὴν Σιμωνίδου. Ὅτι καὶ αὐτὸς Σιμωνίδης Τήϊος ἦν, ὅθεν καὶ Ἀνακρέων. Qui confudit inter se Κήϊον et Τήϊον. Abjudicant Simonidæ Schneidewinus et Bergkius Lyric. p. 926, hic etiam sequens epigramma : « Ab eodem poeta utrumque *compositum arbitror, fortasse a Leonida :* nam quod alia præterea ejusdem poetæ in Anacreontem exstant carmina, non est offensioni : solet ille, ut est luxuriantis ingenii, eadem argumenta sæpius tractare, quem in hac quoque re secutus est Antipater Sidonius, etiam hæc ipsa epigrammata imitatus. » — Simonides qui fertur vitem Anacreontis tumulo impositam fingit, poetæ cineres nunquam non vini latice conspergentem. — 1 ὀπώρας Cod., superposito η, postea raso; ὀπώρης Plan. et Suidæ libri deteriores. — 2 ᾗ Plan.; φύσεις Cod. et Plan. (quod reducit Boiss.); φύεις Suidas recte. « Οὐλης ἕλικος. Intelligendi capreoli, cincinnis similes, et omnino palmites recentiores, quorum flexibus πλέγμα efficitur. Sic IX, ep. 669, 8 : εὐχαίτης κισσὸς ἔπλεξε κόμην. Et hederæ ποῦς σκολιὸς XI, ep. 33; σκολιὴ βάτος VII, ep. 315. » *Jac.* — 4 λιτῷ χώματι valde probabiliter Heckerus, « ortum ex scriptura λειτῷ. » Conf. ep. 26, 1. — 5 φιλοκώμωι Cod., quod Boissonadius mutat in φίλα κώμῳ, adverbialiter dictum; φιλόκωμος Plan., et hoc post Brunckium omnes receperunt tanquam substantivum. Quod durissimum esse, sequente etiam adjectivo alio, satis apparet. Quare Heckerum secutus sum scribentem φιλοκώμοις παννυχίσιν, coll. ep. 31, 2. — 6 παννύχιος libri; κρούοι Plan. — 7 γρ. καὶ superscriptum in Cod. voci κἦν. Quod alibi dicitur καταῤῥίμενος. — 8 ὡραῖον Cod. et Plan., corr. Stephanus. — 9 καί μιν Plan. et Suid.; καὶ φιν, superposito σ (σφιν), et τέγγει Codex. — 10. Dulciorem ipso vino cantum edebat.

XXV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον. Ἔστιν δ' ἡ πόλις αὕτη οὐχ ἡ Ποντικὴ, ἀλλ' ἡ πρὸς Ἔφεσον κειμένη μία τῶν Ἰάδων πόλεων. Ὅτι νῆσός ἐστιν ἡ Τέως μία τῶν κυκλάδων. *Teon* ille et Τῆνον confudit. Præcedenti haud paullo melius hoc epigramma, justam laudem tulit Schneidewini p. 136, Simonideum tamen esse non persuadentis. — 1 μουσῶν Cod. et Plan.; corr. Jac. — 2 ὑμνοπόλων Codex. — 4. « Magna pars carminum Teii senis in puerorum amoribus versabatur. Maximus Tyr. Diss. XXIV, 9, p. 100 ed. Par. : ἡ τοῦ Τηΐου σοφιστοῦ τέχνη τοῦ αὐτοῦ ἤθους καὶ τρόπου· καὶ γὰρ πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν, καὶ ἐπαινεῖ πάντας·

μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης, καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας. » *Jac.* — 5 μοῦνον Bergkius et Bothius. Legebatur μοῦνος, quod expressit Grotius. In fine λείπων librarius Codicis mutavit in λειπών. — 6 δόμῳ Plan. — 7. Μεγιστέα, synizesi qua inde ab Homero non admodum raro usi sunt poetæ. — 8. Thrax puer erat Smerdis; vide Bergk. Anacr. p. 158 seq., de Megisteo p. 205. Grotius junxit λέλοιπε μετ' ἡϊθέοισι. — 9 cum lemmate εἰς Ἀνακρέοντα, incipiente pagina. Cod. et duo libri Plan. οὐ λήθει, edd. Plan. οὐ λήθη, Suidas v. Μολπή, οὐ λῆγεν, unde Porsonus Misc. critt. p. 258 οὐ λήγει, quod receperunt Schneidew. et Jac. ms. Boiss. : « Recepi Suidæ lectionem λῆγεν. » In fine ἀλλὰ τὸ κλεινὸν Schneidewinus scribebat, vere, ut nobis videtur; habet ἔτι quod hic offendat maxime. Plan. ἐκεῖνο. — 10. « Hinc duxit quod de Simonide dicit Christodorus Ecphr. 44 : οὐδὲ σὺ μολπῆς εὕνασας ἁβρὸν ἔρωτα. » *Jac.*

XXVI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « Anacreon prætereuntes, ut inferias sibi accommodatas offerant, rogat. » *Jac.* — 4 Glossator Codicis : τὸν σαπρὸν ἄνδρα σαπροῖς ἐπαίνοις στέφεις. Qui est versus dodecasyllabus. — 5 οὐσασι κῶμος Cod. et Plan.; εὐάσι κώμοις Græfius et Lobeckius Paralip. p. 263 (not. 3), ubi agit de rariore hoc usu adjectivorum in ἁς. Jacobs. scripserat οἰνάσι, Huschkius ἠθάσι. — 6. « Φιλάκρητος ἁρμονίη, carmina mero quodammodo imbuta, poesis vino madens ejusque amans. — 8. Τοῦτον τὸν χῶρον, scilicet τὴν ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ διατριβήν. » *Jac.*

XXVII. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ Ἀνακρέοντα. Θαυμαστὸν τὸ ὅλον ἐπίγραμμα. — 2 ἐρατῶν Plan. et Suid., atque hoc in Codice a pr. m. scriptum fuisse putat Paulss., nunc in rasura ἄτερ. « Hinc Suidas : ἄνδιχα, ἀντὶ τοῦ χωρίς. Ex Suidæ codd. notatum fuit, μήτ' ἄρα τῶν κ., nec male. Idem ex v. 4 : αἰθύσσων· διαλάμπων. » *B.* — 3. « Antipatro obversabantur verba Leonidæ Tar. ep. 306 Plan., 3 : λίγνοισιν ἐν (sic lege pro ἐπ') ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκώς. » *Jac.* Sed sic dici non posse ἀείδειν ἐν ὑγροῖς ὄμμασι recte observavit Heckerus : « neque mihi placet δερκομένοισι σὺν ὄμμασι. Quare aliud quid hic obliteratum puto. » Nisi quidem sic loqui ausus est Antipater pro pedestri ἐν ὑγρότητι ὀμμάτων, ut dici solet ἐν de statu, habitu, conditione. Οὖλον autem poeta dixerit figurate accipiens significationem τοῦ μαλακοῦ καὶ ἁπαλοῦ, *tenere, delicate.* De *crispi* significatione cogitavit Schneiderus in Lexico latina exempla afferens Pacuvii ap. Non. p. 506. 18 : *Linguæ bisulcæ jactu crispo fulgere*, et Gellii I, 4, *agmen crispum orationis*, non valde apta. Male Bothius : « οὖλον, hymnum in honorem Cereris. » — 4. « Αἰθύσσων, i. e. σείων, pro ἔχων στέφανον ἄνθινον. Iacchus ap. Aristoph. Ran. 331 : πολύκαρπον τινάσσων περὶ κρατὶ σῷ βρύοντα στέφανον μύρτων. Bacchæ ἁπλοκον αἰθύσσουσιν ἐς ἠέρα χαίτην ap. Nonnum VII, 93. Bene hoc convenit poetæ concitatiore animi motu canenti. » *Jac.* — 5. Εὐρυπύλην, conf. ep. 31, 10. Memoratur in fragmento Anacr. ap. Athen. XII, p. 533 : ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ etc. Schol. in Codice : Μεγιστεὺς ἦν ὁ ἐρώμενος Ἀνακρέοντος, οὐχὶ Μεγίστη, ὡς Σμέρδις, ὡς Βάθυλλος. Corrigit vitiosam scripturam ἠὲ μεγίστην, quæ etiam in Plan. transiit. Brunck. Μεγιστῆ, nunc Jac. malit Μεγιστέα, ut in antiquiore ep. 25, 7. — 6. Nota *Ciconum* gens Thraciæ. — 7. « Hinc Suidas : ἀμφίδρομος· πανταχόθεν βεβρεγμένος. Ex v. sequenti : στόλιον, ἡ στολή· καὶ στολίς. » *B.* — 8 λείβων Heckerus; legebatur θλίβων, imagine ridicula. Deinde Codex σταλίδων, a Planude male mutatum in σταλίκων. « Ex Suida in Στόλιον legendum στολίδων, quod absque Suida viderat Salmasius. » *Brunck.* Qui de στολίσιν egit ad Tertull. De pallio p. 334 = 368, ad Hist. Aug. t. II, p. 146. — 10. Κατεσπείσθη. Comparavit Schæferus hæc Longi II, 6 : Ἔρωτι, ὦ παῖδες, κατέσπεισθε, καὶ Ἔρωτι ὑμῶν μέλει.

XXVIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν.

XXIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν.— 1 ἀνακρέον Cod.— 2 κιθάρα Plan. Νυκτιλάλος, qua pervigilia celebraverat; v. ep. 24, 6; ep. 31, 2. — 3 μελίζων Jacobs. — 4. Ἀνεκρούου verbum πρὸς τὸ σημαινόμενον junctum cum νέκταρ, quasi cum μέλος. Notissimum Persii

Cantare credas Pegasæum *nectar.*

Græfius βαρβίτῳ ἀγκρούου, ne βάρβιτος compelletur inter εὔδοις et ἔφυς ad poetam relata. « Mehlhorn. ad Anacr. p. 203 corrigebat βάρβιτον ἐκρούου. Sed vide eundem p. 252 seq. » *Jac.* — 5 ἐς σὲ δὲ μ. Plan. Grotius legebat ἔφυ. — 6. « Servavi lectionem Codicis ἐκηβολίδας. » *B.* Non sum ausus. Plan. et edd. ἐκηβολίας. Σκολιὰς referebant ad σκολιὸν sive καμπύλον τόξον, rectius *dolosas* intelligere videtur Jacobs.

XXX. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἀνακρέοντα, repetitum ad tertium distichon. — 1 ἐνθάκε Cod., alterum Plan. — 3 ἀκμὴν οἱ λυρόθεν μελίζεται Cod. « Reliqui scripturam Palatinam. Est λυρόεν in apogr. Par., ut et in Planudea. Jam erit prima longa in μελίζεται, quod immerito criticis omnino displicet. Quod est in margine Codicis et apogr. adscriptum,

γράφε μοι Βάθυλλον οὕτω,

est versiculus Anacreontis in odario 29. » *B.* Jacobs. edidit ἀκμὴν οἱ λυρόεν τι μελ., passive accipiens μελίζεται. Brodæus, Salmas. et Brunck. ἀκμὴν λειριόεντι μελ., epitheto Bathylli; melius Heckerus λειριόεν τι, « ut Musis Hesiodus tribuit ὄπα λειριόεσσαν. » Quod recepi; οἱ ortum videtur ex antiqua nota, qua vel syllabæ λυρ varietas (λοιρ, λειρ) vel τι omissum significaretur. Hesychius : ἀκμήν· ἔτι. — 4 ἷμερα καὶ edebatur; ἱρέμα Lobeckius Paralip. p. 43, not.; quod mihi aptissimum videtur; nec comparata ab Heckero ἷμερα δακρύσασα ep. 364, 3, et ἵμερον αὐλήσαντι IX, 266, 1 satis ad hunc locum faciunt. Bothius : « Scribo ἷμερα καὶ κισσῷ λευκὸς δδωδε λ. *Alba* hedera dicitur, quo a nigra distinguatur, minus usitata et probata. »

XXXI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « Elegans carmen, in quo poeta Anacreonti etiam apud inferos vini et amoris fructum precatur. — 1 σμερδιηΐωι ἐπὶ Codex, corr. Reiskius. Ad sequentia conf. Theocr. III, 17 : Amor, ὃς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει. — 2. Κώμου, comissationum, de quibus v. Welcker. ad Philostr. Imag. I, 2, p. 203 seq.; de pervigiliis, Wernsdorf. ad Poetas Lat. min. t. III, p. 426 seq. Κοίρανε, ut Homerus dicitur κοίρανος ὕμνων ep. 213, 7; ἀοιδῆς κοίρανος Phœbus Christod. Ecphr. 266. » *Jac.* Heckerus scripsit κώμων, quod usitatius. In fine Cod. πανδοχίης, in marg. : γρ. παννυχίδος.— 3 sic Cod., quod non mutarunt Brunck. et Boiss.; τερπνότατ' ἐν M. Hermannus; ὦ M. Jac. et Meinek. p. 163; τερπνότατος M. Heckerus. Codex ἀνακρέον. — 5 σοι Codex superposito τ (τοι). In fine ἀκρήτου Jac. (in Delectu p. 97 et ad Analecta t. VII, p. 390) et Hecker. I, p. 357; atque ita Boiss.; legebatur ἄκρητον, ut active hic, intransitive in sequente versu capiendum esset ἀναβλύζοιεν. Ceterum Codex hic inchoat novum epigramma, sigla initiali, numero et lemmate instructum hoc : Μελεάγρου εἰς τὸν αὐτὸν Ἀνακρέοντα. Epigramma *unum* esse intellexit Reiskius, et manifesta res est; Meleagro autem tribui non potest, qui ejusmodi

argumenta non tractavisse cernitur. — 7. « Nescio qua de causa viola dicatur φιλέσπερος. Scribendum videtur φιλείαρον, coll. Theocr. XXIII, 29 : καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι. » *Hecker*. Nimirum viola fragrat vespere, inodora pæne dum sol ardet. — 8 μαλακὴ μ. τρέφοιτε Codex, corr. Jacobs. — 9. « Pro ἐν ἀΐου. Nonnullis Ceres eadem quæ Proserpina, et est Δημήτηρ χθονία. Vide Creuzer. *Symbolik* IV, p. 188 sqq. » *Jac.* Et Spanhem. ad Callim. H. in Cer. 133. *Both*. Deinde Codex * οἰνόμενος ναίων ἄβρὰ χ. Meinek. οἰνωμένος, Hecker. ὠνωμένος. Sequenti ναίων indicare aliquis voluerit quid sensus requireret pro non intellecto οἰνόμενος. Edebatur οἰνώμενος. — 10. Conf. ep. 27, 5.

XXXII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν.

XXXIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Sine auctoris nomine in Plan. Personas distinxit Jac. — 1 ἀνάκρεον Cod., duobus acc. — 2 ἄἴδην superposito α Cod.

XXXIV. Lemma : εἰς Πίνδαρον. — 1 τῶν εὐαγ. Codex. « Suidas de hoc versu : εὐαγής· καλῶς περιηγμένος. » *B. Bene tornatorum* Jacobs., qui nescio quare usitatam significationem vocis repudiet. Plan., βαρυόμνων. — 2 ἅδε Cod. — 3 ὡς ἀπὸ Μουσῶν Cod. et Plan. Μουσᾶν Bothius. Notum est ἀπὸ non raro poni pro simplici genitivo (ex Anthologia exempla collegit Heck. p. 177), sed σμῆνος ἀπὸ Μουσῶν pro σμήνει Μουσῶν non posse ferri recte judicavit Hecker. I, p. 267, cujus emendationem ὥς ποτε recepimus. — 4 ἀνεπλάσατο idem Heckerus : « Pindari carminibus auditis ipsas Musas ea quondam in nuptiis Cadmi composuisse dicas. » Vide Pindar. Pyth. III, 89 seqq., Theognis 15 seqq. Legebatur ἀπεπλάσατο. Nisi quidem in σμῆνος residet hujus distichi vitium.

XXXV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Iterum legitur in Codice infra post epigr. 516, ἀδέσποτον, ut ibi dicit Jac.; tanquam *Platonis*, ut hoc loco et ad Analecta t. VI, p. 356. Nihil monuerunt nec Paulssen., nec Boiss. ex apographo Par. Planudes quoque tribuit Leonidæ. — 1 ἅρμενος ἦν Codex altero loco ; hic ἥπιος ἦν, ut Plan. ante Aldinam secundam ; recepit Boiss., ἥπιος scriptum. « Illam lectionem, haud dubie veram, exhibet Plutarchus Mor. p. 1030, A : ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐπικήδειον· Ἅρμενος ἦν ...., εὐαρμοστίαν δῆλός ἐστι τὴν ἀρετὴν ἡγούμενος. Verba φίλος ἀστοῖς fortasse petita ex Pindaro Nem. VIII, 64 : ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν χθονὶ γυῖα καλύψαιμι. » *Jac.*

XXXVI. Lemma : ἐπιτύμβιον εἰς Σοφοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, παῖδα Σοφίλλου. — 2 σκηνήτης ab ipso librario Codicis mutatum in σκηνίτης. « Hinc Suidas : σκηνίτης, ὁ ἐπὶ τῇ σκηνῇ. Et ἄλοιτο· κινοῖτο, ὁρμῷτο. » *B.* Structura verborum motûs nunc ex Tragicis satis nota. Sic Philippus ab Jac. citatus XI, ep. 33, 1 : ἑρπηστὴν σκολιὸν πόδα, κισσὲ, γορεύσας, etc. — 3. Reiskii conjecturam de hoc versu v. in Thes. v. Περιστίχω. « Hinc Suidas : βούπαις· καὶ αἱ μέλισσαι, ὅτι βουγενεῖς εἰσιν. — 5 μὲν ἀγανὸς Cod. et Suidas, qui : ἀγανόν· καλὸν ... οἱ δὲ ἀθάνατον. Sumpsi tamen lectionem meliorem Planudeæ ἀένναος. [Item Jac. in nostro exemplo.] Ex qua etiam et Suida recepi ἔχοις, quod cum ῥεῖη melius quam ἔχῃς quadrat. » *B.* Codex ῥεῖη, qualis non exstat optativus. Neglectum ι, ut ep. 44, 4, et alibi non raro. Jacobs. conjiciebat ἀεὶ γάνος ... κηροῦ, postremum sine necessitate, sed ἀεὶ γάνος probante Hermanno ad Eur. Ion. p. 13 recepimus. Ἀέννaος a veteribus omnibus alienum esse satis constat. Bothius perperam ἀγάῤῥοος. — 6 ἔχεις Cod.; ἔχοις Plan.; Suid.; ἔχῃς Brunck., « quod verborum structura et præcedens ῥεῖη postulat. » *Jac.*

XXXVII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Temere additum : εἰ μὲν εἰμὶ Σοφοκλῆς, οὐ μαίνομαι· εἰ δὲ μαίνομαι, οὐ μὲν (immo οὐχ) εἰμὶ Σοφοκλῆς. Quæ verba haud dubie referenda ad epigr. 20 : Ἐσθέσθης, γηραιὲ Σοφοκλέες, in imo margine paginæ scriptum, et « ad celebrem illam Sophoclis cum filiis causam spectare videntur. » *Jac.* Boiss. : « In obscuro epigrammate tenui quod dedit editio Jacobsiana. Ex apogr. Par. nihil notandum mihi est nisi τῷδ' versu 6, ἐν χερσὶν v. 7; quo nihil juvamur. » Multa de hoc epigrammate scripta sunt, præter interpretes, a Salmasio ad Hist. Aug. tom. II, p. 834, Huschkio Analect. crit. capite I, aliis. Quem Jac. indicat Welcker. *Nachtrag zur Trilogie* p. 235, not. 170, nunc inspicere non licet. Primus intellexisse videtur Lenzius in Biblioth. Artium tom. LXIV, part. 2, p. 201 seqq. (a Jac. citatus t. XII, p. 450) chori antistitem sive Satyrum fictum stetisse in tumulo, personam virginis (κουρίμου παρθένου) manu tenentem; jungendum autem esse hoc epigramma cum alio Dioscoridis infra n. 707, et inde explicandum. Non satis accurate Lennepius p. 241 dicit « choragum tragicum sive unum ex choris Phliasiis », Jac. in Pal. p. 225 « histrionem sive choragum quendam, unum τῶν τοῦ Διονύσου τεχνιτῶν », Nækius Opusc. I, p. 8 seq., «unum ex choro tragico *secum habentem virginem* » (quod haud dubie falsum) loqui. Imo *Satyrum* loqui, ut in ep. 707, plane ostendit Heckerus p. 268 seq. Sententia est : artem Phliunte a satyris rudius cœptam a Sophocle eximie fuisse excultam et ad summum fastigium promotam. — 1 μουσῶν Cod. et Plan., corr. Jac. — 2 παρθεσίην Brunckius, quod verum judicant Lenzius, Meinek. p. 164, Heck. et olim Jac., qui nunc reducit παρθενίην ex Cod. et Plan. Grotius exprimere videtur ὃς παρὰ Μ. ἱρὴν παρθενίην ... ἔλαχεν. — 3. Celebres satyri Phliasii Pratinæ, initia justæ tragœdiæ. « Sophoclem οὐκ Ἀθηναῖον, ἀλλὰ Φλιάσιον εἶναι dixerat Ister historicus, sed qui refert scriptor Γένους καὶ βίου Σοφ. addit : πλὴν Ἴστρου παρ' οὐδενὶ ἑτέρῳ τοῦτο ἔστιν εὑρεῖν. An Istrum, Dioscoridis æqualem, nostrum carmen male intellectum in errorem induxit? » *Jac.* Sequentibus agrestis et horrida olim natura artis significatur. — 4 σχῆμα Plan.; σᾶμα Cod. — 6. Τῇδε, in hoc tumulo, ubi sto. In marg. Codicis : ζήτει εἰς τὸν αὐτὸν Σοφοκλέα. ζήτει τὴν διάνοιαν, ὅτι λείπει. Sed nihil hic erratum aut omissum. — 7 ὡς ἀγαθὴν ἔλαχε στάσιν Cod. et Plan.; ἔλαχες Salmasius; ἀγνὴν Heckerus, referendum ad v. 2; alterum ἀγαθὴν commodam interpretationem non admittit. Deinde εἰ δ' ἐνὶ χερσὶν Cod., ἢ δ' ἐνὶ χερσὶ Plan. — 8. Κούριμον παρθένον inter personas tragicas refert Pollux IV, 139, 140. Cod. ἦδε, ut in his solet. — 9 εἴτε σὸν Cod. et Plan., corr. Salm. et Huet.

In inferiore margine paginæ legitur epigramma supra exhibitum n. 20.

XXXVIII. Lemma : εἰς Ἀριστοφάνην. — 1 εἴ τινα vulgo; εἰ τίνα Brunckius, quod verum, aut cum attractione dictum pro εἰ πεύθῃ τίς κωμικός, aut ex ὑπ' ἐμοί eliciendum est κέκευθα. — 2. Veteris comœdiæ.

XXXIX. Lemma : εἰς Αἰσχύλον. — 1. « Suidas ob hoc epigramma : Πυργώσας· ὑψώσας, αὐξήσας, μεγαλύνας, ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἀγαγὼν τὰ ποιήματα. Conf. Blomf. ad Persas Gloss. 197, qui malit ὀκριόεσσαν. » *B.* Sed colorem ex Aristophane ductum esse dudum observaverat Jac., Ran. 953 : ῥήματα... ὀρθοὺς ἔχοντα καὶ λόφους, et 1004 : πυργώσας ῥήματα σεμνὰ καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον. — 2 εὐπίτι Cod., alterum Plan. et Suid. — 3. Eleusine natus Æschylus. — 4 ταιναρίην Cod. et Plan.; sed ille, item ut codex Jani Lascaris, in marg. : γρ. τρινακρίην.

XL. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. In Planud. ἀδηλον est. « De hoc epigrammate egit Hermannus Opusc. t. II, p. 165. » *Jac.* — 3 γελᾶ Cod.; Γέλας Plan.; corr. Huetius. Fluvius, unde nomen urbi Gelæ. Deinde φθόνος αἰὲν Cod. et Suidas bis; correxit Jacobs., coll. ep. 373, 3; IX, ep. 302, 3, et al. Per interpolationem Plan. φθόνος ἀστῶν. — 4. Ἔγκοτον Suidæ ἐχθρὸν, ἐνδιάθετον. « De re accurate exposuit Welckerus in Trilog. Æschyl. p. 516 seqq., qui Tragicum patriam ob civiles discordias reliquisse suspicatur. » *Jac.*

XLI. Lemma : εἰς Καλλίμαχον τὸν ποιητὴν, ὃν ἐσκῶψεν (sic) Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικὰ, εἰπὼν Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα κτλ., infra XI, ep. 275. In Codice hoc distichon cohæret cum sequente epigrammate, sed recte distincta ap. Planud. — 1 ὦ μάκαρ Plan., qui recte ἀμβροσίησι. Cod. ἀμβροσίηι.

XLII. Male relatum inter sepulcralia notat Heckerus I, p. 193. « Celebratur Callimachi poema Αἴτια inscriptum, multifaria et recondita eruditione refertum. Ejus materiam ille se per somnium a Musis accepisse narraverat. Hinc *somnia Callimachi* ap. Propertium II, el. 25, 32; quibus similia Ennii *somnia Pythagorea* ap. Horat., quorum explicatio petenda a Lucretio I, 112 et 121, coll. Persio VI, 10. » *Jac.* — 1. *Battiades* Callimachus, ut Cyrenis oriundus. « Hinc Suidas : ὄνειαρ· ὄνειρον. Quem et huc respexisse puto scribentem : περίπυστον· ἐξάκουστον, διαβόητον. Secundo versu excitato addit : ἀντὶ τοῦ ἀληθές· παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν (Od. T, 562)

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων. » *B.*

De ὄνειαρ Meinekii gravem dubitationem supra indicavimus ad VI, ep. 310, 6, hic quoque ὄνειρον scribentis, « nisi anonymo poetæ suus error sit relinquendus. » Initio ὦ μέγα Plan. — 2 ἦρ' Cod.; ἦ ῥ' Plan., qui in fine ἔφυς. — 3 τόσσα Heckerus; ἴσμεν Plan. — 4. Ejusmodi hiatuum exempla collegit Hecker. p. 178. — 5 seq. Ἀναείρας et φέρων, scilicet ὁ ὄνειρος, licet præcesserit τὸ ὄνειαρ vel τὸ ὄνειρον, quæ syntaxis etiam in prosa oratione non inaudita. « Per quietem Callimachus sibi visus est ex Libya in Heliconem adduci, ibique Musas de antiquitatis heroibus ipsisque deis multa interrogare. Unde perspicue apparet ἡ οἰκονομία τῶν Αἰτίων, quam Ovidium in nonnullis *Fastorum* suorum partibus imitatum esse suspicor. » *Jac.* Hujus οἰκονομίας vestigia in fragmentis monstravit Hecker. p. 178-183. — 6 μούσαις Plan. Ἔν, ut in ἤγαγες etiam consequens intelligatur ἔθηκας. — 7 δέ σοι Cod. vitiose. — 8 εἶπον Heckerus; sed illud satis tueri videtur participium εἰρεῦσαι ap. Hesiod. Theog. 38, de iisdem Musis.

XLIII. Lemma : εἰς Εὐριπίδην. « Ἴωνος omnino falsa est et ementita inscriptio, quam ratio temporum refutat et rejicit. Mirificum vero poetam Ionem, qui Euripidem mortuum epigrammate celebraverit, ipse jam annos tredecim exstinctus. Itaque loco Ἴωνος scribendum est fortassis Ἰωάννου, vel Βίωνος, vel Δίωνος, ut cuique libitum fuerit. » *Bentleius* Ep. ad Mill. p. 497 ed. Lips. — 1 μελαμπετάλοις Lobeckius ad Soph. Aj. p. 251 ed. sec.; legebatur μελαμπέπλοις, quod inde a Brodæo intelligebant de luctu ob Euripidem mortuum, « quasi tota Pieria regio, quæ Musarum patria, ob poetæ obitum lugubrem vestitum ceperit. » *Jac.* Quod valde dubitandum an græcus lector ita accepisset. Boiss.: « Suidas hinc : ἐν γυάλοισιν [sic Plan.]· ἐν τοῖς κοιλώμασι. » — 2 ἀεὶ Plan.; αἰεὶ Cod. — 3. « Σοί, id est operibus tuis, cui sensui respondet χάρισιν Ὁμηρείαις. Erant autem qui Euripidem Homero æquipararent; v. Diog. L. IV, 26. » *Jac.*

XLIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Ὅτι Εὐριπίδης ἐν Μακεδονίᾳ ἐτελεύτησεν βρωθεὶς ὑπὸ κυνῶν. Jac. ἀδέσποτον in ἄλλο mutavit; neutrum esse videtur in Codice. — 3. « Ad ἀηδόνα conf. epigr. 414, Append. ep. 338. Gregorius Nyss. t. III, p. 605, Basilium vocat τὴν τῶν δογμάτων χρυσῆν ἀηδόνα. Conf. mea notata ad Philostr. Her. p. 559. » *B.* — 4. « Junge τὴν Μουσῶν χάριτα. Celebrabatur a veteribus Euripidis sapientia ex philosophorum scholis petita et ad poesin translata, ut Plutarcho Mor. p. 384, D, aliis. » *Jac.* Codex σοφίη.

XLV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν, Θουκυδίδου τοῦ ἱστορικοῦ. Quod sequitur Thomas Mag. in Vita Euripidis; Athenæus (v. ad v. 3) non addit ὁ συγγραφεύς. Sine nomine auctoris in Plan. In via quæ ex Piræeo in urbem ducit, μνῆμα Εὐριπίδου κενὸν memorat Pausan. I, 2, 2, cui hoc ep. inscriptum fuisse refert Thomas. « De hoc epigrammate disputavit Osannus in Zimmermanni Diar. Schol. 1828, II, p. 15. » *Jac.* Quæ inspicere non licuit. — 1 μνῆμα Thomas, Jac. et Both.; μνᾶμα Cod. — 2 ἦ γὰρ Cod., ed. princ. Plan., et sic nunc Jac., item Boiss., qui : « Apogr. Par. ἡ, quod prætulit vulgatæ ᾗ. » Olim Jac. malebat τῇ γὰρ δ. Osannus ᾗπερ δ. — 3 Μούσαις, scil. tragœdiis suis; Plan. Μούσας, quod tenent Brunck. et Both. Athen. V, p. 187, E : τὴν Ἀθηναίων πόλιν ... ὁ μὲν Πίνδαρος Ἑλλάδος ἔρεισμα ἔφη, Θουκυδίδης δὲ ἐν τῷ εἰς Εὐριπίδην ἐπιγράμματι Ἑλλάδος Ἑλλάδα, ὁ δὲ Πύθιος ἑστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων. Et imitatores non paucos habuit hæc Ἑλλάδος Ἑλλάς. — 4. Ἐκ πολλῶν Bothius vertit *ob multa*.

XLVI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. — 1 τόδ' εὐριπίδη ἔφυ, ἀλλ' Codex, sed recte Plan. Easdem argutias de *rosis* et *coronis* vidimus in cap. V, tolerabiliores in amatoriis nugis. Paullo melior alterius versiculi sententia. — 2 voci μνῆμα Codex ᾶ superpositum habet.

XLVII. Lemma εἰς τὸν αὐτόν. — 1. « Vulgo σόν γ'. Scripsi σὸν ex codicibus. Ineptum erat fulcrum. Id omittunt et codices Suidæ in Ἀλητέος. — 2. Scriptum epigramma a recentiore homine, quum verbalia in τέος vim propriam non servabant. Sic sæpe πρακτέον ætate seriore pro πρακτόν, pro ἔργον. » *B.* Recte Boiss., et operam perdidit in hoc fœtu Jacobsius p. 228.

XLVIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν· ὅτι ἐκεραυνώθη ὁ τάφος Εὐριπίδου. « Mutilum est hoc carmen, quo non pertinet lemma, sed ad aliud epigramma, quod librarius omisit. » *Brunck.* Imo glossator quum de corpore flammis consumpto agi animadvertisset, in proximo autem carmine Euripidis tumulum Jovis fulgure percussum esse legeret, hic eandem historiam explicari suspicatus est. Quin fortasse jam ipsi Constantino Cephalæ idem error imposuisse videri potest, quum ille hoc tetrastichon epigrammatis in Euripidem scriptis inseruerit. Ceterum simillimum est hoc epigramma iis quæ Diogenes Laertius invita Minerva procudit. *Jac.* Certum est non pertinere ad Euripidem; nomen defuncti in alia parte lapidis incisum fuisse probabiliter statuit Meinek. p. 231. — 1 δαιδαλέοις πυρὸς ῥιπῆισι τρυφηλαὶ σάρκες Codex, quem versum spondaicum nescio quare critici omnes expulerint furcillis, scribentes *a*. Brunckius cum Salmasio, *b*. Jacobsius, *c*. *d*. Meinekius, *e*. Heckerus et Ungerus :

a. Δαιδαλέοισι πυρὸς σάρκες ῥοθίοισι τρυφηλαί.
b. Σάρκες δ' αἰθαλέαισι πυρὸς ῥιπῆσι τρυφηλαί.
c. Σάρκες κνισαλέοιο πυρὸς ῥιπῆσι τρυφηλαί.
d. Αἰθαλέοιο πυρὸς σάρκες ῥιπῆσι τρυφηλαί.
e. Διαδαλέοιο πυρὸς σάρκες ῥιπῆσι τρυφηλαί,

sed Ungerum video *Beitr.* p. 35 relinquere τρυφηλαὶ σάρκες. « Dædalus enim dicitur Vulcanus, v. Bergk. ad Pind. Nem. IV, 59, et ignis Vulcanius. » *Heck.* Αἰθαλέοιο tamen recipiendum esse putavi. — 2 δαφθεῖσθαι Ungerus. Deinde Cod. ἀπ' (superposito ἐπ') αἰθόμεναι, quod recte ἄπ' scripsit Meinek., pro ἀπῶσαν. Edebatur ὦσαν ἐπαιθόμεναι. — 3 πολυδακρύῳ Meinek.; legebatur πολυδακρύτῳ. — 4. « Πόνος de dolore et miseratione prætereuntium interpretandum videtur. Ad hunc versum apte conferas Crinag. IX, ep. 439, de cranio in via posito : ἀτυμβεύτου θανάτοιο λείψανον, εἰνοδίων ὄκρυ παρερχομένων. » *Meinek.* Mirum commentum Ungeri apud ipsum videas p. 35.

XLIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Sine auctoris nomine in Plan. « Euripidis in Macedonia sepulcrum fulmine percussum et quicquid ei inesset mortalis materiæ lustratum esse narratur. Plutarchus κεραυνὸν κατασκῆψαι εἰς τὸν τάφον Lycurgi narrans cap. 31, addit : τοῦτο δὲ οὐ ῥᾳδίως ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐπιφανῶν, πλὴν Εὐριπίδῃ, συμπεσεῖν ὕστερον, τελευτήσαντι καὶ ταφέντι τῆς Μακεδονίας περὶ Ἀρέθουσαν· ὥστ' ἀπολόγημα καὶ μαρτύριον μέγα εἶναι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Εὐριπίδην, τὸ μόνῳ συμπεσεῖν αὐτῷ μετὰ τελευτὴν καὶ γενέσθαι ἃ τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ πρότερον συνέπεσε. » *Jac.* — 2 κεραυναίῳ Cod. (quem sequitur Boiss.), Plan. ed. princ.; κεραυνέῳ sequentes; corr. Stephanus. Deinde πᾶσαν ἀπημφίασας Plan., de quo Brunck. : « Quod activum est. Scripsi ἀπημφιάσω, ita requirente linguæ usu. Hic enim verbum debet esse reciprocum. » Codex παιαν (super π posito Γ) ἀπ' ηχθίασας, unde Jac. γαῖαν ἀπηχθίασας, quod græcum verbum non esse exponunt Piccolos et L. Dindorf. in Thes., ille conjiciens γαῖαν ἀπηθρίασας, quod intelligere videtur : *in ætherem mutavisti*, ut jam non sis pulvis, sed æther. In latinis reddidi Brunckianum. — 3 Εὐριπίδῃ Plan. — 4. « Obscure dictum. Ἱστορία est etiam ἡ θέα, ut Ἱστορῆσαι, θεάσασθαι. Fuerit igitur periphrasis, ἡ θνητὴ ἱστορία σήματος, id quod in hoc tumulo mortale esse videbamus, intelligebamus. Vide Albertium ad Hesych. v. Ἱστορεῖ, not. 28. » *Jac.*

L. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν, Ἀρχιμήδους (sic) σκοπτικόν (sic.) « Nomen poetæ scripsi ex Palatina lectione, Ἀρχιμήδους. Apogr. Par. ἀρχιμήδου. Mutatum fuit a criticis in notius Ἀρχιμήλους. » *B.* Immo notissimum nomen *Archimedis* librarius in rarioris Archimeli locum substituerat. Nullus Archimedes inter epigrammatum scriptores, sed Ἀρχίμηλον τὸν τῶν ἐπιγραμμάτων ποιητὴν memorat Athenæus V, p. 209, B. De argumento rectissime Jac. : « Scopticum esse epigramma inepte pronuntiat lemmatis auctor. In laudem Euripidis scriptum est, cujus orationem, quamvis specie facillimam, nemo facile cum successu imitandam susceperit. » Archimelus, cujus grave ingenium cernitur in epigrammate ap. Athenæum servato, quemadmodum Horatius, juvenem poetam ab imprudente ausu dehortatur. — 2. Accusativos δύσβατον οἶμον ab ἔρχεο pendere et interjectum modo esse μήτ' ἐπιβάλλου, monuit Heckerus, exempla afferens nonnulla ex multis. Ἀοιδοδέτης, *poeta*, ut ὑμνοθέτης ap. Meleagr. IV, ep. 1, 2. — 3 λείη Plan.; δεινὴ Cod., male. Respicitur ad notos versus Hesiodi Op. 290. Ἐπίῤῥοθος dicitur « via commoda, prona, quæ ambulantes quodammodo adjuvet », ut recte Jac.; ἐπίκροτος Dorvill. et Brunck. Deinde Plan. εἰ δέ τις. — 4 εἰσβαίνει Cod., ι superposito; εἰσβαίνοι Plan. Deinde uterque et apogr. Par. σκόλοπος. Quocum Jac. comparat Lucian. Veræ hist. II, 30 : ἀκανθώδους καὶ σκολόπων μεστὴν ὁδόν. — 5 seq. Bene de hoc disticho disseruit Lenzius in Bibl. nova Lips. t. LXVII, part. I, p. 151, a Jac. cit. : « Ἄκρον est cacumen artis, quod Euripides adscendit, sive ipsa Medea, quæ primum locum inter Euripidis tragœdias obtinet. Sic Dioscorides ep. 37, 10 : ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον. Dicit igitur : Quodsi grassatus fueris ad Medeam in summo constitutam, tanto graviori casu præcipitaberis, inglorius tristem acturus vitam. Noli igitur eas coronas appetere, quas non assequêris. » Vox χαράξῃς, in qua vitium latere Jacobsius putabat, integra esse videtur et de *vestigiis imprimendis* in illo cacumine intelligenda. Orellii explicationem sciens prætereo; non prætereo præstantissimi Geelii hariolationem, qua σκωπτικὸν, ut volebat glossator, reddit hoc poemation : « Ænigma est, vel potius lusus : laudanda enim poesi Euripidea, poeta inducit lectorem ut in verbis τὰ Μηδείης Αἰητίδος ἄκρα de perfectione et sublimitate Medeæ Euripidis cogitet et a vera sententia aberret, τὰ ἄκρα autem Μηδείης Αἰητίδος sunt extremæ syllabæ, Μη et δος, id est μὴ δός, scilicet στέφανον. Itaque, correcto ἀμνήμων νέρθεν ἐὼν στεφάνου, sententia hæc est : *si* μὴ δὸς *scripseris et rogaveris, ut ne tibi corona detur, non habebis unquam coronam, cujus apud Inferos recorderis.* Frigidus sane jocus et in quo nihil faceti est præter τὸ ἀπροσδόκητον, quamobrem *condonabimus* τῷ γριφεύοντι *qui in tempore imperativi* δός a consuetudine deflexit. » Grotius distichon vertere omisit. — 6. « Ἀμνήμων κείσῃ ductum esse videtur e noto carmine Sapphûs : κατθανοῖσα δὲ κείσαι· οὐδέ ποκα μναμόσυνα σέθεν ἔσσεται (fr. 68 Bergk.). » *Jac.*

LI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. *Dionysio* inscribitur in Plan. Falsa esse quæ vulgo de Euripidis morte traduntur. — 1 γένος etiam Suidas in Ὑπαίμαχε. « Toupius et ante eum Scaliger γένυς, elegans emendatio, non certa; nam γένος sæpissime inservit periphrasi. Si opus esset emendatione, non minus bene legeris μένος. — 2 τὸ σκ. Cod., illud Plan. Poeta Archelai ταμίην amans, quum noctu se ad eam conferret, in canes incidit, secundum Hermesianactem ap. Athen. V, p. 598, v. 71 seqq., eosque canes ab rivali quodam ipsi immissos esse narrat Gellius XV, 20. Quod sequitur, Euripidem a furtiva venere alienum fuisse, non omnes confirmant; v. Athen. XIII, p. 557, E, et p. 603, E ». *Jac.* — 3 ὑπαὶ * μακέτῃ (quod η deinde in ι mutatum) Codex; quod miro stupore Suidas pro verbo habuit : ὑπαίμακε· διέφθειρεν. Nec magis intellecto Plan. substituit ὑπέκβαλε· τῇ δ' Ἀρ. Μακέτῃ femininum testatur Stephanus in Μακεδονία : Μακέτις γυνὴ καὶ Μάκεσσα ἐπιθετικῶς, ὡς Ἡρακλείδης, καὶ Μάκεττα διὰ δύο τ καὶ δι' ἑνός, ut Callixenus ap. Athen. V, p. 198, E : μακέται αἱ καλούμεναι μιμαλλόνες. « Ὑπαὶ, *juxta*, ut ὑπὸ τῇ πόλει Pausan. I, 36, 5. » *Jac.* Hecker. requirebat ἐπὶ M. — 6 ἥματα Cod. et ed. princ. Plan., εἵματα sequentes; corr. Jacobs. coll. Polluce IV, 123 : ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα εἴτε βωμός. Minus probabiliter Hermannus ad Orph. p. 771 Βάκχου ἥματα tenere videtur, *Dionysia* interpretatus, intulit tamen Jac. in ultimæ manus exemplar. Sequitur in utroque codice σκηνὰς ἔμβαλε πειθομένας, ubi Hermannus ἐμβάδι, cui voci quod objicit Heckerus, in ipsius potius conjecturam cadit καὶ σκηναῖς σάμβαλα πειθόμενα, sed jure offendit in πειθομέναις ἐμβάδι σκηναῖς, quod incrustat explicatio « *scena cothurno obsequens*, i. e. scena tragica. » Bruncknius cum Reiskio σῇ ὀπὶ πειθομένας. Bothius ἐμβάδι πυθόμενος. Sententiam probabilem in latinis indicavi, τειρομένας vel τριβομένας.

LII. Lemma : εἰς Ἡσίοδον. Δημιουργοῦ. « In Plan. sine nomine auctoris. Et certe *Demiurgi* nomen suspectum est. » *Jac.*

LIII. Lemma : εἰς τοῦ αὐτοῦ Ἡσιόδου ἀνάθημα. Legitur etiam in inferiore margine paginæ qua incipit hoc ἐπιτυμ-

βίων caput. « Schol. Wech. : ταῦτα ἐν τῷ τρίποδι γέγραπται ὃν Ἡσίοδος τῷ Πυθίῳ ἀνέθηκε. Sumtum epigramma ex Hesiodi et Homeri Certamine p. 150 meæ edit. (p. 73 ed. Didot.), ubi ἀνέθηκεν. » *B.* Antiquiores de hac re memorarunt multi, quos indicavit Jacobs. ad Analecta t. XI, p. 373. — 1 ἐλικωνίσι τάδ' Cod. hic, ἐλικωνιάσι τῷδ' altero loco; ἐλικωνίσι τῇδ' Plan.; τόνδ' ἀνέθηκεν Dio Chrys. Or. II, p. 76 et Certam. — 2 χαρκίδι Cod. altero loco; hic in marg. εἰς Ἡσιοδον.

LIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Sine auctoris nomine Planud. et qui ad v. 3 indicantur. « Exstat in eodem Certamine p. 152 (73). Scholium in Planudea est valde longum, conflatum ex verbis Pausaniæ IX, 38 (nam ibi Pausanias id epigramma protulit, quod *Chersiæ* cuidam Orchomenio tribuit), et IX, 29 : quod describere non tanti videbatur. Conf. Append. ep. 9, 4. » *B.* — 3 sic etiam Certamen, item Proclus et Tzetzes in Proleg. ad Hesiod. p. 7 et 17 ed. Gaisf. Apud Pausan. § 4 ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται, quod genuinum.

LV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἀλκαίου, ποιητοῦ Μιτυληναίου ἢ [sic] Μεσσηνίου. Honores Hesiodo post mortem habiti. — 1. « Λοκρίδος ἐν νεμέῃ, in luco Jovi sacro, qui in Locride sub Nemei nomine colebatur. Ibi Hesiodum interfectum narrat Thucyd. III, 96 : τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου τῷ ἱερῷ, ἐν ᾧ Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ ἀποθανεῖν, χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν. Plutarch. Mor. p. 162, E : ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμείῳ. Conf. Vitam Hesiodi p. 7 Gaisf. Quod vero Nymphæ Hesiodi cadaver abluisse dicuntur, ad id referendum est quod Plutarchus narrat, poetæ corpus in mare devolutum esse. » *Jac.* Meinekius p. 159 Alcæum scripsisse putat Λοκρίδος ἐν Νεμέης ἱερῷ, quod parum probabile visum Ungero *Beitr.* p. 29, qui nescio an improbabilius scribit ἐν νέμεῖ σκληρὸν νέκυν. Integra est scriptura, et, ipso observante Ungero, veteres lectores sponte intelligebant Λοκρίδος ἐν νέμεῖ de illo Διὸς Νεμείῳ templo et luco. — 2 κρηνιάδων Cod. et Plan.; correxit Wakefieldus coll. Eur. Hippol. 208, ὀρεσερᾶς ἀπὸ κρηνῖδος. Scaliger κρηνάων. — 5. Τοίην, qualia lac et mel. Plan. Μουσῶν.

LVI. Lemma : εἰς Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην. « *Diogenis Laertii* esse, uti sequens, non dubito. Causam ridendi Democrito fuisse ait, quod omnia hominum studia morte desinerent. Quin ipse Democritus, quum post tantam philosophiæ gloriam totque editos libros nunc terra obrutus jaceat, ridendus (γέλως), quum olim alios riserit. » *Jacobs.*

LVII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « Illustrationem petas ex Athenæo II, p. 46, E, F, et ipso epigrammatis auctore Diogene Laertio IX, 43. » *B.* Qui ita ex Hermippo : « Democritus quum jam ex senio deficeret et propinquus videretur morti esse, mœrentem sororem quod in celebritate Thesmophoriorum esset moriturus ipsaque deæ vota exsolvere nequiret, bono animo esse jussit panesque calidos sibi quotidie afferre. Eos igitur naribus quum admovisset, vivum se, dum ea celebritas transiret, servavit; ubi vero dies illi transierunt, tres autem erant, quietissime et minimo dolore conclusit vitam, ut Hipparchus ait, centesimo et nono ætatis anno. Nosque in eum ἐν τῇ Ηαμμέτρῳ hunc in modum carmen scripsimus. » — 2 ἥνυσε Diog.; μήνυσε Plan., quod edebatur; μάνυε Codex et apogr. Par., ut ἄνυσε scribendum videatur. Boiss. μάνυε recepit. Jacobs. in nott. mss. : « ἥνυσε corr. Herelius in Klotzii Act. liter. II, p. 107. »

LVIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Apud Plan. ἄδηλον. « Proserpinam rogat ut Democriti τοῦ γελασίνου animam in cœtum defunctorum ἀμειδήτων recipiat, memorem voluptatis qua tempestivus risus tristem et dejectum Cereris matris animum affecerit; v. Hymn. Hom. in Cererem 202 seqq. » *Jac.* — 1. « Hinc Suidas : ἀμειδήτων· σκυθρωπῶν, ἀγελάστων. » *B.* Ap. quem Περσεφόνη. — 3. Εὐμενέως junge cum δέχνυσο. — 4. « De Cerere quæ quum esset mœstissima tamen risit, vide Claver. ad Apollodor. t. II, p. 59. » *B.*

LIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Sine auctoris nomine ap. Plan. — 1 δέξο μ' ἀναξ malit Jac. — 2 γελάοντα Plan.

LX. Lemma : εἰς Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον. Sine nomine poetæ habent Diog. L. III, 43 et Plan. — 1 δικαίων Codex, recentiore m. in ωι mutatum. — 2. « Apuleius De habit. Plat. initio : *Platoni habitudo corporis cognomentum dedit; namque Aristocles prius est nominatus.* Ibi Elmenhorst. » *B.* Et Meinek. Com. Gr. vol I, p. 288. Sic etiam in edit Cobet. Diog., apud quem legebatur ἐνθάδε δὴ κεῖται δῖος Ἀρ. — 4 οὗτος ἔχει πουλὺν Cod. et Plan.; τοῦτον (ap. Cob. οὗτος) ἔχει πλεῖστον Diog., quod recepit Jac. Sequentia ap. Diog. : καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται, « quod fortasse rectius. » *Jac.*

LXI. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον. Hic quoque Jac. in nostro exemplo ἀδέσποτον mutavit in ἄλλο. Legitur ap. Diog. L. III, 44. — 1 κόλπῳ Diog. ante Cobet. — 2 ἀθανάτων Plan. et Diog. « Mihi lectio Pal. ferri posse videtur. Fortasse etiam in Speusippi disticho, unde nostrum expressum, Plan. 31 :

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων,

legebatur ἰσόθεον. » *Jac.* Quod ἰσόθεον præbet codex Paris. 1773, idem v. 1 κόλπῳ.

LXII. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν, νεώτερον. Ex Diog. L. III, 44, qui : καὶ ἄλλο δὲ νεώτερον. « Aquila in tumulo posita cœlumque spectans, cujusnam sit, interrogata, se Platonis animæ ait simulacrum esse. » *Jac.* — 1. Scilicet τίνος ὤν.

LXIII. Lemma : εἰς Διογένην. Ipse loquitur. — 1 διογένη Cod. et ed. princ. Plan., Διογένην reliquæ. Illa forma poeta fortasse ob ambiguitatem consulto est usus; conf. ep. 68, 4. — 2. « Βίου παντὸς, omnis hominum generis. Ἐπισκύνιον, ut ὀρρύες, de fastu et inani specie : hanc Diogenes omnibus detrahere studebat; conf. Lucian. D. mort. X, 9. » *Jac.*

LXIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « De hoc epigrammate vide Notitt. Mss. t. X, part. 2, p. 134, ubi de doliari Diogenis habitatione egi. » *B.* Diog. L. VI, 78 :... ταφῆναι τὸν ἄνδρα (Corinthi) παρὰ τῇ πύλῃ τῇ φερούσῃ εἰς τὸν Ἰσθμόν· ἐπέστησάν τ' αὐτῷ κίονα καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα· ubi v. Menag. Vidit illud monumentum Whelerus Venetiis in Palatio Erizzi, nobilis Venetiani, idque descriptum dedit in Itinerar. VI, p. 445. *Jac.* — 4 ἀστέρα; Plan. et inscriptio; ἀστέρος Cod. — Hoc vel simile epigramma vertit Ausonius in Epitaph. XXXI :

Dic canis, hic cujus tumulus? — Canis. — At canis hic
— Diogenes. — Obiit? — Non obiit, sed abiit. [quis?
— Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes,
Ad Manes abiit? — Cerberus ire vetat.
— Quonam igitur? — Clari flagrat qua stella Leonis,
Additus est justæ nunc canis Erigonæ.

LXV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « Diogenes Cynicus, post vitam virili spiritu transactam, se apud inferos quoque stultos et improbos odio habere testatur. — 2. Γυμνήτην βίοτον, ut miles expeditus, nec impedimentis onustus. » *Jac.* (Periit hic schedula una ex Boissonadianis.) — 3 πήρα διπλόος Cod., voce μία versui supersoripta ; διπλοΐς Plan. — 4 σκήπων Cod.; alterum Plan. — 5. « Mire dictum τάφου τοῦδ' ἐκτὸς ἴτε, pro quo haud dubia conjectura ipsa poetæ manus restituenda est scripto : ἀλλ' ἀτραποῦ τῆσδ' ἐκτὸς ἴτ' ἄφρονες, coll. Leonidæ versu ep. 480, 2. » *Hecker.* Confidentius quam verius. Latiore sensu dictum, ut ἐκτὸς βέλους, extra conspectum tumuli.

LXVI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. In Plan. sine auctoris nomine et in duo disticha divisum. Poetæ nomen Bothius scripsit *Honesti*, quod veri simillimum. — 1 δίπλοον Cod. Quæ alibi δίπλαξ. « Anacoluthos oratio, quum nominativi hujus distichi verbo careant. Digito tibi finge Cynicum illa instrumenta monstrantem. — 4. Rarior positio pronominis post articulum. Sic Callimachus fr. 315 : τὸν σὲ Κροτωπιάδην. » *Jac.*

CXLVI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Expressum e præcedente epigr. — 2 ἐπιρροιτηῖσιν Cod. « Conf. Wernick. ad Tryphiod. p. 216 et 224 seq. » *Jac.* — 2. « Hinc Suidas : θυμοβαρής· τὴν ψυχὴν ἀλγυνομένη. — 3. Hinc idem : πινόεσσα· ῥυπῶσα, αὐχμῶσα. » *B.* Ἀπλόκαμος, detonsis comis. — 6. « Σκολιοὶ μῦθοι, de sophistica et fraudulenta eloquentia Ulyssis; conf. Hesiod. Op. 193, et σκολιαὶ δίκαι ib. 219. » *Jacobs.*

CXLVII. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος, τὸν ἔξοχον Ἑλλήνων ἀρχόν· ἀλλὰ διὰ κενὴν δόξαν μαινόμενος ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν. Summa virtus Ajacis celebratur; mortis genus ad Fati decreta refertur. — 1. « Hinc Suidas : ἐναί-

ρειν, τὸ τὰ ὅπλα σκυλεύειν. Ex v. 3 : χερμαδίῳ· χειροπληθεῖ λίθῳ. » *B.* Illud male ; intelliguntur Achivi, dum a Trojanis cædebantur, Ajacis scuto et fortitudine protecti, ut de Agamemnone Teucer, mortuum Ajacem alloquens ap. Soph. v. 1269 : οὗ σὺ πολλάκις τὴν σὴν προτείνων προὔκαμες ψυχὴν δόρει. Plan. et Suid. ὑπέρμαχον. — 2 Αἴαν Brunckius ; αἰὲν Cod., Plan. et Suid.; ἄμυνας corrigebat Lobeck. ad Soph. Aj. p. 238 ed. sec., præter necessitatem, etiam Heckero judice, qui βαρὺν cum νηυσὶ jungi velit. Ἄρη Plan. et Suid. Notæ partes Ajacis in pugna ad naves, Il. O. — 3 ὥσε Plan. « Νέφος ἰῶν, Silius It. I, 311 :

Involvunt atra *telorum* mœnia *nube*. »

Boiss. — 5. Conf. Il. O, 618. — 6 ἰδρυνθεὶς Plan. — 9 ἄμπλακεν Cod., et sic Boiss. — 10 ἀλλὰ τεῇ Plan.

CXLVIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « Amplificatio *ultimi* distichi epigrammatis præcedentis. — 2 χρησαμένα Cod., alterum Plan. — 4. Καὶ μεμανῖα, quamvis studiose quærens. » *Jac.* Suidas hinc : μεμανῖα· προθυμουμένη, γλιχομένη. Ex versu 4 : Κλωθὼ, ἡ μία τῶν Μοιρῶν· τρεῖς γάρ εἰσι, Κλωθὼ, Λάχεσις, Ἄτροπος. *B.* Utrobique Suidas ἐν θνητοῖσιν ἐδύνατο.

CXLIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. — 2. « Hinc Suidas : ὀπάσας, ἀντὶ τοῦ παρασχών. — 4. Hinc idem : αὐτοφόνῳ· ἑαυτὸν ἀνελόντι. » *B.*

CL. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. — 1. « Εὔχος est καύχημα Suidæ. » *B.*

CLI. Lemma : εἰς Αἴαντα καὶ Ἕκτορα. Vide Il. H, 303 seqq., Soph. Aj. 1027 seqq. — 2. « Non nitide dixit εἰς θάνατος, quod tamen non mutandum. Voluit ludere oppositis ἀμφοτέρων et εἰς. » *B.* Schol. Wech.: γράφεται καὶ ἦν ἀντὶ τοῦ εἰς. Brunckius εἰς θάνατον. Jacobs. conj. αἱ χάριτες θάνατος.

CLII. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Αἴαντα καὶ Ἕκτορα τὸν Πριάμου, καὶ εἰς τὰ παρ' ἀλλήλων δῶρα. Ductum ex Sophoclis loco modo cit. — 1. « Hinc Suidas : φέρασπις, ὁ πολεμικός. Et ex v. 4 : πείρησαν· δοκιμὴν, ἀπόπειραν ἔλαβον. » *B.* — 2 ἔφερον Suid. — 4 πείρισαν Cod., alterum Plan. et aliquot libri Suidæ. Mire Boiss. πείρησαν. — 5 εἶδ' Suidæ Leid. — 6. Δίφρια adverb. pro δίφρῳ vel ἐκ δίφρου. — 7. Αὐτακτόνα, *mituæ* cædis causa, ut Æsch. Sept. 678, al. Ajax Sophocleus 565 : ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.

CLIII. Lemma : εἰς Μίδαν. Τὸ σχῆμα κύκλος, id est, versus etiam inverso ordine legi possunt, sive, Platonicis verbis, οὐδὲν διαφέρει αὐτοῦ πρῶτον ἢ ὕστατόν τι λέγεσθαι, qui affert Phædro p. 264, D, cum Dione Chrys. Or. XXXVII, p. 120, quale hic legitur ; duobus versibus auctius Diog. L. I, 89, ubi liquido Simonidis testimonio *Cleobulo* asseritur. « In quem, ænigmatum griphorumque auctorem, optime convenit hujusmodi lusus, in quo perverti potest versuum ordo, quanquam omissi a Platone versus duo in quocumque ceterorum ordine sequi debent illum, ὄφρ' ἂν ὕδωρ..., ut dubitem an consulto eos omiserit Plato. » *Heindorf.* Alios præterea qui epigramma hoc retulerunt indicat Jac. ad Analecta t. VI, p. 193. — 1 χαλκὴ Cod. — 2 εὖτ' ἂν et ῥέῃ Plan.; ὄφρ' ἂν Plato et alii. Post hunc versum Diogenes :

ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα·

alii inverso ordine (ut apud Grotium), vel alterutrum modo præbent ; v. Jac. l. c. — 3. « Hinc Suidas : αὐτοῦ, ἐπὶ τόπου. » *B.* Bothius μενοῦσα. Sequentia sic Cod., Plan. Suid., Diog.; πολυκλαύτου ἐπὶ τύμβου Plat. et Pseudo-Herodotus. Vita Hom., qui sequenti versu habet Μίδης, ceteri omnes Μίδας.

CLIV. Lemma : εἰς Κοροιβον (Cod. κόρυβον), οὗ μέμνηται Καλλίμαχος ἐν α' Αἰτίων. « Loquitur Pœne vel Κήρ. Epigramma obscurum gallice converterunt ac plene illustrarunt Larcher. in Memor. Acad. Inscriptt. t. XLVIII, p. 295, et Chardo Roch. in Miscell. t. I, p. 95 seqq. » *B.* Hic quidem post Huschkium Analectis critt. p. 189-196. Callimacheæ narrationis vestigia in fragmentis diligenter indagavit Hecker. p. 195-204. Historiæ, quam persequuntur Pausanias I, 43, § 7 seq., Statius Theb. I. 562 seqq., et partim Conon Narr. XIX, summa hæc est. Crotopi Argorum regis filia Psamathe clam ex Apolline peperit filium, quem metu patris in agris exponit. Infantem canes devorant ; Psamathen vitiatam occidit pater. Unde iratus Apollo Argivis immisit Ποινὴν sive Κῆρα : quam diu et immaniter grassatam interfecit Corœbus Argivus et expiandæ cædis causa Delphos proficiscitur. Unde in patriam redire non permittitur, sed tripodem e templo tollere jubetur, quoque is loco excidisset portanti, ibi ædem Apollini exstruere atque ipsum considere. Hoc factum ad Geraniam montem Megaricæ regionis, ubi dei jussu Corœbus Tripodiscum vicum condidit, quem poetice (v. Heck. p. 196 seq.) Callimachus πόλιν vocavit. Addit Pausanias : Κοροίβῳ δέ ἐστι τάφος ἐν τῇ Μεγαρέων ἀγορᾷ· γέγραπται δ' ἐκεῖ ἐλεγεῖα τὰ ἐς Ψαμάθην καὶ τὰ ἐς αὐτὸν ἔχοντα Κόροιβον, καὶ δὴ καὶ ἐπίθημά ἐστι τῷ τάφῳ Κόροιβος φονεύων τὴν Ποινήν. Ταῦτα ἀγάλματα παλαιότατα, ὁπόσα λίθου πεποιημένα ἐστὶν Ἑλλησιν, ἰδὼν οἶδα. Hos quos legit Pausanias *elegiacos versus, monumento quod* vidit antiquissimo insculptos, esse ipsum epigramma nostrum affirmat Heckerus, negat Huschkius, Heynio et Jacobsio concedentibus in hanc ejus sententiam : « Auctor nullum omnino signum ante oculos habuit, sed usus unice, quod lemma etiam declarat, Callimachi poemate, inde carmen confecit, aptum quidem fabulæ ab Alexandrino poeta immutatæ, non historiæ quam secutus est Pausanias. » At hujus inter narrationem et carmen nostrum frustra quæsiveris dissensionem tantam : aptissimum epigramma τῷ Κοροίβῳ φονεύοντι τὴν Ποινὴν quem sculptor finxerat ; elegi poetam sapiunt antiquum et τοῦ ἀρίστου κόμματος : hos ipsos an basis Pausaniæ visa *ostenderit*, in incerto relinquendum, sed temerarium magis negare quam affirmare. Non prætereundus Ovidius, qui Callimachum, ut constat, exprimit in Ibide, v. 575 seqq :

Utque patrem Psamathes, condat te Phœbus in ima
Tartara, quod natæ fecerat ille suæ,
Inque tuos ea Pestis eat, quam dextra Corœbi
Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.

— 1 μαγαρεῦσι καὶ ἰναχίδεσσιν Codex ; corr. Ruhnkenius. « Suidas : ἄθυρμα... ἀντὶ τοῦ ἄγαλμα. Quam significationem hic valere opinor ; conf. VI, ep. 37, 3. *B.* Item Huschk., Heyn. et Jac. Τὰ εἰς Κόροιβον ἔπη Pausanias testatur κοινὰ εἶναι τοῖς Μεγαρεῦσι καὶ τοῖς Ἀργείοις. — 2. « Ἐκδικον referunt ad ἄθυρμα. Sed malim cum Jacobsio pro adverbio habere : *quum Psamathe contra jus fasque perierit*, a patre, ut narrant, viva defossa, quod furtivos Apollinis amores mentita esse existimabatur. » *B.* — 3 τυμβοῦλος Suid. in Κήρ, quod ridiculos errores peperit. — 4. « Ὑπ' ἐμοῖς ποσσί, id est in tumulo. » *Heyn.* Διὰ τρίποδα referendum ad ὧδε, Megaris. — 5. Sic Append. ep. 272, 2 : φάμα Δελφίδι πειθόμενοι. « Hinc Suidas : Δελφίς, ἡ Δελφικὴ, ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. — 6 Intelligunt κείνου de Apolline, cujus

uxor fuerit Psamathe. Tunc .εινου referendum ad Δελφικὸν θεόν, quod nomine Δελφὶς indicatur. Sic ep. 368 est κείνη πόλις capiendum de Athenis non nominatis, sed ex vocabulo Ἀθὶς intelligendis ; Plan. ep. 1 κεῖνοι de Messeniis et Argivis, indicatis, non nominatis alio versu : οὔτ' ἀπὸ Μεσσάνας οὔτ' Ἀργόθεν εἰμὶ παλαιστάς. Vide nott. ad Theoph. Simoc. Epist. 35, p. 272. Notavi et ad Psellum. » *B.* Addit Jac.: « Nisi forte apud Callimachum Psamathe Corœbo desponsata fuisse tradebatur. » Hecker. conjiciebat τὰς κείνη νύμφας, *illic*, Argis quæ vixit. — 6 ἱστορίη Suid., probatum Heynio et Chardoni. « At alteri similia plura in epigrammatis, ut VI, ep. 325, 4; 331, 4, al. *Heck.* Qui cum Huschkio dialectum hic non tetigit.

CLV. De Philistione, qui extremis Augusti temporibus vixit, multa interpretes Suidæ s. v., qui inter alia : ἔγραψε κωμῳδίας βιολογικάς· τελευτᾷ δὲ ὑπὸ γέλωτος ἀπείρου, quod de *Philemone* etiam narratur, ut alias quoque hi duo confusi reperiuntur. — 1. His appellationem βιολόγου respici putant, temere, ni fallor. — 2 γέλωτα Suidæ Leid.; κεράσας γέλωτι ejusdem optimus Paris. — 3. Λείψανον παντὸς βίου, intelligo quales sunt reliquiæ uniuscujusque qui vixit, et erunt viventium omnium (conf. ep. 63, 2), id quod restat ex omni vita, non « totius quam exprimere solebam vitæ reliquiæ. » — 4 οὐ πώποτε Cod., δε superscripto. « Sic auctor inscriptionis quam edidit Coray. ad Plutarch. t. IV, p. 351, de mima :

Πολλάκις ἐν θυμέλαις, ἀλλ' οὐχ οὕτω γε θανούσῃ. »

Jac. In margine codicis scriptus hic versus, nescitur unde arreptus :

καὶ κραναὴν ἀνέβαινε Φιλιστίωνος ἐρίπνην.

CLVI. Lemma : εἰς Εὔμηλον ἱξευτήν. — 1. Ἀπ' ἠέρος, conf. VI, ep. 12-16, et 179 seqq., ubi ἀὴρ constanter de aucupii campo. — 4. Τοῦτο, hæc vita libera et ab omni servitute aliena. — 6. Πτερὰ Jac. interpretatur aves *illices*, quæ alliciendis aliis adhibentur : « nam aucupes in negotio suc utuntur ἰξῷ ἢ θριξὶν ἱππείαις ἢ λίνοις ἢ συμφύλοις ὄρνισιν, ut loquitur Eutecnius (Dionysius) Ixeut. III, 1. » Sed πτερὰ dici ipsas aves non ostendit, Brodæum explodens qui « retium genus » esse suspicabatur. At sic manifesto accipiendum ap. Jo. Chrysost. Or. XIV de Statuis p. 146, D (p. 482, 4 Delectus mei) : καὶ ὃν τρόπον οἱ θηραταὶ τὰ δίκτυα ἀναπετάσαντες, τὰ ἄγρια τῶν ζῴων ἐμβαλεῖν ἐπιχειροῦσιν... οὕτω δὴ καὶ αὗται (meretrices), ἐπειδὰν τὰ πτερὰ τῆς ἀσελγείας πάντοθεν ἀναπετάσωσι δι' ὀφθαλμῶν καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων, εἶτα τοὺς ἑαυτῶν ἐραστὰς ἐμβάλωσι καὶ καταδήσωσιν, οὐ πρότερον ἀφίστανται, etc. Sic etiam Gregorius dixisse videtur a Brodæo citatus, Orat. XLIV, p. 842, A : ἄρτι (vere) ἱξευτὴς καλάμους οἰκοδομεῖ, καὶ ὑποβλέπει πτόρθους καὶ περιεργάζεται πτερὸν ὄρνιθος. Conf. Lycophr. 105.

CLVII. Lemma : εἴς τινα μαντευσάμενον περὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. « Explicat contra Opsopœum qui erraverat, ac latinis reddit versibus Ferrand. Explic. II, p. 154. » *B.* Simile est IX, ep. 112, alterum ex altero expressum. *Jac.* — 1 δεκάδες et ἔθηκεν Cod., alterum Plan. — 2. Μάντιες αἰθέριοι, scil. τὰ ἐν αἰθέρι ἄστρα μαντευόμενα. — 3. Ὁ, demonstrative dictum, ὁ χρόνος οὗτος. — 4. Τριγέρων, v. ad ep. 144.

CLVIII. Lemmati additum : οὗτος ὁ Μάρκελλος τεσσαράκοντα βίβλους ἐν ἔπεσιν ἔγραψεν ἡρωϊκοῖς. Suidas : ἰατρὸς, ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου· οὗτος ἔγραψεν δι' ἐπῶν ἡρωϊκῶν βιβλία ἰατρικὰ μβ', Eudocia δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. « Vide Schneider. præf. fragm. Marcelli Sid. p. 91. » *B.* — 2 κυδίστοισι Cod.; reduxit Boiss.; legebatur κυδίστοιο, conjectura Kusteri. — 7 ἥνεκεν Cod. — 9 voci χειρωνίσι superscriptum in Cod.: δύο καὶ, et in marg. γρ. δύο καὶ τεσσ. Corrector volebat : πινυταῖσι δύω καὶ τεσσ., recentior is quidem lemmatis scriptore.

CLIX. Lemma : εἰς Τηλεφάνην τὸν αὐλιτήν (sic). In Plan. ἀδέσποτον est. « Gallice vertit Burett. in Memor. Acad. Inscrr. t. XIII, p. 294, ubi et de Telephane tibicine agit. » *B.* A Demosthene commemoratur in Midiana ; monumentum ejus in via quæ Megaris Corinthum ducit, Pausanias vidit, a Cleopatra Philippi Amyntæ filia, ut ferebatur, exstructum, I, 44. — 2 σοφίῃ Plan.; σοφίης Cod. — 3. Τεκτοσύνῃ, ut apud Pindarum et alios leguntur τέκτονες ἐπέων, ὑμνων.

CLX. Lemma : εἰς Τιμόκριτον ἀριστέα. « Hunc Timocritum Barnesius, Vit. Anacr. § 6, pro Teio habet, qui pro Abderis, nova patria, contra Thracas pugnans perierit. » *Jac.* — 1 σῆμα malit Bergk. — 2. Æschylum fr. 49 (94 Nauck.) : ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμῶν στρατοῦ, et alia comparat Jac.

CLXI. Lemma : εἰς Ἀριστομένην· οὗτινος ἐπὶ τῷ [τάφῳ] ἵστατο ἀετός. De quo multa Pausanias IV, c. 16 et seqq., unde Jac. huc pertinentia excerpsit : « An revera fortissimi hujus Messeniorum ducis tumulus aquila insidente ornatus fuerit ignoro; non tamen improbabile. Qui ejus res gestas poeticis coloribus illustraverunt, Rhianus inprimis, ni fallor, eum, quum a Lacedæmoniis in Ceadam esset injectus, ab aquila servatum tradiderunt. In scuto etiam gestabat aquilam expansis alis. Sepultus est Rhodi, ubi ei Rhodiorum rex, monumento exstructo, insignes honores tribuit; postea tamen Messenii in patriam reducti se ejus ossa, a Rhodiis accepta, in patrio solo condidisse gloriabantur. » — 4 ἡμιθέων ed. princ. Plan. et Ald. — 5 ἐφεδρήσουσι Cod., Plan ; corr. Jac.; ἐφεδρεύουσι Suid. « Apogr. Par. πελειαί. Suidas : πέλειαν· περιστεράν. Et hunc locum excitat. » *B.*

CLXII. Lemma : εἰς Εὐφράτην Πέρσην δοῦλον. « Gallice vertit Larcher. ad Herodot. I, n. 342. » *B.* Servus Persa dominum rogat ne mortuum aut igne comburens aut aqua abluens patrios deos offendat. Religionem qua ignem coluerint Persæ, nemo ignorat; de aqua docet Herodot. I, 138. Adde Strab. XV, p. 732 seq. *Jac.* — 2 εἰνὶ [sic?] ἐκ Cod., superposito καὶ. Plan. καὶ ἐκ. Brunck. et Meinek. p. 86 εἰμὶ γὰρ ἐκ. « Brunckii conjecturam γὰρ pro καὶ refutat Larcher. — 3. Hinc Suidas : αὐθιγενής· αὐτόχθων, γνήσιος. » *B.* — 6. « Λουτρὰ fortasse ad cadaverum ablutionem referendum ; fortasse etiam de inferiis accipi debet. Hesych. : Χθόνια λουτρά· τὰ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμενα· ἐκόμιζον γὰρ ἐπὶ τοὺς τάφους λουτρά. » *Jac.*

CLXIII. Lemma : εἰς Πρηξῶ (sic) τὴν Σαμίαν κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. — 1 εὖσα Plan.; οὖσα Cod., eodemque modo v. 5. Boiss. et Jac. nott. mss. utrobique οὖσα. Παρίη κίων, cippus ex marmore Pario. — 2 καλλιτέλους Cod., a correctore in — ευς versum. « Theophrastum si audimus, Char. XIII, hoc epitaphium a περιέργῳ τινὶ compositum est : Τοῦ περιέργου est enim, inquit, γυναικὸς τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποδαπή ἐστιν. » *Jac.* — 4 θνήισκεις Cod. — 5 κείκοσι Cod., addito ν a correctore. — 7 ζώῃ Plan.

CLXIV. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Ἱρηξῶ (sic) τὴν Σαμίαν. Ἀντιπάτρου Σαμ. (sic, lapsu). — 3 ᾽ ἔχωσε Cod.; in marg. corrector : γρ. ἔλειμε. Idem Cod. σᾶμα et ἀμετέρας, correcta a Jac. — 5 δὲ θάνες λοχίοις Cod., corr. Salmas. — 8 τριέτη Cod., corr. Jac. — 9 ἐς superposito δ' (δ' ἐς), ὀλβίστην Cod., quod bene Heckerus in adjectivum verbale vertit, ὀλβιστήν, i. q. μακαριστήν. Deinde Cod. in marg. : γρ. πολιὴν τρίχα. « Sitne hoc varians lectio, an glossa, an emendatio, nescio, sed verum credo. Leonidæ verba v. 7, ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιτο, sic reddere debuit Antipater. » *Brunck.* Reiskius ἱερὴν τρίχα tam de pubertate, quo tempore primam lanuginem deo dedicare mos erat, quam de senectute intelligi posse animadvertit; sed altera acceptio minime probabilis et in Statiano quod Jac. comparat, *sancta canities*, necessaria notio non inest adjectivo. Priorem an tueatur Archias, ep. seq. v. 7, μετ' ἀνδράσι, valde dubium. Ingeniose Heckerus φιερὴν τρίχα, *albam*, coll. ejusdem Antipatri epigrammate VI, 93, 4 : εἰς κεφαλὴν ἦλυθε λευκοτέρην.

CLXV. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. Ἀντιπάτρου Σιδωνίου (sic, plene), οἱ δὲ Ἀρχίου. Præcedenti tam simile, ut Reiskius consulto omiserit.

CLXVI. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. Sed statim subjicitur : εἰς Λαμίσκην τὴν Σαμίαν δυστοκήσασαν ἐν Λιβύῃ (imo in *Ægypto*). — 3 γένος αἰπρανείλωι Cod., recte Plan. — 4 ἠιόνες Cod. — 5. « Hinc Suidas : λειχώια, τὰ ἐπὶ τῇ λοχείᾳ συμβαίνοντα. » *B.* Non revera munera, qualia puerperis offerri solent, sed *inferias*. Παῖς vocatur Lamisca ob teneram, qua obiit, ætatem. *Jac.* — 6. « In his poeta haud dubie meminerat Sophocleorum versuum Œd. Col. 621 :

> Ἵν' οὐμὸς εὖδων καὶ κεκρυμμένος νέκυς
> ψυχρός ποτ' αὐτῶν θερμὸν αἷμα πίεται. » *Piccol.*

CLXVII. Lemma : εἰς Πολυξένην, γυναῖκα Ἀρχελάου. Plan. sine οἱ δὲ Ἐκ. Θ. — 1 θεοδεύκτου Cod., alterum Plan. — 3 παῖδά τε Cod., Plan.; corr. Brunck. — 6 παντόλιγοχρονιος Cod., sic, subnotatis pluribus signis τοῦ ὑφέν. Boiss. ex scholl. Wech. hæc apposuit, ad v. 3 seqq. : « Εἰμί, φησί, καὶ καλεῖσθαι δύναμαι μήτηρ ὅσσον ἐπὶ τῷ τεκεῖν· οὐ γὰρ ἐξῆν μοι τερφθῆναι τῷ τόκῳ. Ἀλλ' οὐκ ἐμὸν τὸ ἐς μήκιστον βιῶναι· ὀκτὼ γὰρ πρὸς ι' ἔτη γεγαυῖα τὸν βίον μετήλλαξα, πάντ' ὀλιγοχρόνιος κατά τε τὸν βίον καὶ γάμον καὶ τὴν περὶ τὸν παῖδα κάρπωσιν. Suidas ex hoc loco, uno vocabulo, minus bene, meo quidem judicio : παντολιγοχρόνιος· παντελῶς ὀλιγοχρόνιος. » *B.* Cui assentior : alterum ponunt Brunck., Jac. ab ultima manu, Meinek. p. 85.

CLXVIII. Lemma : εἰς Πολυξὼ δυστοκήσασαν ἐπὶ τρισὶ βρέφεσιν. In Plan. est ἀδηλον. — 1 τίς Cod. — 4 ἄρσενες Plan. Καίλων, edito partu vacuefactis. — 6 ἀπο Codex et Aldinæ Plan. Junge ἀφείλετο.

CLXIX. Lemma plenius : εἰς τὴν δάμαλιν τὴν ἱσταμένην πέραν τοῦ Βυζαντίου ἐν Χρυσοπόλει ἐπὶ τοῦ κίονος. Lemma Plan. : εἰς τὴν πέραν Κωνσταντίνου πόλεως δάμαλιν. Habet etiam Steph. Byz. v. Βόσπορος, ex Constantino Porphyrog. Themat. II, p. 30 (63 ed. Bonn.) suppletus : μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῦ κίονος τῆς ἀντιπέραν γῆς Χρυσοπόλεως, ἐν ᾧ μαρμαρίνη δάμαλις ἵδρυται, φασκον οὕτως· Ἰναχίης κτλ.« Quum Byzantium oppugnaretur a Philippo Amyntæ filio, missus est Chares ab Atheniensibus, qui sociis opem ferret. In hac expeditione quum conjugem Boidion morte amisisset, eam in promontorio Propontidis, inter Chalcedonem et Chrysopolin sito, sepelivit, ara exstructa cum columna, in qua bovis imago est posita. Historiam narrant Hesych. Miles. p. 50 ed. Meurs. et alii ap. Gyllium De Bosp. Thr. III, 9. Conf. Constantin. De themat. l. c., Bandur. Antiquitt. CPol. t. II, p. 31. — 1. Erant qui hanc bovem pro statua Iûs haberent, a qua Bosporus appellatus ferebatur. His statua obloquitur. » *Jac.* — 3 ἤλασεν Plan., Const.; ἤγαγεν Cod., sed a correctore superpositum λασεν. — 4 sic Plan., Const.; ἄδε ἐγὼ Cod., superposito δ'. — 5 ἁ δὲ χ. Cod., sed in margine corrector ἣν δὲ, ut Plan., Const. — 6 τῆσδε corrector in marg Cod. — 7 βοίδιον δὲ καλεῦμαν (sic) ἐγὼ τότε Cod.; βοίδιον δὲ καλεύμην τότε ἐγὼ Suidas, sed ibi cod. Paris. A καλεύμαν, Leid. et alius καλεῦμαι, unus τότ' ἐγώ. Similiter βοΐδιον δὲ καλεύμαν ἐγώ· νῦν codd. Constantini; sed βοΐδιον οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ τότε Hesych. Mil., quod recepit Brunck.; βοΐδιον δ' ἤκουον ἐγὼ τότε Plan.; « quam scripturam recepi, probante Gaisfordio ad Suidæ Βοΐδιον. » *B.* Jacobsius : « Quæ deberi videntur emendanti librario. Leviter immutata membranarum lectione ab aliis firmata ausus sum scribere : Βοΐδιον δὲ καλεῦμ' ἐγὼ, ὡς τότε, ubi apparet quam facile ὡς inter ἐγὼ et τότε omitti potuerit. » In notis mss. : « Fort. καλεύμαν τῷ τότε, pro ἐν τῷ τότε. » Heckerus I, p. 77, minima mutatione Βοΐδιον δὲ καλεῦμαι, ἔθ' ὡς τότε· « adverbium certe ἔτι requiritur, ut est alibi νῦν ὡς τότε. » Quod recepimus.

CLXX. Lemma : εἰς Ἀρχιάνακτα (sic) παῖδα ἐπὶ φρέατος τελευτήσαντα. Ποσειδίππου, quod corrector in Ποσιδ. mutavit. Etiam in Plan. *Posidippo* inscribitur. Sed in Codice iterum legitur infra post epigr. 481, tamquam *Callimachi*. Inde petitum videtur alterum hoc lemma in schedis Boissonadianis : « εἰς Ἀρχεάνακτα (sic; est etiam Ἀστυάνακτα ap. Plan.) παῖδα ἐν φρέατι ἐμπεσόντα καὶ τελευτήσαντα. » — 1 τριέτη Brunck. et Meinek.; ἀρχιάνακτα Cod. hic, altero loco per ε. Plan. Ἀστυάνακτα. Sic Grotius. — 2 μορῇς Cod. altero loco. — 3 ἅρπασε Brunck. — 4 σκεπτομένη Cod., alterum Plan. Meinek. : « Fort. σκεψομένα. » — 5 γούνοις Cod. hic, γούνων altero loco et Plan. — 6 κοιμανθεὶς τὸν μακρὸν Cod. hic; κοιμαθεὶς τὸν βαθὺν altero loco; κοιμηθεὶς τὸν β. Plan. « Ego τὸν μακρὸν unice rectum habeo. » *Hecker.* I, p. 93. Quocum Boiss. confert ep. 173, 3. Alterum de somno ep. 197, 2, sed mortem quoque εὐφημότερον sic posse significari quis negabit?

CLXXI. Lemma : εἰς Ποίμανδρον. Et iterum : εἰς Πύμανδρον (sic), ἰξευτὴν Μήλιον. — 1 τᾷδε Jacobs.; τεῖδε Meinek. p. 93. « Ἱερὸς ὄρνις, non solum de avibus quæ augurium faciunt, sed omnibus quæ libere per aerem vagantur, et ob id ipsum cœlestibus quodammodo conjuncta sunt. — 2. Πλάτανος ἁδεῖα fortasse ob arboris pulchritudinem; aut respectu habito ad aves, quibus arbor *jucunda* sedes, præcipue nunc doli periculo amoto. Sed fort. legendum ἀγρεΐας, non infrequens platani epitheton; v. VI, ep. 35, 2 et 106, 1. » *Jac.* Quod probat Meinek. Casaub. conj. ἀερίας. — 3 Μάλλιος, οὐδέ τι Plan. Dicitur *Melius*, ex insula Melo. « Hinc Suidas : νεῖται· ἀφίξεται, ἐλεύσεται. » *B.* — 4 ἀγρευτῇ ... καλάμῳ Plan.

CLXXII. Lemma : εἰς Ἀλκιμένην λινοθήραν ὑπὸ ἐχίδνης τελευτήσαντα. — 2 γεράνων (sic), superposito ο, Codex. Βιστονία, Virgilio *Strymonia grus*, Georg. I, 120, quia in Thracia nasci putabatur. « Ex hoc epigrammate Suidas v. 1 : ψῆρας· ψάρους, ὄρνεα. Ex v. 2 : Βιστονία, ἐπίθετον γεράνου. [Ubi libri meliores ὑψιπέτη.] Ex v. 3 : ῥινόν· βύρσαν, δέρμα. Et iterum : χερμαστὴρ, ἡ σφενδόνη. Et : κῶλα, τὰ τῆς σφενδόνης ἑκάτερα μέρη. Ibidem schol. Wech. : ῥινοῦ, τουτέστι τῆς ἐκ ῥινοῦ δ ἐστι βοὸς δέρματος κατεσκευασμένης σφενδόνης. Ex v. 4 Suidas : ἄποθεν· πόρ

ρωθεν. Ex v. 5 : οὐτήτειρα· πληκτική. Ex v. 6 : ἐνεῖσα· ἐμβαλοῦσα. » *B.* — 5 καί με τίς Cod.; καί μέ τις Suid.; quod nunc recepit Jac. pro κἀμέ τις, item Boiss. — 6. Χόλος de veneno quod *irâ* incensa vipera emittit. — 7 ἶδ' ὡς Cod., superposita litera ε, ut sit varietas ἶδ' ἐς. Idem λεύσων. — 8 τοὐμ ποσὶν Cod., quod posui; vulgo τοὺν ποσὶν cum Plan. « Serenus Stobæi Flor. LXXX, 5 : Θαλῆν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁρῶντα καὶ ἐμπεσόντα εἰς τὸ βάραθρον ἡ θεράπαινα, Θρᾷττα οὖσα, δίκαια παθεῖν ἔφη, ὃς τὰ παρὰ ποσὶν ἀγνοῶν τὰ ἐν οὐρανῷ ἐσκόπει. Forsan εἴ τι βάραθρον, vel melius sine articulo, εἰ; βάρ. Tatianus Contra Græc. 26 : ζητοῦντες τίς ὁ θεὸς τὰ ἐν ὑμῖν ἀγνοεῖτε, κεχηνότες δὲ εἰς οὐρανὸν κατὰ βαράθρων πίπτετε. Conferendus etiam Ennius Ciceronis Republ. I, 18 : *Quod est ante pedes nemo spectat, cæli scrutantur plagas.* Plura dabunt Menag. ad Diogen. Thal. I, 34; Heindorf. ad Plat. Theæt. p. 391. Adde Stobæi Bionem LXXX, 3. » *B.* Πῆμα κυλινδόμενον, homerica locutio, Il. Λ, 347; Od. Θ, 81.

CLXXIII. Lemma : εἰς Θηρίμαχον βουκόλον κερτυνωθέντα. — 1 αὐτόματοι Plan.; δειλαὶ idem et Cod. « Recepi Brunckianum δείλης. Vulgatum δειλαὶ displicebat merito et per se et propter præcedens epithetum. » *B.* Accedit quod id ipsum legit Erycius, qui sequenti epigrammate idem argumentum tractans v. 6 ὀψέ dixerit, ut monitum a Jac. et Meinekio p. 145. Addit Heckerus : « Sed quum Codicis lectio ex δειλᾳ orta sit, dorica dialecto de more immixta, corrigendum potius δείλῃ. » Deinde Cod. τ' αὐλιον, superposito : γρ. ταύλια. « Si ταῦλια genuinum est, scribendum ταὶ βύες. » *Mein.* — 2 ἐξ ὄρεος bis in Cod. scriptum, et νειφόμεναι, quod posuit Mein.

CLXXIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. — 1. « Νόμιον μέλος est aut simpliciter pastorale carmen, ποιμενικόν, aut sunt modi per quos armenta in pascuis regebantur. Rem diserte descripsit Longus IV, c. 15, ubi inter alia : εἶτα ἐνέπνευσε τὸ νόμιον. » *Jac.* — 2. « Hinc Suidas : βλωθρή· γλωρά, ἁπαλή, εὐαυξής. Conf. ad IX, ep. 233. » *B.* Ap. Suid. ἁρμόσει. pauci libri ἁρμόσῃ. — 3 ἐκ καμάτων Cod. et Plan.; corr. Scaliger. — 4. Jac. confert Triphiodor. 394, de mortua Polyxena dicentem, Σὲ δὲ πατρίδος ἐγγύθι γαίης κεκλιμένην ὀλίγον δακρύσομαι. — 5. « Hinc Suidas : πρηστήρ· ἀστραπή, κεραυνός. » *B.* — 6. « Grotius legisse videtur νιφετῷ τεγγόμεναι. » *Jac.*

CLXXV. Lemma : εἰς τάφον ἐξορυχθέντα ὑπὸ ἀρότου (ἀρότρου Boiss.). In Plan. est ἄδηλον. — 1 οὔπω Cod., « vitiose; πᾶς Plan., sed seriores modo dicebant ὁ βῶλος, et inelegans habebatur. — 2. Τύμβους νωτοβατοῦσιν, id est τὰ τῶν τύμβων νῶτα ἐπιβαίνουσιν. » *Jac.* Boiss. apposuit schol. Wech. : κατηγορεῖ γεωργοῦ ἐπὶ τάφῳ ἀροτριῶντος· οὕτω πως ἀπορεῖς, φησὶν, ἀλλου πεδίου; καὶ πᾶσα ἡ γῆ διέφθαρται, ἐφ' ᾗς ἂν ἔχοις ἀροτριᾶν; καὶ οὕτω τὰ ὀστᾶ τῶν τεθνηκότων ἐνοχλίζεις καὶ τοὺς τάφους σπείρεις; καίτοιγε οὐδὲν πλέον ἐκ τοσούτου σίτου κερδήσεις ὅσον ἂν φέροι ὁ τάφος. — 3 ὕννις δ' ἐν νεκ. Τί τὸ πλέον Plan. Τί σοι πλέον; *quid* hinc *lucraberis?* Nec obstat qui sequitur pluralis. Alioqui non minus recte dicitur alterum. — 4 ἁρπάσετε Plan.; ἁρπάσεται Cod. — 5 ἀρόσει Plan. Ὑμᾶς, vestrum tumulum.

CLXXVI. Lemma : εἰς τὸ αὐτό· ἕτερον ὁμοίως [εἰς τάφον supplet Boiss.] ὑπ' ἀρότῆρος ἐξορυγέντα. — 4 ἐξεκύλισσεν Cod., corr. Jac. — 5 ἔφη Cod.; ἐρεῖ Jacobsius, cum interrogandi signo : *num quis in posterum mortem malorum appellabit finem, quum me ne sepulcrum quidem a malis tutum præstet?* Quod Boissonadius « sententiam pervertere » putabat ad Pachymer. p. 253 : « Non poterat enim mortuus iste obscurissimus opinari tantam fore effossionis impiæ celebritatem, ut nemo jam diceret mortem esse finem ærumnarum. [Oblitus est vir eximius interrogationem legi, non affirmationem, et sexcenta talia exprimere doloris acerbitatem : *Dira-t-on encore que ...?*] Sed meminit id a nonnemine fuisse dictum, atque miratur. » Quod non sonant græca. In marg. Cod. : σημεῖον· ὡραῖον.

CLXXVII. — Σπινθῆρι Cod., corr. Jac.

CLXXVIII. Lemma : εἰς Τιμάνθη δοῦλον, Λυδὸν γένος. Et in marg. : εἰς δοῦλον τινὰ Λυδὸν ὑπὸ τοῦ ἰδίου δεσπότου ῥαπτόμενον. — 1 utrique Λυδὸς in Codice superscriptum δούλος (sic). Plan. δοῦλος ἐγὼ καὶ δοῦλος, sed in optimo cod. Planudeo ap. Brunck. bis Λυδός. Erant autem Lydi inter contemptissimos genus servorum; v. intt. ad Eurip. Alc. 691. « Ἐλευθερίῳ τύμβῳ, conf. ep. 185, 4. — 2 ἓξεις apogr. Paris. [et sic haud dubie Codex] et supra : γρ. ἕξευ. » *B.* Τροφέα, pædagogum. — 3 εὐαίων' Cod. (in quo ἐ; αἰων' cernebat Paulss.) et Plan.; corr. Brunck. — 4 κἠν Plan.; κεἰν Codex.

CLXXIX. Lemma : εἰς ἕτερον δοῦλον, Μάνην περσογενῆ. Servus clementer et benigne a domino habitus ei gratissimum animum etiam post mortem ostendit. — 3 ὡς μὲ τὸν ἐκ Cod.; ὃς με τὸν ἐκ Plan.; τότ' Brunckius, oppositum superiori νῦν. Deinde Cod. ἐπὶ σφολὲς ἤγ. — 4. « Καλύβη, proprie *tugurium* vel *cella* servorum, hic nove dictum de sepulcro servi. Varias vocis significationes docte persequitur Ilgenius ad Virg. Copam p. 42 seqq., ubi de nostro loco observat apud Talmudicos eandem vocem pro *arca* vel *capsa* mortuorum poni. » *Jac.* — 5. Ἀγγείλας, eippo hoc nomen inscripto. — 6 χρεία ed. princ. Plan. « Id est, Jacobsio interprete : tua erga me benignitas et reliquos servos ad ministerium tuum promptiores reddet. Quæ sententia mihi admodum jejuna videtur, neque dubito quin scribendum sit ὁμῶος ἑτοιμότερον, tam me devinctum, ut non tantum tanquam famulus vel servus, sed grato animo et amore promptissimus sim in obsequium tuum. » *Hecker.* Quod subtilius neque conveniens mortuo, quem decet altera sententia, etiam alibi obvia in re simili.

CLXXX. Lemma : εἰς ἕτερον δοῦλον ἀντὶ τοῦ δεσπότου τελευτήσαντος (τελευτήσαντα Boiss.). Servus, quum domino sepulcrum excavaret, ruente terra obrutus et exstinctus loquitur. — 1 θανάτου Cod., alterum Plan. — 3 σεῦ Plan. et Brunck., quod præferendum videtur Palatinæ lectioni σοί, quæ edebatur; atque ex σεῦ ortum videri potest quod in Ἡρία, τὰ ἐν τῇ γῇ μνήματα, legitur ap. Suidam, ἡνίκα δυσδάκρυτα, in optimis libris ἡνίκα καὶ δυσδάκρυτα. Nimirum faller aut εὐδάκρυτα ab aliis per καὶ ab aliis per δυσ — corrigebatur. In fine Suid. τεύχων. — 5 δέ μ' Cod. et Plan.; corr. Jac., qui de sequentibus : « Γυρὴ κόνις, humus excavata, superne impendens et hinc ad decidendum prona. Male Plan. ξυνὴ κ. — 6. Hoc dicit ; *sub tuo sole*, id est te mihi favente et propitio, etiam apud inferos mihi videbor vivere. »

CLXXXI. Lemma : εἰς Δαμοκράτειαν. — 2 φίλᾳ μητρὶ Brunck. — 3 νεοθηγεῖ Cod. et Suid. s. v., quam explicat νεωστὶ ἀκονηθέντι, per totum distichon ionicas formas præbens. — 4 κεφαλῆς Cod., corr. Brunck. Expressit Andronicus Sapphûs epigramma, quod v. infra n. 489.

CLXXXII. Lemma : εἰς Κλεαρίστην ἐπὶ παστάδι τελευτησάσῃ (— ἡσασαν). Imitatus est Meleager Erinnam, infra ep. 712, 5 seqq. — 1 κλεαρίστη Cod. et Plan., qui ioni-

cas formas in ceteris quoque offert, Codex doricas. — 3 νύμφας superscripto η Cod. « Hinc Suidas : λωτοί· ἐπιθαλάμιοί τινες αὐλοί. » *B.* Qui δικλίσι λωτοὶ ἄχευν. — 5 ἠῶιον δ' Cod. et Plan., corr. Græfius. Deinde ἐκ δ' ὑμεναίου, Cod.; ἐν δ' ὑμέναιος Plan. Junge ἐπιγαθείς. « Mane lamentationem susceperunt; et exinde Hymenæus non amplius decantatus lugubre carmen occinere cœpit. Ἠῷοι de hominibus dici malim quam de λωτοῖς. « *Græf.* Recte sane, et abesse velim *tibiæ* a latinis. — 7 παρὰ παστῷ Plan.; περὶ παστῷ Codex et meliores libri Suidæ. — 8 φθιμένᾳ etiam Plan.; φθιμένη duo optimi Suidæ, ceteri φθιμένοις. « Qui hinc : πεῦκαι· λαμπάδες. Ultimum hoc distichon gallice vertit Chardo Roch. Misc. t. I, p. 112, et confert cum epigr. 188. Illo utitur et Ferrand. de tædis nuptialibus agens Explic. t. I, p. 79. Conferendus Heliodorus II, 29 : δᾷδες αἱ τὸ γαμήλιον ἐκλάμψασαι φῶς, αὗται καὶ τὴν ἐπικήδειον πυρκαϊὰν ἐξῆπτον. Adde epigr. 185, Burdelot. ad Heliodor. p. 37 ; intt. ad Aristænet. p. 380 ; Stosch. Mus. critic. I, p. 176. » *B.*

CLXXXIII. Lemma : εἰς Ἑλένην τινὰ παρθένον τελευτήσασαν. Mortuam ex dolore de fratris obitu. Ejusdem plane argumenti et simillimum est epigramma sequens; quæ ejusdem cippi lateribus duobus insculpta fuisse videbantur Heckero : quod non credibile. — 1 ἐπ' ἀδελφῷ Codex, corr. Brunck. ex sequenti ep., cui ex contrario ἀδελφῷ inferendum putabat Hecker.; sed recte Brunckius, ἐπὶ πένθει intelligens. — 2 τὴν κροκαλης (sine acc.) Cod.; tentant ῥαδαλῆς, δειλῆς, ἁπαλῆς, Jacobsius προκάλης, *pulcherrimæ*, quod recepit Boiss., sed *tum poscitur* τῆς, quod *nemo* proponere sustinuit pro τήν. Heckerus τὴν Κροκάλης, ut matris nomen, sed παρθένον dici posse παρθενίην sicut παρθενικήν ostendere non potuit. Bothius conj. ἐν κροκάλαις, non addens quid intellexerit. Hæc ob Codicis scripturam referenda erant, sed nihil esse manifestius videtur quam librarium ad sequens aberravisse epigramma, cujus primo versu scripto errorem animadvertit, sed temere exaratum delere et genuinum versum substituere neglexit : is prorsus periit, et fratris luctum acerbum in causa fuisse mortis Helenæ, jam fit incertissimum (nam in altero ep. est *matris* luctus); imo jam *Crocales* potius quam Helenes esse epitaphium videtur : verbum cum ἔφθασε struendum præcesserit, et tale aliquid : *parentes in eo fuisse ut sponsum deligerent virgini*, sed sponsorum nemo, verum Pluto ejus virginitatem rupit. Quamquam fatendum est rei in utroque epitaphio similitudinem Κροκάλης nomen suspectum reddere. — 3 γόους Salmasius; γάμους Cod., aperto lapsu. Hymenæus autem *speratus* intelligi debet; sed perditum versum primum hæc verba, ut nunc est haud sane commoda, apta et accommodata reddidisse ne dubita.

CLXXXIV. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. — 1 ἔπ' Brunckius pro ἐπ'. — 2 διπλόα Cod. et Plan., corr. Jac.

CLXXXV. Lemma : εἰς κόρην Λίβυσσαν ἐν Ῥώμῃ τελευτήσασαν. « Gallice vertit Boivin. Memor. Acad. Inscriptt. t. II, p. 291. » *B.* — 1 ῥώμης superposito α Cod. — 2. Ad littus maris, ut videtur.—4 κλαυσαμένα Cod. —5 τόδ' codd., corr. Brunck. Nuptiales tædas ei parabat domina, sed funebres tædæ eam prævenerunt, ἔφθασεν, scil. αὐτήν, dominam — 6 ἀμετέραν Cod.; ἡμετέρην Plan. In fine περσεφόνη Cod., superposito ρ; Φερσεφόνη Plan., uterque nominativo, melius, ut nobis videtur, quam dativo qui edebatur Περσεφόνῃ. De quo Jacobs. : « ἤψεν, domina scil. Facem incendit mea causa, sed non, quod volebamus, Hymenæo, verum Proserpinæ. »

CLXXXVI. Lemma : εἰς Νικίππιδα (sic) ἐπὶ θαλάμῳ τελευτήσασαν. — 1 sic Plan.; νικίππιδος Cod. — 2. « Λωτός, v. ad ep. 182, 4. » *Boiss.* « Κρότοι γαμικοί, tumultus saltantium et plaudentium ad limina thalami; v Hom. Il. Σ, 493 seq. Quibus lætus erat ὕμνος, scil. χαιρόντων τοῖ κρότοις. Catullus LXI, 11 :

> . . . excitusque hilari die,
> Nuptialia concinens
> Voce carmina tinnula,
> Pelle humum pedibus, manu
> Pineam quate tædam.

— 3 Ἐκώμασεν, *irruit*, ut frequenter εἰσκωμάζω, ἐπικωμάζω, mox ep. 188, 5. » *Jac.* — 6. Temere, ni fallor, Heckerus I, p. 165, αὐτὸς ineptum esse dicit et αὖτις corrigit. Sanissima sententia est poetæ mirantis Plutonem legitima matrimonia solventem, quum ipse tantopere gaudeat lecto conjugali, ut vel raptu quæsierit.

CLXXXVII. Lemma : εἰς Μελίτην τινὰ παρθένον. Iterum legitur infra post ep. 344, inter *Simonidea* cum lemmate : τοῦ αὐτοῦ εἰς Μελίτην κόρην. In Plan. *Leonidæ* tribuitur. De filia ante vetulam matrem mortua. — 1 Sic Cod. altero loco et Plan.; priore ἡ γρηῦς (cum iterato ἡ inter lin.) νικώ, et sic Meinek. Callim. p. 117 : ἡ γρηῦς ἡ Νικώ.

CLXXXVIII. Lemma : εἰς Κλεάνασσαν ἐν τῷ θαλάμῳ πυρποληθεῖσαν, μᾶλλον δὲ ἀναρπασθεῖσαν. « Malum lemma. Epigramma gallice vertit Chardo Roch. Misc. t. I, p. 109. » *B.* In puellam quæ ipso nuptiarum die subita morte extincta est. — 1, 2 κούρωι ὥριον Codex, « quod tueri conatur Chardo, γάμῳ κούρῳ admodum poetice dici affirmans pro γαμέτῃ κούρῳ, *marito juveni*, ὥριον autem adverbialiter sumendum esse. At κούρῳ, ut alibi in Codice, perperam scriptum pro κούρα sive κούρη, puella autem γάμῳ ὥριος, i. e. εἰς γάμον, vulgo ὡραία γάμου vel γάμων. » *Jac.* Heckerus scribere malebat σὺ μὲν γάμος ἔπλεο κούρῳ ὥριος. — 4. Ἥρη Ζυγία quæ Latinis *Pronuba*. Cum hoc versu et seqq. Huschkius comparat Ovid. Heroid. VI, 43 :

> Pronuba Juno
> Adfuit et sertis tempora vinctus Hymen.
> At mihi nec Juno nec Hymen, sed tristis Erinnys
> Prætulit infaustas sanguinolenta faces.

— 5. « Hinc Suidas : Ἐριννὺς (sic), καταχθόνιος δαίμων κακοποιός. Ex v. 6 : φοίνιος· φόνου καὶ φθορᾶς παραιτία. Et μόρσιμον· εἱμαρμένον, μεμοιραμένον. Ex v. 7 : νυμφεῖος οἶκος, ἐν ᾧ αἱ νύμφαι εἰσί. » *B.* Operæ pretium est audire sophistam eadem efferentem, Libanium a Jac. allatum vol. IV, p. 611, 5 : ἐκεῖνον τὸν γάμον Τελχῖνες ἐξεύξαντο· ἐκείνην τὴν παστάδα Ἐρινύες ἐπήξαντο. Τάφος ἦν ὁ γάμος ἐκεῖνος, καὶ Πυριφλεγέθων αἱ δᾷδες, καὶ Κωκυτὸς ὁ Ὑμέναιος· καὶ νῦν παστὰς νυμφικὴ πρὸς τραγῳδίαν ἀπετελεύτησεν. — 7 ἡμάτια et ἡματίαι ᾧ Suidæ duo libri optimi, ceteri νημάτια, omnes νύμφιος. « Chardo lemmati perverse adhærens credidit incendio arsisse thalamum, qui tædarum flammis collustrabatur. » *B.* Sic καίεσθαι, *accendi*, *urere*, *ardere* apud poetas dici ostendit Jacobs. et quos citat p. 258, neque est cur de scriptura Codicis dubitetur; Heckerus tamen vocabulis transpositis vulgarem dicendi modum præferebat, ᾧ νυμφεῖος ἀνήπτετο παστάδι λαμπάς.

CLXXXIX. Lemma : εἰς λίγειαν ἢ μᾶλλον ἀκρίδα ἐπιτύμβιον. Ap. Plan. *Anytæ* tribuitur. In mortem locustæ domi nutritæ. — 1 οὐκέτι λίγειά σε κατ' ἀφνεὸν Ἀκιδος Plan. — 2 ἀκρὰ (sic) μελιζομένης (superposito αν) ὀψ. ἠέλιος (superposito ἀ) Cod.; ἄκρα μελιζομέναν ὄψ. ἠέλιος Plan. Ἀκρὶ Grotius, imo jam Salmasius in margine Plan.: « ἀκρὶ recte

corrigunt. » — 3. « Schol. Wech.: περὶ τοῦ Κλυμένου ζήτει Ἡσύχιον. Volebat significare Suidam. Suidas enim, qui hoc loco utitur : οὕτω λέγεται ὁ Ἅδης, ἢ ὅτι πάντας προσκαλεῖται εἰς ἑαυτόν, ἢ ὁ ὑπὸ πάντων ἀκουόμενος. » *B.* Conf. supra ep. 9, 7. Ap. Suid. πεπόταται. — 4 περσεφόνας Plan. et Cod., hic superscripto φ; περσεφόνης Suid. « Ursinus tentabat δνοφερά, sed δροσερὰ videtur dilectum epitheton, quia locustæ et cicadæ rore vesci existimantur. » *Jac.* — Huic epigrammati et quæ sequuntur in cicadas, locustas, aves domi habitas, commode Heckerus admovit Diodori locum (a Jac. citatum) XIII, 82, de luxu Agrigentinorum : δηλοῖ δὲ τὴν τρυφὴν τῶν Ἀκραγαντίνων καὶ ἡ πολυτέλεια τῶν μνημείων, ἅτινα μὲν τοῖς ἀθληταῖς ἵπποις κατεσκεύασαν, τινὰ δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν παίδων καὶ παρθένων ἐνοίκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις, ἃ Τίμαιος ἑωρακέναι φησὶ μέχρι τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου διαμένοντα.

CXC. Lemma : εἰς ἀκρίδα καὶ τέττιγα ἐπιτάφιον. Plinius H. N. XXXIV, 19, § 3 : *Myronem ... fecisse et cicadæ monumentum ac locustæ, carminibus suis Erinna significavit.* « Cujus error, quo Myronem puellam in Myronem statuarium mutavit et artifici huic cicadæ et locustæ monumentum, quod fecit nunquam, attribuit, jam viris doctis notatus. Sed absque judicio iidem ex hoc Plinii loco Erinnes esse volunt hoc epigramma, quod Anytæ diserte tribuit Codex. Si in hoc argumentum etiam lusit aliquid Erinna, deperditum est illius carmen. » *Brunck.* Addit Bergkius Lyric. p. 704. « At Myronem statuarium Erinna non potuit commemorare, nisi statuas aliam recentiore ævo poetriam cognominem vixisse ; at illo epigr. non statuarius, sed virgo Μυρὼ memoratur : ut potuerit hoc Erinna scribere ; sed Plinii in tam gravi errore non est tanta auctoritas, ut Anytæ abjudicemus. » — 1 δρυοκοίτω (superposito αι) Cod.; δρυοκοίτᾳ Plan.; τῇ et δρυοκοίτῃ Suid. — 3 κόρη Suid., qui sequentia omittit. — In novæ paginæ Codicis margine superiore scriptum Marci Argentarii epigramma de nostro expressum, quod vide infra n. 364.

CXCI. Lemma : εἰς κίσσαν τὸ ὄρνεον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ ᾠδικόν. — 1 ἀποκλάξασα Plan. « Hinc Suidas : ἀντίφθογγον· ὅμοιον. Ex versu 4 : κερτόμιος· ἐρεθιστικός. Et ἀντῳδόν· κατάλληλον. Ex v. 5 : ἄγλωσσος, ὁ ἄναυδος, ὁ ἄφωνος. » *B.* — 3 δὴ Plan. præter ed. princ.; δὲ κεκράξασα Suidæ cod. Leid., tres alii δὲ κράξ. In fine idem ἠχώ, et ionicas formas etiam versu 6. Olim Jacobsius conjiciebat πολύῤῥοος· οἷά τις ἀχώ.

CXCII. Lemma : εἰς ἀκρίδα τὴν μουσικήν. — 1. « Hinc Suidas : λιγυφθόγγοις, ἀντὶ τοῦ ἡδυρώνοις. Ex v. 4 : ξουθή· εὐμορφοτάτη. » *B.* De πτερύγεσσιν et v. 4 ἐκ πτερύγων vide not. ad ep. 195, 6. — 3 σκιερὴν Cod. et Plan.; corr. Jac. — 4 ξουθαν Cod. sine acc.; ξουθῶν Suid.; deinde omnes ἡδὺ, corr. Brunck.

CXCIII. Lemma : ἕτερον εἰς ἀκρίδα. « Gallice vertit et illustrat Chardo Roch. Misc. t. I, p. 104 : » *B.* Non esse videtur ἐπιτύμβιον. — 1 δρυὸς Cod., corr. Kusterus ad Suid., qui male Πᾶν δὲ κατ'. — 2 πτώσσουσα Cod., ν addito a correctore ; recte Suid., qui βρομίας. « Hinc Suidas : πτώσσουσαν· δειλιῶσαν, κρυπτομένην. Ex v. 3 : εὐερκεῖ· καλῶς ἠσφαλισμένῳ. » *B.* — 3 μοι Suid.; Codex με, cui οι corrector superscripsit. — 4. Ἀγλώσσου, vide præter Chardonem infra notata ad ep. 195, 6.

CXCIV. Lemma : ἕτερον εἰς ἀκρίδα Δημοκρίτου. Conferendum epigramma Phaenni infra 197. — 1. « Fort. Δαμοκρίτου, ut Phaennus. Deinde recte Suidas ἅδε. » *Meinek*, p. 92. Edebatur ex Cod. ἀδε. Brunck. ᾇδε, Salmas. ὧδε. — 2 ἀργειλὸς Cod.; ἀργιλλος Suid. « in ἀργιλλώδης γῆ· λευκὴ καὶ καθαρά. Sed est Ἄργιλος urbs Thraciæ, de qua Stephanus Byz. » *B.* Plura de his Brunckius : « Ἐγγύθεν Ὠρωποῦ dicit Phaennus. Jam si Oropus est urbs Macedoniæ prope Amphipolin, Ἄργιλος intelligenda Macedoniæ urbs cis Strymonem, non longo ab Amphipoli intervallo dissita, ita ut locustæ monumentum, in via aggestum et inter ambas urbes fere medium, ad utramque pertinere visum fuerit. » Displicet Heckero I, p. 157 sententia ita informata : ἥδε πόλις ἔχει ἀκρίδα ἀμφὶ κέλευθον, « quum exspectaveris ἥδε κέλευθος ἔχει. » Hoc magis etiam displiceat ; Ἄργιλος cum agro suo est intelligenda. — 3. « Struendum est ἃς ὑπὸ μολπᾶς ... καὶ πᾶν μέλαθρον ἶαχε. » *Jac.* Heckerus non improbabiliter ἃς κεν, « ut indicetur hoc fieri solitum fuisse. »

CXCV. Lemma : ἕτερον εἰς τὴν αὐτὴν ἀκρίδα τὴν μουσικήν. Voluit εἰς τὸ αὐτό, scilicet ἀκρίδα, non cicadam Democriti. Ceterum non ἐπιτύμβιον est hoc epigramma, sed ἐρωτικόν. Locustam poeta rogat ut curas quibus cruciatur cantu leniat, mercede pro eo beneficio promissa. — 1 ἀπάτηλὰ μύθων Cod., superscripto : γρ. πόθων, et sic Plan.; ἀπάτημα Huetius. Παραμύθιον ὕπνου recte accipere videtur Dorvillius de ἀγρυπνίᾳ, solatium somni *absentis.* Apud Grotium erat *Quo somnum* etc., typographi lapsu. — 4 φίλας Cod. et Plan., corr. Brodæus. — 5 μενοινῆς volebat Marcellus Comes. — 6. « Suidas in Μίτος : εὕρηται δὲ ἀεὶ διὰ βραχέος τοῦ ι, et hoc disticho aliisque exemplis id confirmat. Ex v. sequente : γήτειον, τὸ ἀμπελόπρασον. » *B.* Ut chordis lyræ sonos plectrum elicit, sic locusta pedibus alas impellens stridet. De hac re v. inprimis Schneider. ad Aristot. Hist. An. IV, 9, § 2, p. 244 seqq. Plinius XI, 51 : *locustas pennarum et feminum attritu sonare creditur.* Pergit poeta in comparatione cum lyra verbo μιτωσαμένη, quasi de chordis, μίτοις, agatur, quibus impulsis cantus provocatur ἐρωτοπλάνος, *amoris cruciatus avertens,* πλανῶν τὸν ἔρωτα. *Jac.* — 7 ὄρθρια hic quoque Græfius, ut V, ep. 177, 2. « Novimus quidem locustas, ut quædam erucarum genera, cupide aquæ guttas sugere, easdemque pomis et maxime piris in partes sectis delectari ; sed γήτειον, si quidem est porri genus, locustarum delicias esse nondum experiri licuit. Erat igitur quum locum sic tentarem : δῶρα δέ σοι τήτειον ἀεὶ θάλος ὄρθρια δώσω, *semper hornum germen, ἐπέτειον.* Certe non improbabile erat his animalculis pro diverso anni tempore diversum germen dari solitum esse. » Præterire nolui ingeniosum hoc commentum Græfii p. 129. — 8 στόματι (a correctore mutatum in στόμασι) σχιζομένας ψακάδας Codex ; στόμασι σχιζ. ψεκάδας Plan. et Suid. Brunckius quoque στόματι, quod intelligi non potest nisi de guttis rorulentis quas poeta ore exprimit fissas labiorum compressu et quam minutissimas in cibum locustæ domi habitæ, rorem quem dixeris artificialem ; nam naturalem liberæ de suo promittere ridiculum erat. Sed in his vocabula premo, rem in medio relinquo. Στόμασι σχαζομένοι ; Græfius : « Finge tibi locustam os aperientem, cui poeta identidem roris guttam instillat. Nonne hoc lepidum est ? » Jacobsius in Pal. conj. στόμασι μυζομένας, *quæ ore suguntur ;* in Delectu p. 404, « ψιζομένας, *destillantes,* στόμασι vel στόματι, cicadæ *ori,* ut eam nutriant. Hesych. : ψιάζειν· ψακάζειν. Ψιζομένη· χλαίουσα, quod de lacrimis destillantibus dictum fuit. Ad eandem familiam pertinent ψιάδες, i. e. ῥανίδες, σταγόνες, ψεκάδες. » Heckerus στόματι σταζομένας ψ., coll. Christodor. Ecphr. 322, Pind. Nem. X, 153.

CXCVI. Lemma : τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου. εἰς τέττιγα τὸν μουσικόν. Θαυμάσιον, τροχαλόν. Item ut præcedens *amatorium* epigramma. — 1 ἠχήεις Suid. Jac. confert Antipatrum Thess. IX, ep. 92 :

Ἀρκεῖ τέττιγας μεθύσαι δρόσος· ἀλλὰ πιόντες
ἀείδειν κύκνων εἰσὶ γεγωνότεροι.

— 2 ἀγρονόμον Plan.; alio accentu Suid., « qui hinc : ἀγρόνομοι, οἱ ἐν ἀγροῖς διάγοντες. Ex v. 3 : κῶλα, τὰ ὀστᾶ. » *B.* — 3. « Junge κλάζεις πριονώδεσι κώλοις. Sed male Meleager, judice Schneidero, ad cicadam transtulit rationem soni proferendi, quam in præcedente epigr. v. 4 (ubi v.) de locusta recte prædicavit. » *Jac.* Sic etiam Nicias ep. 200, 2. Bothius κώλοις mutabat in καλῆς, perperam ; sed alia sunt in quibus nemo non hæreat, nec sanum haberi potest hoc distichon. — 4 λύρας Plan., Suid.; λύρης Cod. superposito α. — 6. Ἀντῳδόν, nam solet Pan canere Nymphis. — 7. Μεσημβρινόν, hoc enim tempore diei cicadæ maxime strepunt. — 8 σκιερῇ Cod. et Plan., corr. Jac.

CXCVII. Lemma : εἰς τὴν ἀκρίδα Δημοκρίτου. Vide ep. 194. — 1 ὅκα Cod. superposito τε (ὅτε). In fine ἐνείην Cod.; ἐνίειν Plan.; ἀνείην correxit Heckerus I, p. 158, qui et recte distinxit cum Hermanno. — 2 ὕπνον ἄγον Plan. De ἀπὸ πτερύγων v. ad ep. 195, 4. — 3. Τὸν ἐοικότα, *convenientem mihi*, scil. parvum ; v. epigr. seq. — 4 * ὠρούπου Cod., alterum Plan. Vide ad ep. 194.

CXCVIII. Lemma : εἰς ἀκρίδα Φιλαινίδος τελευτήσασαν. — 1 εἰμι κρός τις (huic voci superscriptum : γρ. ἐστιν) ἰδεῖν Cod.; εἰ καὶ μικρὸς ἰδεῖν Suidas et Plan.; quod in nostro exemplo recepit Jac., antea Codicem secutus : Εἰ μικρός τις ἰδ., ut εἰ aliquoties pro εἰ καὶ positum invenitur. Idem : « Ἐπ' οὔδεος, non multum supra aream exsurgens, humilis. Circumscribitur adjectivum ἐπουδαῖος, i. e. ταπεινός. » — 2 τυμβίτης Plan.; τυμβείτης Cod. et Suid., exponens ὁ μνηματίτης. — 5 διπλοῦς Cod., Plan., Suid. v. Ἐφίλατο, ἀντὶ τοῦ ἐφίλησεν. Sed δισσοὺς in v. Καλαμίτης. « Rarum quidem διπλοῦς de tempore, at dixit Apollon. Rh. I, 588, διπλόα ἤματα. » *Meinek.* p. 126. Sequentia ita scripta in Plan. :

. . . . ἐφίλατο, καί με θανοῦσαν
κάτθετ' ἐφ' ὑπνιδίων χηραμένην λαλάγων.

— 6 καὶ θ' ἑτ' ἐφ' ὑμνιδίοι χρησαμένην (superscriptum : γρ. χηραμένην) πατάγωι Cod. Schneider. et Brunck. : καὶ θέτ' ἐφ' ὑπνιδίῳ χηραμένη πατάγῳ, scil. ἐπιχησαμένη Philænis. Ungerus *Beitr.* p. 33 χηραμένην, jungens θέτο χηραμένην. Sed in his talibus χηραμένη necessarium esse vidit Meinek., qui scripsit καὶ θρέψ' (sic jam Jacobsius ad Analecta t. VII, p. 122) ὑμνιδίῳ χηραμένη π., Jacobsio tum Codicis lectionem servante χρησαμένην, postea tamen χηραμένην censente « lectionem doctiorem et præferendam. » Secuti sumus Meinekium : « multo enim aptius est Philænida quam locustam strepitu gavisam dici », sed ὑπνιδίῳ (i. e. ὕπνον ἐπάγοντι) præferentes alteri, ὑμνιδίῳ, quod non esse tentandum censebat vir egregius. Initium autem recte restituisse videtur Heckerus ita hunc versum scribens :

κεὖ θέτ' ἐφυπνιδίῳ χρησαμένην πατάγῳ.

— 8 τοὐλίγον Plan. et in fine πολυτροφίης, male. « Πολυστροφίη de variis cantus *modulationibus* accipiendum. Canentes enim dicuntur vocem στρέφειν, κάμπτειν, λυγίζειν. » *Jac.*

CXCIX. Lemma : εἰς ὄρνεον ἀδιάγνωστον, οἶμαι δὲ λάρον. « Ex lectione versus 3 nihil quidem est dubii ; sed non semper fuit sic scriptus. Planudes enim exhibet φιλέλαιε. » *B.* Vide ad v. 3. — 2. Bothius distinguit post ἁλκυόσιν, et scribit τὸν τῶν φθ., « sc. τούτων, τῶν ἁλκυόνων. » — 3 ἥρπάσθη (ultimæ literæ superposito σ) φίλε λάρε Cod.; ἡρπάσθης φιλέλαιε Plan. « Sed ex lemmate apparet scripturam in autographo non fuisse perspicuam. Nec suspicione caret hæc lectio. » *Jac.* Notum est enim λάρος primam corripere. Meinek. p. 166 : « Mirum profecto criticos serio sibi persuasisse illam Gratiis dilectam aviculam, cujus mortem poeta luget, esse gaviam, id est avem voracem et spurcam ; neque minus mirum eos metricum latuisse vitium. Medelam fortasse historiæ naturalis periti afferent ; interim conjicio φίλ' ἐλαιέ. De ἐλαιῷ, specie αἰγιθαλῶν, Alexander Myndius ap. Athen. » Vide Thes. s. v. p. 663, B. Ubi Salmasius eandem esse putat quam Aristoteles dicit τὴν ἐλέαν, de qua Hist. An. IX, 16, inter alia : ἔστι δὲ τὸ μὲν μέγεθος βραχύς, φωνὴν δ' ἔχει ἀγαθήν· et Callimachi glossa ap. schol. Aristoph. Av. 303 : ἔλεια· μικρόν, φωνῇ ἀγαθόν. — 4. Catulli *iter tenebricosum*, Virgilii *loca nocte tacentia late*, Æn. VI, 264, comparat Jac. Eundem versum repetit Tymnes ep. 211, 4.

CC. Lemma : εἰς τέττιγα ὑπὸ παιδὸς ἀναιρεθέντα. — 1 ὑπ' ὄρπακα Cod.; ὑπὸ πλάκα Plan. et Suid., « quod nihil est. In ὄρπακα quid lateat, forsan alii eruent ; quin corruptum sit non dubito. Quæ Jacobs. affert (p. 262) ex epigrammatariis poetis vitiosæ mensuræ exempla, ea ex pessimis fere poetis petita sunt. Accedit quod ὄρπηξ et κλών vix inter se differunt. » *Meinek.* p. 140. Jac. comparat Clem. Alex. Cohort. p. 2, 12 : ὀπηνίκα οἱ τέττιγες ὑπὸ τοῖς πετάλοις ᾖδον ἀνὰ τὰ ὄρη, ut est in sequenti ep. 1. — 2 φθέγξομ' ἀπὸ Suid. Deinde ἀπορράδινων φθόγγων Cod., quod φθόγγων etiam in uno codice Suidæ, cujus ceteri omnes εἰς στομάτων, sed v. ad ep. 196, 3. « Suidas : ῥαδινή· ἀσθενής, λεπτή. Et inter plura exempla etiam hoc excitat distichon. » *B.* — 3 εἰς ἀρεαν (sic) Cod., sed ita ut inter ε et α litera ι erasa esse videatur. Sic Paulssen. Haud dubie indiligenter Salmasius : « ἀρεταν (ἀρειάν?), ita V. C. ex correctione ; nam fuit prius ἀιεαν vel αιεταν. » Plan. ἀραιὰν « quod neque ad prosodicas leges neque ad sententiam aptum est. » *Meinek.* Qui similes diphthongi αι et aliarum correptiones multas congessit Ungerus *Beitr.* p. 18, dubitat an non Plan. *scripserit* ἀραίαν ab ἀραιός. Sed illo fortasse Nicias parvum puerulum indicare voluit. Schneidewinus βαρέαν, minime convenientem puerulo. In fine Codex λαθραίης, quod ipse librarius mutavit in λαθραίως. — 4. χλοερῶν Plan.

CCI. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως. — 2 ἡδεῖαν Plan. — 3 γαρύοντα Plan. Quod recipere debebam cum Brunckio, qui et ἀχέτα. « Suidas : ἠχέτης, ὁ ἄρρην τέττιξ. Et hoc distichon excitat. » *B.* — 4 χειρί με πεπταμένα Cod.; in marg. : γρ. χεῖρ ἄμα. Unde Brunckius, χεὶρ ἀναπεπταμένα. Suidæ libri χειρί με πεπταμένα, duo πεπταμέναν, Leid. μετεπταμένα, ed. Mediol. μεταπτάμενον. Bernhardyus : « Perfecto nullus hic locus ; sed apparent vestigia participii πταμένα. Porro refingendum κήρ. » Sed χεῖρα etiam Nicias, quem expressit Pamphilus ; et *palma* manus intelligitur. Grotius (*fugere aggressam*) quid legerit non satis apparet. Ceterum præter præpositionem ἀπό etiam « ἠθέου otiosum est et suspectum, præsertim quum

exspectes aliquid quo pueri factum reprehendatur. » Hæc vere Jacobsius, sed non succedunt quæ tentavit, quorum ultimum in notis mss.: « Fort. ἠλιθίου, » ceteris paullo minus improbabile. Meinekius p. 60 nihil tetigit; et terri fortasse potest ἀπό ‹b› sequens passivum participium.

CCII. Lemma: εἰς τὸν αὐτόν. Addit corrector: ἁρμόζει δὲ καὶ εἰς ἀλεκτρυόνα. « Lemma Plan.: εἰς ἀλέκτορα. In hunc melius. » *B.* In gallum gallinaceum a fure interemptum. *Jac.* — 1. « Hinc Suidas: ἐρέσσων· κωπηλατῶν. Sed debuit quæ inest metaphoram significare. » *B.* Πυκινὰ πτερὰ Hom. Od. E, 53; Il. A, 455; πτερὰ πολλὰ Od. B, 151, de repetito alarum motu. — 3. « Hinc Suidas: σίνις, ὄνομα λῃστοῦ βλαπτικοῦ. Quem qui sequetur, vertet: *novus Sinis*. Rursus ex v. 4: ῥίμφα· ῥᾳδίως, εὐχερῶς. » *B.* Hesychius: σίνις· κλέπτης, κακοῦργος, λῃστής.

CCIII. Lemma: εἰς πέρδικα τελευτήσασαν. « In perdicem *illicem*, παλευτήν. De quo venationis genere v. Ælian. N. A. IV, 16, et Xenoph. Comment. Socr. II, 1, § 4: οἵ τε ὄρτυγες καὶ οἱ πέρδικες πρὸς τὴν τῆς θηλείας φωνὴν τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἀφροδισίων φερόμενοι... τοῖς θηράτροις ἐμπίπτουσιν. » *Jac.* — 1 ἀν ὑλῆεν, in marg. ἀνυλῆεν Codex; ὀρυὸς Plan., sed in libris ὀρύος. « Hinc Suidas: ὀρίος· σύνδενδρος τόπος. » *B.* In quo unus codex εὐσκιόφυλλον. — 2 ἠχήσεις ἀνεὶς Codex et Suidæ libri quinque, ceteri ἀνιεὶς, ut videtur. In margine Codex ab ipso librario: γρ. ἠχήεσσαν ἰεὶς (sic) et στομάτων. Jacobsius ἴης, vel, si malis ἰεῖς. In fine Plan. et Suid. στόματος, codex στόμάτων (sic) superposito ος a correctore, sed librarius στομάτων iterum in γρ. — 3 θηρ. ἀγρίους Plan., sed alterum etiam Suidas. Dorvill. θηρεύσεις, relicto ἰεὶς v. 2. Sic etiam Salmasius, sed θηρεύσεις, tanquam e Codice annotans.

CCIV. Lemma: εἰς τὴν πέρδικα Ἀγαθίου σχολαστικοῦ, ἣν αἴλουρος κατέφαγεν, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος γάττος. « Qui aliis κάττος. Conf. not. ad pag. 113 Pselli Opusculorum. Vide ad epigr. seq. v. 1. » *B.* — 1 τλῆμον Cod. a pr. m., quod corrector in τλήμων mutavit. Pro που Suidæ libri optimi μου, ut est in seq. ep. 1 ἐμὴν πέρδικα. « Μεταναστρια, quæ saltibus, in quibus nata erat, relictis, inter homines habitat, in cavea viminibus texta. Nam perdices apud veteres inter aves domesticas habebantur; v. Ælian. N. A. IV, 16. — 2 λεπταλέοις Plan. et Suid. — 4. Verbo παραιθύσσω proprie significatur subitus splendor, quem concussu micantes alæ efficiunt. » *Jac.* Ex hoc distichо Suidas: θαλερώπιδος Ἡριγενείης, τῆς εὐπροσώπου ἡμέρας. Et: αἰθύσσω, τὸ θερμαίνω, ἐκτείνω. Ex v. 5: ἀπέθρισεν, ἀπέκειρεν, ἀπέκοψε. *B.* — 6 ἥρπασα Cod.; ἥρπασε Plan. et Suid.; de quo Dorvillius: « At si omnia sicut caput rapuit felis, quomodo dicitur non satiasse gulam? Immo reliquum corpusculum ei eripuerat Agathias et alta humo condiderat. » Etiam Salmas.: « Ἥρπασα legendum. » — 8 μήποτε σὸν κείνῃ Plan.

CCV. Lemma: εἰς τὴν αὐτὴν πέρδικα. — 1 πέρδιχ' ἀνελοῦσα Plan., justo delicatior. Conf. ep. seq. 3. « Suidas ex hoc loco: Οἰκ. αἴλ., ὁ κάττης ὁ ἐν οἴκῳ γεννηθείς. » *B.* — 2. Interrogandi notam posui post μεγάροις. — 3. « Fortasse meminit Euripidis Hecub. 116: ποῖ δὴ, Δαναοὶ, τὸν ἐμὸν τύμβον στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες; » *Jac.* — 4 κτενέω Plan. — 6 ἐρεξε Plan.; alterum etiam Suid.

CCVI. Lemma: εἰς τὴν αὐτὴν πέρδικα, Δαμοχάριδος γραμματικοῦ καὶ μαθητοῦ αὐτοῦ (Agathiæ). — 1. « Hinc Suidas: ἀνδροβόρων· ἀνθρωποφάγων. Ex v. 2 apposito nomine Ἀκταιονίδων addit: συνέστειλε δὲ τὸ ω διὰ τὸ μέτρον. » *B.* Et iterum in Ἀλκμαιωνίδαι. — 3 Ἀγαθίοιο Plan. Proteoῦ Brunck. edidit φίλου, quem calami lapsus fefellisse videtur; nam Salmas.: « Legendum Ἀγαθίαο φίλου, » quum vellet τεοῦ. — 4 δαισαμένη Plan. « Illud ex homerico fonte derivatum, Il. X, 354; Ω, 21, etc. — 6. Τῆς σῆς σπατάλης, cibos delicatiores, quibus tu olim vescebaris. Sic σπατάλημα de victu exquisitiore dixit Agathias IX, ep. 642, 1. » *Jac.*

CCVII. Lemma: εἰς λαγωὸν τελευτήσαντα ἀπὸ ἀδιταγίας (ἀδηφ.). Lepus loquitur a domina prope cubiculum sepultus. — 2. Junge ἄρτι τεκούσης. *Aurilum leporem* etiam Virgilius. — 4 φάνιον Cod. — 5. Θνήσκω pro ἔθανον dictum plus semel vidimus supra; multa exempla ap. Jac. p. 265. — 7 κρύψαι primæ edd. Plan. Κλισίαι, cubile puellæ. — 8 κοίτῃ Plan. « Fortasse αἰὲν ὁρῶ. » *Salmas.*

CCVIII. Lemma: εἰς ἵππον πολεμιστήριον Δάμιδος. Lemma Plan.: εἰς Μενεδαίου τάφον, qui inepte habuit pro militis nomine, cujus equum Damis tumulaverit. Equi nomen fuisse Μενεδαῖος putavit Grotius, probantibus Brunckio et Meinekio p. 98. — 1 σᾶμα τόδε Suidas bis in optimis libris, ceteri male σῶμα. Ac nescio an σᾶμα potius sit edendum. « Suidas hinc: μενεδαΐος ἵππος, ὁ πολεμιστήριος. Ex v. 2: ὀαφοινὸν, τὸ πάνυ φοινίσσον. » *B.* Jacobs.: « Μενεδήϊος et μαχήμων jungit Hom. Il. N, 247. Nescio quam bene Tryphiodorus epitheton transtulit ad equum *durateum*, v. 99: Epeus ἐπειδὴ πάντα κάμεν μενεδήϊον ἵππον. » Probat epitheton etiam Heckerus I, p. 156, qui non circumspecte satis addere videtur: « Equo enim nobilitato in certaminibus curulibus, ἀεθλοφόρῳ, nomen inditum esse nil mirum, sed in equis bellicis idem a militibus fieri non solet. » Cod. et Plan. εἴσατο. — 2 ἵππῳ Plan. Deinde idem et bis Suidas ὀαφοινὸς Ἄρης, quod cum Jac. probat Heckorus, propter insequens μέλαν αἷμα. Codex ὀαφοινὸν, revocatum a Meinekio. — 3 ταλαυρινοῦ Cod. « Quod apud Homerum, epitheton Martis, pro εὐτολμος, ἰσχυρὸς accipitur. Nostro loco cutis durior nec facile vulnerabilis intelligi debet. » *Jac.* — 4 ξέσσ' Cod., Suid. v. Τάλαρος, et Plan.; sed in Cod. ζ superpositum, et ζέσσ' Planudea Stephani; alterum ineptum. Deinde ἀργαλέαν Cod., Plan. et liber Paris. Suidæ, ἀργέαν Leid., ἀργυρέαν ceteri; αὐαλέαν Jacobsius, coll. Eurip. Phœn. 1152:

ξηρὰν δ' ἔδευον γαῖαν αἵματος ῥοαῖς.

Quod recipiendum putavimus. Conf. ep. seq. 2. Bernhardyus ἁρπαλέαν, *sanguinis bibendi avidam*. Meinek., ἀργαλέῳ βῶλον ἔδευσε φόνῳ. Solus Codex ἔδυσε, Suid. et Plan. ἔδευσε. « Quod languidius dictum videtur. Quamobrem poetriam dedisse puto: ἐπὶ δ' ἁρμαλέαν βῶλον ἔρευσε φόνῳ. Adjectivum aptissimum, cujus memoria servata est apud unum Hesychium: ἁρμαλέον· ξηρόν. » *Hecker.*, nescio quo errore; nam ap. Hesych. suo certe loco nihil ejusmodi legitur. Boissonadius denique: « Scripturam vitiosam ἀργαλέαν et ἀργυρέαν mutavi in ἀργιλέαν. Non novi quidem adjectivum ἀργιλέος, sed hic aptum erit. »

CCIX. Lemma: εἰς μύρμηκα. In Plan. est ἀδηλον. — 1. Apte confert Jac. Theophylactum Simoc. Ep. 61: ὁ μύρμηξ παρῆν τοῖς θερίζουσι, καὶ περὶ τὴν ἅλω τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο. « Hinc Suidas: δυηπαθὴς, ὁ καρτερικός. Ex v. 2: ἥρια, τὰ ἐν τῇ γῇ μνήματα. » *B.* Ἐργάτα, nam est *parva magni formica laboris*, Horat. — 3 δηιοῦς Cod.; σταχυοτρόφος Suid.; σταχυηφόρος Plan. — 4. « Ἀρουραίη probabiliter corrigit Schneiderus. Θαλάμη est fossa sepul-

cri, in qua illa nunc jacebat ut olim in θαλάμαις, id est μυχοῖς τῆς μυρμηκιᾶς. » *Jac.* Quod ipsum tuetur scripturam Codicis : in sulco ab aratro depresso nunc tegitur βώλῳ.

CCX. Lemma : εἰς χελιδόνα, ἥστινος τὰ τέκνα καταβέβρωσκεν (sic) ὄφις. In Plan. est ἀδέσποτον. « Ductum videtur epigramma ex Hom. Il. B, 315 seq. » *Jac.* — 1 χελιδόνι Cod., corr. Huschkius. Planudes versum sic deturpavit :

Ἀρτιγενῶν σε, χελιδών, οὖσαν μητέρα τέκνων.

— 3. « Hinc Suidas : ἀΐξας· ὁρμήσας. Ex v. 5 : κινυρομένη· ὀδυρομένη, θρηνοῦσα. Ex v. 6 : ἤριπεν· ἐς τὴν ἑαν κατέπεσεν. Ἐσχαρίου πυρὸς, τοῦ ἐπὶ τῆς ἐσχάρας. Ex v. 7 : ἠλιτοεργὸς, ὁ τοῦ ἔργου ἀποτυχών. » *B.* — 4. Ὠδῖνες, de liberis, pullis. Δεινὸς ὄφις τριέλικτος; in oraculo ap. Herodot. VI, 77. — 5 καί σε codd. « Ἀθρόος, ad novum se colligens impetum; sic Theocr. XXV, 252 : ἐπ' ἐμοὶ λὶς αἰνὸς ἀπὸ προθύεν ἀθρόος ἅλτο. Xenophon De re eq. 8, 5, equum docere jubet ἀθρόῳ τῷ σώματι ἀναπηδᾶν καὶ καταπηδᾶν. Post ἦλθε præsens ἅιζων pro futuro, ut Eur. Suppl. 131 : ἦλθον ἑξαιτῶν πόλιν, ubi Markland. v. 154. — 7. Ἠλιτοεργὸς recte Suidas explicuit, *facinore quod sibi proposuerat non effecto.* Conf. Schneider. ad Orph. Arg. 1365. Vulcanus pater Erichthonii, cujus filia Procne in hirundinem mutata. — 7 καὶ θάνεν Plan. — 8. Non omnem tamen Erichthonii sobolem *servavit,* ἔσωσε, sed tantum, serpente illo punito, se hirundinem ejusque prolem *in honore habere* significavit. Quare legendum suspicabar ἔτισε. » *Jac.* Imo ἔσωσε voluit poeta, de matre hirundine servata loquens.

CCXI. Lemma : εἰς κύνα Μελιταῖον Εὐμήλου. « De canibus Melitensibus annotavi ad Anecdot. t. V, p. 411 et 449; ad p. 164 Pselli Opusculorum. » *B.* — 4. Conf. ad ep. 199, 4.

CCXII. Lemma : εἰς αἰθυιαν ὄρνιν. « Non avem fuisse, sed equum nomine Αἰθυιαν, bene monet Jacobs. [cujus disputationem habes in Analect. t. VII, p. 404-406.] — 1. Hinc Suidas : ποδήνεμος, ἡ ταχεῖα. — 2. Grotius vertit ἔθρεψε γένος. — 3. Ex navium celeritate quæsivit comparationem, ob nomen avis marinæ datum equo. » *B.* Meinekius quoque p. 93 : « Non opus videtur Jacobsii conjectura κεμάδεσσιν. Respicit poeta navium concertationes, quales apud Actium ipsisque Athenis celebrabantur, testibus Stephano *B.* s. v. Ἄκτιον, Thucyd. VII, 32, Platone com. ap. Plutarch. Themist. c. 32. » Aliter πολλαῖς accepit Jacobsius, conferens hæc Theocriti XVI, 71 : πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι, *crebro adhuc Phœbi currum equi trahent.* Codex ἤνυσε, alterum Plan.

CCXIII. Lemma : εἰς τέττιγα ὑπὸ μυρμήκων ἀναιρεθέντα. — 1 χλοεροῖς Plan. In fine πεύκης Cod. superposito α. — 3. « Hinc Suidas : ἰξὺν, τὴν ὀσφὺν, τὴν ῥάχιν. Ex v. 6 : ἀπροϊδής· ἀπροόρατος. Ex v. 8 : Μαιονίδας, Ὅμηρος. » *B.* In εὐταρσος de *alis* intelligendi ταρσοί. — 4. Post ὁμονόμοις distinctionem sustuli cum Brunckio et Bothio. Sic et Grotius. Τερπνότερον, *id quod est* τερπνότερον. — 8. Vide ad ep. 1 hujus cap.

CCXIV. Lemma : εἰς δελφῖνα ἐκβρασθέντα ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐν τῇ χέρσῳ. Ex sequenti ep. Anytes expressum. — 1 ἅλμης Cod. superposito α. — 3. Plinius IX, 8, 8 : *Delphinus non homini tantum amicum animal, verum et musicæ artis; mulcetur symphoniæ cantu et præcipue hydrauli sono.* Audacius Archias dixit αἴλος χορεύω, cujus similia habes in Thes. p. 1585, B, neque necessaria conjectura aut Reiskii πρὸς εὐτρήτοιο aut Heckeri ποτὶ τρητοῖο. — 4 ἀναῤῥίψαις Cod. — 5 ἄφραστα * νιρηΐδας Cod., sed recte Suidas v. Τηθὺς, ἡ θάλασσα. « Ἀφρηστὴς est nomen verbale ab ἀφρέω, ut ὀρχηστὴς ab ὀρχέω, nam delphini lascivientes aquam spargunt et excitant spumam. » *Brunck.* De re Jac. citat Moschum II, 114, Lucian. Dial. mar. XV, al. In Codice hoc distichon legitur post sequens, non suo loco, quare Guyetus spurium judicavit. Verum ordinem restituit Schæferus, atquo sic falli nonnunquam librarios etiam in Latinorum elegiacorum codicibus animadvertimus. Majores turbæ in epigrammatibus 217 et 218. — 7 εἰ γὰρ Cod.; correxit, ut videtur, Guyetus. Suidas v. Πρῆνες, οἱ προνενευκότες τόποι τῶν ὀρέων, sic : ἢ γάργαρον ἴσον, cod. Leid. ἢ γὰρ τὸ ἴσον. Deinde Cod ὡς ἐκ., Suid. ᾧ. Jacobsius ἴσον πρηῶνι de *delphino* intelligebat, coll. IX, ep. 300, 3 : ὁ μὲν (taurus) ὡρμήθη πρηὼν ἅτε, et Oppian. Cyneg. I, 417, qui de canum quodam genere : πρώνεσσιν ἐοικότες ἀκρολόφοισι. Sed haud dubie *fluctus* dicitur, et Μαλείης fortasse ad utrumque substantivum, πρηῶνι et κῦμα, pertinet. « Comparationem fluctuum cum montibus illustravi ad Planud. Metamorph. p. 683. Libanius t. IV, p. 1052 : οὐ γὰρ ὑψηλὰ τότε τὰ κύματα οὔτε ὄρεσιν ἐοικότα. Basilius Seleuc. Orat. XII, p. 69 : ἡ θάλασσα... ἐκ βυθῶν ἑκλόνει τοὺς πλέοντας, κυμάτων ὄρη τῇ νηὶ περιστήσασα. Methodius De libero arb. p. 728 tom. VIII Opp. Meursii : κορυφαῖς γὰρ ὀρέων παραπλήσιον (l. — σια) ἑώρων κύματα. » *B.* Qui in proxime sequentibus conjicit εἰς σ' ἐκυκήθη κῦμα... ὥσαν. — 8 ὥσέ σ' Salmasius; ὦσεν Cod. et Suid., illi per totum versum geminus. Manifestum in nominibus lapsum librarii variis modis emendatum iverunt critici : πολυψήφους Salmas.; πολυξάντους Toupius; ἐπ' αἰγιαλούς Brunckius (quod recepit Boiss.); ἐπ' ἠϊόνας Piccolos; ductibus autem literarum inhærens Jacobsius ὡς ἐκυκήθη κῦμα πολὺ, ψαφαροὺς... ψαμάθους vel ψάμμους... ψαφαρούς, *in siccum et squalidum littus.* Heckerus denique et, ut videtur, Bothius pro sana habent Codicis scripturam : non arenas enim, sed *littus* significari voce ψαμάθους cum usitato epitheto ἀκτῆς. Quod ludentis esset poetæ et a præcedentium gravitate abhorrens.

CCXV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν δελφῖνα ἐκβρασθέντα ὁμοίως. — 1 πλωτῆσι... πτερύγεσσι corrigit Brunckius, « quod ex Homero petitum Il. B, 462 : πωτῶνται (cygni) ἀγαλλόμενοι πτερύγεσσι. Nam pinnis exsultat delphinus et se oblectat, quando ludibundus caput supra fluctus erigit et saltu ex unda prorumpit. » *Brunck.*, probante Meinekio p. 97. Sed in altera scriptura nihil esse offensionis docuerunt Jac. et Hecker. — 3 οὐδὲ περὶ σκαλμοῖσι (παρὰ σκαρθμοῖσι Suid., receptum a Boiss., sed περὶ exhibent lexicographi duo libri optimi) νεὼς περικάλλεα (περικαλλέα ap. Suid.) χείλη Cod. et Suid. Recepi οὐδὲ παρ' εὐσκάλμοιο Reiskii « emendationem indubitabilem » judice Meinekio; οὐδ' ἐπ' ἐρισκάλμοιο vel « si quis nolit vocabulum alibi non obvium » ἐπ' ἐϋσκάλμοιο Heckerus. Jacobsius conj. οὐδ' ἔτ' ἄρα (in nott. mss. οὐδ' ἔτ' ἐνὶ vel οὐδ' ἔτι σὺν) σκαλμοῖσι νεὼς περὶ χάλκεα χείλη, *oras navis ære munitas.* Quod postremum editis equidem prætulerim et scribam : οὐδ' ἔτ' ἐϋσκάλμοιο νεὼς περὶ χάλκεα χείλη. Mirabile commentum Bothii : « Leg. περὶ κάλλεα, *ob pretia,* pretiorum causa quæ nautæ e navibus projicere solebant delphinis certantibus. » — 4 ποιφύσσω (superposito ν, ut esset — ων) τᾶμᾶι Cod; ποιφυσσῶ Suidæ codex Paris., « quod esse videtur ποιφυξῶ, ut edidit Reiskius, ποιφύξω Brunckius. » *Meinek.* qui recepit, sed necessarium non esse assentior Jacobsio. Suidas explicat σφοδρῶς καὶ μετὰ ἤχου τὴν πνοὴν ἐκπέμπω, « sed poeta hoc potius dicere videtur : Non amplius circa

navis oras cum strepitu huc illuc vagabor. Conf. ad Euphorion. fragm. 95. » *Mein.* Πρετομᾶ Kusterus optime explicuit de delphini effigie in prora vel puppi expressa, unde dictæ νῆες δελφινοφόροι. — 5 χερσὸν in Cod. esse videtur. — 6. Ῥαδινὰν Reiskius explicabat « *rasilem* ripam, quæ ab alluentibus undis raditur et facile percellitur; » Jacobsius τρυφερὰν, cum schol. Apoll.Rh. III, 106, quibus addit Heckerus : « Littus ubi τρυφερὸν προσέναχε θάλασσα (Theocr. XXI, 18) dici potest τρυφερὸν aut ῥαδινὸν, fere ut μαλακὰς ἠϊόνας dixit Lucianus; vel [quod rectius] ῥαδινὴ ἠϊὼν est littus ψαμμοῦ μαλθακῆς, ut ait Longus I, 1 : ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἠϊόνι ἐκτεταμένῃ ψαμμοῦ μαλθακῆς. Aut vulgata significatione *porrectum* littus. » Plurimi mutarunt : ῥαντὰν olim Jacobs.; κροκαλὰν Brunck.; κραναὰν Meinek.; ῥυβίαν Schneidewin., quod in latinis posui. Boisson.: « Scripsi κεῖμαι δ' ἄρ' ἀϊάν. Poterit syllaba produci propter sedem ipsam ac propter vim literæ caninæ. » Denique Geistius, ob præcedens ἐπὶ χέρσον et usum epitheti ῥαδινός, *arboris* nomen in ἠϊόνα latere opinatur.

CCXVI. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως ἐκβρασθέντα. « Carmen latine vertit Vavassor. Epigr. p. 139. » *B.* — 1 ἔσυρεν Cod. superposito α; Plan. ἔσυραν. — 2 ξείνοις κοινὸν Cod. et Plan.; ξυνῇ; Opsopœus et Casaubonus; καινὸν Jacobsius, qui Brodæi emendationem ξείνης præferebat, et recepit Boissonadius. Intelligo ξυνὴν τύχην eorum qui furentibus se fluctibus committunt, naufragorum corpora a mari ejecta; καινὸν ὄραμα, quod sit delphinus piscis ejectus, non hominis cadaver. Sequentibus se consolatur delphinus. — 3 ἐλέου Suidæ libri plures. « Oppianus Hal. II, 360 seqq. delphinos narrat, quum mori se sentiant, littus petere ibique exspirare,

> ὅππα τις ἢ μερόπων ἱερὸν τρόχιν Ἐννοσιγαίου
> κείμενον αἰδέσσαιτο, χυτῇ δ' ἐπὶ θινὶ καλύψῃ
> μνησάμενος φιλότητος ἐνηέος, ἠὲ καὶ αὐτὴ
> βρασσομένη ψαμάθοισι δέμας κρύψειε θάλασσα. »

Jac. — 4 εὐθύς με πρὸς τύμβον Plan.; εὐθὺς πρὸς τύμβον μ' Steph. Ἕστερον, quod vulgo est περιέστελλον. — 5 νῦν δὲ τεκ. Cod., Plan., Suid.; corr. Brunckius. Mihi tamen calidius pronuntiavisse videtur Jac.: « νῦν δὲ ferri non potest. » Aptissimum est νῦν δὲ τίς παρὰ πόντῳ πίστις; ut de hyperbato cogitare possis : νῦν δὲ—τεκοῦσα θάλ. διώλεσε, τίς παρὰ etc., pro vulgari; νῦν δὲ, ἐπεὶ τεκοῦσα ἡ θάλ. διώλεσε, τίς etc.

CCXVII. Lemma : εἰς Ἀρχεάνασσαν τὴν ἑταίραν τὴν ἐκ Κολοφῶνος. Salmasius, nescio an de Codice loquens : « Recenti manu nomen Ἀσκληπιάδου repositum. » Etiam Plan. Asclepiadæ tribuit, sed ut *Platonis* philosophi proferunt Athenæus XIII, p. 589, C, et Diog. L. III, 31, cum insigni varietate. « Ponendum fuit epigramma inter *Amatoria*. Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 211. » *B.* — 1 sic Cod. et Plan.; in ceteris Ἀρχαιάνασσαν, iidemque ionicas formas fere ubique præbent. Cod. ἑταίραν superposito η. — 2 ἐπιρυτίδων Cod. superposito altero ρ. Ap. Athen. ἧς καὶ ἀπὸ ῥυτίδων (Epit. κἀπὶ ῥ.) πικρὸς ἐπέστιν ἔρως. Diog. ἧς καὶ ἐπὶ ῥ. ἔζετο ὁριμὺς ἔρως. Suidas v. Ῥυτὶς ut Cod. et Plan. — 3, 4. Hoc distichon in Codice a præcedenti avulsum legitur post versum 2 proximi epigrammatis, cum hac nota in marg.: * στιχ. β' ἄνω, quæ remittit ad superiorem paginæ marginem, ubi idem distichon ascriptum sic :

> ἃ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
> πρωτοπλόου διόσης ἤλθετε πυρκαϊῆς.

Deinde sequitur tanquam novum epigramma n. 218, v. 3 et 4. Post hos demum distichon nostrum. Tum incipit ep. 218 cum sigla initiali. Initio v. 3 ἀς νέον Cod., corr. Jac.; εὖ duo codd. Diogenis, qui cum Athenæo hoc distichon exhibet quale legitur in marg. Codicis. Plan. ἦν νέον ἠδήσασαν ἀποζρ. — 4 πρωτοβόλου Cod. in serie; quod de plantis dicitur novo vere turgescentibus. In marg. πρωτοπλόου, ut Diog.; πρωτοπόρου Athenæus. Deinde Cod. δισσας, superscripto ὁσης, in marg. διόσης, Diog. et Athen. δι' ὅσης, apud quem ἥκετε codd. recentes. Plan. πρωτοβόλοι δι' ὅσης ἦλθετε πυρκαϊῆς. Salmas. tanquam ex Codice πυρκαϊᾶς.

CCXVIII. Lemma : εἰς Λαΐδα τὴν Κορινθίαν ἑταίραν. In Codice vehementer turbatum : incipit a versibus 3 et 4; tum sequuntur versus 3 et 4 præcedentis epigrammatis, eosque excipit primum distichon hujus ep., cum novo lemmate : εἰς τὴν αὐτὴν Λαΐδα τὴν Κορινθίαν τοῦ αὐτοῦ. Novum item lemma ad v. 5 : εἰς τὴν αὐτὴν Λαΐδα τὴν θαυμασίαν ἑταίραν τὴν ἐκ Κορίνθου, τοῦ αὐτοῦ. Genuinus ordo in Plan. Tumulus loquitur. — 1. « Χρυσῷ καὶ ἁλουργίδι. Hæc verba vitam delicatam et meretriciam significant; nam purpuram et aurum meretrices tantum gestabant publice. His igitur ἐθρύπτετο, *luxuriabatur*, et σὺν Ἔρωτι, qui eam ut alteram Venerem comitabatur. » *Jac.* — 2. « Suidas : θρύπτεται· μαλακίζεται ἢ βλακεύεται, χαυνοῦται ἢ ἀνακλᾶται. Et hoc loco utitur. — 3. Schol. Wech.: Παυσανίας ἐν τοῖς Κορινθιακοῖς (2,4) μέμνηται τοῦ τάφου τῆς Λαΐδος καὶ πάμπολλα περὶ αὐτῆς διηγεῖται. Hinc Suidas : ἁλιζώνου, τῆς ὑπὸ τῆς θαλάσσης περιεζωσμένης. » *B.* — 4. Pirenen fontem etiam Persius *pallidam* dicit, Prolog. 4. Apelles, ut narrat Athen. XIII, p. 588, C, ὁ ζωγράφος παρθένον οὖσαν τὴν Λαΐδα ἐθεάσατο ἀπὸ τῆς Πειρήνης ὑδροφοροῦσαν. In Cod. λευκοτέρην superscripto φαιδροτέρην, ut Plan. et Suid. uno loco, altero φαιδροτέραν. — 5 ἐφ' ἧς Suid. — 6 τυνδάριδος Cod. — 7. « Suidas : δρέπεται· θερίζεται, ἀπανθίζεται, τρυγᾶται. Et hunc locum excitat. Ex v. 8 idem : ὀλωδεν· ὄζει. Ex v. 9 : κηώεντι· εὐώδει, τεθυμιαμένῳ. Ex v. 10 : θυόεν· εὐῶδες. Ex v. 11 : ἀμύσσω παρὰ τὸ αἷμα... καὶ ἀμύξω... ἄμυξε... ἀντὶ τοῦ ἐσπάραξεν, ἔξεσε. Ex v. 12 : λύζει, ἀντὶ τοῦ ποιᾶν φωνὴν τραχεῖαν ἀρίησιν. » *B.* — 8. « Εὐώδει et κηώεντι sic junxit Hom. Il. Γ, 382. Redolebat mulieris tumulus unguento crocino, quo viva usa fuerat. Conf. Statium Silv. II, el. 1, 157 seqq. » *Jac.* — 9 ἀεὶ Suid. pro ἧς ἔτι. — 10 θυόειν Hermannus ad Orph. p. 705, ob metrum (conf. Buttm. Gramm. § 62, n. 4, p. 248 Lob.); ᾗ θυόεν codd. et Suid. — 11. ᾗ ἔπι Brunckius; ἧς ἔπι codd. et Suid., quod defendi potest, sed illud melius dicitur. Bothius ἧς τ' ἔπι. Tmesis pro κατάμυξε. Codd. κατὰ ῥ. Hesych.: ῥέθος· πρόσωπον, παρειά. — 12 ἐστονάχιζεν libri aliquot Suidæ. — 13, 14. « Quæ nisi concubitum omnibus communem fecisset, novum de ea, ut de Helena, Græciæ bellum exarsisset. » *Jac.*

CCXIX. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Λαΐδα τὴν Κορινθίαν. — 2. Id est, Gratiarum donis ornata. — 3. « Suidas aut memoria lapsus aut pravo deceptus codice habet φάος ἠελίοιο in Χρυσοχάλινον, quam vocem inepte interpretatur λαμπρὸν, τερπνόν. Χρυσοχάλινος δρόμος est *cursus qui aureis equorum frenis regitur*; quod epitheton cum φάος neutiquam conjungi potest. » *Brunck.* — 5 ποθούντων nonnulli libri Suidæ, « qui hinc ζηλώματα· ζηλοτυπίας. Ex v. 6 : κνίσματα· σπαράγματα. » *B.* — 6. Μύστην λύχνον, conf. Meleagrum VI, ep. 162.

CCXX. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Λαΐδα. — 1 ἀμφικέλευθον Plan. et Cod., qui ἀγχι superscriptum habet, ut sit correctio ἄγχι κελεύθου. Alterum etiam Mnasalcas supra ep.

194, 2. — 3 ἀκοῆς edd. Plan. — 4 *σέ γ'* Wakefield. in Diar. Class. t. XXXIV, p. 21 et Jac.; *σε* Codex cum hiatu; σ', ἐφάμην Hecker. p. 349. — 5 πόσων Cod.

CCXXI. Lemma : εἰς Πατροφίλαν ἑταίραν Βυζαντίαν. « Ingenium *Pauli Silentiarii* refert; certe auctorem habet illius ætatis et disciplinæ. » *Jac.* — 2. « Hinc Suidas in Μύσαντος : ἔμυσας, ἤγουν ἐκάμμυσας. Ex v. 3 : κωτίλος· πανοῦργος, ἢ κόλαξ, ἢ ἀπατεών. Ex v. 4 : λαμυρόν· εὔλαλον, εὐτράπελον, καταπληκτικόν, τερπνόν. Ex v. 5 : δυσκίνητε· ἀμείλικτε, δυσμετάθετε. » *B.* — 3 κώτιλα Cod., et in fine ἀοιδῆς superposito α. « Sunt *gratæ et jucundæ loquacitatis illecebræ*. Sic Philodemus V, ep. 131 : ψαλμὸς καὶ λαλιὴ καὶ κωτίλον ὄμμα καὶ ὠδὴ Ξανθίππης. — 4. Προπόσεις in conviviis, quibus meretrices interesse solebant, vocantur λαμυραὶ ab effectu : nam *fœcundi calices* non *disertos* tantum faciunt, sed multo sæpius *protervos*. — 5 ἄιδῃ Cod. — 6. Ἢ refertur ad δυσκίνητε. *Inexorabilis* Pluto puellam rapuit aut ob solitam sævitiam, aut amore in eam commotus. » *Jac.* In margine Codicis : σημείωσαι ὡραῖον.

CCXXII. Lemma : εἰς Τρυγόνιον ἑταίραν τοῦ Σακῶν (superposito βα, ut ex Σακῶν fieret Σαβακῶν, qui nulli sunt) ἔθνους ὁρμωμένην. Nimirum glossator non intellexit primum distichon. Scriptum epigramma in mortem Trypheræ, puellæ, dum viveret, delicatissimæ. — 1 Τρυφέρας Suidas v. Ῥέθος; sed Cod. et Plan. τρυφερῆς. Conf. V, ep. 154. — 2. « Τρυγόνιον, *columbula*, est inter blanditias amantium, ut ap. Plaut. Asin. III, sc. 3, 106, Casinæ I, 50. Sequentibus Tryphera dicitur *tenellarum et marcidarum meretricum flos*, ἄνθεμα i. q. ἄνθος [imo ἀνάθημα, *ornamentum, decus*, ut ἀναθήματα δαιτὸς et alia]. Σαβακῶν Suidas exponit Διονυσιακῶν, sed veriorem interpretationem suppeditare videtur Hesychius, σαβακὸς pro σαθρὸς dici a Chiis referens. [« De quo vocabulo frustra consului Corayi Chiam Archæologiam. » *B.* Conf. etiam Thes. v. Σαβάζω.] Σαλμακίδων, τουτέστιν ἑταιρῶν, Suidas. Nota nympha *Salmacis*, procul dubio ob eximiam luxuriam et mollitiem sic appellata. Certe in versu Ennii ap. Cic. Off. I, 18 :

Salmaci, da spolia sine sudore et sanguine,

hoc nomen ignavo et imbelli homini tribuitur. — 3. Καλύβη in Cybeles sacris est ædicula deæ exstructa, circa quam sacerdotes et ministræ, θαλαμηπόλοι, Cybeles magno tympanorum et crotalorum cum strepitu, δούπῳ, saltabant; cujus ædiculæ simulacrum circumductum fuisse ab iis qui Magnæ Deæ causa stipem colligebant, notum est. » *Jac.* Ita etiam Brunck. Boiss. καλύβην simpliciter intelligebat « pergulam, locum compotationibus aptum. » Cod. et Plan. δοῦμος, corr. Scaliger. — 4 θέων Cod. et Plan.; corr. Scaliger. — 5. Μούνη, *una præ ceteris*. Sed ἀμφὶ γυναικῶν prorsus sine exemplo dicitur sive *inter mulieres* velis sive *seorsum a mulieribus* cum Toupio; non intelligo. — 6 ἀψαμένα Cod. superposito η. « Trypheram venustate et illecebris proxime ad Laidem accessisse ait. — 7 seq. Conf. Append. ep. 120. » *Jac.*

CCXXIII. Lemma : εἰς Ἀρίστιον ζάκορον Κυβέλης. Nimirum ζάκορος similis Trypheræ, quam modo celebravit Philodemus. — 1 περὶ πεύκας Salmas.; περὶ πεύκαις Plan. et Cod.; nam de Paulssenii testimonio fallitur Heckerus, qui optime contulit Rhianum VI, ep. 178, 1 seq. — 2 καὶ κυβέλη (sic) Cod. et Plan.; τῇ Κυβέλῃ Heckerus I, p. 235, « ut Διονύσῳ μαίνεσθαι ap. Pausan. II, 7, 5; κόμαι... αἳ κείρονται τῇ θεῷ ib. c. 11, 6. Ex Latinis plurima conduxit Peerlkamp. ad Virg. Æn. t. II, p. 34, inter quæ *ululantque Priapo*, Juvenal. VI. 314. » Salmasius conjecerat ἢ περὶ πεύκας καὶ καλύβην. Conf. ad versum 3 præcedentis. Jacobs.: « Ῥῖψαι πλοκάμους de capitis rotatione accipiendum, quæ in fanaticis his sacris sollemnis erat. Eurip. Bacch. 150 : Βακχεὺς... τρυφερὸν πλόκαμον (sive πλόκον) εἰς αἰθέρα ῥίπτων, » etc. Boisson.: « De comæ jactatione monui ad Planud. Metamorph. p. 465. Conf. VI, ep. 281. Heliodorus I, 2 : τῆς κόμης ὑπὸ τῷ στεφάνῳ βαχχεῖον σοβουμένης καὶ νώτοις πλεῖστον ὅσον ἐπιτρεχούσης (conf. ad Pachymer. p. 73). » — 3. « Λωτὸς κερόεις est *cornu Berecynthium*, sive curvus calamus, ad mentes bacchice exstimulandas inprimis aptus; v. intt. ad Catull. LXIII, 22. » *Jac.* Hecker. confert Nonn. Dion. VIII, 26 : κερόεντος κτύπον αὐλοῦ. — 4 ἀκρήτους Plan. præter edit. Nicol. Sab; κύλικα codd. Suidæ v. Ἄκρατος, probatum Toupio et Heckero. Verbum ἅπαξ λεγόμενον, sed cum κύλικας egregium, χειλοποτεῖν Schneiderus et Mitscherlichius in χανδοποτεῖν mutabant, quod recte factum judicabat Hecker. — 5 πτελέαις Cod., non πτελέας. — 8. « Quid faciendum ex Codicis scriptura χαίρετε· κεῖθ' ἁ μυρίπνους, nondum reperi. » *B.* Planud. κεύθεται ἄδῃ per apertam interpolationem. Jac. conjiciebat κεύθομαι ἄπνους, postea κεῖτ' ἀμύριστος, « *unguentis et odoribus destituta* (non unguenta redolens, sed putredinem) *jacet, quam olim fragrantes coronæ tegebant*. » Heckerus κεῖθι, *apud Inferos*, nimirum κεῖθι (ἐστιν) ἡ μυρίπνους ἡ τὸ πρὶν στ. etc., atque ita accepisse videtur byzantinus archetypi corrector, corripi ἁ opinatus. Cui hæc opposuit Piccolos : « *Mais si telle eût été l'idée du poëte, il aurait probablement employé un autre mot que* μυρίπνους *pour contraster avec les* couronnes de fleurs. *Je ne doute pas qu'il n'y eût* κεύθομ' ἐρίπναις. » Recepi quod in posteriore Commentatione (1) conjecit Heckerus, κεῖθι μυρίπνοις... στεφάνων ἄνθεσι. Vide ad V, ep. 136, 3. Et cum κεῖθι intelligo non ἐστί, sed κρύπτεται.

Post versum quo pagina desinit quartum præcedentis epigr. in margine scripta aliâ manu lineisque ceteris obversis epigrammata duo, alterum ἀδέσποτον, Palladæ alterum, quæ leguntur in capite IX, ep. 61 et 397.

CCXXIV. Lemma : εἰς Καλλικράτειαν τὴν τεκοῦσαν εἴκοσι καὶ ἐννέα τέκνα καὶ ζήσασαν ρε' ἐνιαυτούς. Ipsa loquitur. — 2 οὐδενὸς Cod. et Plan., corr. Jac.; οὐδεμιῆς Plan. Temere edebatur οὔτε μιῆς a Brunckio ascitum, qui correxerat οὔθ' ἑνὸς οὔτε μ. — 4 σκήπωνι Cod. et Plan. — Latine vertit Ausonius Epit. 34.

Viginti atque novem genetrici Callicrateæ
Nullius sexus mors mihi visa fuit.
Sed centum et quinque explevi bene messibus annos,
In tremulam baculo non subeunte manum.

CCXXV. Lemma : εἰς Λαέρτην τὸν πατέρα Ὀδυσσέως τὸν Ἰθακήσιον. In tumulum Laertæ temporis progressu collapsum. — 1. « Hinc Suidas : ψήχειν· καταμάσσειν, τρίβειν, ξύειν. Conf. IX, ep. 704, 1. » *B.* Heckerus confert Simonidis fr. 66 :

Ὁ χρόνος ὀξὺς ὀδόντας
σύμπαντα ψήχει καὶ τὰ βιαιότατα.

— 2 δαπάνῃ Plan. edd. antiquæ. — 3 ἀκτῆς Hecker. Multo malim ὡς καὶ quam ὥς. Confer ep. 654, 3, ubi critici ὥς recte improbarunt. — 4 λείπεται Cod. superposito δ « Βαιὸν ἄπο, id est ἀπέστι. Hæc verba post σχεδὸν pleonasmi habent speciem : prope a littore, exiguo, inquam, intervallo abest. » *Jac.* Neque hoc neque Heckeri commentum de præpositione et substantivo et adjectivo apposita, ἀπὸ ψυχρῶν ἐξ ὑετῶν, probabilitatem ullam habent Fortasse recte

scriptum erat in Codice βαιὸν ἀπὸ ψυχρῶν λείπεται ἐξ ὑετῶν, (magnus et altus olim) Laertæ tumulus nunc βαιὸς ἀπολείπεται, parvus et humilis relinquitur, restat a pluviis. Nisi ἀπολείβεται insolenter positum pro ἐκτήκεται, *liquescit*, *diffluit*, ut habentur τήκω καὶ λείβω juncta. — 5 μὲν Cod., alterum Plan. Ἀοιδὰς Homeri, quibus Laertæ nomen et laus celebratur. — 6. Ἀμβλύνειν, quod alibi ἀμαυροῦν, imminuere alicujus rei vim et splendorem.

CCXXVI. Lemma : εἰς Ἀγάθωνα στρατιώτην ἐν Ἀβδήροις. — 1. « Hinc Suidas : αἰνοβίας· πολεμικός. Ex versu 4 idem : ἠνάρισεν· ἐφόνευσεν, ἐσκύλευσεν. Et ex eodem hoc versu forsan dativum στροφάλιγγι, τῇ συστροφῇ, excitavit in στροφάλιγξ, ἡ συστροφή. Aliam illi Suidæ loco originem quærebam ad Marin. p. 122; forsan et hic falsus et illic. » *B.* — 2. Ἐπὶ πυρκαϊῆς, dum cremabatur corpus, in rogo, ad rogum. Heckerus hæc : « Ad sententiam apte conferri possunt Append. ep. 275, 2 : ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης πᾶς ἐδάκρυσε λεώς· ep. 401, 7 : ἀμφὶ δέμοι καὶ δῆμος ἅπας ἐδάκρυσεν. Sed ita mihi verba ἐπὶ πυρκαΐης supervacanea videntur et omnino aliena; quamobrem poetam scripsisse puto : πᾶσ' ἐπὶ πυρκαΐης ἦδ' ἐπέβησε πόλις, id est δημοσίᾳ ἔθαψε. » Vir d. ap. Jac. et Schneidewinus in Delectu p. 371 corrigebant ἐγόησε, sed integerrimum est ἐβόησε. — 4 ἠνάρισε Plan. Στροφάλιγξ proprie dicitur de pulveris turbine.

CCXXVII. Lemma : εἰς Κριναγόρην στρατιώτην τὸν Λαρισαιέα (sic). Qui de *Larissa* patria rescire non poterat, nisi ex integro titulo, cui subjecta disticha. — 2. « Confer Callimach. Lav. Pall. 44 : Minerva ἵππων καὶ σακέων ἁλομένα πατάγῳ. — 3. Κάλυμμα hic accipe de tumulo, qui parvus erat in regione angusta, sed fortium virorum feraci. » *Jac.*

CCXVIII. Lemma : εἰς τὸν τάφον Ἀνδροτίωνος καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικός. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 171. » *B.* Sepulcrum a vivis sibi structum loquitur. — 2 οὐδ' ἑνὸς Cod., quod præfert Dorvill. — 4. Extremis similia in Gregor. Naz. epigr. 85 (cap. VIII) indicavit Jac. — Latine vertit Ausonius Epit. 37 :

Me sibi et uxori et natis commune sepulcrum
Constituit seras Carus ad exsequias.
Jamque diu monumenta vacant : sitque ista querela
Longior, et veniat ordine quisque suo,
Nascendi qui lege datus ; placidumque per ævum
Condatur, natu qui prior, ille prior.

CCXXIX. Lemma : εἰς Θρασύβουλον τὸν Λακεδαιμόνιον ἑπτὰ πληγὰς ἐπὶ τοῦ στήθους δεξάμενον. Iterum legitur infra post epigr. 721, cum lemmate : εἰς Θρασύβουλον υἱὸν Τυννίχου τὸν Λακεδαιμόνιον. « Est etiam in Arsenii Violeto p. 454. » *B.* Narrat Plutarchus Apophthegm. Lacon. p. 235, A : Τύννιχος, Θρασυβούλου τοῦ παιδὸς ἀποθανόντος, εὐρώστως ἤνεγκε· καὶ ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν ἐγένετο· Τὰν Πιτάναν κτλ., quæ est urbs ad Eurotam sita. — 1 τὰι πιτάναι Cod. hic et Plan., οὐκεπιτανας (η posito super priore α) Cod. altero loco, i. e. οὐκ Πιτάνας, quod dedit Boiss. Accusativum ex Plut. recepit Brunck., recte, ut mihi videtur; dativum pro εἰς Πιτάναν servabat etiam Meinek. p. 86. — 3 ἀντία Plut. et Cod. altero loco (ἄντια); hic cum Plan. πρόσθια. — 4 sic Cod. hic; πυρκαΐῃς Plan.; πυρκαΐην εἶπε φέρων Cod. altero loco; θεὶς ἐπὶ πυρκαΐῃς T. εἶπε τάδε Plut. — 6. Ἐμόν, sc. ἐμοῦ ἄξιον. Haud feliciter vertit Latine Ausonius Epit. 24.

CCXXX. Lemma : εἰς Δημήτριον Λακεδαιμόνιον ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς ἀναιρεθέντα. Expressum e Tymnæ epigrammate infra 433. — 1 bis legitur in Cod., et ap. Suidam v. Τρέσαι, ἀντὶ τοῦ φυγών, φοβηθείς, δειλιάσας. « Spartanorum loquendi usum servavit poeta in hac voce. Plutarch. Ages. c. 30 : τοῖς ἐν τῇ μάχῃ ἀποδειλιάσασιν, οὓς αὐτοὶ τρέσαντας ὀνομάζουσι. — 2. Ὁπλιστὰν κόσμον, sc. τὰ ὅπλα, scutum inprimis, quod servatum *decus*, abjectum infamiam conciliabat. — 3. Hiatum, Δαμάτριε, αὐτίκα, pausa excusat. » *Jac.*, alia exempla afferens. — In margine Cod. legitur epigr. Juliani, quod in serie infra IX, 447.

CCXXXI. Lemma : εἰς Ἀρισταγόραν Ἀμβρακιώτην. Iterum legitur infra post epigr. 438. « Ubi lemma : εἰς Ἀριημένην υἱὸν Θεοπόμπου τὸν Δωριέα· scilicet propter scripturam versus secundi in altero loco :

Τεθνάμεν ἢ τὸ φυγεῖν εἶλετ' Ἀρηϊμένης,

ut corrigendum est Ἀριημένης scriptum. — 1. Hinc Suidas : βοαδρόμος, ὁ βοηθός. » *B.* Cod. hic ἀμβρακίας superposito ης. « Schneidero judice epigramma ad illud tempus pertinet, quo Philippus Demetrii filius cum Epirotis urbem Ambraciam vi expugnavit, narrante Polybio IV, 61. Ex antiquiore autem si poeta expressum est, putaveris scriptum esse in Lacedæmonium aliquem ex iis qui anno septimo belli Peloponnesiaci, ol. 88, 4, ab Ambraciæ civibus præsidii causa arcessiti fuerant, ut est ap. Diodor. XII, 63. » *Jac.* — 2 sic Plan. et Cod. hic, nisi quod ἀριστογόρας. Suid. ἢ φεύγειν ἤθελεν, omisso Ἀρ. De altera lect. supra Boiss. — 3 sic Cod. altero loco; hic υἱὸς τευπόμπου, Plan. υἱὸς Θ., sine art. — 4 οὐ ζωᾶς Cod. hic et Plan.; altero loco οὐχ ἥβας, « quod prætuli ut elegantius; conf. ep. 254 et 258. » *Jac.* Sed Boiss.: « Apogr. Par. ibi οὐχ ἡμᾶς, scilicet ἡβᾶς. Mihi οὐ ζωᾶς fortius dictum videtur. »

CCXXXII. Lemma : εἰς Ἀμύντορα υἱὸν Φιλίππου. In Plan. *Anytæ* inscribitur, « ex compendiis, ἀντ. et ἀντιπ., orto errore hic et mox ep. 236. » *Jac.* — 2 μάχης Cod. superposito α. — 3 rectius ἤγαγε. — 4 ἑτάρωι Cod.; ἑτάρων Plan. et Suid. v. Ἴτυς, περιφέρεια ὅπλου, ubi plerique codd. ἔχων.

CCXXXIII. Lemma : εἰς Αἴλιον Ῥωμαῖον στρατιώτην ἑαυτὸν ἀναιρήσαντα. — 1 στρατιῆς Cod., non στρατίης, ut Plan. et edd. — 2 τωρεύσας Cod. a pr. m., σ a correctore. « Στέμματα de *torquibus* intelligenda, ut intellexit Philippus in sequenti epigrammate Apollonidam imitatus : ψελιώσας αὐχένα στεφάνοις. De torquibus qui honoris causa viris fortibus donabantur, v. Tacit. Ann. II, 9, Quintil. VI, 3, 79, Sil. Ital. XV, 255, al. » *Jac.* — 3 εἰς ὑπάτην Cod., Plan., et testatur Suid. s. v. « Sed quinam morbus sit ὑπάτη νόσος, non intelligo, neque adjectivo ὕπατος tribui potest vis *insanabilis*, *letalis*. Quare scribo εἰς πυμάτην. Recte autem dictum ὠλίσθανεν εἰς τέρμα ἄφυκτον, i. e. εἰς Ἅιδου, ut est Append. ep. 238, 1. Infra ep. 273, 3 : ἀπώλισθον δὲ βίοιο. » *Hecker.* Certissima emendatio. — 4 ἐς ἰδ. Cod., idemque cum Plan. et Suid. ἐμφανές, quod correxit Heckerus, coll. v. 4 sequentis ep., ἔργων μαρτυρίην. « Εἶδεν εἰς..., ad virtutem suam recurrit et ab hac salutem petivit. Sic dicitur βλέπειν, ὁρᾶν εἴς τι. » *Jac.* Qui ἐμφανὲς in Delectu p. 423 accipiebat pro ἀμφαδόν, *manifesto*; in notis mss. autem Reiskii conjecturam amplexus posuit

νοῦσον ὅτ' εἰς ὑπάτην ὠλίσθανε, τέρμα τ' ἄφυκτο,
εἶδεν, ἀριστείην ἔφθασεν εἰς ἰδίην,

secundum hæc Philippi ; ὁράμεν ἐς προτέρην ἔργων ἄρσενα μαρτυρίην. — 5 ἐὸν ἔγχος Suidæ libri meliores; θνάσκων Cod. — 6 ἔχοι Plan.

CCXXXIV. Lemma : εἰς ἕτερον Αἴλιον Ἀργεῖον στρατιάρχην. Vide ad v. 1. — 1 ἄργους πρόμος Cod., Plan., etiam Suidas, cod. Leid. ἀργοῦς. Sed Ἄρεος corrigere cum Brodæo, Kustero et Brunckio non dubitavi ; cetera prorsus omnia Apollonidæ imitatum poetam ex Ælio Romano Argorum civem Ælium fecisse incredibile est. « Hinc Suidas : θρασύχειρ· τολμηρός. Ex v. 3 : τηξιμελεῖ· φθοροποιῷ· Et : κεκολουμένος· ἀδυνάτως ἔχων, ἀμηχανῶν, ἐκτετηγμένος. » *B.* In fine Plan. ὀψὲ διώσας, unde Scaligeri acumen veram lectionem eruerat. — 3 ἔδραμε etiam Suidas bis ; ἔδρακε Heckerus, coll. Apollonida v. 4 : εἶδεν εἰς ἀριστείην ἰδίην. Sed sententiam illius qui commode expressit, Philippum cur ipsas etiam locutiones sequi cogamus ? Confert Jac. Plinium Epist. III, 7 : *Erat illi natus insanabilis clavus, cujus tædio ad mortem irrevocabili constantia decurrit.* — 4 προτέρων Plan.; alterum Suidas quoque.

CCXXXV. Lemma : εἰς Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον ἐν Μαγνησίᾳ τελευτήσαντα. Conferenda epp. 73 et 74, et not. — 1. « Μὴ μέτρει, *noli æstimare*. Eadem vi *metiri* usurpatur ; respondetque τεκμαίρου. » *Jac.*, qui recte dimisit priorem conjecturam τηλίκον, quam Bothius sublegit. — 2 μὴ δὲ Cod. — 3. « Ὁλκάσι : nam primus Themistocles ἐπεχείρησε τοὺς πολίτας ἐμβιβάζειν εἰς τὰς τριήρεις, Plut. Them. c. 7. » *Jac.*

CCXXXVI. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν ἐν Μαγνησίᾳ. In Plan. *Anytæ* tribuitur ; conf. ad ep. 232. — 2 κακοτροπίης Plan. Conf. ep. 74, 3 seq.

CCXXXVII. Lemma : καὶ Φιλίππου Θεσσ., post versum tertium autem, ubi nova pagina incipit : Ἀλφιοῦ (sic) Μιτυληναίου. In marg. : ἕως ὧδε τὰ Θεμιστοκλέους ἐπιγράμματα. — 1 seqq. bene explicat Jac. : « Res a Themistocle gestæ augentur commemoratione potentiæ Persarum, in *montibus* perfossis, *mari* ponte juncto, *fluminibus* hominum copia siccatis conspectæ : quæ tria semper junguntur a poetis et sophistis, ubi de Xerxis copiis agunt. His rebus poeta addit Ἀητοΐδην testem, Solem, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. » — 3 ῥοόν (sic) Cod. — 4 ἄρη Plan. — 6 κηρύσσῃ Plan. « Conjeceram Θεμιστοκλέους ἵνα λῆμα κηρύσσῃ Μάγνης δ., ut magni viri indolem ex tali ornatu sepulcri apud se siti conspiciendam præbeant Magnesii. Sed ἵνα esse videtur *ubi*, et sensus : illa omnia ponenda esse et signanda ibi, *ubi* populus Magnesius Themistocli monumentum, tanquam præconem rerum gestarum, posuerit. Κηρύσσει enim prægnanti vi accipiendum ; nisi forte positum est pro εὔχεται, αὐχεῖ. » *Jac.*

CCXXXVIII. Lemma : εἰς Φίλιππον τὸν βασιλέα, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου. In Plan. ἄδηλον. — 1. Ἐς Ἄρεα βῆσα dictum videri ex imitatione homerici usus verbi ἐπιβῆσαι cum genitivo observat Jac. — 2. *Ægæ* urbs, commune sepulcrum regum Macedonicorum. — 3 οὐδέ τις Cod.; alterum recte Plan. Ad Alexandrum respici apparet. — 4. Non debebat Jac. (cum Grotio) τοῦτο pro οὗτος accipere, quod in tali loco fieri non potest. Dicit : etiam hoc, quod sublimiora jactare potest, nostro sanguini, origini ex nobis debetur.

CCXXXIX. Lemma : εἰς Ἀλέξανδρον βασιλέα, et rursus : εἰς Ἀλ. τὸν Μακεδόνα. — 1 φθεῖσθαι Cod. et Suid. in Φάτις· φήμη, λόγος. Alterum Plan. — 2. Apollo enim per Pythiam Alexandro dixerat : ἀνίκητος εἶ, ὦ παῖ, Plut. Al. c. 14. « Conf. Plan. ep. 369. » *B.*

CCXL. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἀλέξανδρον. In Plan. *Parmenioni* inscribitur. — 1. « Sic, ἀείδῃ, libri omnes sine sensu. Optime emendavit Bentleius ad Horat. p. 317, ἤν τις ἐρείῃ, *quæral, interroget ubi sit.* » *Brunck.* Jac. conj. ἤν τις ἀθρείῃ, *si quis circumspiciat, videre cupiat.* Bothius : « Vulgatum ἀείδῃ significare videtur *canere instituit ;* sicut interdum verba nonnisi voluntatem exprimunt agendarum earum quas significant rerum. »

CCXLI. Lemma : εἰς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα τὸν μικρὸν τὸν νεώτερον, τελευτήσαντα. Cui lemmati nota appicta : ζήτει τίς οὗτος. Nescitur enim cujus sit Ptolemæorum epitaphium. — 1 σοι Plan.; τοι Cod. et Suid.; tres deinde ἐπὶ μυρία. Junge σοὶ ἔπι. Sic Jac. ad Anal. et in Delectu p. 310 ; in Palat. jungebat ἐπὶ μυρία, « dictum ut ἐπὶ πλέον, ἐπὶ πολλά. » Per notum zeugmatis genus sequentia alteri substantivo μάτηρ sunt accommodatiora. — 2. « Hinc Suidas : τείρει· καταπονεῖ. Ex v. 4 : ὄνοφερόν· μέλαν, σκοτεινόν. Ex v. 9 : θοινήτωρ, ὁ κατεσθίων. » *B.* — 3. τιθηνήτειρ' vulgati ap. Suid., sed meliores libri τιθηνητήρ. « Pædagogus Ptolemæi, vir, ut videtur, fortis et bellica laude clarus : quare ei ἀνδρομάχοι χεῖρες tribuuntur. Similiter infra ep. 404 : κεφαλᾶς ἐπαμήσομαι αἰγιαλίτιν θῖνα. » *Jac.* — 4 ἀνδροφόνοις Suid. in Ἀνοφερόν, sed alterum in Τιθηνάς. — 5 ἑάνωϊ [sic] δάψατο Cod.; ἑανῷ δάψατο Plan. et Suid. bis ; corr. Scaliger et Bentleius. Hesych. : ὀλόπτειν· τίλλειν. « Sed emendationis veritas in primis apparet ex Callimachi H. in Dian. v. 76 :

> Στήθεος ἐκ μεγάλου λασίης ἐδράξαο χαίτης,
> ὤλοψας δὲ βίηφι. »

Jac. Deinde Cod. χαίτην, superposito αν. Intelligendus autem velut genius Ægypti. — 6. Quærit Jacobsius : « Num nuntio de regis luctu accepto, ejus miserita ? Alia enim causa non apparet cur amplæ Europæ regiones pueri mortem luxisse dicantur. » Sed non novit aulicorum adulatio sanæ mentis terminos. — 8 et 9 versus in margine scripti ; librarius in serie omiserat. — 9 θοινάτορα Brunck. melius ; ὅλης Suid. — 10. σκῆπτρον Suid. et Cod., sed hic α superposito. — 11. « Sensus : Ex tenebris his, quibus mors te velavit, non abibis ad tenebras inferni regni, sed in Olympum. » *Jac.* Cod. δεῖ γὰρ, superposito η.

CCXLII. Lemma : εἰς τοὺς μετὰ Λεονίδου (sic) τελευτήσαντας ἐν Θερμοπύλαις. « Ad quos referri epigramma vel primus versus non patitur. Neque magis procedit quod Brodæus de Thebis ab Alexandro dirutis suspicatur. Vanum est in talibus hariolari. » *Jac.* — 4 θνάισκειν Cod. In marg. editionis Wech. : γράφεται, καὶ ἐν τισιν πετίδος (?) ἀντὶ πατρίδος.

CCXLIII. Lemma : εἰς τοὺς αὐτοὺς τριακοσίους Λακεδαιμονίους τοὺς μετὰ Λεονίδου (sic). « Gallice vertit Larcher. ad Herodot. VII, 225, n. 349. » *B.* Ubi historicus : ὁ δὲ κολωνός ἐστιν... ὅκου νῦν λίθινος λέων ἕστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ. — 4 Λακεδαιμόνιον Boissonadius et Heckerus Comment. Callimach. p. 74 ; μῆδον καὶ λακεδαιμονίαν Cod.; Μήδων καὶ Λακεδαιμονίων Plan.; Μήδων καὶ Λακεδαιμονίας conj. Jac., « in quo elegans foret orationis varietas. » — 5 ὑπ' (superscripto ἐπ' a correctore) ἐμεῖο βοόστρυχον Cod.; ἐπ' ἐμεῖο βόστρυχον Plan. et Suid., præter optimum Paris., βοοστρ. præbentem ; quod plurimis modis emendare conati sunt critici : ἐμεῦ πυροβόστρυχον vel διαβόστρυχον Brodæus ; πολυβόστρυχον vel πολυβοστρύχου Jacobsius ; εὐβόστρυχον Scaliger et Toupius, « quod Larcher. videtur probare [probavit et Bernhardyus], a Brunckio et a me receptum. Forsan et ἐπ' ἐμοῦ καταβόστρυχον. » *B.* Casaubonus ἐμεῖο τανύτριχος. Alia omitto. Mutatione prope nulla Heckerus ἐπ' ἐμεῦ ἰοβόστρυχον, quod sic tuetur : « Non

solum exstat τὸ μέλαν ἶον, sed aliud violarum genus dicitur ἶον κρόκεον, viola *flava, lutea, pallens* apud Latinos. Hinc Pindarus Ol. VI, 55 : ἰων ξανθαῖς ἀκτῖσιν. Idem Pindarus Venerem dixit ἰοβλέφαρον ap. Lucian. Pro imag. c. 26, id est, flavis capillis in superciliis ornatam. Et Bacchus qui vulgo ξανθοκόμης audit, est ἰόπλοκος infra IX, ep. 524, 10. Epitheton igitur ἰοβόστρυχος non differt a ξανθόκομος, quo aliis locis leonem dictum invenias. » In fine θήρης (non θηρός) Cod. et Suidas. Unde Bernardus βλοσυρὸν λῖν εἰκόνα θήρης. — 6 « Hinc Suidas : ταγός· ἡγεμών. Larcherus conjecit τοῦ βαγοῦ. Hesychius quidem nomen βαγὸς pro βασιλεῖ Lacedæmoniis tribuit; sed Lollio Basso non tribuit. » *B.*

CCXLIV. Lemma : εἰς τοὺς αὐτοὺς τριακοσίους τῶν Λακεδαιμονίων. Immo in trecentos Spartanos et Argivos, qui de Thyreatico agro pugnarunt. Vide ad v. 4. — 1 βίσσα Cod., qui etiam alibi in initialibus literis carminum vitium traxit. « Hinc Suidas : θοῦρον καὶ θούριον· πηδητικὸν, ταχὺν, πολεμικώτατον. » *B* — 3 ἐπ' ἄλλῳ Jacobsius; ἐπ' ἄλλον Plan. et Cod., hic superposito ω. — 4 Θυρέαι Jacobsius, ut in iisdem verbis scriptum ap. Chæremonem infra ep. 721, 2; θυρέα Cod. et Plan. Ad idem argumentum pertinent etiam epp. 430, 431. Boiss. hæc adscripsit excerpta e schol. Wech.: Παυσανίας μέντοι φησὶ δύο μὲν Ἀργείους, ἕνα δὲ Σπαρτιάτην. Φησὶ γὰρ (II, 32, § 5) « Θυρέα χωρίον ἐστὶν « ἔνθα δὴ ἐμάχοντο ὑπὲρ τῆς γῆς ταύτης λογάδες Ἀργείων « τριακόσιοι πρὸς ἄνδρας Λακεδαιμονίους ἀριθμόν τε ἴσους « καὶ ἐπιλέκτους ὁμοίως· ἀποθανόντων δὲ ἁπάντων πλὴν ἑνὸς « Σπαρτιάτου καὶ δυοῖν Ἀργείοιν, τοῖς μὲν ἀποθανοῦσιν « ἐχώσθησαν ἐνταῦθα οἱ τάφοι, τὴν δὲ χώραν οἱ Λακεδαιμό- « νιοι, γενομένου πανδημεὶ στρατοῦ ἀγῶνος πρὸς Ἀργείους, « κρατήσαντες βεβαίως, παραυτίκα ἐκαρποῦντο καὶ ὕστερον « Αἰγινήταις ἔδοσαν ἐκπεσοῦσιν ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκ τῆς νήσου· « τὰ δ' ἐπ' ἐμοῦ τὴν Θυρεᾶτιν ἐνέμοντο Ἀργεῖοι· φασὶ γὰρ « ἀνασώσασθαι δίκῃ νικήσαντες.... »

CCXLV. Lemma εἰς τοὺς αὐτοὺς Λακεδαίμονας. « Falsum lemma. Schol. Wech. ad v. 3 : οὗτοι ἴσως εἰσὶν οἱ Ἀλεξάνδρῳ καὶ Μακεδόσιν ἀντιτεταγμένοι, ὧν ἦν καὶ πολυάνδριον τῶν Θηβαϊκῶν πυλῶν οὐ μακρὰν, ὡς Παυσανίας ἐν Βοιωτικοῖς (c. 10, 1)· ἢ μᾶλλον τὸ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο τοῦτο τῷ πολυανδρίῳ τῷ ἐν Χαιρωνείᾳ τῶν ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον ἀγῶνι ἀποθανόντων. » *B.* Idem sensit Brodæus. — 3 σώιζειν πειρόμενοι Cod.

CCXLVI. Lemma : εἰς τοὺς ἐν Ἰσσῷ Περσῶν πεπτωκότας ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα μάχῃ. — 1 προβολῇσιν Plan. — 4. « Hinc Suidas : οἶμος· ὁδός. » *B.*

CCXLVII. Lemma : εἰς τοὺς μετὰ Φιλίππου τοῦ νεωτέρου πεσόντας τρισμυρίους. Scriptum post pugnam ad Cynoscephalas pugnatam, « cujus victoriæ gloriam (ut Livii verbis utar XXXIII, 11) Ætoli in se rapiebant et vanitate sua omnium aures offendebant. » Addit Plutarchus, Vita Flam. c. 9 : ὥστε καὶ γράφεσθαι καὶ ᾄδεσθαι προτέρους ἐκείνους ὑπὸ ποιητῶν καὶ ἰδιωτῶν ὑμνούντων τὸ ἔργον. Ὧν μάλιστα διὰ στόματος ἦν τοῦτὶ τὸ ἐπίγραμμα· Ἄκλαυστοι... (et totum apponit.) Τοῦτο ἐποίησε μὲν Ἀλκαῖος ἐφυβρίζων Φιλίππῳ καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποθανόντων ἐπιψευσάμενος· λεγόμενον δὲ πολλαχοῦ καὶ ὑπὸ πολλῶν μᾶλλον ἠνία τὸν Τίτον, φιλοτιμούμενον πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ἢ τὸν Φίλιππον. ... Διὸ καὶ ὁ Τίτος τὰ ὑπόλοιπα τῶν πραγμάτων ἔπραττε καθ' ἑαυτὸν, ἐλάχιστα φροντίζων τῶν Αἰτωλῶν. — 1. « Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι : hanc juncturam epithetorum illustravi ad Euripidis Hecub. 30. » *B.* Revera longissimo tempore insepultos jacuisse apparet ex his Livii XXXVI, 8, de *sexto* post illas res gestas anno : *Antiochus... Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, misit; sive ab ipso, quærente sibi commendationem ad Macedonum gentem et invidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus; sive ab insita regibus vanitate... Tumulus est in unum ossibus, quæ passim strata erant, coacervatis factus.* « Alcæi epigramma igitur (observat Jac.) videtur compositum antequam tumulus ille exstructus esset. Quod vero tumulus commemoratur, τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ, hoc Wesselingius monet non proprie de sepulcro accipiendum esse, sed de ipso Thessaliæ campo, in quo occisi contra Græcorum morem insepulti manserant. » Quod artificium qui sani sit judicii probabit nemo. Sed bonum factum quod Plutarchus parodiam servavit hujus versus : ὁ μὲν γὰρ ἀντικωμῳδῶν, inquit, τὸν Ἀλκαῖον τῷ ἐλεγείῳ παρέβαλλεν·

Ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Ἀλκαίῳ σταυρὸς πήγνυται ἡλίβατος,

unde νώτῳ a Plutarchi editoribus Alcæo quoque rectissime est restitutum. — 3, 4 versus ex Plutarcho addiderunt Brunckius et Heckerus I, p. 6. Vix ullius momenti est quod opponebat Jac. : « At alter horum versuum, 4, est ex alio epigrammate Alcæi, App. Plan. 5. » — 6 θοὰν ἑλ. ὤλετ' Cod. « minus recte ». *Salm.*

CCXLVIII. Lemma : εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδην (Λεωνίδου Boiss.) μαχεσαμένους πρὸς Πέρσας ἐν Θερμοπύλαις. Sine nomine poetæ ap. Herodot. VII, 128, Diodor. XI, 33, Aristid. Or. t. II, p. 380=512 Dind. — 1 τᾷδε τριακ. Schneidewin. διακοσίαις Diod. — 2 sic etiam Herodoti libri pæne omnes, Πελοποννήσου ceteri.

CCXLIX. Cod. Σιμωνίδου. Sine nomine poetæ ap. Herodot. VII, 128, Diodorum XI, 33, Lycurg. Or. in Leocr. p. 163=215, Strabon. IX, p. 429; Simonidi tribuit etiam Cicero Tusc. I, 42, ubi ita vertit :

Dic, hospes, Spartæ, nos te hic vidisse jacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

« Exstat et ap. Arsen. Viol. p. 118. » *B.* — 1 sic etiam Lycurg.; ὦ ξέν' ἀπάγγ. Strab.; ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Herodot. et Suid. v. Λεωνίδης, cujus optimi tamen libri ἄγγελε. — 2 ῥήμασι πειθόμενοι Cod. et Herod., « quod Lacedæmoniorum sermone dictum est; ceteri κείνων πειθόμενοι νομίμοις communi Græcorum usu scripsere. » *Hermann.* Notæ Spartanorum ῥῆτραι.

CCL. Lemma : Σιμωνίδου εἰς τοὺς αὐτούς. « Non in eosdem Leonidæ milites, sed in Corinthios qui in pugna Salaminia perierant, teste Plutarcho De Herod. malign. c. 39, p. 870, E [qui distichon affert]. Quattuor versus Brunckius addidit ex Aristide Orat. XLIX, t. II, p. 380=512 Dind. Gallice vertit Larcher. ad Herodot. t. VI, p. 499. » *B.* In schol. ad Aristid. Panath. p. 136 (52 ed. Fromm.) hoc distichon cohæret cum ep. 257. *Jac.* — 1 ἀκμῆς ἑστηκ. Arist. « De locutione ἀκμῆς ἐπὶ ξυροῦ monui ad Anecd. t. II, p. 199; ad Theognid. 557. Adde Erasmum Adag. I, 1, 18; Walz. ad Arsen. p. 226; Blomfield. Gloss. Choeph. 870; Kiessling. ad Theocr. XXII, 6; anon. in Diario Classico t. XVII, p. 208. Gregorius Naz. Orat. XXII, p. 408, 2 : ὡς ἐπὶ ξυροῦ τὰ πράγματα εἰστήκει τότε παντὶ τῷ τῶν Ἑβραίων γένει. Idem in carminibus, t. II, p. 26 :

Ἐπὶ ξυροῦ βέβηκεν ἡ σώζεσθ' ἔτι

τὸ σεμνὸν ἡμῶν δόγμα καὶ σεβάσμιον,
ἢ μηκέτ' εἶναι, τῇ στάσει διαῤῥυέν.

Conf. et IX, ep. 475 2. Milton Paradiso Recup. I, 93 : *Ye see our danger on the utmost edge of hazard.* » *B.* — 2. Pergit schol. Aristid. : ῥυσάμενοι

δουλοσύνης· Πέρσαις δὲ περὶ φρεσὶ πήματα πάντα
ἥψαμεν, ἀργαλέης μνήματα ναυμαχίης·
ὀστέα δ' ἄμμιν ἔχει Σαλαμὶς· πατρὶς δὲ Κόρινθος
ἀντ' εὐεργεσίης μνῆμ' ἐπέθηκε τόδε.

Versu 3 ἄμμιν Brunck. pro scripto ἡμῖν. De his recte Schneidewinus p. 154 : « Quæ si sint Simonidis, cur omiserit Plut., schol. et Anthologia utraque intelligi nequit. Nobis hæc inanis loquacitas poeta Ceo siquid aliud indigna videtur. Resectis istis versibus Simonidis ingenium agnoscas : ne quid nomina sepultorum desideres, in urbe patria sepulti erant. Personati Simonidis versus, quibus rhetor imponi sibi passus est, doricam dialectum fere exuerunt. Ceterum ex flosculis simonideis non imperite conserti sunt. » Simpliciter positum ῥυσάμενοι ansam dedit supplementi, neque raro emblemata et supplementa recentia genuit antiquorum scriptorum sobrietas.

CCLI. Lemma : εἰς τοὺς αὐτοὺς μετὰ Λεωγίδου πεσόντας. In Plan. est ἄδηλον. — 2 θανάτοι' Ahrens., quam formam genitivi non memini videre elisam; ῥυσάμενοι θανάτου δ' Schneidewinus. Hemistichiorum sedes pessime permutat Friedemann. De med. syll. pent. p. 287. — 3 καθύπερθε Cod., quod recepit Boiss.; vulgo καθύπερθεν. — 4. Comparant Horatiana, Od. III, 2, 21 :

Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via.

CCLII. Lemma : εἰς τοὺς αὐτούς. Item ἄδηλον in Plan. Incertum an in trecentos Spartanos scriptum sit. — 1 ἐνόπλιον Casaubonus et Jac., qui comparat alterius Antipatri verba, ep. 493, 4 : (pro patria) ἀΐδαν ἀλκιμον εἰλόμεθα. Cod. et Plan. ἐνύπνιον, quod nemo explicuit, tacite reducebat Boiss. In fine ἄτερ ἄλλο; Cod., ἄπερ ἄλλοι Plan. Jacobsius ἄλλο; servabat, « subaudito τις. » — 2. Recte explicuit Jac.: *pro virtute, quam pugnantes præstiterunt, laudem et gloriam nacti sunt*, præeunte Schæfero ap. eum p. 973. Vide Thes. v. Ἀρετή.

CCLIII. Lemma : εἰς τοὺς αὐτούς. Sine nomine auctoris in Plan., cum nomine bis apponit schol. Aristidis in Panath. p. 58 et 357 Fromm. (p. 155 Dind.). — 1 ἀρετῆς Cod. superposito α. — 3 σπεύσαντες liber unus schol.; ἐλευθερίην alius; ἐλευθερίαν duo, Cod. et Plan.; παραθεῖναι unus schol. — 4 ἀγηράντῳ Plan.; ἀγηράτῳ Cod., inter quod et ἀκηράτῳ variant libri schol.

CCLIV. Lemma : εἰς τοὺς Ἀθηναίων προμάχους. « Epigramma egregie quadrans in equites Athenienses, qui initio belli Peloponnesiaci, quum plerique Græci in Athenienses coorti essent, patriam a Peloponnesiorum injuriis defendebant. Quare a poeta Ceo profectum esse nequit, ut recte observavit Jacobs. Nec forma epigrammatis simonidea. Fortasse dicuntur ii Athenienses, qui quum Archidamus primo statim anno belli in Atticam irrupisset, occubuerunt in infelici pugna περὶ τοὺς Ῥείτους καλουμένους, Thuc. II, 19. » *Schneidewin.* p. 224. — 4 Ἑλλήνων Schneidew. pro edito Ἑλλάνων. In fine Cod. μαχόμενοι, in marg. : γρ. μαρνάμενοι, ut Plan.

CCLIV *. Lemma : εἰς Βρόταχον, Σιμωνίδου. In superiore margine paginæ diversa manu scriptum epigr. cum hoc lemmate. Additum : τοῦτο δισσῶς κεῖται. Sed alibi in Codice non exstat. — 1 κρῆς Cod. — 2 aut ἐμπορίαν cum Schneidew. scrib., aut γενεήν.

CCLV. Lemma : εἰς ἑτέρους προμάχους Θεσσαλῶν. Stanleius putavit particulam esse elegiæ quam Æschylus in eos scripsit qui in pugna Marathonia occubuerant, teste Vitæ Æsch. scriptore : κατὰ δ' ἐνίους (Æschylus in Siciliam ad Hieronem secessit) ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἠσσηθεὶς Σιμωνίδῃ. Sed ad *Ossam* perierunt quos poeta celebrat. Unde glossator Θεσσαλοὺς loquitur, neque tamen constat quæ pugna dicatur et quo tempore pugnata. — 1 μενεγχέα; Cod. — 3 ζωὸν Plan.; * ζωὸν superposito οἱ Cod.

CCLVI. Lemma : εἰς τοὺς Ἐρετριεῖς τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις κειμένους. Sine poetæ nomine affert Philostr. Vit. Apoll. I, 24 : « Conf. ep. 259. Gallice reddidit Larcher. ad Herodot. VI, n. 206. » *B.* In primo bello Persico Datis, quum Eubœam cepisset, multos captivos in Persiam ad regem misit, quibus Darius vitæ sedes assignavit in regione Cissia; v. Herodot. VI, 119 et Philostr. l. c. In hos si scriptum est epigramma nostrum, non satis apparet quomodo in medio Ecbatanæ agro sepulti esse dicantur, quum Ecbatana a regione Cissia Susisque (ep. 259) satis longo intervallo sit dissita. Nisi igitur alii Eretriensium prope Susa, alii in agro Ecbatano collocati sunt, Ecbatana pro Media, hæc pro universo Persarum imperio dicta videri debet. *Jac.* — 1 βαθύῤῥοον οἶδμα πλέοντες ap. Philostr., qui *nautarum* Eretriensium sepulcro inscriptum dicit, ἐπὶ ναυτῶν τε καὶ ναυκλήρων σήματι. — 2 κείμεθ' ἐνὶ Plan. et Phil., cujus « cod. Paris. 1696 κείμεθ' ἐνίμμεσσάτῳ. » *Boiss.* Codex Anth. κείμεθα ἐν μ. Jacobsius conjiciebat κείμεθα μεσσατίῳ.

CCLVII. Lemma : ἄδηλον, εἰς τοὺς Ἀθηναίων (sive Ἀθηναίους, incertum) προμάχους. *Simonidi* tribuit schol. Aristidis, « apud quem exstat bis, p. 136 et 155 t. III ed. Dind.; priore loco cum δουλοσύνην, ut Planudea, quod prætuli Codicis scripturæ δουλοσύναν. » *B.* Simonideis inseruerunt Schneidewin. et Bergk., qui p. 902 : « Fortasse in illos qui Platæis occiderunt; ubi, ut Pausan. IX, 2, 5, τοῖς μὲν λοιποῖς ἐστιν Ἕλλησι μνῆμα κοινόν, Λακεδαιμονίοις δὲ καὶ Ἀθηναίοις ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς. » — 1 ἐξελάσαντες unus cod. schol. — 2 ἀργαλέαν Schneidew. Edebatur δουλοσύναν.

CCLVIII. Lemma : εἰς τοὺς μετὰ Κίμωνος ἐν Εὐρυμέδοντι ἀριστεύσαντας. « Schneidewinus hoc ep. et quod sequitur n. 443, a Simonide abjudicat, quippe qui non potuerit victorias ad Eurymedontem reportatas celebrare : at vide Krügerum *Histor. Stud.* p. 52 et 64 seqq. » *Bergk.* p. 904. — 1 εὐρυμέδοντι Plan.; ἀγλαὰν Cod. et ἥβην superposito α. — 4 αἰχμηταῖς Cod.

CCLIX. Lemma : εἰς τοὺς Εὐβοεῖς τοὺς ἐν Σούσοις τελευτήσαντας. In Plan. ἄδηλον est. Diog. L. III, 33 : φασὶ δὲ καὶ τὸ εἰς τοὺς Ἐρετριέας τοὺς σαγηνευθέντας αὐτοῦ (Platonis) εἶναι· Εὐβ. κτλ. Vide ad ep. 256. « Gallice reddidit Larcher. ad Herodot. VI, n. 206. » *B.* — 1 Εὐβοέων Suid. v. Ἱππίας. Deinde ἦμεν Diog. — 2 τόσσον Diog.

CCLX. Lemma : εἰς τινα ἐν εὐδαιμονίᾳ πολλῇ τελευτήσαντα. Plan. Καρτυλίδου. « Multa in hoc ep. conspirant cum iis quæ de Q. Metelli felicitate narrant Velleius I, 11 et Valer.

Max. VII, 1, 1; minime tamen in hunc virum esse compositum videri debet. — 1. Similiter Ennius notis versibus :

> Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu
> Faxit.

Ob rhythmum bucolicum fere malim : παριὼν τὸ μνῆμά μου, ὦ παροδῖτα. » *Jac.* — 5 ἐνὶ κοίμισα frustra Lennep. ad Grot. p. 236.

CCLXI. Lemma : εἰς Βιάνορα ἔμπροσθεν τῆς μητρὸς τελευτήσαντα. — 2 ἢ τέκοι εἰ μέλλει Heckerus ; μὴ τέκοι εἰ μέλλοι Cod. et Plan. Aliorum conjecturas jam licet omittere. Similia ex Latina Anthologia collegit Jac. ad Analect. t. VII, p. 168. — 3 σᾶμα Cod.

CCLXII. Lemma : Θ. βουκολικοῦ εἰς Γλαύκην κόρην, ἑταίραν (κάρην ἑταίραν Cod.) οὖσαν. « Non injuria Meinekius p. 154 hoc ep. exilius habuit et Theocriti ubertate indignum. Ab altera cippi parte fortasse inscriptio plurium legebatur versuum, quo hoc uno distichо viatores remisit poeta. » *Hecker.* I, p. 104. Ahrens. inter dubia posuit. — 1 αὐδήσεις Cod., superposito ει. Jacobs. conj. αὐδήσει τί τὸ γράμμα ;... αὐτῷ ; Ahrens. αὐδήσαις, sed addit : « Mutilum, ut videtur, et corruptum epigramma. » — 2. Dubitari non posse videtur quin Glauca citharœda sit intelligenda, Chia et poetæ æqualis, ab ipso memorata Id. IV, 31, ubi v. schol. Glossatorem de suo dixisse ἑταίραν nihil mirum, neque in κάρην reconditum aliquid quærendum videtur.

CCLXIII. Lemma : εἰς Κλεανορίδην ναυαγήσαντα. — 2 θαρσήσαντι Cod. Νότου λαίλαπι homericum Il. Λ, 306. — 3 ἀνέγνους Cod. « Commiserat navigium Noto, quo vento in mari mediterraneo nullus periculosior ; v. Horat. I, od. 28, 21 sq. Hic tempestas orta eum *cohibuit*, ἐπέδησεν, quominus institutum iter conficeret. » *Jac.* — 4 ἀμφ' Plan. ; ἔκλασεν Heckerus p. 259 et Bergkius ; ἔκλυσεν Cod. ; sed ἀπέκλυσεν etiamsi hoc sensu diceretur, antiquo poeta esset indignum.

CCLXIV. Lemma : εἰς Κλεήνορα. Quibus statim subjicitur : εἰς τὸν αὐτὸν κλε (compendio). Ex errore potius quam ex antiqua notatione nomen profectum puta. Valde probabiliter Heckerus I, p. 103 in ejusdem cippi latere adverso insculptum fuisse epigr. 266 statuit, post titulum, in averso autem latere nostra disticha duo. Naufragus navigantes alloquitur. — 1 ὃν δ' Heckerus ; legebatur ἣν δ'. Plan. ἀίτης. — 2 λιμέσι Plan.

CCLXV. Lemma : εἰς ἕτερον ναυηγόν. — 1. « Hiatum pausa reddit excusabilem, quamvis facile corrigas ν. τ. εἰμ'· ὁ δ' ἐναντίον. » *Jac.* Qui comparat hæc Petronii : *Non sola mortalibus maria hanc fidem præstant : illum bellantem arma decipiunt ; illum diis vota reddentem penatum suorum ruina sepelit ; ille vehiculo lapsus properantem spiritum excussit ; cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. Si bene calculum ponas, ubique naufragium est.*

CCXLVI. Lemma : εἰς ναυηγὸν Διοκλέα. Conf. ad ep. 264. — 1 οἳ δ' Cod.

CCLXVII. Lemma : εἰς ἕτερον ναυηγὸν Νικήτην ὄνομα. — 1 ἀνευθεν Plan. — 2 ναυηγῷ τλήμονι Brunckius et Heckerus, quasi vero rarum sit epitheta ab hominibus ad res ipsorum transferri. — 3 αὖτως Cod. — 4 sic Cod. ; οἰκτείρετε Plan. Jac. comparat alibi lecta ἐρίσας, δανίσας pro ἐρείσας, δανείσας. Scaliger et Brunck. ἐκτέρετε (a κτερέω, *i. q.* κτερείζω), « de qua forma et ipsa dubito. Malim ὠκτίσατε. » *Heck.* Post θάπτετε præsenti locus est, atque οἰκτίρω testatur Chœroboscus.

CCLXVIII. Lemma : εἰς ναυηγὸν ὃν εὗρών τις ἐξέδυσεν ἱματίων. — 1 ὃν ἡ κτείνασα Plan. et cod. Paris. 2720 (RS.), ut non esse Planudæ correctionem appareat ; sed verum esse et Codicis οἰκτείρασα « insulsum et frivolum », minime assentior Schneidewino. Quod naufragus cum veste in littus ejectus erat, id, ut a poeta, misericordiæ et reverentiæ maris tribuitur. Plan. θάλαττα, præter ed. principem. — 2. Adjectivi πυμάτου sensus ex γυμνῶσαι pendet : ut ceteris bonis omnibus nudaverat, ita etiam veste *ultima* nolebat. Ante Jacobsium plene distinguebatur post ἠδέσατο. — 3 ἀταρβήταις RS. — 5 κεῖνό κεν ἐνδ. Cod., RS. ; κεῖνο μὲν ἐνδ. Plan., quod optime emendavit Schneidewinus et ex RS. posuit εἰς Ἀ. Male ceteri et edd. εἰν Ἀ. Veram scripturam jam Grotius reddidit. — 6 βάκος Cod., cui superscriptum : γρ. φάρος, quod habent RS. et Plan.

CCLXIX. Lemma : εἰς ἕτερον ναυηγόν. RS. : ἐπιτύμβιον εἰς ναυηγόν. « Naufragi in littore sepulti verba ad nautas prætervehentes. Hoc fortasse distichon obversabatur Propertio, qui Pæti naufragi corpus in littore vult sepeliri III, el. 5, 39 :

> Ut quoties Pæti transibit nauta sepulcrum
> Dicat : Et audaci tu timor esse potes. »

Jac. — 2 σῶμα RS.

CCLXX. Lemma : εἰς τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ναυαγήσαντας. Iterum legitur infra post ep. 650, cum hoc lemmate : Σ. εἰς ναυηγούς τινας ἐν Τυρρηνίᾳ ναυαγήσαντας. « Ubi initium est : Τούσδ' ἀπὸ Τυρρηνῶν. Unde in lemmate scribendum ἐκ Τυρρηνίας. » *B.* « Hoc si vere legitur, aut prædæ decimam a Tyrrhenis, i. e. Etruscis, reportatam et a victore dedicatam poeta dicit, aut Etruscos, qui thesauros suos Delphis habebant, victores decimam deo dedicasse. Nos tyrannos Siculos, post devictos Etruscos aliosque barbaros, ἀκροθινίοις Delphos missis hæc inscripsisse conjicimus ; conf. VI, ep. 214. » *Schneidewinus* p. 163, cui postrema imprudenti exciderunt. — 1 ἀκροθήνια Cod. utroque loco ; ξοῖδ' ἀγαγόντας ; hic, alterum altero loco et ap. Plan. — 2 μία ναῦς Plan. et Cod. altero loco ; ἓν σκάφος ἐκτ'. Plan. et Cod. hoc loco.

CCLXXI. Lemma : εἰς Σόπολιν (sic) υἱὸν Διοκλείδους (sic). Hoc ep. Heckerus in unum conjunxit cum ep. 496, ubi v. annotata. — 3 ἀντὶ δὲ κείνου Meinek. — 4 σᾶμα Cod. et Plan., corr. Brunck.

CCLXXII. Lemma : εἰς ναυηγὸν Λύκον, Νάξιον ἔμπορον. — 1 θάνεν Cod. — 3 ἔπλεεν Cod. — 4. « Ἄλλως, i. e. εἰς κενόν. Nihil nisi nomen vanum habeo sepulcri, quum mortuum intra me non receperim. — 5. Hic in Codice novum epigramma incipit, cum lemmate : ἄδηλον, εἰς ναυηγόν· θαυμάσιον. — 6. Sic ep. 502 : Nicagoram Ἐρίφων ὤλεσε πανδυσίη (ubi conf. not.). Vide Aratum Phæn. 158 et schol. ; infra ep. 640. » *Jac.*

CCLXXIII. Lemma : εἰς Κάλλαισχρον ναυηγόν. — 1. Sic Horat. Carm. III, od. 17, 11 : *demissa tempestas ab Euro.* — 2 καὶ post νὺξ om. Cod., qui deinde πανσυδίης, superposito γρ. δυσίης. — 3. Orionis occasum tempestates comitantur ; v. Apoll. Rh. I, 1202, intt. ad Horat. Od. I, 28, 19. — 4 πλέων Cod., superposito : γρ. θέων, ut Plan. — 5. Propert. III, el. 5, 8 : *Nova longinquis piscibus esca*

natat, de naufrago. Cod. κύρμα. — 6 οἴχευμαι Cod.; οἴχημαι Plan., a Meinek. receptum; οἰχεῦμαι vulgo. Deinde Cod. ὕπεστι, superposito ἐ.

CCLXXIV. Lemma : εἰς Τιμοκλέα ναυηγόν. *Corinthii*, ut ap. Grot., Codex alibi. Cenotaphium loquitur. —1. « Voce κηρύσσω respici videtur ad consuetudinem nomina eorum qui aufugerant per præconem edicendi. Simul itaque nomen defuncti proclamat cippus, simul circumspectat an alicubi naufragi corpus appareat. » *Jac.* — 2 σκεπτομενος (sine acc.), superposito η, Cod. — 4 τορωθὲν, superposito ευ, Cod.; τυπωθέν Plan.

CCLXXV. Lemma : εἰς Ἀστυδάμαντα, υἱὸν Δάμιδος ναυηγόν. Plan. Γαιτουλλικοῦ, ed. princ. Γετουλίου. — 1 ἁ πέλοπος νάσος Cod., superscriptum γρ. πόννασος; manu recentiore; ἁ πελοπόννησος Plan. In fine κρῆτα Cod. — 2. « Μάλεσν, *Maleum jugum*, plerumque Μαλέα aut Μάλεια ἄκρα, ubi inprimis periculosa navigatio; v. Odyss. Γ, 287; I, 80. Inde proverbium :

Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.

Sæva Malea Propert. III, el. 19, 8. » *Jac.* — 3 κυδωνίον Cod. — 5. Conf. ep. 273, 6. — 6 κρῆτες Cod. « Hoc cum acumine extulit Gætulicus : Non mirum, fallax monumentum conspici apud Cretenses, ubi ipsius Jovis monstretur sepulcrum. Nota Callimachi hæc, Jov. 8 :

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες.

Eodem acumine Lucanus VIII, 871 :

Atque erit Ægyptus populo fortasse nepotum
Tam mendax Magni tumulo quam Creta Tonantis. »

Jac. In Cod. adscriptum : ὡραῖον, et in marg.· περὶ τῶν Κρήτων θαύμαστον (sic).

CCLXXVI. Lemma : εἰς ναυαγὸν ὃν ἁλιεῖς ἐξαγαγόντες ἔθαψαν. — 1 σιγηνείς [sic] Cod. — 2 πολυκλαύτου de conj. edidit Jac., coll. ep. 495. « Πολύκλαυτον σκύβαλον, *lacrimis dignum*, minime erat ineptum. » *Meinek.* p. 146. — 5 ὦ χθὸν Codex, in quo novum hic epigramma incipit, cum lemmate : ἄδηλον, εἰς ναυηγὸν ἕτερον. Ὅλον, nimirum cum piscibus sepulta ea corporis parte quam devoraverant. In fine Cod. δὲ λοίμης, corr. Dorvillius. — 6 τοῖς Cod.

CCLXXVII. Lemma : εἰς ναυηγὸν ταφέντα ὑπὸ ναύτου Λεοντίχου. — 1. « Legebatur τίς ξένος, ὦ ναυηγέ; Id mutandum erat, et mutavi, ut videbatur, non omnino male. » *B.* Qui scripsit Τοὶ ξένος. Aliam emendationem a Boiss. prolatam ad Callimach. p. 192, Τίς ξένος, ὦ ναυηγέ, A. in nostro exemplo recepit Jacobs., addens : « Conf. Hermann. De emend. rat. gramm. Gr. p. 94. Possit etiam scribi ὡς ξένος. » Sed quis ferat τὶς ξένος nomine adjecto? Meinekius conjiciebat illa verba ex integro distícho et dimidia tertii versus parte superesse, « ut quæ exciderunt hanc fere sententiam habuerint : (*Quis te hospes, o naufrage,*) *sepulcro condidit? naufragum enim te esse neque alio mortis genere occubuisse indicat impositus sepulcro tuo remus.* Sequentia respondentis sunt mortui. » Heckerus distinguit ξένος ὦ ναυηγέ, ut VI, ep. 267, 1 : φωσφόρος ὦ σώτειρα, al., scripsitque τὶν, ab ionica quidem dialecto poetarum non alienum, sed quid sibi velit non assequor. Nam σοὶ ξένος, quod etiam Boiss. voluisse videtur, hic non procedit. Jam video Meinekium quoque in Add. p. 311 corrigere τὶν ξένος ὤν, ναυηγέ, ut τίν sit accusativus, « de quo v. Hermann. Opusc. I, p. 257. » Quorum minime nitida sententia, nec credibile est ab ambigua prorsus vocula exorsum fuisse Callimachum. Prior conjectura viri optimi eo arridet, quod mortuo loquente hæc fiunt ἠθικώτερα. — 2 αἰγιαλοῖς Bentleius; « fortasse tamen αἰγιαλοῦ scribendum. » *Mein.* Codex αἰγιαλούς. — 4 ἥσυχος, αἰθυίῃ Hemsterhusius; ἥσυχον αἰθύῃ, a correctore αἰθυίῃ, Codex.

CCLXXVIII. Lemma : εἰς ναυηγὸν ἀνώνυμον, ἀλλὰ θαυμαστόν. « Anonymum dicit; nam non Θῆρις versu primo, sed θηρσὶν Codex exhibet. Est Θῆρις lectio Planudeæ. Idem nomen redibit epp. 295, 447. » *B.* Nescio unde Grotius *Tarentini*. Sunt naufragi in littore sepulti querelæ. — 1 θηρσὶν Cod. — 2. Ἀγρύπνων, quæ nunquam quiescunt a fluctuum strepitu, ἀκοίμητοι, ut κοιμίζεσθαι et similia sæpe dicuntur de mari. Sic intelligam potius quam cum Jacobsio « littora quæ, ut ipsa a fluctibus nunquam quiescunt, sic me quoque somno frui non sinunt. » — 3 ποτὶ χοιράσιν Plan. — 4 ξείνων Plan. — 6 δοῦπον ἐπερχόμενον Plan. Junge καὶ ἐν νεκύεσσιν (ὢν) ἀτῳ. — 7 κατ' ἔναυσεν Cod., illud Plan. Structum ut κατέπαυσεν. — 8 θανὼν λείη Plan. et Cod., sed hic τε superposito ut fieret τελείῃ. Metaphoram petitam esse a mari pacato, quod poetæ λεῖον vocant, observat Huschkius, qui de hoc versu accurate egit Anal. crit. p. 122 seq.

CCLXXIX. Lemma : ὁμοίως εἰς ναυηγὸν ἀνώνυμον (sic apogr. Par.; e Cod. ὁμώνυμον affertur). — 2 αἰὲν Cod. et Plan., correxit Jacobs. : *in frigido væh cinere.* Malebat Heckerus I, p. 9 : ἃ ξέν', recte observans in AIEN lapidi insculpto literas Ξ et I vix tantillum differre. Ut alibi nautarum tumulis remus imponitur, inde ab Homero Od. Λ, 77, ita hic remi et rostra pinguntur vel finguntur in marmore. — 3 ναυηγοῖο τὸ Plan., qui deinde ἐνὶ, Codex ἐν, quod rectius, opinor, servatum fuisset ab editoribus. — 4 αὖτις Brunck.

CCLXXX. Lemma : εἰς τάφον ἐπὶ χώρας κείμενον ἀροτρευομένης. Ἰαμβικόν. In altero marg. : ἀπὸ ναυηγοῦ πρὸς γεωπόνον. — 1 τωῖ βόε Cod. — 2 τὴν ὄννιν, et v. 3 τοιαύτην Plan.

CCLXXXI. Lemma : ὅμοιον ἐπὶ τῷ αὐτῷ. Ἰαμβικόν. — 3 αὖτα Brunck. Κέκλανται, lacrimis irrigata est. Reddidi verbo appuleiano. Codex κεκλαυσμένας. — 1 κομάτας Brunckius; κάματος, superposito κό (sic), Codex; κοματὸς Plan. Deinde Cod. ἀναθαλύσεται στάχυν (superposito σ literæ ultimæ).

CCLXXXII. Lemma : εἰς ναυηγόν. In Plan. *Antipatro* tribuitur. — 1 ναυαγοῦ Plan. præter ed. princ. — 2 ὠλλύμεθ' Plan., probante Heckero I, p. 103; ὀλλόμεθ' Cod., ὀλλύμεθ' Brunck. et Jacobs. in nostro exemplo, ὠλόμεθ' in ed. Qui recte contulit ep. 675, velut respondens epigrammatis 264, 266, et similibus, et sententiam sic exponit : « Quamquam hic naufragi vides tumulum, ne tamen idcirco a mari abstineas : alii enim nautarum servantur, alii pereunt. Ego quidem quum naufragium facerem, ceteris navibus nihil mali accidebat. »

CCLXXXIII. Lemma : ἕτερον εἰς ναυηγὸν Ἀμφιμένην (imo ejus filium). — 1 ὀΐζυρὰ codd.; θάλαττα Plan. — 2 ψηλῆς Cod. — 3. « Notanda locutio ἐπιειμένος ἀχλὺν pro κόνιν, γῆν, quæ ut vulgaria et nimis trita respuit Leonidas. » *Jac.* — 4 φιλλεὺς Cod. et Plan.; Φυλλεὺς Scaliger, quod gentile est; Φυλεὺς Meinek. p. 135, « quod

nomen, ut multa alia heroica nomina, in vitam communem abiisse docet Pausan. IV, 13. »

CCLXXXIV. Lemma : Ἕτερον εἰς ναυηγὸν, θαυμάσιον. — 1 θάλαττα Plan. præter ed. princ. — 4. Bis positum intellige εὑρήσεις. Respicitur maris rapacitas.

CCLXXXV. Lemma : Ἕτερον εἰς ναυηγὸν Ἐράσιππον. Sine gentili in Plan. — 1 πέτρας Plan. — 3, 4. Comparat Jac. homerica Od. A, 161 : ἀνέρος οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ, et Propertii III, el. 5, 27 :

Sed tua nunc volucres adstant super ossa marinæ,
Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.

CCLXXXVI. Lemma : Ἕτερον εἰς ναυηγὸν Νικάνορα, Τύριον πλουσιώτατον. Plan. Ἀντιπάτρου sine gentili. — 1 Νικᾶνορ Plan.; μεμαραμμένε Codex, non μεμορ.; Plan. μεμορημένε, quod editur; illud recte prætulit Hecker. — 2 ἠίονι Cod. — 3 ἥσυχα πρὸς π. Bothii somnium. — 4 φροῦδα * πάσης Cod.; φροῦδά τε καὶ πάσης Plan. et Boiss. Salmasius et Jac. φροῦδ' ἄρα καὶ π. Heckerus : ὡς φροῦδ' ἃ πάσης. Sed nemo explicuit quænam sit illa πάσης Τύρου ἐλπίς : quod de ipso Nicanore dici, cujus *divitiæ* modo, virtutes nullæ memorantur, perimprobabile est. Scripsi igitur πάτρης, oppositum ξείνῃ ἠίονι, lacunam aliis committens felicius explendam. Insperata morte obiens perdidit ædes magnificas, quibus superbiebat, et ipsa sepulcri in patria terra spes perierat peregrinum in littus ejecto. Contrariam sortem Leonidas fere gratulatur Promacho infra ep. 665, 5 seqq.; quæ conferas. — 5. In marg. Cod. ὡραῖον.

CCLXXXVII. Lemma : εἰς Αὔσιν (Αὖσιν corrector) ναυηγόν. Conf. ep. Archiæ 278. — 1 θάλαττα Plan. — 3 στηνὲς Cod. superposito ρ. Deinde παρ' οὔατα Brunckius frustra. — 5 οὐκ ἐπὶ Schneiderus; οὐκ ἔτι codd., sed aliena ab hoc loco videtur mentio fortunarum Lysidis ex lautioribus olim in angustius redactarum; potius « avaritia, ut solet, et invidia mari exprobratur, quod Lysin quamvis parvo navigio vectum exiguisque instructum copiis, tamen submerserit. » *Jac.* — 6. Conf. ad ep. 295, 4.

CCLXXXVIII. Lemma : ὁμοίως εἰς ναυαγὸν ἀνώνυμον (i. e. *hunc quidem* anonymum). — 1 οὐδ' ἑτέρης Cod.; θάλαττα Plan. — 3 σάρκα μὲν γὰρ Cod. — 4 ψηχρῇ Heckerus I, p. 94, vocabulo dubio.

CCLXXXIX. Lemma : εἰς Ἀνθέα τὸν ναυηγὸν, ἐκ τῆς θαλάσσης σωθέντα, ὑπὸ θηρὸς δὲ χερσαίου ἀναιρεθέντα. — 3 λύκος lineæ superscriptum in Cod. « Ἄσκοπον, de ejusmodi periculo securum. — 4 πικρότερα Plan., male. Conf. IX, ep. 271, de maris per dies halcyonios tranquillitate, ὡς κρῖναι χέρσον ἀπιστοτέρην. » *Jac.*

CCXC. Lemma : Ἕτερον εἰς ναυηγὸν ὑπὸ ἔχεως δηχθέντα. — 3 βεβαρυμένον Plan.

CCXCI. Lemma : εἰς Αυσιδίκην ναυηγήσασαν Κυμαίαν. In cenotaphium Lysidicæ, quæ, patre Aristomacho eam per mare ad sponsum deducente, tempestate exorta in undis periit. Cogitanda est autem, ut observat Heckerus I, p 94, anaglypho efficta qualis describitur v. 1. — 1. Sic Ovidius (ap. Jac.) de Ceyce naufrago : *nudum et adhuc humente capillo*. — 2 ναυηγὲ Cod.; ναυηγοῦ Plan. Meinekius p. 225, cui simplex εἰς ἁλί nimis jejunum videretur, conjecit ναυαγῷ φθ. εἰν ἁλί, *in naufrago mari*, coll. IX, ep. 105, ἀνέμους ναυηγούς. — 3 θαλάττης Plan. præter ed. princ. « Puellam puta in maris tumultu aut spiritus deliquium præ timore passam, aut vertigine captam, e navi excidisse. Sic fere Helle ap. Lucian. D. mar. IX, 2. » *Jac.* — 5 χθόνα κύμμιν Cod., in quo Κύμην agnoverat auctor lemmatis; χθόνα Ταρσὸν Plan., haud dubie de suo. — 6 ψηχρῷ Hecker. — 7. In Cod. novum hic incipit ep., cum lemmate : εἰς τὴν θυγατέρα Ἀριστομάχου ναυαγήσασαν. Conf. IX, ep. 245.

CCXCII. Lemma : εἰς Ληναῖον ναυηγόν. « Est de hoc epigr. conjectura viri d. vix digna quæ memoretur in Biblioth. ratiocin. t. XLV, p. 344. » *B.* — 2 μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῖο μυρομένη Cod. Recepi correctionem Jac. in Anal. prolatam t. X, p. 196, κρυεροῦ δυρομένη, « cui quum aliquis præfixisset vel superscripsisset o, ortum est κρυεροῖο. » Idem in Pal. σμύχεθ', in nott. mss. δύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῦ μυρ. Heckerus κρυεροῦ σμυχομένη, « quod verbum aptissime congruit cum altero κωφὰ μύρεται. » Meinekius p. 182 conjiciebat μύρεθ' ὑπὲρ κρυεροῖο μινυρομένη σε τάφοιο.

CCXCIII. Lemma : εἰς Νικόφημον ναυαγήσαντα ὑπὸ δίψους ἐν τῇ θαλάσσῃ. « Gallice vertit Larcher. ad Chariton. t. II, p. 223 » *B.* Apud quem III, p. 48 : ἐν ταύτῃ τῇ θαλάσσῃ... γαλήνης μακρᾶς γενομένης δίψει πάντες ἀνῃρέθησαν. — 2 κύματος Cod. et Plan.; κύμασιν anonymus ap. Huetium p. 23; κύματ' οὐ alius ap. Dorvill. Char. p. 272. — 4. « Ἀνηνέμῳ πλόῳ idem est quod νηνεμίᾳ. Infra ep. 640 : ἁπλοίῃ πεπεδημένον. Φρύγομαι de siti etiam Ælian. N. A. XVII, 37. » *Jac.* Heckerus conj. ἐψύγη, coll. Hesych.: ἀπεψύγη· ἀπεπνευματίσθη. Plan. δίψης.

CCXCIV. Lemma : Ταυλλίου (sic) Λαυρέα εἰς Γρυνέα τὸν ἁλιέα ἐν θαλάσσῃ ἀποπνιγέντα. In Plan. Στατυλλίου inscriptum. — 3 ἐκ accessit ex Plan. — 4 sic codd., « quod defendi potest; nam adjectivum κρόκαλος memorat Theognostus Can. p. 21, 5 : κρόκαλος αἰγιαλός, i. e. κροκαλώδης, littus *scruposum*. » *Hecker.* p. 204. Ceterum probabilis conjectura Jacobsii ἠιόνος, coll. Append. ep. 312 : Τυρσηνῆς ἠιόνος κροκάλη, et al. Bothius ἠιόνι. Cod. ἐς, Plan. εἰς.

CCXCV. Lemma : εἰς Θῆριν ἁλιέα ἐν τῇ ἑαυτοῦ καλύβῃ τελευτήσαντα. — 2. Αἰθυίης, conf. ep. 277, 4. Arat. Phæn. 296 : nautæ ἰκελοι κολυμβίσιν αἰθυίῃσιν. — 3 ἰχθύσι λῃστῆρα Cod. et Plan.; ἰχθυοληϊστῆρα Schneider. et Jac. « Sed recte dictum ἰχθυσιληϊστῆρα, ut ἁρροσιβόμβαξ ap. Timonem Diog. L. II, 126, ὑδασιστεγὴς ap. Philippum VI, ep. 90, et multa ejusdem generis alia, de quibus egit Lobeckius ad Phryn. p. 687. In χηραμοδύτης, pro quo fuit qui χηραμοδύπτην scribendum censeret, recte penultima producitur; v. Lobeck. Paralip. p. 432. » *Meinek.* p. 133. Et sic Jac. in Delectu p. 452. Jam Salmasius suo exemplo adscripserat : « ἰχθυσιληϊστῆρα unica voce. » — 4. « Ναυτιλίη pro *nave* positum poetice, ut εἰρεσίη paullo ante ep. 287, 6. — 5. De violentia Arcturi v. Plaut. in Rudentis prologo 69 seqq., Plin. XVIII, 31, 74. » *Jac.* — 7 ἔθανεν Cod., corr. Stephanus. — 9 τούτου π. Codex, corr. Jacobs., et τοῦτ' οὐ a prima m. scriptum fuisse in Codice agnovit Paulssen.; τῷδ' οὐ π. Plan.

CCXCVI. Lemma : Σ. τοῦ Κήου, εἰς τοὺς μετὰ Κίμωνος στρατευσαμένους ἐν Κύπρῳ Ἀθηναίους, ὅτε τὰς ρ' ναῦς τῶν Φοινίκων ἕλαβεν (sic Cod., non ἕλαβον). Sive ut schol. Aristidis III, p. 209 (525) : εἰς τὰς αὐθημερὸν ταύτας νίκας (Cimonis) Σιμωνίδης ὕμνησε λέγων· Ἐξ κτλ. Affert Aristides t. II, p. 209 et cum nomine Simonidis ib. p. 512 ed. Dind. Diodorus XI, 62 : ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων δεκάτην ἐξελόμενος ἐκ τῶν λαφύρων ἀνέθηκε τῷ θεῷ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἐπὶ τὸ κατασκευασθὲν ἀνάθημα ἐπέγραψε

τήνδ'· Ἐξ κτλ. Ubi res nota narratur et ap. Plut. Cim. c. 12, 13. *Juniori* Simonidi tribuebat Goens. De Sim. p. 33. Vide Bergk. ad ep. 258. « Exstat in Arsenii Violeto p. 329 [ex Apostol. VII, 57]. » *B.* — 1 οὐ γ' Cod., Diod., Ars.; οὔ τ' ex Aristide et schol. Hecker. et Bergk. Deinde Ἀσίης Cod. solus; ἔκρινεν Arist. et schol. Notum apud antiquiores in Asiam et Europam orbem terrarum dividi totum. — 2 καὶ πολέας (edd. πόλεας) θνητῶν Diod.; πόλιας θνητῶν Arist., schol., Ars. In fine ἐπέχει Diod. Sed conf. Hom. Il. Γ, 358 seq. — 3 οὐδαμά πω καλλίων Cod.; οὐδενί πω κάλλιον Arist., schol., Ars.; οὐδέν πω τοιοῦτον Diod. — 4 in fine ὁμοῦ Arist., schol., Ars. — 5 ἐν γαίῃ Arist. et schol. « quod solum verum esse docet Krüger. supra cit. » *Bergk.* In fine ἐλάσαντες tres libri Diod. — 6. Phœnicibus magna pars classis Persarum constabat; conf. Diod. X, 60; Thuc. I, 100. — 7 versus in Codice sic desinit : δ' ἔστεν... Cetera accesserunt ex Arist., schol., Diod., cujus cod. opt. δεσγενέασις, ceteri fere depravatius δ' ἐς γενεὰς ὑπ' αὐτῷ. — 8 ἀμφοτέρας Cod. superscripto ι. Interpretantur ἀμφοτέραις χερσὶ de navalibus et terrestribus copiis. Heckerus conjicit πληγαῖς ἀμφοτέραις χερσικράτει πολέμῳ, addens, « Non occurrit alibi adjectivum χερσικράτης, sed vir hujus nominis memoratur a Chœrobosco Can. p. 751, 7. » Boiss.: « κράτει πολέμου, conf. ad ep. 541. »

CCXCVII. Lemma : εἰς τὸν Λεύκιον ὕπατον, ὅτε τὴν Κόρινθον ἐξεπόρθησε. Et rursus : εἰς τὸν ὕπατον Λ. τὸν ἐκπορθήσαντα Κόρινθον. Est Lucius Mummius. — 2 σύντροφον Plan., præter Aldi codicem. « Σύνδρομον ἠόνα accipe de binis Isthmi littoribus, quæ *duo maria ab occasu et ortu solis finitima arctis faucibus dirimunt*, Liv. XLV, 28. » *Jac.* Bothius apponit « Cic. Contra Rullum II, 86 : *Corinthus sic posita erat, ut terra claustra locorum teneret, et duo maria maxime navigatione diversa pæne conjungeret, quum pertenui discrimine separarentur.* » — 3 ἐστυφέλιξε Cod., α superposito; ἐστυφέλιξα Plan. « Quod ineptissimum est; minimine enim v. 5 Mummii crudelitatem excusat poeta, quod Jacobsio visum, sed ossa militum, quos a Romanis supremo honore sepulcri privatos esse indignabundus notat Polystratus, a Corinthiis in unum tumulum coacervata et sub uno lapide sepulta ait, ut apparet ex aoristo νόσφισαν v. 4. Nomen igitur σκόπελος idem significat quod alibi πέτρη. » *Hecker.* — 4 σωρευθένθ' vel potius σωρευτῶν corrigit Heckerus : calidius, ni fallor; indicari videtur saxorum altus acervus, quem, duri victoris metu, illi πολυανδρίῳ cives superstruxerint pro cippo aut monumento sculpto et literato. — 5. « Πριάμοιο. Schol. Wech.: ὅθεν καὶ παροιμία· Τοῖς Κορινθίοις οὐ μέμφεται Ἴλιον· Πολυδ. ε'. In Polluce non invenio locum; sed est initio Dionis Plutarchi, in Rhetorica Aristotelis I, 6, 24; in Proverb. Strom. 756; in Adagiis Erasmi IV, 1, 44. » *B.* — 6. Ἄκλαυστος jungi solet cum ἄταφος s. ἄθαπτος, et eodem redit.

CCXCVIII. Lemma : εἰς νυμφίον Εὔπολιν καὶ νύμφην Αὐκαιναν, οὓς πεσὼν ὁ θάλαμος ἀμφοτέρους ἀπέκτεινε. — 3 τε Γλυκέριον Plan. In fine corrector Codicis ὑμέναιος. — 4 ἔσβη ἐν Cod., alterum Plan. — 5 οὐκ ἄλλῳ Salmasius; οὐκ ἄλλος Cod.; οὐ καλῶς Plan. Deinde ὡς ὁ μὲν Cod. et Planudeæ liber optimus ap. Brunck. Aldinæque, aliæ ὡς σὺ μὲν, editur autem ᾧ σὺ μὲν, nulla, ut videtur, auctoritate. « In versu varietate lectionis impedito scripto ὧ σὺ μὲν... σὺ δ', pro ὡς, mihi visus sum aliquantum profecisse. » *B.* Meinekius p. 232 conj. ὧν. — 6 νικία σὺ δ' ἔκλαυσας εὔδικε Cod. et ed. princ. Plan. cum Aldinis (nisi quod Νικίας in ed. pr.), sequentes Νικία, σὺ κλαύσας δ' Εὔδικε. Νῖκι, a Νῖκις, Jos. Scaliger, quod poscit σὺ μέν. Heckerus ὡς ὁ μὲν υἱὸν Νικίας (bisyllabe, ut in exemplis quæ multa collegit p. 59 seq.), ἔκλαυσας δ', Εὐδ. Jacobs. conj. Νῖκι, σὺ δ' ἔκλαυσας, φεῦ, Λύκε, θυγ., « nam Lycænii pater commode *Lycus* appellaretur; » in nostro exemplo commendans Bothianum σὺ δ' εἶ κλαύσας. Meinekius : « Mihi ἔκλαυσας Κλεύδικε aut Θεύδικε scribendum videtur. Notæ nominum propriorum formæ Θεῦγνις, Θεύδοτος, Θεύφιλος, alia. » Quod recepi; in v. 5 enim ut ὡς ὁ μὲν varietatem structuræ afferebat non inelegantem, ita in ωσυμεν librarius facillime ad ὁ μὲν aberrare poterat.

CCXCIX. Lemma : εἰς Πλάταιαν τὴν πόλιν ὑπὸ σεισμοῦ καταπεσοῦσαν. « Quod de Platæis speciatim relatum non vidi; sed Bœotiam terræ motibus expositam fuisse Strabo ait X, p. 686. » *Jac.* — 1 ἀδ' ἔστ' ἄδε Cod. Distinctionem versus monstravit Heckerus, sic disputans : « Jacobsius τί τοι λέγω explicat : *quid tibi vis dicam? qua consolatione et alloculione utar?* Sed interrogatio talis corrigendis tantum prioribus verbis inservire potest, ut supra ep. 129. Hoc autem loco primis verbis, in quibus etiam duplex ἄδε mire languet, nihil inest quod corrigatur vel corrigi possit. Simillimus locus Sophoclis Antig. 566 seq.

ΙΣΜΗΝΗ. Τί γὰρ μόνῃ μοι τῆσδ' ἄτερ βιώσιμον;
ΚΡΕΩΝ. Ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγ', οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.

Nec differt quod de Niobe canit Antipater Plan. ep. 131, 1 : Ταντα̃λις ἄδε ποχ' ἄδε. » — 2 ἐξαπίνας Cod. superposito η. — 4. Qui perierunt, patriam ipsam pro cippo et monumento sibi impositam habent.

CCC. Lemma : εἰς Πυθόναχτα (sic) καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. — 1 κασιγνηκτε Cod., ultimæ syllabæ superposito την. Plan. κασιγνήτην, uterque κεκεύθει. Sed margo Cod.: γρ. κασίγνητόν τε κέκευθε, quod ab omnibus receptum, Bergk. κέκευθεν. — 2. « Fortasse γῇ scribendum. » *Schneidewin.* — 3 μέγ' ἄριστος Cod.; μέγ' ἄριστον Plan.; corr. Grotius. — 4 χαριζόμενον superposito σ Cod.

CCCI. Lemma : εἰς τοὺς μετὰ Λεονίδην τὸν (Λεωνίδου τῶν Boiss.) Σπαρτιατῶν (sic compendium, non σπαρτιάτην) τελευτήσαντας. — 1 sic Plan.; εὐκλεὰ γαῖα Cod. Jacobsius ad hæc : « Ipsum regem, inquit, summis laudibus dignum, nemo poetarum antiquorum versibus decoravit; nec ullus alius regum Spartanorum, excepto Pausania, carminibus laudatus est, monente Pausania III, 8. » — 2 Σπάρτας Plan. præter ed. princ. Tum βασιλεῖς Cod. — 4 τ' ἀνδρῶν edebatur ex Plan; particulam cum Codice et Schneidewino recte sustulit Jac. in nostro exemplo. In fine Plan. πόλεμον.

CCCII. Lemma : εἰς Νικόδικον. — 1 αὐτοῦ Plan. et edd. præter Bergk. — 2 sic Codex et Plan., nisi quod hic ἥδε κλάει, « contra metrum. Scribere poterat monachus ποθεῖ. » *Brunck.* Quod recepit Schneidewin., ipse Brunckius cum Salmasio : Νικοδίκου δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδε Πόλη, Jacobs. Πόλαι, quod usitatum. « Emendatio, ait Schneidew., vel ideo perversa est, quod πόλις ἥδε adjecto nomine ipso urbis dici non potuit. Sensit vitium Planudes. » In Codice scriptum erat πολλὴ, deinde eraso λ correctum πόλη. Quorum vestigia non satis premit, sed valde placet Bergkii conjectura (p. 909) :

Τῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται,
Νικοδίκου δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδ' ἐχάρη,

« ut sit epigramma ad Παίγνια potius referendum. » Alia quoque epigrammata Planudes pervertit in sententiam

prorsus contrariam, ipsumque Cephalam vidimus nonnulla perperam intellexisse. Boiss. « Forsan πολύ. »

CCCIII. Lemma : εἰς Κλεόδημον νήπιον ὑπὸ νηὸς κατασυρησάσης (hoc vult compendium; κατασυρείσης Boiss.) τελευτήσαντα. — 2 ἐρεισάμενος Cod., superposito ν. — 3 θρῆιξ Plan. « Thracibus aut ob feros mores incolarum, aut a Terei facinore crudelitatis inhærebat nota; conf. Horat. Epod. V, 14 et intt. — 5 τὶς Cod. Inonem in Leucotheam conversam nautæ implorabant. Magis autem decebat eam nunc puero Cleodemo succurrere, memorem salutis, quam Melicertæ suo Nereidum misericordia attulit. » *Jac.*

CCCIV. Lemma : Πισ. Ῥ. Τούτου τοῦ ἐπιγράμματος μέμνηται Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ὡς ἀρίστου· εἰς Ἵππαίμονα τὸν ἐκ Κρήτης Μάγνητα. « Non intellexit glossator versum tertium. » *B.* Prius distichon citat Dio Chrys. Or. XXXVII, p. 121=532 Emp., subjiciens : τίς οὖν οἶδεν Ἑλλήνων οὐχ ὅτι τὸν ἵππον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Ἱππαίμονα; δοκῶ μὲν οὐδὲ Μαγνήτων, ὅθεν ἦν Ἱππαίμων. Οὗτος μὲν οὖν φροῦδος ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ Βάβητι καὶ Ποδάργῳ. Et Pollux VI, 46 seq. : οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Μάγνης κύων, τὸ Ἱππαίμονος κτῆμα, ὁ Λήθαργος, ἀνώνυμος, ὃς τῷ δεσπότῃ συντέθαπται, καθάπερ μηνύει τοὐπίγραμμα· Ἀνδρὶ κτλ. — 2 θήραγρος Cod., superscripto : γρ. λήθαργος, ex Nicolao haud dubie, ut recte observat Bergkius Lyr. p. 326; et sic ceteri. — 3 ἐκ lineæ superscriptum in Cod., qui αἵμονος. « Hic versus non est intellectu omnino facilis. Continet epitheta viri, equi, canis et servi : si eodem ordine quo nomina, Hippæmon fuit Thessalus, equus Cretensis, canis Magnesius, Babes filius Hæmonis. Sed vix putaverim designari posse servum nomine patris. Unde videntur ordine inverso epitheta sumenda, ut fuerit Hippæmon filius Hæmonis, equus Magnesius, canis Cretensis, servus Thessalus. Priore ordine epitheta Pollux intellexit; sed de servo difficultatem non tangit. » *B.* Post Jacobsium Bergkius : « Thessalus fuit equus, Creticus canis, Hippæmon Magnesius; servi, qui inferiore habetur loco, patriam consulto poeta videtur reticuisse : fuit fortasse Phryx; v. tit. Phryg. 1 apud Stewart. *a description of some anc. monum. in Lydia and Phrygia :* ΒΑΒΑ. Idem nomen Βάβυς; [v. Thes.] apud Syros, de cujus significatione conferendus Phot. Bibl. p. 341, b. »

CCCV. Lemma : εἰς γρηπέα (sic) Διότιμον ἐπιτύμβιον θαυμαστόν. — 1. Nimirum ἐν κύμασιν ex sequenti. — 2. « Οἶκον πενίης. De paludum in Ægypto incolis Heliodorus I, 4 : ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ σκάφους βιοτεύει πορθμεῖον τὸ αὐτὸ καὶ οἰκητήριον ἔχων. » *Jac.* — 3. « Versum refinxi, posito post ὑπνώσας nomine ἀΐδαν quod in Codice supra ἵκτο serius scriptum est cum nota γρ. » *B.* Eadem est emendatio Heckeri. Codex versum desinit in ἵκτο (sic), Plan. ἵκτο πρὸς ᾅδην. Jacobs. : « Suavius, ni fallor, foret ἵκετ' ἐς ᾅδου. »

CCCVI. Lemma : εἰς Ἀβρότονον τὴν μητέρα Θεμιστοκλέους. Legitur ap. Plutarch. Them. c. 1 et Athen. XIII, p. 576, C, qui affert ex Amphicrate ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. Conf. Hecker. I, p. 154 seq. — 1 ἀβρ. Cod.; γυνὴ γένος Ath. et Plut., cujus codd. quidam γενόμην γένος. — 2 φασὶ Ath.

CCCVII. Lemma : ἐπιτύμβιον ἀνώνυμον. Legitur etiam in primis foliis Codicis auctoris nomine non addito. In Plan. quoque ἄδηλον. « Hunc lusum, quo nihil post mortem ad nos pertinere et ne famam quidem rerum in vita actarum nostram esse docet, comparavit Gataker. cum his Antonini Aug. IV, 19 : ὑπόθου δ' ὅτι καὶ ἀθάνατοι μὲν οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη. Τί οὖν τοῦτο πρὸς σέ; καὶ οὐδὲν λέγω, ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ζῶντα τί ὁ ἔπαινος; — 1 εἰς τί Cod. hic; ἐς τὶ superscripto γρ. εἰστι altero loco; ἐς Plan. — 3 δ' ἐνδ. Codex hic et Jacobs. in nostro exemplo; sine δ' altero loco et edd. — 4 τίς τινὶ Cod. hic, altero loco λέγω a correctore, probatum Salmasio et Boissonadio.

CCCVIII. Lemma : εἰς παῖδα Καλλιμάχου πέντε χρόνους (*annos*) ζήσαντα. « Gallicis versibus vertit Chevræus Opp. Misc. p. 371. » *B.* — 2 Καλλιμάχου scriptor lemmatis legebat vel properante oculo vidit : nam de patre pueri unde rescivisset? — 4. « Recte Callimachus dixit ap. Cic. Tusc. I, 39, *multo sæpius lacrimasse Priamum quam Troilum.* » *Jac.*

CCCIX. Lemma : εἰς Διονύσιον Ταρσέα ἑξηκοντούτην τελευτήσαντα. — 1 ἑξηκοντούσης Cod.; alterum Plan. et RS. — 2 εἴθε RS.

CCCX. Lemma : εἰς ληστευθέντα. — 1 ὁ μὲν RS.; κρυπτὸν omnes. « Scripsi κρύπτων e conjectura Jacobsii. Conf. epp. 346, 347, 349, 360, 480, 481. » *B.*

CCCXI. Lemma : ἀδέσποτον εἰς τὴν γυναῖκα Λώτ· οἱ δὲ Ἕλληνες (*Gentiles*) εἰς Νιόβην αὐτὸ ἀναφέρουσι. RS. : εἰς Νιόβην ἄδηλον. « Et εἰς Νιόβην pro lemmate exhibent Plan. et schol. Soph. El. 147, quem secutus *Agathiæ* nomen inscripsi. » *B.* Non Laurentianus, sed recens schol., p. 362 ed. Dindorf. Et de Agathia valde dubito. — 1 νέκυν ultimæ voci superscriptum in Cod., et sic schol. Soph. et Eustath. p. 1508, 8. Quod recipiendum fuisse puto. — 3 αὐτοῦ Jacobs.; αὐτοῦ Cod. et RS.; αὐτῷ reliqui.

CCCXII. Lemma : Ἀσιννίου Κ. εἰς τοὺς ἀναιρεθέντας ὑπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ὑπάτου Σύλα. Adscriptum : ζ (ζήτει?). Apud Plan. est ἄδηλον. « Fortasse Athenienses significantur, quorum ingens numerus post Athenas captas occisus est. Ad hanc historiam tamen occultæ et dolosæ cædis commemoratio vix satis accommodata. Salmasius lemmati fidem denegat et interpretatur epigramma de bello Catilinario et illa pugna, in qua Catilina ipse cecidit, sed versum 4 improbabilissime mutans. Exteros autem hostes fuisse qui in insidiis Romanorum perierint, ex primo versu satis, ni fallor, intelligitur. » *Jac.* An legendum ὤλοντ' οὐ κρυφίῳ?

CCCXIII. « Est anonymum in Codice et ap. Planud. Nomen *Timonis* imposui duce Plutarcho Vita Anton. c. 70. » *B.* Qui refert inscriptum fuisse tumulo quem mare irrumpens undis cinxerit καὶ ἀπροσπέλαστον ἀνθρώπῳ πεποίηκε τὸν τάφον. — 1 ἀποῤῥίξας Cod. — 2 οὔνομα Cod. et Plan.; alterum recte Brunck. ex Plut. posuit. Apud scriptorem Vitæ Platonis e cod. Vindob. editæ p. 393 Westerm. : τίς δ' ὢν οὐ π. Idem ut Plan. πεύσεσθε, quod verum est et nunc legitur ap. Plut., cujus edd., ut Codex, πεύσοισθε habebant.

CCCXIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα Πτολεμαίου. Ipse Timon loquitur ut in omnibus quæ sequuntur præter ep. 317 et 319.

In margine superiore novæ paginæ Cod. legitur epigr. Juliani, suo loco exhibendum infra 577.

CCCXV. In Plan. est ἄδηλον. « Optat Timon ut, tumulo

spinis et vepribus obducto et operto, tuta ob omnibus solitudine fruatur. — 1 τρηχείαν Schneidewin. ad Simonid. p. 145 [quod verum. Legebatur τρηχείην]. Alii contra rogant superstites ut tumulum a vepribus purgare velint. — 2 Κῶλα, nam plantis et arbustis quæ per terram vel sursum serpunt, pedes poetæ tribuere solent. Notanda epithetorum permutatio [elegans hic et venusta], pro vulgari σκολιὰ κῶλα ἀγρίας βάτου. — 6. Γνήσιος in vett. Glossariis exponitur *carus; γνησιώτατος, carissimus.* » *Jac.* Imo propria significatione dicitur, a genuina indole humana vel inter mortuos alienus.

CCCXVI. In Plan. est *Leonidæ*. « Arguta in hoc ep. sententiæ conversio et ingenio μισανθρώπου dignissima. » *Jac.* — 1 In Vita Platonis ex cod. Vindob. edita p. 393 West. sic legitur hoc distichon :

Τήνδε σὺ τὴν στήλην παραμείβεο, μήτε με χαίρειν
εἰπών, μηδ' ὅστις, μὴ τίνος εἰρόμενος.

In Cod. ἐξετάσας superposito η (—τάσης). — 2 μήθ' ὅστις μ' ἢ τίνος Brunckius, quod necessarium esse putat Heckerus, utpote usitatam formulam τίς ἢ τίνος, ep. 478, 1; 503, 2; IX, ep. 448, etc. — 3 seq. « Ἀνύειν ὁδὸν est etiam simpliciter *viam facere*. Conf. schol. Aristoph. Pl. 606. » *Jac.* Heckerus utroque loco ἦν τανύεις corrigit, addens : « Confer tamen XIV, ep. 106, 1 : ποῦς ἀνύω τρίβον. »

CCCXVII. — 1. Junctura facit ut intelligatur ἐχθρότερον. — 2 ὑμέων γὰρ Plan. et Meinek.; ὑμείων γὰρ Codex, quod recepit Brunck. deleto γάρ, probantibus ut ἠθικώτερον Jacobsio, Nækio Opusc. t. II, p. 93 et Boissonadio.

CCCXVIII. Καλλιμάχου Cod. In Plan. est ἀδήλον. — 1 κακὸν κάρα Plan. « Illud dictum est ut χακαὶ φρένες ap. Theocr. XIV, 31. » *Meinek.* — 2 ἐστὶ τὸ μή σε γελᾷν Cod. et Plan.; postremum correxerunt Græfius et Jac.; κάστι, quod syntaxis postulat, scripsit Hauptius Indice schol. Berol. 1858, p. 7. Peerlkamp. in Bibl. crit. IV, p. 50 conjiciebat λέγειν (pro γελᾷν).

CCCXIX. — 1 σὺ δ' ἐγῶ πυλαωρὲ Cod., corr. Brunckius; σὺ δὲ δεινὲ πυλωρὲ Plan. — 2 τάρβιο Cod.

CCCXX. « Alterum distichon Plutarchus Anton. c. 70 tribuit *Callimacho*, cui totum ep. assignandum videtur. Rari apud Plutarchum in scriptorum nominibus errores, in Cod. Anth. frequentissimi. » *Meinek.* p. 147, qui in Jacobsii sententiam, Plutarchi errorem suspicantis, pronior esse videtur in ed. Callimachi p. 118. — 1 πάντῃ Cod. — 3 sic Plan.; ἐσοικέω Cod. et Plut. — 4 εἰπὰς Plan.

CCCXXI. Lemma : εἰς πρεσβύτην Ἀμύντιχον γέωργον [sic] ἢ φυτοκόμον. — 1 ἔνθετο adscripsit Salmasius ut ex Codice. — 3 ἀεὶ πρέμνον Pal., quod cum γρ. superscriptum voci πέπλον in Codice, et « elegans esse πέπλον nec cum πρέμνον permutandum » pronunciavit Salmas. ap. Bosch. IV, p. 57, sententiam non explicans. Sed merito Heckerus (Epist. crit. ad Schneidewinum p. 485 Philologi t. IV) etiam ἀεὶ non tulit in his :

καὶ γὰρ ἀεὶ πρέμνον (πέπλον) σοι ἀνεστήριξεν ἐλαίης
πολλάκι καὶ Βρομίου κλήμασιν ἠγλάϊσεν,

et optime correxit ἀειπέταλον... ἐλαίην, olivam *semper virentem; ἐνεστήριξεν* Jos. Scaligeri correctio est. In eadem voce ἐλάῃ erravit librarius finiente versum VI, ep. 202, 6. — 4. In ἠγλάϊσεν ex σοί petendum σέ. — 5. Ὕδατος αὔλακες, qui vulgo ὀχετοί.

CCCXXII. Lemma : εἰς Ἰδομενέα καὶ Μηριόνην. « Exstat etiam ap. Diodor. V, 79, quem ex Peplo Aristotelis hausisse probabile est. » *Schneidew.* p. 29. De re vide Diod. l. c. — 1 ὅρα Diod.; ὅραι Cod.; ὁρᾷς Plan. Append., ut solitum in Peplo, et ibidem ἐγὼ τοῦ, quod præstat et in latinis posui. Schneidewinus τοι pro τῷ accipiendum esse annotat. — 2 ὁμόλου Cod. « Vide ad ep. 371, 6. » *B.*

CCCXXIII. Lemma : εἰς δύο ἀδελφοὺς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τελευτήσαντας. Geminos quidem. — 1 Δὶς δύ' ed. princeps Plan.

CCCXXIV. Lemma : εἰς τινα γυναῖκα σώφρονα καὶ μόνανδρον. Nomen mulieris haud dubie in titulo legebatur, qui et docuisse videtur unde fuerit περίβωτος. — 1 ἡ περίβ. Plan., sed idem ἁδ'. Scribendum etiam τᾶδε. — 2 λυσαμένη Cod. et Plan., sed ille superposito α.

CCCXXV. De his dicendum erit ad Append. ep. 97; vide interim qui diligenter hæc tractant Nækium Chœril. p. 196 seqq., et Heckerum Comm. I, p. 35 seqq. Duo versus separatim leguntur etiam ap. Dion. Chrys. Orat. IV, p. 81=186, Plut. Mor. p. 330, F, et latine ap. Cic. Tusc. V, 35 :

Hæc habeo quæ edi quæque exsaturata libido
Hausit : at illa jacent multa et præclara relicta.

— 1. « Recepi ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα ex Dione et Planude. Codex ἔφαγον δὲ καὶ ἔπιον. » *B.* Bothius ἔφαγόν τε καὶ ἔκπιον ἢ μετ'. — 2 ἐδάην Cod. et Plan., ἔπαθον ceteri. Deinde Cod. ὅλβια * τα φος ἔμαρ ψε, concellatis quattuor ultimis syllabis. De qua re Paulssen. : « Res ita est comparata : scripserat librarius ὅλβια τα. Corrector, lacuna data, perperam τα pro τυ exhibitum opinans, quamobrem signum correctionis additum vides, ex epigr. sequentis versu altero illam explere statuit. Post autem quum veriora vel reperisset vel excogitasset, in marg. adjecit γρ. πάντα λέλειπται. » Quod ex Plan. receptum.

CCCXXVI. Lemma : παρόμοιον σωφροσύνης ἀνάμεστον. Parodia præcedentis epigrammatis. Philosopho tribuit et Diog. L. VI, 86. — 2 τῦφος Diog.; τάφος Codex et Grotius.

CCCXXVII. Lemma : εἰς Κάσανδρον τὸν ὡραῖον ἐν Λαρίσσῃ κείμενον· μετεγράφη παρὰ Γρηγορίου τοῦ μακαρίτου διδασκάλου ἐξ αὐτοῦ τοῦ (in marg. a correctore ἐξ αὐτῆς τῆς) λάρνακος. « Conf. lemmata epp. 334, 429. » *B.* Legendus de Gregorio Hecker. I, p. 166 seqq. Præterea adscriptum : ὡραῖον. σημείωσαι. — 3 ἦδε Codex, ut solet in his.

CCCXXVIII. « Non distinctum hoc ep. a præcedente in Cod. Duo tamen sunt, sed eidem cippo insculpta. » *Jac.* Conf. Hecker. I, p. 100 seqq. — 4 εἰκοσιὲξ Plan. Notandum adjectivum ab recenti versificatore additum his ἡλικίην (ὄντα) κς' ἐτέων.

CCCXXIX. Lemma : εἰς Μυρτάδα τὴν μέθυσον ἐν πίθῳ ταφεῖσαν. — 1 Μαρτάδα Plan. *Mortada* Grotius. — 2 σπασαμ. Cod. — 3 in fine με Cod., ι superposito a correctore.

CCCXXX. Lemma : εἰς Μάξιμον καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Καλλιποδίαν. Addit corrector : ἐν τῷ Δωρυλαίῳ (pro Δορ., Phrygiæ urbe). — 2 ναίοι Jacobs., ut v. 4. — 3. Σύν τε, adverbialiter : *simul etiam*. Bothius melioribus numeris :

σύν τε Καλλιποδίῃ τεῦξεν τόδε σῆμα γυναικί.

— 4 ὡς Jacobsius, prioribus adjungens; ita etiam Boiss.; malui ἵν' οὕτως et delevi virgulam; ὡς codices. Quod erat relinquendum; in novitio epigr. usitatum illud Byzantinis ὡς ἵνα non debebat offendere. Lennepius p. 238 ὡς ἐνὶ τὴν στοργὴν καὶ φθ., « quod tolerabile esset, si præp. ἐνὶ præcederet καί. » *Passov.* In sequentibus κέν φθ. ἔχουσ' (sic, non ἔχοις) Cod.; κἀν φθ. ἔχῃ Plan.; ἔχοι Jac.

CCCXXXI. Lemma : εἰς γυναῖκα σώφρονα καὶ μόνανδρον. Addit corrector : εἰσώρακα ἐν Φρυγίᾳ. Incertum sitne *vidi ipse* (sic Boiss.), an εἰς Ὥρακα, loci nomen ignotum, ut Hecker. scripsit I, p. 167. — 1 δωμήσατο Heckerus, ut alibi τύμβον ἔδειμεν et sim.; δωρήσατο φρουρῆς Cod. (ep. non legitur in Plan.), de quo nomine merito dubitant. « Latet haud dubie nomen latinum desinens in *ens*, ut Κλήμης, Clemens. Proxime ad ductus accedit Φούρης, Furens. » *Heck.* Δωμήσατο recepturum inhibuit epigramma 333. — 5 θνήισκω et ἔτη ζῶ Cod. — 6 νυμφικὸν Piersonus; νυμφικὴ Cod.

CCCXXXII. Lemma : εἰς τινὰ παρὰ βακχευτρίας ἀναιρεθέντα. Quibus præmisit corrector : εἰς ἀκμωνίαν. « Scil. Ἀκμονίαν, quæ est urbs Phrygiæ, ubi hanc inscriptionem repertam esse puta, quæ ænigmatis speciem habet. » *Jac.* — 1. In re tam obscura prætereundum non est quod excidit Boissonadio : « An θηροφθόρον? » — 2 γυμνασίαις τε idem proponit. Subiit Βάκχην esse posse nomen inditum belluæ quam ille in cursus et certamina instituerat; ista, ut fit in periculosa arte, occidit domitorem, cicur esse visa et *plane alia*, οὐκ ἴση, in ludis publicis.

CCCXXXIII. Lemma : εἰς Ἄμμίαν παρὰ Νικομάχου τοῦ γαμβροῦ καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς Διώνης. Addit corrector : εἰς Ἀδριανοὺς ἐν Φρυγίᾳ. Εἰς Ἀζανοὺς esse posse putabat Jac. — 1 καταχθονίοις μετὰ δαίμονος Plan.; κατὰ χθονίους μετὰ δαίμονας Brunck. partim ex codice Jani Lascaris. Intelliguntur *Manes sepulti*. — In superiore marg. novæ paginæ : ταῦτα ἀπὸ τῆς πόλεως Κυζίκου. ζήτει καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ (cap. III). Quod pertinet ad sequentia epigrr.

CCCXXXIV. Lemma : εἰς Φρόντωρα (sic pro Φρόντωνα) υἱὸν Ἰωλίττης· εὑρέθη δὲ ἐν Κυζίκῳ· τὸν δὲ ποιήσαντα οὐ γιγνώσκω· ἐγράφη δὲ καὶ τοῦτο ὁμοίως (conf. lemma ep. 327) παρὰ τοῦ μακαρίτου Γρηγορίου Καμψικοῦ (sic apogr. Paris.; Codicis compendium καμψικίζοντος legit Paulss.)· ὅθεν αὐτὸ καὶ ὁ Κεφαλᾶς ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν ἔταξεν. Hesychius : καμφικίζουσα· βαρβαρίζουσα. « Juvenis Fronto, qui jurisprudentiæ operam dederat, in ipso ætatis flore matri ereptus vitæ suæ cursum enarrat. — 1 μοι τόδε φ. Plan. Sed a membr. non discedo, quum καὶ interrogationi majorem vim addat. » *Jac.*, exempla subjiciens p. 296. Salmas. καὶ *supra* additum in Cod. scribit, « ad explendum versum. » — 3 ἢ ἵνα non esse scribendum exponit Passov. Scriptt. misc. p. 205. — 5 ἥμ' ἀτίτηλε Jacobsius; ἔτεκ' ἥματι τῆλε Cod., γρ. τῷδε ultimæ voci superscripto; ἔτεκ' ἥματι τῷδε Plan., absurde. — 7 τυτθόν με Passovius. — 9. « Ἡγεμονῆες intelligi possunt magistri. Fortasse tamen ἀγνοὶ ἡγεμονῆες sunt *incorrupti judices*, coram quibus Fronto causas agebat. Sic certe cepit Grotius. » *Jac.* — 10 ἐμπρεπέειν... δικασπολίαις Cod.; ἐμπρεπέμεν... δικασπολίας Plan.; — λίης Jacobs.; —λίαις reducebat Boiss. — 11 μοι... γενύων (superposito εἰ) .. κούριον (superposito μ, ut esset κούριμον) Cod.; μευ vel με... γενύων... κούριον Plan. Pronomen μοι est possessivum, et *mater* subjectum verbi. — 12 ἡλικίη ἐρατὴ Cod.; ἡλικίῃ ἐρατῇ Plan.; correxit Salmasius. — 13 περὶ κλυτὸν Cod.; τέκο; Plan.; in Cod. τεκον, ν posito super κ, deinde vacuum spatiolum, cui superpositum τεκο; (sic). — 14 δυσπότμου ἐκ γενεῆς Cod.; δυσπότμου γεν. Plan.; δύσποτμος Jacobsius. Bothius malebat δύσποτμον. — 17 φρόντωρο; Cod., sed ρ ipse librarius in ν mutavit. « Agnosce lusum in vocibus similis soni, qualia multa apud veteres, in propriis præsertim nominibus, quæ omen habere videbantur. » *Jac.*, exempla subjiciens t. XII, p. 231.

CCCXXXV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Φρόντωνα καὶ Ἰωλίττην. Ἰαμβικόν. « Eidem haud dubie cippo ac præcedens insculptum fuit [in adverso quidem latere, ut videtur, post longiorem titulum]. — 4. Ad σέβοντας subaudi οὕτω, quod ex τοιούτους assumendum. » *Jac.*

CCCXXXVI. Lemma : εἰς τινα γέροντα διὰ πενίαν ζωὸν ἐν τάφῳ τεθέντα· ὦ (ὢ Boiss.) τῆς ἀπανθρωπίας! Lemma Plan. : ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν θάψαντι πρὸ τελευτῆς. « Gallicis versibus reddidit Dutheil. Præf. Callim. p. 15. » *B.* — 1 τετρυμμένος Cod.; alterum Plan. Deinde Meinek. conj. οὐκ ὀρ. — 2. « Δυστυχίης ἔρανον, munusculum, quod miseriam meam levare posset. » *Jac.* Quod durissime mihi dictum esse videtur; quare scribendum suspicor ἔρυμα, i. e. κώλυμα. *Meinek.* — 4 εὑρὼν οἰζ. Jacobsius; εὗρον ὀϊζυροῦ Cod. et Plan. — 5 ἔθνησκον Cod. —6 ἔπειτ' ἔθαπτον Cod., superscripto : γρ. ἐτάφην, ut Plan.

CCCXXXVII. Lemma : εἰς Ἁρμονίαν (sic) γυναῖκα πλουσιωτάτην καὶ σώφρονα ἐν Μεγάροις. Et ad v. 3 in nova pagina : εἰς τὴν αὐτὴν εἰς τὴν Ἁρμονίαν τὴν σώφρονα. — 1 κήδεστε, i. e. φίλτατε, malebat Ruhnkenius. — 2. « Offendit κελευθοπόρε post ὁδῖτα superfluum et otiosum. Scribendum videtur κελευθοπορῶν. Neque valde placet σοῖσιν initio versus. » *Hecker.* Recte judicat, imo modeste; nam totus versus ab recentiore Byzantino fictus esse videtur, ut in deletitii vel perditi locum succederet. —3 τίς εἶ πόθεν Plan. — 4 γενεῆς Cod., alterum Plan. Deinde Cod. ἐν μεγάροις, superscripto : γρ. μερόποις, ut est in Plan., « inepte », *Brunck.* Corrector μεγάροις haud dubie de *domo* intellexerat, rectius glossator qui lemma scripsit. — 5 εἶχεν ἰδέσθαι (Harmonia) Heckerus, quod mihi quidem non quantum ipsi necessarium esse videtur; in ejusmodi locis ἐν αὐτῇ commode potest suppleri. Plan. ἦν ἐνιδέσθαι, quod fortasse verum, et sic Brunck., qui πάντα οἱ corrigebat. — 6. « *Amabilem* dicit nobilitatem, i. e. cum gratia morumque amœnitate conjunctam; nam est et alia nobilitas, austera et superba, quæ nihil amabilitatis habet. — 7 οὐρανίους Cod. Tumulum specta : (ipsam enim spectare jam non licet :) *nam*... Non recte Brunckius δ' ἀρ'. — 8. Corpus animæ, ut vestimentum, circumdatum esse Platonicorum est sententia; conf. Creuzer. ad Plotin. De pulchrit. p. 303 seq., et simillima in Gregor. Naz. cap. VIII, ep. 29 extr. » *Jac.*

CCCXXXVIII. Lemma : εἰς Ἀρχίου υἱὸν Περικλέα, (οὐ τὸν Ἀθηναῖον, ἀλλὰ τὸν) ἐν Μαγνησίᾳ κείμενον. Inclusa scripsit corrector. Magnesiæ mentio ex titulo tum superstite petita. « Loquitur venatoris cippus, artis quam ille olim exercuerat symbolis ornatus. » *Jac.* — 1 ἀδε et λιθίν' ἀγω Codex. — 2 sic Brunck.; κυνηγεσίης Cod., α superposito η priori; κυνηγεσία; Plan. — 3 σῆμα Plan. et Cod., hic superposito α. — 5 δὲ Cod. habet inter lineas. « Ad hunc versum respicere videtur adscriptum in margine ἀστεῖον. » *B.* Quod ap. Jac. ad sequens epigr. relatum. Periit autem id ἀστεῖον in Grotianis : *Saxea cuncta, feræ circum quoque.* — 6 εἰκοσέτης Plan.

CCCXXXIX. Lemma : ἀστεῖον. ἄδηλον ἐπὶ τίνι (ὑπὸ τίνος Heckerus I, p. 343) τοῦτο γέγραπται, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς

τοῦ Παλλαδᾶ ἐπιγράμμασιν εὑρέθη κείμενον· μήποτε δὲ Λουκιανοῦ ἐστίν. Et Planudea Stephani : ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ. « Adscripsi secure *Palladæ* nomen, quum repertum fuerit epigramma inter Palladea. » *B.* Minus securum dimisisset Heckeri disputatio I, p. 26 : « Weigandus ex illo lemmate efficiebat epigrammatum Palladæ, qui vero nomine erat Palladius (IX, ep. 380, 3), separatim editorum volumen Constantino Cephalæ in conficienda Anthologia ad manus fuisse. Sed ita parum intelligitur quibus tandem rationibus ductus Cephalas de scriptore carminis quod suo loco inter Palladii epigrammata scriptum invenerat, dubitare potuerit. Interpretandum potius *in epigrammatis a Palladio collectis, in Palladii Florilegio*, in quo ipso fortasse epigrammati adscriptum erat : ἄδηλον, μήποτε δὲ Λουκιανοῦ. Palladium autem, qui imperante Arcadio vixit, Anthologiam condidisse epigrammatum maximam partem σκωπτικῶν etiam hoc argumento est, quod ejus, plane ut Meleagri, Philippi, Stratonis, Agathiæ, qui singuli Anthologias condiderunt, epigrammata numero plurima ad nos pervenerunt, ad centum quinquaginta. Huic Anthologiæ plurima carmina a se scripta inseruisse videtur. Ceterum insigni errore Cephalam nostrum epigramma inter Sepulcralia collocavisse patet ex ultimo disticho, ubi poeta sodalem rogat ut sibi vinum subministret, et futuris verborum in v. 4 et 5. » Etiam Jacobsius carmen « elegantius dicit quam ut Palladæ esse videatur. » Margini Codicis appictum siglis : σημείωσαι et ὡραῖον. — 2 ἄδην superposito α Cod. — 3 γενεῶν Plan., male. — 5 γενόμαν Cod. Idem distichon in ep. incerti X, 118, 3-4, qui pergit :

Ἀλλ' ἄγε μοι Βάκχοιο φιλήδονον ἔντυε νᾶμα·
τοῦτο γάρ ἐστι κακῶν φάρμακον ἀντίδοτον.

— 7 ἀπὸ στίλβων Cod. « Mitscherlichius ad Horat. Carm. II, od. VII, 19 exponit : *fac ut ardeat, resplendeat, impleatur* vino, fere ut Setinum in aureo poculo *ardere* dicitur ap. Juvenal. X, 27. Est potius στιλπνὸν τὸ κύπελλον πρόσφερε. » *Jac.* — 8 sic Cod.: « καὶ λύπης λήθην Planudes, λήθην ὀδύνης Brunckius scripserunt e conjectura. Scripsi et ex mea ego καὶ λύσειν ὀδύνην. Sunt λυσίπονος, λυσιπήμων epitheta Bromii. » *B.* Jacobsius in Add. et nott. mss. : « Dubitari potest utrum horum vocabulorum vitium traxerit : λύπης tuearis loco Astydamantis ap. Athen. II, p. 40, B : θνητοῖσι τὴν ἀκεσφόρον λύπης ἔφηνεν... ἄμπελον· et Eurip. Bacch. 771 : τὴν παυσίλυπον ἄμπελον. Tamen non improbabiliter mihi correxisse videor :

κἄμμι λυτῆρ' ὀδύνης τὸν Βρόμιον πάρεχε.

fluctusque incertos volvente, ut certam viam non jam sequi possis. Sic τυφλὰ κύματα XII, ep. 156. Livius ap. Senec. Suas. VII, p. 39 Bip. : *quum... jactationem navis, cæco volvente fluctu, ferre non posset.* Sisenna ap. Nonium p. 449, 10 : *subito mare subhorrescere, cæcosque fluctus in se provolvere leniter occæpit.* — 4. In verbis εἰς τοίην ἐλπίδα λυόμεθα imago ducta ab iis qui in portum delati navigandi finem faciunt. » *Jac.*

CDI. Lemma : ἕτερον ἀνώνυμον (hoc male ex præcedente lemmate repetitum. *Boiss.*) εἰς Εὐνίδικον (imo Εὐνιδίκην, et v. ad v. 5), οὗτινος τὰ ὀστᾶ ἀτιμέλητα (sic). Postrema quoque male illinc repetita. Ejusdem est argumenti quo epigramma 380 (ubi vide), sed acerbius. — 1 θλῖβε corrigit Heckerus I, p. 11, « ut initium carminis fini conveniat », errore manifesto ductus. Præcedere debet expositio rei. « Δύσβωλον, saxosam et nullis glebis, nec fœcundam adeo, sed sterilem. — 3 στέρνα τε πεκρείκοντα Codex, adscripto ζήτει, superscripto αϊ' ἐποκριόεντα, quod procul dubio verum; στέρνα τε πλεῖα δόλοιο Planudes. Accipio de gibbosi thoracis deformitate. Ex Odyss. Σ, 33, Hesychius : ὀκριόωντο· ἐτραχύνοντο... μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἄκρα πολλὰ ἐχόντων λίθων. [Bothius scribebat ἐποκριάοντα.] — 4. Πρίων dicitur ob intervalla dentium male junctorum. Conf. Lobeck. ad Aj. 1030, p. 426 ed. sec. Vox σιοπέδη alibi non reperitur. Vinculi genus esse videtur quo servi constringebantur; inservit autem periphrasi pedum *rigidorum*, nihilque agilitatis habentium : ut pro *pedibus* dicat *impedimenta pedum*, qui ipsum euntem impedirent magis quam juvarent scilicet. » *Jac.* Boiss. : « Κώλων δούλιον σιοπέδην intelligo de pedibus juxta positis et quasi servili compede adunatis ac conjugatis. » L. Dindorfius in Thes. ab οἷς ducit et *fasciam laneam* significari putat. Heckerus conj. ἰχνοπέδην (ut VI, ep. 109, 2), « *compedes*, quibuscum Eunicides contemptu et negligentia libitinariorum sepultus esse a poeta fingitur », quod parum credibile. — 5 Εὐνικίδου Brunckius ex ep. 380, recte; Εὐνιδίκου Cod. et Plan., quod nihili. « Ἡμιπύρωτα, ambusta necdum combusta detracta de rogo; quod contumeliosum. Sic *Cliniadæ membra semicremata* ap. Ovid. Ibide 633, et *P. Clodii cadaver semiustulatum* ap. Cic. Pro Mil. c. 13, 33. — 7. Terra, quæ mortuos modo ἀγοστῷ, modo κόλποις recipere dicitur, hic δυσνύμφευτος, quod tam turpem hominem sinu recipiat. » *Jac.* — 8 τὼνδρὸς Heckerus, frustra.

CDII. Lemma : εἰς γραῦν τινὰ Λυσιδίκην, ἣν ἡ οἰκία καταπεσοῦσα ἀπέκτεινε. — 4. « Πύργος dicitur de domo solitaria. Ipsam domum intelligit, seu potius saxorum acervum ex ea ruina. » *Jac.*

CDIII. Lemma : εἰς Ψύλλον τινὰ προαγωγόν, ὃν ἡ κοινὴ συνήθεια καλεῖ μαυλιστήν. « Est μαυλιστὴς synonymum τῷ πορνοδιακόνῳ. Vide Coray. Atact. t. II, p. 47. » *B.* Psylli lenonis nomen fortasse ex Menandro derivatum, Ἀνατιθ. s. Messeniæ fr. 9. *Meinek.* p. 183. In ipso tamen lenonis sepulcro lectum fuisse epigramma putat Hecker. I, p. 15. — 1 ποθινὰς Cod.; ποθενὰς Plan. — 3 ἀπαλόφρονας legebatur; ἀταλόφρονας Meinekius, « quo juventutis imperitia melius indicatur quam altero. Hoc sane verissimum, sed mihi hic pulchræ potius puellæ memorandæ videntur, ut Nicocrates dicitur ἔμπορος εὐμόρφων γυναικῶν. Malim igitur ἀπαλόχροας. » *Hecker.* — 5. Propertius a Jac. cit. IV, el. 5, 73, de lenæ tumulo :

Quisquis amas, scabris hoc bustum cædite saxis,
Mixtaque cum saxis addite verba mala.

— 6. Alterum hemistichium Opsopœus et Jac. sic interpretantur : parcendum esse sepulcro ut rei sacræ, quamquam improbum contineat virum. Probabilius sane quam Heckerus hæc scribens : « Respicitur potius proverbium : cum hominibus mortuis et sepultis nonnisi larvas luctari. Similiter Theodoridas XIII, ep. 21, 7 : τέθνακε, μὴ βάλωμες; quod de industria ambiguo sensu scripsisse videtur poeta. »

CDIV. Lemma : εἰς τινὰ ἔμπορον ναυαγήσαντα καὶ ἐπὶ ψάμμου ταφῆς εὐμοιρήσαντα (εὐμυρ. Cod.). In Plan. Ζανοῦ pro Ζωνᾶ. — 1 ψυχρᾶς Heckerus I, p. 94; ψυχρᾶν σεὺ Cod.; ψυχράν σευ Plan., quod edebatur. — 3 σου Cod. — 4 εἶδεν ἁλίξαντων (sic) Cod., corr. Jac.; οἶδεν Ἀλεξάντῃ Plan., « sed nimis mirum est eum qui hominis incogniti cadaver fluctibus in littus ejectum sepulturæ mandat, hominis hujus matrem nomine compellare posse. ». *Brunck.* Μόρος hic significat *cadaver*, ut θάνατος IX, ep. 439, et latinum *mors* ap. Propert. II, el. 10, 22 : *mors mea nixa toro*, et alibi. — 5. « Πλαταμῶνες. Schol. Wech. : αἱ ὀλισθηραὶ πέτραι. » *B.* — 6 δέξονται γαίης Cod. et Plan., corr. Reiskius. In fine Cod. ἠιόνες, superposito ος. — 7 ἐχέμεν Plan.; πολὺ Cod., sed o ab ipso librario in ου mutato.

CDV. Lemma : Φιλίππου εἰς Ἱππώνακτος τάφον τοῦ ἰαμβογράφου, ὅστις πρῶτος ἐποίησεν ἴαμβον. Deinde : Μιμνέρμου, οἱ δὲ Φιλίππου. In Plan. est ἄδηλον. — 1. Χαλαζεπὴς confert Jac. cum his Libanii t. IV, p. 143, 19 : βαλλόμενος ὥσπερ χαλάζῃ τοῖς ὕθλοις, et Aristoph. Ran. 876. — 3. Notum Hipponactis odium in Bupalum ex interpretibus Horatii Epod. VI, 14, Plin. Hist. Nat. XXXVI, c. 5, 2. — 4. Conf. Leonidæ Tar. ep. 408, 2. — 5 κεκοίμηκεν Cod. et Plan., corr. Brunck. — 6 in fine βέλη Brunck., temere. Σκάζοντα μέτρα sunt trimetri claudi, χωλίαμβοι, quibus opponuntur ὀρθὰ ἔπη, quæ recta in finem tendunt.

CDVI. Lemma : εἰς τὸν Εὐφορίωνος τάφον, τοῦ μύστου τῶν ἑλλήνωνιξ (sic, ἑλληνικῶν Jac., Ἑλλήνων ἱερῶν Paulss.) μυθολογημάτων ἢ τελεσιουργημάτων. Haud dubie Chalcidensis poeta intelligitur, « qui abstrusas et reconditas fabulas tractavit, ac nescio an hoc ipsum significare voluerit etiam is qui illam inscriptionem epigrammati præfixit. » *Meinek.* Analect. Alex. p. 32 seq. Idem p. 18 Ἀντιγραφὰς εἰς Θεωρίδαν, Euphorionis opus a Clemente Alex. memoratum, ubi Meursius Θεοδωρίδαν, ad epigrammatum poetam, Euphorionis æqualem, refert cum Schneidero. — 1 ποῆσαι Cod.; ποιῆσαι apogr. Paris. — 2. « Difficultatem movet quod a Suida Euphorion in Syria sepultus esse narratur : τελευτήσας ἐκεῖ τέθαπται ἐν Ἀπαμείᾳ, ὡς δὲ τινὲς, ἐν Ἀντιοχίᾳ. In nostro igitur epigr. de *cenotaphio* intra Piræei crura constructo agi censebat Schneiderus Analect. crit. p. 7. [Cui assentitur Meinek. p. 11.] Reiskius Euphorionis ossa fortasse ex Syria Athenas translata esse suspicatur; Euphorion enim τῇ θέσει Atheniensis fuit. — 3 ἀλλὰ σοὶ Cod., corr. Reisk. Ῥοιὰ, μῆλον et μύρτον usum habebant in mysteriis; posteriora duo etiam in re amatoria. Hinc noster : καὶ γὰρ ζωὸς ἐὼν ἐφίλει. De amoribus Euphorionis vide Meinek. l. c. p. 7 seqq. » *Jac.* Qui rectius hæc explicabat olim t. XII, p. 462 : *nam etiam, dum viveret, eadem amabat;* et in ipsa Pal. : « scil. ταῦτα, nisi fuit τάδε γὰρ ζ. »

CDVII. Lemma : εἰς Σαπφὼ τὴν Μιτυληναίαν, τὴν μελοποιὸν, τὴν ἐν τῇ λυρικῇ ποιήσει θαυμαζομένην. Codicis manuscripti fronti inscriptum fuisse vel ut inscriberetur compositum esse recte statuit Heckerus I, p. 185. —

1 πρὸς ἀνάκλιν' Codex, corr. Salmasius, *amoris levamentum et solatium*, ut vertit Brunck. Vox alibi non obvia, sed indubitabilis. Nulla cum probabilitate Heckerus tentat νέοις πρὸς ἄναλκιν ἔρωτα, « ut Σαπφὼ, id est ipsa Sapphûs carmina dicantur lectu jucundissima juvenibus amantibus. Amor optime(?) dicitur ἄναλκις, et usus præpositionis πρὸς vulgaris, ut in iis quibus uti solent grammatici : πρὸς τὰ περὶ ναυστάθμου. » — 2 ἦ ῥά σε cum Codice nunc Jacobsius, olim ἦ ῥα cum Schæfero, perperam, ut ostendit Heckerus Comm. p. 240. Qui distinguit Σαπφὼ σὺν Μούσαις, sed præferenda ceterorum distinctio. — 4. Eresus, urbs Lesbi. — 5 καὶ ὑμῖν Cod., corr. Reiskius. Nuptialia quoque carmina Sappho composuerat. — 5 ἵπταθ' corrigit Heckerus : « Hymenæus enim alatus fingitur et super thalamos volitare, ut somnia ap. Hom. Il. B, 20 : στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς. » Ut non intelligam quæ addit : « Solitarius est usus præpositionis ὑπὲρ in vulgata lectione. » Ne voluisse quidem poetam ἵπτατο scribere credo, qui sic Sapphonem quoque Musam *volantem* exhiberet. — 7 ὀδυρομένη ἀφροδίτηι Cod., corr. Brunckius. Respiciuntur carmina quibus Sappho Adonidis mortem ploravit, Cinyræ filii. — 9 πάντηι π. χ. θεοῖς ἴσας ἀοιδὰς Cod. et inter duas postremas voces super lin. scriptum γὰρ. Edebatur θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδάς, « de quo vide ad V, ep. 48. » *B.* Sed ἴσος non producitur in thesi. Reiskius θεοῖς ἴσα σὰς γὰρ ἀοιδὰς ἀθανάτας, ob sigmatismum æque ac tautologiam intolerabile; tolerabilior ille in distinctione Hermanni et Ungeri *Beitr.* p. 36, quam Heckero probatam exhibemus. — 10 ἀθανάτας ἐχομεν νῦν ἔτι Cod. « Sed illud profecto, inquit Heckerus, mirandum non erat Sapphûs carmina Dioscoridis ætate fuisse superstitia. » Quo sententiæ incommodo quum premantur quæcumque critici in hoc versu tentarunt, non est visum referre. Probabilis sententia in Heckeri emendatione, quam recepimus : « In superioribus quum significasset Dioscorides singula carmina poetriam scripsisse singulis diis deabusve pro argumento diverso adjutoribus, recte subjungitur ejus carmina vel post annorum decursum ab ipsis illis diis deabusve profecta haberi. De verbo ἄγειν, quod idem ac νομίζειν significat, v. schol. Eur. Med 1016 : ἄγειν γὰρ τὸ τιμῆσαι φησὶν (Euripides) ἐν Πρωτεσιλάῳ (sic corrigo codicis ἐν πρώτοις ἐγὼ καὶ)

Ἡγόμην δ' ἀνὴρ
ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ. »

CDVIII. Lemma : ἕτερον (coll. ep. 405) εἰς Ἱππώνακτα τὸν τῶν ἰάμβων ποιητήν· ἦν δ' οὗτος Ἐφέσιος. — 3 τοκέων εια βαύξας Cod., et ζήτει in marg.; τοκέων ἓο βαύξας Plan. « Schol. Wech. legebat τεκέων, interpretatus ἤγουν ὁ καὶ τοὺς παῖδας κεκωμῳδηκώς. » *B.* Quod etiam Grotius legebat, sed Baylius ex nostro epigrammate : *Sa médisance n'épargna pas même ceux à qui il devait la vie.* Verum de simultate Hipponactis sive cum parentibus sive cum liberis nihil ex historia constat. Heraclitum quidem Ephesium τὼκέων καθυλακτοῦντα vidimus supra epigr. 79, 3, ut errasse Leonidam non prorsus inepta suspicio sit. Brunckii emendatio est τοκέων καταβαύξας. « Quæ nonnihil offensionis habet ex bisyllaba verbi βαύζω forma, quum trisyllaba omnibus in usu sit. Vide in scriptura Codicis an lateat ὁ καὶ τοκεῖ αἰνὰ βαύξας, *qui vel patri maledixit.* » *Meinek.* p. 135. Boiss. ponebat ὁ καὶ τοκέων ἓο βαύξας.

CDIX. Lemma : εἰς Ἀντίμαχον τὸν Κολοφώνειον (sic) ποιητὴν, τὸν Ὁμήρῳ παραβαλλόμενον. — 1. « Ὄβριμον, sic *forte epos* Varii dixit Horatius Sat. I, 10, 43, et *canere forti bella pede* Tibull. IV, el. 15, 4. Ἀκάματος epitheton decet auctorem plurimorum operum studiose expolitorum. — 3. Χαλκευτόν. Qua imagine Pindarus βαρὺς ὕμνων χαλκευτὰς vocatur supra ep. 34. Qui ipse dixit Pyth. I, 86, χαλκεύειν γλῶσσαν πρὸς ἀψευδεῖ ἄκμονι, i. e. ἐν ἄκμονι Ἀληθείας, *linguam ad veri normam formare.* Conf. Horat. A. P. 441. — 4. Ἀγέλαστον ὄπα, austerum vocis sonum, qualis eum decebat, qui *arma fraternæ tristia militiæ* canebat, Propert. I, el. 7, 2. Non enim huc referendum quod Antimachi epos *affectibus et jucunditate destitutum* erat, judice Quintiliano X, 1, § 53. — 5 ἄτρεπτον Cod., corr. Salmasius. Incesserat enim ille *per avia Pieridum loca, nullius ante Trita solo*, ut Lucret. IV, 1. — 6. Sic idem Lucretius III, 1050 : *quorum* (poetarum) *unus Homerus sceptra potitus.* Eadem sententia ap. Horat. Carm. IV, od. 9, 5 sqq. » *Jac.* — 8 ἀθανάτων γ' ὑπάτου Bothius.

CDX. Lemma : εἰς Θέσπιν τὸν εὑρετὴν τραγῳδίας, ὃς πρῶτον ἐποίησε χορὸν καὶ πᾶσαν ἐκόσμησε τὴν σκηνὴν ἀρχαίῳ τρόπῳ, κἂν μετεπλάσθη παρ' Αἰσχύλου τὰ πράγματα καὶ τῶν μετέπειτα. Thespis loquitur. — 3 βάκχος ὅτε τρι (superposito τ, τριτ) θὺν κατάγοι Cod. « Apogr. Par. τριτθύν. Est τριττὺν in recensione Heinsiana ad Horat. p. 80. Hoc nomen nec præsto nec interpretor. Brunck. τριττόν. » *B.* Quod τριττὸν χορὸν Bentleius ad Phalar. p. 277 Opusc. Lips. explicabat *triplicem chorum*, trinis Dionysiis (ἐν Λίμναις, κατ' ἄστυ et κατ' ἀγρούς) inductum. Meinekius p. 163, « Hermanni suasu » Βάκχος ὅτε τριττύι κατάγοι χ. « Sed Bacchus deus (animadvertit Heckerus) dici non potest tribui chorum deduxisse. » Similiter Bothius B. ὅτ' ἐς τριττὺν κατάγοι χ. Aliam Hermanni emendationem « ex Diario Lips. a. 1827, n. 14, p. 112, collato Welckero *Nachtrag zur Trilog.* p. 246, not. 185 » in nostro exemplo recepit Jacobs., quam dedimus, præferentes quidem quod Heckerus scripsit, Βάκχῳ ὅτε τριττὺς κατάγοι χ. Bentleius et alii, Hermannusque in fine οὐ τράγος ἄθλον, Jacobs. τράγος αἴθων, *salax caper*, sed ἄθλων tuitus est Meinekius, jungendum sequenti ἄθλον : *quum caper et ficuum arrichus adhuc concertationum præmium esset.* Hecker. contulit Plan. ep. 361, 5 : ἢ παρὰ πᾶσι δόξαν ἔχεις ἀέθλων ἄθλα λιπεῖν ἑτέροις. — 4 ἄθλος Cod., corr. Heins. — 5 μετὰ πλάσουσι Cod., corr. Heinsius. « Accipiendum de iis qui juniores quidem, sed Thespide adhuc vivo, illius inventum immutabant et exornabant, cum quibus ii componuntur, quos insequente ævo nova addituros esse auguratur Thespis. » *Jac.* — 6 πολλὰ πρὸ σεῦ φήσει Cod., quod optime correxit Reiskius, ut sequentia, τἄλλα δ' ἐμά, Meinekius : « quæ nimis profecto jejuna sunt. Scribe τἀμὰ δ' ἐμά, i. e. *mea mihi merita nemo eripiet.* »

CDXI. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Θέσπιν, ἐν ᾧ καὶ περὶ Αἰσχύλου τοῦ μετ' ἐκεῖνον τὴν τραγῳδίαν πυργώσαντος. In Æschylum, non in Thespin scriptum. — 1 τὸ δ' ἀγρ. Cod., τὰ δ' ἀγρ. edebatur; optime Hecker. τά τ' ἀγρ., et recte distinguens. — 2 τοὺς δὲ Cod. Junge τελειοτέρους ἐξύψωσε, adjectivo et comparativo per prolepsim (ut vocant) additis. — 3 ἐξύψωσε * νομὴς μια εὐταχαράξας Cod., corr. Salmasius. Æschylus a quæsita verborum elegantia alienus, de qua Alexis ap. Athen. IV, p. 161, B : λόγοι λεπτοὶ, διεσμιλευμέναι τε φροντίδες, et alia ap. Jac. Conf. Aristoph. Ran. 955 seqq. — 4. Recte Heckerus offendit in *verbis* οἷον χειμάῤῥῳ καταρδομένοις, quum ipsi poetæ torrentis ritu ferri dicantur, ut ab Horatio IV, od. 2, 5. Quod conjicit autem, χειμάῤῥῳ δ' ἴσα καταρδόμενα, vereor ut significent « torrentis modo præcipitis de vertice montis delabentia. » Mihi καλινδόμενα in mentem venit. — 5. Sic Homerus dicitur τὸ μέγα στόμα, ep. 2, 1. Bothius correxit πάντως. — 6. Στόμα πάντων δεξιὸν locutio valde mira neque locum hic habet, quamquam a Philostrato Æschylum δεξιὸν τὴν ποίησιν dici annotat Jac. Reiskius ἄξιον... ἡμιθέων,

ut modo ep. 409, 2, a Meinekio non improbatus. « Sed præterea ἦσθά τις (Cod. ἦσθα τίς) corruptum videtur, quæ verba ita emendanda puto ut verba ἀρχαίων ἡμιθέων etiam ad πάντων pertineant et Æschyli os personarum habitu augustiore dignissimum fuisse dicatur. Ita Statyllius Flacc. de Sophocle IX, ep. 98, 6 : αὐτῶν ἡρώων φθεγξάμενον στόμασιν. » *Hecker*. Fortasse distinguendum : ὦ στόμα πάντων ἄξιον ἀρχαίων, ἦσθά τις ἡμιθέων, quæ satis magna laus.

CDXII. Lemma : εἰς Πυλάδην, οὐ τὸν Ὀρέστου φίλον τὸν θαυμαζόμενον, ἀλλὰ τὸν ὑποκριτὴν τῆς νέας τραγῳδίας ἢ κωμῳδίας ἢ τὸν τὰ Διονύσια κατορχούμενον. Non est celeberrimus ille pantomimus Pylades, Italicæ saltationis inventor, Alcæo Messenio longe recentior, sed Megalopolitanus Pylades, κιθαρῳδός, Philippo Demetrii filio regnante florens, cujus meminerunt Plutarch. Philopœm. c. 11, Pausanias VIII, 50, 3. — 1 σοι Cod. et Plan., sed ille superposito τ. — 2 ἐν ex Plan. suppletum. Describitur quæ vulgo ἡ ἐν χρῷ κουρὰ vocatur. — 6 γοιρὸν Cod. Megalopolitanum deflet Arcadiæ fluvius Asopus. — 8. Confert Jac. σιδηρεία; τε πύλας καὶ χάλκεον οὐδὸν Tartari ap. Hom. Il. Θ, 15, et Propert. IV, el. 11, 4 : *Non exorato stant* ADAMANTE *viæ* (Orci).

CDXIII. Lemma : εἰς Ἱππαρχίαν τὴν φιλόσοφον τὴν γυναῖκα Κράτητος τοῦ Θηβαίου τοῦ κατάξαντος τῆς κυνικῆς αἱρέσεως. « Hoc falsum. Verius esset τῆς κυνικῆς μίξεως, quam κυνογαμίαν vocant. » *Jac*. — 1 βαθυστόλων Cod. bis (versu bis scripto), corr. Jac.; βαθυζώνων Plan. — 2 ἐλόμην corrector Codicis. — 3 οὐδὲ βαθύπεπλος Cod. et Planudeæ optimus cod. ap. Brunck., cujus edd. οὐ βαθύπεπλος, corr. Salmasius : « *altisolealus* calceus, quales delicatiorum et elegantiorum hominum erant. » Brunck. περονάτιδες. — 5 οὖλας δὲ Cod. et Plan.; correxerunt Heckerus et Lobeck. Pathol. clem. p. 440, n. 5, qui confert Martial. IV, 53 : *cum baculo peraque senex*. Legebatur θυλὰς e conj. Toupii. Cod. σκήπωνι.— 6. « Δίπλαξ, vide ad XI, ep. 158. » *B*.— 7 κἀῤῥων αμιν (Paulss. ἄμι, quamquam etiam Salmas. ἀμῖν, ut Paulss. de prima voce versus loqui videatur) ἀταλάντας Cod.; κρέσσων βίος ἦν Ἀτ. Plan., ex interpolatione; κἀῤῥον λῆμ' ἦν Ἀτ. conj. Jacobs., et recepit Boiss.; κἀῤῥων μνάμα Ἀτ. Heckerus, qui antea κἀῤῥω μναμεῖ' Ἀτ.— 8 sic Plan.; σοφίη et ὀρειδρομίης Cod.; conf. Lobeck. Paralip. p. 455.

CDXIV. Lemma : εἰς Ῥίνθωνα τὸν Συρηκόσιον ποιητήν. « De Rhintone vide Carpentar. De excellentia linguæ Gall. p. 598. » *B*. Meliora de poeta φλυακογράφῳ Eichstadtius in comm. De dramate comico-satyrico, Reuvens. in Collectt. litt., alia ap. interpretes Suidæ in v., p. 614 seq. Bernh. — 2 Συρηκ. Plan. — 3. « Μουσάων ἀηδονὶς, vide ad ep. 44. » *B*. Pro φλυάκων Plan. καλύκων, indoctissime; in marg. Wech. κορύμβων.

CDXV. Lemma : εἴς τινα Βάττου υἱὸν ἢ Βατιάδην (sic) ποιητήν. « Est Callimachi in se ipsum. Gallicis versibus expressit Dutheil. Præf. Callim. p. 23. » *B*. — 2 συγγελάσαι Cod. (non est in Plan.), quod sanum habeo, ut Heckerus I, p. 314; συγκεράσαι Meinekius ex correctione Hauptii in Philologo I, p. 367.

CDXVI. Lemma : εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον τὸν τοὺς στεφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πλέξαντα, τὸν υἱὸν Εὐκράτεος τοῦ Γαδαρηνοῦ. Ductum videtur ex ep. 419, 2, 3. — 2 κερά-σαντ' Cod.

CDXVII. Lemma : τοῦ αὐτοῦ Μελ. Senex poeta hoc epitaphium sibi scripsit.— 1. Τεκνοῖ pro præterito, ut alibi τίκτει, γεννᾷ, θνήσκει, de quibus Jac. p. 320. — 2 Γαδάροις Cod. et Plan., lapsu facili, correxit Heckerus. « De hac urbe Eunapius p. 15; Ellys. Fort. Sacr. p. 24. » *B*. Notum apud poetas Syriam non raro vocari *Assyriam*. Urbs dicta *altera Attica* ob ingeniorum tum illic vigentem cultum; v. Strab. XVI, p. 759. — 3. « Σὺν Μούσαις, *Musis faventibus*, ut Theocr. VII, 12, al. — 4 μὲν ἱππείοις Cod.; μὲν ἱππείαις Plan. (Edebatur Μενιππείαις, sed alterum recte tuetur Hecker. p. 244.) Imitatus est Meleager quas Menippus Cynicus, ὁ σπουδογέλοιος, scripserat Satyras venerum plenissimas, testante Diogene L. VI, 99. Inter Meleagri satyras una erat Χάρις inscripta, nisi totum opus sic inscriptum fuisse existimare malis; v. Athen. IV, p. 157, B. — 6. Ἐν Χάος, complexus materiæ turbidæ, unde paulatim ὁ κόσμος prodiit; deinde infinitum temporis spatium. — 8. Sententia generalis, qua verba πρὸ τύμβου explicantur : ὁ γὰρ τοῦ γήρως γείτων ὢν οὐ πόῤῥω ἐστὶ τοῦ ᾅδου. » *Jac*. Quæ male mutavit Plan. in hunc modum :

γῆρας γὰρ γείτον κἀγγύθεν Ἀΐδεω.

— 9 λάλιον καὶ πρεσβύτην προσ εἰπὼν Cod.; πρ. σὺ προσειπὼν Plan., et sic Brunck. et Boiss.; recepi quod scripsit Heckerus, locutionis χαίρειν προσειπεῖν exempla afferens Xenoph. Hell. IV, 1, 31, Eupolin fr. inc. 21, Babrium XCV, 12. Peerlkamp. in Nova Bibl. crit. IV, p. 50, conj. πρεσβύτην, πάρος εἰπὼν χ., jam a Græfio propositum p. 148.

CDXVIII. Lemma : τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου· εἰς τὸν Μελέαγρον τὸν ἐπιγραμματοφόρον· οὗτος ὁ Μελέαγρος ἐν Κῷ τῇ νήσῳ καταγηράσας ἐτελεύτησεν.— 2 ἤνδρωσεν et δεξαμένη, superscripto α, Cod. — 3 ἔβην καὶ δία Cod.; ἔβην ἡ καὶ Δ. Reiskius; ἔβαν ἁ Heckerus. Tum θρεψαμένη Codex, sed superscripto α. « *Cos quæ et Jovem aluit*, non Saturni filium, sed eum quem abjecta corrupti sæculi adulatio Jovem appellavit, Ptolemæum Philadelphum, in ea insula altum et educatum, ut constat ex Theocr. XVII, 58, schol. Callim. Del. 165, al. et Ζανὸς, ut hoc loco, nomine insignitum a Theocrito VII, 93, ut ab Horatio Augustus Epist. XIX, 43 : *rides, ait, et Jovis auribus ista Servas*. — 4. Μέροπες vocabantur Coi, et insula Μερόπη. (Vide Thes. in Μέροψ, p. 803, et « not. ad XII, ep. 56. » *B*.) — 6. Μελητείοις si vera est lectio, Meleager sibi *Homericam* tribuit venustatem; quomodo accipiebat etiam Salmasius. Sed probabiliter L. Holstenius correxit Μενιππείαις, quod recepit Brunck.; v. epigr. præced. versum 4. » *Jac*. Heckerus : « Lennepius quoque ad Grot. p. 237 *Homericas gratias* significari statuit. At non intelligitur quo jure Meleager jactare possit se majestatem epici carminis æmulatum esse. Nihilominus Μελητείοις sanissimum est, quod epitheton explices ex Aristoph. Ran. 1301, σκολίων Μελήτου, et Epicratis versibus ap. Athen XIII, p. 605, E :

τἀρωτίχ' ἐκμεμάθηκα ταῦτα παντελῶς
Σαπφοῦς, Μελήτου, Κλεομένους, Λαμυνθίου. »

Conf. ad seq. epigr. v. 4. Bothius correxit μελιττείαις, qui μελισσαίαις certe debebat.

CDXIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου. Et in nova pagina : εἰς τὸν αὐτὸν Μ., τὸν ἀγαθὸν ποιητὴν, τὸν συναγωγέα τῶν ἐπιγραμμάτων. — 4 σὺ στολίσας Cod. « Ἔρως referendum ad epigrammata amatoria, Ὑλαῖαι Χάριτες ad satyras; v. ad ep. 417, 4. — 7 seq. Triplici salute viatorem impertit, pro eo unde ille venerit populo, trium, apud quos ipse vitam egerat, lingua usus. Cod. et Plan.

σάλαμ, apogr. Par. σαλάμ, Reinesius σέλαμ, Majus in Obss. Sacr. IV, p. 150, σέλομ, Fesslerus ap. Græf. σέλωμ. Sed in pronuntiatione vocalium apud Orientis populos insignem esse varietatem satis constat. » *Jac.* — 8 ναίδιος codd. « Qui Phœnice scire se putabat Scaliger correxit αὐδονίς. » *B.* Nimirum Hanno in Pœnulo Plautina V, sc. 2, 41, pœnice salutans *Haudoni* dicit. Wexium De Punicis Plautinis meletemat. p. 29 citat Jac. Salmasius adlevit : « Forte : χαῖρε καὶ αὐτὸ φράσον. Hic locus interpolatus est in membranis. »

CDXX. Lemma : Δ. Ἀθηναίου τοῦ Διοπείθους εἰς Λέσβονα (sic) τινὰ αὐλητὴν ἀγαθόν. « Auctor igitur hujus epigr. fortasse idem ille Diotimus, Diopithis filius, cui Lycurgum oratorem honores decrevisse tradit Plutarchus Vitt. X oratt. p. 844. » *Meinek.* p. 141. Qui deinde disputat de analogia nominis rarissimi Λέσβων, ωνος et poetica licentia ονος. — 2 λέσβον' Codex, non Λέσβον, quod edebatur. — 3 συνέδραμε, καὶ μετ' Cod. et Plan.: ναὶ μετ' Meinekius; συνέδραμεν, αἱ μετ' Heckerus, inter quas emendationes anceps optio : utraque restituit rem. Tamen Piccolos proponebat παίγματ' Ἐρώτων. « Sensus esse videtur : Persarum regem felicitate æquavit, sive ut Horatii verbis dicam, *Persarum viguit rege beatior.* Hanc enim vim passim habere constat βασιλεύς omisso articulo. De συντρέχειν dixi ad Comic. t. III, p. 382. Deinde Spem et Amores immortalium levissimos esse dicit. » *Meinek.* Heckerus comparat παρέδραμε, *superavit*, sed malit βασιλεῦσι, Piccolos κἀν βασιλῆι. — 5. « Mutæ sunt ejus tibiæ, quæ fortasse in tumulo jacebant, sive cippo insculptæ visebantur. » *Jac.* Qui in nostro exemplo posuit οἳ ἐνέπνευσεν, de conjectura Lennepii p. 237. Codex et Plan. οἱ σ' ἐνέπουσι, post Steph. οἵ σ'. Piccolos tentabat ἀπευθέες ἴσα νέποσσιν vel insolentiore forma νέπουσιν, quod vulgo dicatur ἰχθύων ἀφωνότεροι. « Suidas huc, puto, respiciens : ἀπευθέες· ἄπειροι, ἀπαίδευτοι. Pro edito οἵ σ', quod non potest intelligi, scripsi οἱ σ' ἐνέπουσι, *quo te jacere loco ferunt.* Malim etiam ᾗ σ'. » *B.* Qui κεῖσθαι pro infinitivo habebat, ut Meinekius : « Scripsit sine dubio poeta : .. ἀπευθέες οἵ δ' ἐνέπουσι κεῖσθαι, *tibiæ illæ* in sepulcro positæ *mutas et inglorias se jacere indicant.* » Sed Piccolos et Heckerus imparativum præstare senserunt, ut Jacobsius quem sequimur. — 6 ἐπεὶ οὔθ' ἱερὸς οἵδ' Ἀχέρων Cod. et Plan. ante Ascensianam tertiam; interpolationes habes ap. Jac. Anal. t. VII, p. 166. « Conjeci οὐ θιάσους, οὐ χορὸν, quod aliquot vestigia corruptæ scripturæ οὔθ' ἱερὸς retinet. » *B.* Quod ipsum Jacobsius conjecerat Add. p. LVI, et hoc : οὐ θιάσους, ἀλλ' ἄχε' οἵδ' Ἀχέρων, collato Euripidis versu ex Licymnio : Ἀχέρων ἄχεα πορθμεύει βροτοῖσιν. « Quo adjutus (inquit Meinek.) scripsi ἐπεὶ οὐ θιάσους ἱερὸς οἵδ' Ἀχ. Nam ἱερὸς cur pro corrupto habeatur nihil caussæ est. » Recepimus cum Piccolo.

CDXXI. Lemma : τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου εἰς τὸν αὐτὸν Μελέαγρον αἰνιγματῶδες· καὶ ὅτι διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ παλαιοῦ Μελεάγρου ἑαυτὸν οὕτως ἐσκεύασεν σιβύνῃ καὶ κάπρου δέρματι. « Illustratum epigramma in Huschkii Anal. crit. c. 2, p. 36-54. » *B.* Poeta fingit se in tumulo collocatam videre statuam juvenis alati, venabulum et suis exuvias gestantis, variisque conjecturis frustra tentatis, tandem intelligit Meleagri Calydonii esse statuam, eaque significari cognominem sophistam sub eo tumulo esse conditum. *Jac.* Prorsus confictum esse opus et artificem neminem tale fuisse positurum disputat Huschkius p. 51 seq. — 1 σιβύνη Plan.; sed dicitur etiam ὁ σιβύνης. — 2 inter voces ἴσσι τίνος superscriptum δὲ in Cod. « Elegantius esset στάλα, vocandi casu, quam duplex ille genitivus στάλας τίνος. Ita στάλα diceretur de alata figura cippi loco posita, quæ quum maris esset, masc. ἐὼν ferri posset. » *Græf.* p. 148. — 3. « Ex hoc etiam loco apparet recte judicasse Lessingium, pueros alatos, qui in monumentis sepulcralibus crebro conspiciuntur, temere pro Cupidinibus haberi. » *Jac.* — 5 χρόνον Cod. et Plan. ante Aldinam sec. Ταχύπουν, nam Κρόνος habebatur χρόνος. — 7 γῆς ὕπερθε Cod. et Plan., corr. Scaliger et Opsopœus. — 8 ἴσσι Cod. et Plan., corr. Brunck. « Πτερόεις λόγος est Eloquentia, quæ Mercurii specie, sed cum nonnullis aliis ornamentis expressa erat, uti λόγος Ἑρμῆς vocatur in Theonis expositione Planetarum, et Ἑρμῆς λόγιος. Jam apparet quam facile de Amore antea cogitare poterat, siquidem Amori simillimus est Mercurius, quocum illum comparat Nonnus Dion. p. 148, 9 : λαμπόμενον πτερύγεσσιν ὁμοίιον υἱεῖ Μαίης. Male Brunckius τοὔνομα τοῦδε λέγεις. Nam hic non de nomine sepulti quæritur. » *Græf.* Haud probabiliter Boiss. : « Distinxi ὁ πτερόεις τοὔνομα, τοῦδε λόγος, ut esset sensus : *tu vero, quem Alatum nominaverim, ejus docti hominis sermo es.* » Marcellus Comes verbis ὁ πτερόεις τοὔνομα τοῦδε λέγεις intelligi τὴν μελεαγρίδα avem (*la pintade*) opinatur, et alia subinde mira profert. — 9 ἁλιωκίδ' ἀμφ. Cod.; ἀελίῳ δ' ἀμφ. Plan., correxit Græfius : « *Dianæ munus habes, anceps venabulum* etc. Hujus deæ mentio fere necessaria ad antiqui illius Meleagri ænigmaticam descriptionem absolvendam. » Qui Huschkii speciosam conjecturam ἄλλως οὐδ' ἀμφ. admitti non posse docet. Dianam gerere σιβύνην ap. Ephippum Athen. XII, p. 537, E, annotavit Jac. « Anceps autem venabulum illud indicabat σπουδογέλοιον dicendi genus, in quo veluti duplex acumen est, et, ut addit, fortasse μέτρον ἐρωτογράφον, *elegiacum*, e duplici versuum genere constans. Ineptius etiam Ovidius Elegiæ tribuit *impares pedes* Amor. III, el. 1, 8, et Elegorum currui *impares rotas* Ep. ex Pont. III, el. 4, 86, coll. Art. am. I, 264. Sic quæ primo versu prædicantur statuæ ornamenta : *alæ, venabulum, pellis aprina*, eodem ordine conjecturis explicantur. » *Græf.* — 14 σοφίαν Cod. et Plan. « Pro quo bene Brunckius σοφίᾳ. Vide Kiessl. ad Theocr. p. 540, qui et locutionem εἰς μίαν illustrat. Conf. ep. 626, 6. » *B.* Sed ita oritur « importunissimus hiatus. » Recte Jac. τ' addentem secutus est Græfium : « Poeta eleganter variavit orationem, ἡρμόσαο Μοῦσαν Ἔρωτι et ἡρμόσαο Χάρισι καὶ Σοφίαν. Græci autem quum dicunt εἰς ἕνα, εἰς μίαν, illud substantivum videntur supplevisse, quod verbo inest, quo sententia exprimitur. Sic Hom. Il. *B*, 379 : εἰς μίαν βουλεύσομεν, sc. βουλήν. Ælian. Var. H. V, 9 : εἰς μίαν νοεῖν, sc. ἔννοιαν. Nostro loco εἰς μίαν ἁρμογήν. »

CDXXII. Lemma : εἰς Πεισίστρατον, οὐ τὸν ἐν Ἀθήνῃσι τύραννον, ἀλλ' ἄλλον τινὰ νεώτερον· ἔστι δὲ αἰνιγματῶδες. Ζήτει τὸν ἀστράγαλον. Scil. qui sit *Chius.* — 1. « Χῖον. Schol. Wech. : τῷ γὰρ αὐτοῦ τάφῳ ἐπέκειτο ἀστράγαλος χῖον ἔχων. Hunc ipsum locum attigit Hadr. Junius Animadv. II, 4, p. 90, de talorum jactu disserens. Vide Arsen. Viol. p. 476, cum nota Walzii. Opinor et cum fructu consultum iri quæ scripsisse moneor B. Thierschium de tesserarum et astragalorum ludo ad Odyss. I, 107. Conf. ep. 327, 6. » *B.* Χῖος erat jactus ἓν δυνάμενος. — 3 ἤ ῥ' ὅτι Jacobs. in nostro exemplo, post Passovium Scriptt. misc. p. 206. Legebatur hic quoque ἤ ῥ'. — 4 δ' in Cod. additum a correctore. — 5 κατέσβη Cod., alterum Plan.

CDXXIII. Lemma : εἰς Βιττίδα τὴν Κρῆσσαν· αἰνιγματῶδες ἀλλ' εὔληπτον. Lemma Plan. : εἰς τάφον Βιττίδος τινός, ᾧ ἐνέκειτο κίσσα καὶ ποτήριον καὶ τόξα καὶ εἴρια καὶ πλόκαμοι. — 1 κίσσαν Cod., sed κίσσα in versu novæ paginæ initio repetito a correctore. Plan. ἀεὶ λάλος, quod specie

tantum præstat alteri verissimo; conf. ep. 424, v. 9, 10. — 2 φάσει Plan.; φράσει Cod., « atque ita legendum. » *Salmas.* — 4. « Μίτρας ἄνδεμα, i. e. ἀνάδημα, ut ἄνθεμα ex ἀνάθημα formatum. *Mitra* autem inter vetularum ornamenta inprimis commemoratur, ut ap. Ovid. Fast. IV, 317 : *simularat anum, mitraque capillos Presserat.* Vide Burmann. ad Propert. IV, el. 5, 70. » *Jac.* — 5 σταλουργός Cod. et Plan., quod non est hujus loci; σταλοῦχος Jacobsius ad Analect. t. VIII, p. 84, iterumque Græfius Memor. Acad. Petropol. t. VIII, p. 644, et Lobeck. Pathol. elem. p 591, not. Meinekius p. 210 conjiciebat σταλουργοῦ. Boisson. correxit σταλουργὸς ἔμ' (pro δδ'). Jacobs. in nott. mss. : « Fort. τὸ' ἔκρυφε *B.* τύμβῳ Σίμαλος (lapicida), aut Σιμάλου (conjux Bittidis). » — 6 τιμελάχραντον (sic) Cod.; τὰν τιμελάχραντον Plan., in Ascensiana τὰν θυμελάχραντον, quod H. Steph. explicare tentavit in Thesauro. Nomen proprium latere apparet : Τιμέλου Brunckius, « quod nomen Τίμελος alicubi vidi »; τύμβῳ Τίμελος Boissonadius; Τιμόλα Meinek. et Lobeck.; Τιμέα Græfius, quod recepimus cum L. Dindorfio. Fateor ἄχραντον mihi non vacare dubio, neque Bothio, ut videtur, qui scribebat Τιμαίου χρηστοῦ. Non satis apparet quid Grotius voluerit. — 8 αὐτὰν Cod. Respicitur ad initium, τὰν ἀεὶ πολύμυθον, ἀεὶ λάλον, et rogat maritum Bittis ut etiam mortuæ *eandem*, quam in vita, *loquendi veniam gratiosam præbeat rursus* et vel in tumulo, tot symbolis ornato, loquacem benigne ferat, sicut olim vivam. Hoc velle videtur distichon, quod etiam Jacobsium male habuit, qui ingeniose, ut omnia : « Marito, qui sculptor fuisse videtur, Bittis gratias agit, eumque hortatur ut etiam in posterum defunctis ejusmodi cippos ponat, qui ipsis quasi facultatem loquendi et se prætereuntibus indicandi tribuant, *eandem, quam mihi tribuisti, facultatem loquendi*, μύθων χάριν. Sed sic præcedentia quoque nonnihil immutanda videntur, hunc fere in modum :

τοιάνδε σταλουργὸς τὸ' ἔκρυφε Βιττίδα τύμβῳ
Ἀντιμένης Κράντου (filius) νυμφιδίαν ἄλοχον. »

CDXXIV. Lemma : εἰς Αυτιδίχην αἰνιγματῶδες, θαυμάσιον· ἧς ἐν τῷ τάφῳ σύμβολα ταῦτα ἐπέκειτο, ἡνία καὶ κημός, καὶ τάναγρα ὃ ἐστι δίκτυον. « In ultimis est error. Οἰωνὸς βλαστῶν Τανάγρᾳ est gallus gallinaceus Tanagræus. — 1 μαστεύω τίς εὐαγὴς Codex. Scripsi μ. τί σίδηρος, sensum et metrum restituens, non antiqua verba, quæ quærenti non succurrunt, a feliciore critico reperientur. » *B.* Reperta sunt primum a Boschio ad Grotium t. V, p. 214, deinde a pluribus illum ignorantibus, Weigando (qui etiam σεν Ἄπις), Ungero *Beitr.* p 32, Piccolp. Olim τί σύνευνος Jacobsius, τί σεν εὖνις Meinekius p. 211 (conf. ep. sequentis v. 9 seq.), qui correxit Codicis scripturam σταλήτιδι, cum Lobeckio ad Buttm. Gr. t. II, p. 430. Heckerus I, p. 320 : « Propter pronomen nomini proprio præpositum malo τί σοι Ἄγις, quam σεν. » Grotius sequitur Salmasii lectionem : τίς σου τίς ἐπὶ στ., distichis altero et tertio neglectis. — 3. Nobilissimi erant galli Tanagræi, in Bœotia oppidi. — 4 βλαστὼν Lobeck. et Meinek.; legebatur βλαστῶν. — 6 ἠλακάτας Cod. a pr. m., non ἤλεκ. — 7 seqq. Respondet Lysidica. — 8 ἡνίοχον Cod. — 10 ἡσυχίης Cod., sed καλᾶς. « Laudatur in mulieribus silentium et linguæ continentia, ut ap. Soph. Aj. 294, Eur. Heracl. 477, etc. » *Jac.*

CDXXV. Lemma : εἰς Μυρῶ καὶ αὐτὸ αἰνιγματῶδες· γλαῦξ γὰρ ἐπὶ τῷ λάρνακι ἐπίσημον καὶ σκύλαξ καὶ τόξα καὶ μάστιξ. — 1 σήματι Cod., corr. Jac. — 2 χάναθοὰν (sic) Cod., superposito : γρ. τάνδε θοάν. Vox χὰν etiam versu 7 corrupta. Χαροπὰν de colore accipit Jac., de quo videndus Schneider. in Lex.; Brunckius transponebat χᾶνα, βιόν, χαροπὰν γλαῦκα. — 3 με τὰν εὔτονον Cod.; πανεύτονον Salmasius, ut videtur; τὰν εὔτονον Brunck. tacite, sine με. Heckerus I, p. 179, πανέντονον, *severam*; quod recepi, nam haud dubie præstat edito πανεύτ. — 4. Γνήσια, adv. : ut veram matrem decebat. — 5 ἀλλ' ἀγέρωχον Codex : « non timidam, sed gravem et severam. Sed ἀγέρωχος serioribus *ferox* esse solet, quod a matrona alienum. Quare probabilis est Reiskii emendatio οὐδ' ἀγέρωχον. » *Jac.* Aliam viam iniit Heckerus, scribens

μάστιξ δ' οὐκ ὀλοάν, ξένε, δέσποτιν, ἀλλ' ἀγερώχοις
ὁμωσὶ κολάστειραν πάνδικον ἁμπλακίας,

sed facilius, opinor, post οὐκ ὀλοάν quod exspectabatur ἀλλά huc ingruebat quam πάνδικον tam scitum emendatorem invenisset; et ipsa structura melior in Reiskiana correctione. — 6 ἁμπλακίης Cod. — 7 τᾶνδε δόμων φύλακα μελεδήμονα τάνδ' ἀ .. Cod., versu in fine mutilo. Priora sic correxit Salmasius, quem nunc sequitur Jac., servans olim φύλακα in Pal. et Delectu p. 303, ubi citat hæc Æliani N. A. XII, 33 : φυλάττειν χηνῶν κύνες; ἀχρειότεροι. Idem de lacuna : « Quum sequatur γλαὺξ ἄδε, non ἀ δὲ γλαὺξ quod Brunckius dedit, apparet præcessisse aliquid quod ad novum hoc symbolum pertineret : fort. τὰν δ' ἀκάμαντα, nisi malis, quod bubonis naturæ etiam accuratius respondet, τὰν δ' ἀρ' ἄγρυπνον. Quamvis illud quoque bene habet de *indefessa Palladis ministra*, quæ opus faciens noctem diei jungit; de qua re conf. Jo. Lydum De mensibus p. 48. » Alterum prætulit in Delectu, et Boissonadius.

CDXXVI. Lemma : εἰς τινὰ υἱὸν Θεοδώρου, οὗτινος ἐπὶ τῷ τάφῳ σύμβολον ἵστατο λέων. « Est Teleutias Spartanus, Agesilai frater ὁμομήτριος, quem ad Olynthum occubuisse narrat Xenophon Hist. Gr. V, 3, 6. » *Jac.* — 1 λέον Cod. Idem deinde φθιμένοιο πρὸς (superscripto τί, ut esset τί πρὸς) τάφ. Correxit Jacobs., qui in ΠΡΟΣ latere ΤΙΝΟΣ perspexit. — 3 τελευτιαῖ Cod., corr. Reiskius : in qua voce ι liquescit sive immutescit, cujusmodi plurima habes ap. Hecker. p. 59-61. — 6. Conf. ep. 227.

CDXXVII. Lemma : εἰς τινὰ τάφον ἐν ᾧ σύμβολον ἐννέα ἀστράγαλοι ἐκεχάρακτο· ἦν δέ γε οὗτος ὁ τάφος Ἀλεξάνδρου τινὸς Χίου· ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ αἰνιγματῶδες. — 2 δμαθὲν Cod., corr. Salmas. « Verbo ἐντέμνω sic utitur Herodot. IV, 87; VIII, 22. » *Jac.* — 3 πεπτηῶτας Cod. — 4. Voci πρᾶτοι superscriptum : ἀντὶ τοῦ πρῶτοι. Erat talorum jactus dictus Ἀλέξανδρος, alius item ἕφηβος. — 6 χῖος Cod., corr. Dorvillius. De hoc jactu vide ad ep. 422. Unde apparet quare dicatur ἀφαυρότερος. Jacobs. reduxit Χῖος, « quod cum εἰς cohæret »; an ad ἀφαυρότερον supplevit βόλον? Hoc non satis nitidum et clarum; alterum apricum. — 7. « Jam interpretationem periclitatur Antipater : sensum fortasse esse hunc : nec regiam dignitatem nec juventutem impedire quominus, qui utraque instructi sunt, morte superentur. Alexandri nomen viri σκηπτροφόρου esse posse σύμβολον, Chium jactum mortis. — 10 ἰὼν κρηταιεὺς ὦτος ὅτι. Cod., corr. Reiskius. [Distinctionem omnium ἐλάσσειν, ἰὼν Κρητ. emendavi.] Eadem imagine utuntur Pindarus Ol. II, 98, Æschylus Agam. 1165, al. — 12 ἐφ' ἡβείῃ θ' ὥλετ' Cod., corr. Reiskius. — 13. Ἄκριτα jungendum cum φθίμενον, ut juvenem Parca temere et inconsiderate occidisse videatur. Sic ep. 439 : τὸν Ἀγήνορος, ἄκριτε Μοῖρα, πρώϊον ἐξ ἥβας ἔθρισας. Ipsa juventus ἄκριτος vocatur ap. Oppian. Hal. III, 362, ob temeritatem et in agendo inconsiderantiam. Fortuito autem et casu quodam Alexandrum illum in ipso ætatis flore obiisse significare videntur verba

τὸ κυβευθὲν πνεῦμα, i. e. ψυχὴ ἐκχυθεῖσα ὡς οἱ κύβοι ἐκ τοῦ πύργου, e turricula s. fritillo. — 14 *Per multos talos sensum egregie* (εὖ) *eloculus est.* Simile acumen in eadem voce IX, ep. 162, de calamo scriptorio, et de horologio VII, ep. 641 : ἀγλώσσῳ φθεγγόμενον στόματι. » *Jac.*

CDXXVIII. Lemma : εἰς Ἀντίπατρον τὸν Σιδώνιον· Μελεάγρου· ἦν δὲ ἐπὶ τῷ τάφῳ σύνθημα, ἀλέκτωρ καὶ φοίνικος κλάδος καὶ ἀστράγαλος. Præcedens Antipatri epigramma ante oculos habuit Meleager.— 1 γοργῶπος Cod.— 2 ἔστακε λαίναι Cod., corr. Salmasius, « qui de colore *callaino*, i. e. purpureo sive cæruleo, disputavit De homon. hyl. iatr. I, p. 177, E. Etym. M. : καλλάϊνον· ἔστι χρῶμα ἀνθηρὸν καὶ πορφυρῶδες, ἢ τὸ βένετον χρῶμα οὕτω λεγόμενον. Colorem quamvis marmore non expressum haud raro indicant poetæ. » *Jac.* Codex σκαπτοφόρος a pr. m., σκαπτροφ. a correctore, quod recepit Boiss. — 3. Νίκη; κλάδον, palmam. — 4 βαθμίδος Cod. « Ἄκρα cum κέκλιται jungendum : talus enim in margine crepidinis ita erat collocatus, ut jamjam casurus esse videretur, versu 18 προπετὴς dictus. » *Jac.* — 5 νικάσαντα Salmasius; μάχα Cod. — 8. Conf. Aristoph. Av. 488 seqq. — 10 αἰολοφόρον Cod., confusis Θ et Ο. — 11 τᾷδε Græf. Ψαύω, ut ep. 422, 6, προσηγγίσαμεν. — 13 φοῖνιξ μὲν νίκαν ἐνέπει, πάτραν τε Cod., corr. Reiskius. Sed mirum et incredibile οὐ abiisse in μέν. Quare longe præstat quod Heckerus conjecit :

φοῖνιξ Φοινίκαν ἐνέπει πάτραν τε μεγαυχῆ
ματέρα Φοινίκων, τὰν πολύπαιδα Τύρον.

Quod epitheton Wakefield. Silv. crit. IV, p. 171, interpretatur *multarum coloniarum matrem*, metropolin. Glossator Codicis in marg. : ὁ φοῖνιξ σημαίνει νίκην, καὶ πατρίδα Φοινίκην· ὁ ὄρνις τὸν ἄνδρα· τὸ σκῆπτρον τὸ σύνθημα τοῦ λόγου· ὁ ἀστράγαλος τὸν οἰνοβρεχῆ καὶ μέθυσον, καὶ ὅτι ἐξωλισθεὶς (sic Boiss., ut solent recentissimi; in Cod. ἐξωλισθ. compendio, quo in σθὼν rarius utuntur librarii) διὰ μέθην τέθνηκεν.— 16 πρατὸς κἢν (sic) Codex, et in fine ὑμνοθέται, corr. Dorvill. — 17. Σκῆπτρον tenent apud Homerum qui verba faciunt, unde Eustath. a Mansone allatus : σκῆπτρον σημεῖον βασιλείας καὶ λόγων· et alibi : οἱ δικασταὶ σκήπτροις ἀίσσουσιν (Il. Σ, 552), ὡς τὰ σκῆπτρα τοῖς λόγοις συνδιαφέροντες. Tum Cod. θνάισκειν. — 20 φύντα μ' ἐρισθ. Codex (bis scripto versu), quod servari posse observat Heckerus, si Antipatro detur hoc distichon. Sed probabilior mutatio lenissima qua Dorvillius AII pro AM posuit.

Post hoc epigr. in superiore margine paginæ Codicis hæc leguntur : ἕως ὧδε ἀντεβλήθη πρὸς τὸ ἀντιβόλιν τοῦ χυροῦ Μιχαὴλ· καὶ διωρθώθη τινά, πλὴν ὅτι κἀκεῖνο σφάλματα εἶχεν. Adde glossam ad ep. 432.

CDXXIX. Lemma : εἰς τάφον ἐν ᾧ ἐκεχάρακτο γράμματα δύο Φ Φ, ὅπερ σημαίνει τὸ τῆς γυναικὸς ὄνομα ἦγουν φυδίς, a librario mutatum in Φειδίς. Iterum : εἰς γυναῖκα ἥτις ἐκαλεῖτο Φειδίς. Item adscriptum : τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα ὁ Κεφαλᾶς προεβάλετο ἐν τῇ σχολῇ τῆς νέας ἐκκλησίας ἐπὶ τοῦ μακαρίου (μακαρίτου Heck.) Γρηγορίου τοῦ μαγίστορος. « Id est, carmen ænigmatice scriptum aliis solvendum proposuit tanquam ζήτημα præside Gregorio Magistro, a quo idem e lapide descriptum accepisse videtur. Quamquam ἐπὶ Γρηγ. etc. etiam *Gregorio Magistro vivo* interpretari possis. » *Hecker.* I, p. 166. — 1 παροδίτας superposito η (-ίτης) Cod., alterum Plan. Refertur ad πέτρος feminino genere dictum, ut ep. 479, 1, al. — 2 voci πέτρος superscriptum in Cod. λίθος, quod habet Plan. — 3 ἄρα Cod., Boiss. et Meinek. p. 76; ἦ ῥα Plan., quod edebatur. — 4 τᾶ (sic) Cod. et Lectt. Aldinæ; τὰν Plan. — 5. Numerus φ, *quingenti*, duplicatus. — 6. Τὸ μὲν, *hæc* interpretatio non recte procedit. — 7 ἡ δ' Plan. Φῑ-δίς, quod Φειδὶς, femininum masculini Φειδίας, scribendum esse monuit Lobeckius Pathol. prol. p. 509, not. — 8 ἐφρασάμην Cod., sed superposito α (-άμαν). Οἰδίπος; ut appellativa ἀρτίπος, τρίπος, etc. — 10 ἔρεβος Cod.

CDXXX. Lemma : ἕτερον αἰνιγματῶδες ἐπὶ σκύλοις νεκρῶν, ἤγουν πέλτῃ καὶ λόγχῃ καὶ τισιν ἄλλοις. Et alia manu : καὶ ταῦτα ἐπὶ τῷ τάφῳ τῶν τ' τῶν μετὰ Ὀθρυάδου πεσόντων. Ὑπολαμβάνω δὲ ὅτι παρὰ τῷ Θουκυδίδῃ κεῖται ἡ ἱστορία ἐν τῇ τετάρτῃ βίβλῳ (cap. 56). Adde Herodot. I, 82, Lucian. Contempl. c. 24; conf. Barth. ad Stat. Theb. IV, 48. « Loquuntur Argivi duo, pugnæ superstites, qui cum nuntio victoriæ domum abierant, nunc autem redeuntes tropæum κατὰ τῶν Ἀργείων ab Othryade, quem exstinctum putarant, positum suoque sanguine inscriptum magna cum admiratione conspiciunt. » *Jac.* Gallice vertit Larcher. ad Herodot. I, n. 226. Conf. ep. 244. *Boiss.* — 1 τῇδε καθαψεν, superposito ῆ, Cod., corr. Reisk. — 2 τὼ Cod., corr. Brunck.; i. e. τίνος, *cujus* nomine. — 3 θυρεάτις et αδε (sine acc.) λογίταν Cod., corr. Brunck, ἄδε Meinek. p. 162. — 6. « Κῦδος νόθον, non verum nec genuinum, sed subrepticium, fraude et dolo partum. Ἔλαμψε vi transitiva, ut passim. » *Jac.* — 7 ἀδὲ Cod.; ὧδε Brunck. et Meinek., « aut scrib. ἐπ' ἀσπίδι τᾷδε. » — 9 ἃ (non ὢ) πρόπατερ Cod., corr. Meinek. et Boiss.; ὦ προπάτωρ Brunck. — 10 ἀνικήτου Cod., corr. Jacobs. « Voce στύξον Jovi mendacis tropæi eversio videtur commendari; nam hominibus tropæa evertere per religionem non licebat. Ἀνίκητος σύλοπις dicitur Lacedæmoniorum, qui victoriam ab Argivis reportatam sibi hoc tropæo, συμβόλῳ, arrogabant. » *Jac.*

CDXXXI. Lemma : ἐπὶ τῷ τάφῳ τῶν τριακοσίων Σπαρτιατῶν τῶν μετὰ Ὀθρυάδου πεσόντων ἐν τῷ πρὸς Ἄργος πολέμῳ ἐπὶ τῇ Θυρεάτιδι. Addita nota : ταῦτα ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ συγγραφέως Θουκυδίδου τρανώτερον (sic). « Non apud Thucydidem res disertius narrata est, sed apud Herodot. I, 82; Plutarch. Parall. 3, p. 306, A. Vide interpretes ad Val. Maxim. III, 2, ext. 4. Adde epigr. 244 et 526. Gallice vertit Larcher. ad Herod. l. c. » *B.* In Plan. ἄδηλον. De auctore Schneidewinus p. 223 : « A Simonide scriptum esse carmen nullo pacto credemus. Primum enim puerulus fuit Simonides eo tempore, quo nobilissima pugna pugnata est, ol. LVIII; v. O. Müller. Dor. I, p. 158; neque verisimile est multo post illam tempore epigramma inscriptum esse tumulo. Deinde sunt in formis dialecti doricæ quædam ab Simonide aliena. Tum ne credibile quidem est istam garrulitatem in lapide fuisse Lacedæmonio, quæ ab Laconum moribus toto cœlo abhorret. Denique indoles universi epigrammatis non solum Simonidea non est, sed omnino ne antiquioris quidem poetæ. » Assentiuntur Meinek. p. 233 et Bergkius Lyr. p. 925, qui *Leonidæ* esse conjicit, « quem verisimile est celebre hoc argumentum tractavisse. » Heckerus autem I, p. 103 scriptum esse putat in *instauratum* posterius Othryadæ tropæum, et Dioscoridi tribuendum, cujus est præcedens, « quod interdum in Codice adscripto ἄλλο notatur », cujus hic vestigium nullum. — 1 τριακόσ. Bergkius; συνάριθμοι Cod. « Quod plane absonum hoc loco et sensu cassum. Scribendum haud dubie τοῖς ἰσαρίθμοις, ut Spartani et Argivi pari utrimque manu de Thyrea pugnasse dicantur. Conf. infra ep. 721. » *Meinek.* Sed συνάριθμος eadem notione dictum fuisse Heckerus monstravit exemplo ep. 389, 3. — 2 Ἰναχίδας θυρεὰν Cod.; Ἰναχίδαις θυρέαν Plan., quod edebatur; sed rectissime Ungerus *Stud.*

XV (1845) et Bergkius Θυρεᾶν. — 3 ὅπᾳ (etiam Plan.) ποδὸς ἴχνος ἃ πρατὸν Cod., cum glossa : δωρικῶς ἀντὶ τοῦ πρῶτον. Heckerus ὅπᾳ πρᾶτον ποδὸς ἴχνος. Sic Sallust. Catil. c. 57 : *quem quisque pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat*, et alii ap. Jac. — 5 φόνῳ (sanguine) κεκαλυμμένον Cod. et Plan., quod ferri non potest : πεπαλυμμένον Schneidewinus; « sed αἵματι παλύνειν recte dici non credo nisi exempla afferenti. Lenissimum esset κεκλυσμένον, sed aptissimum πεπαλαγμένον. » *Meinek.* Ungerus et Bergkius consensu κεκολαμμένον, etiam Heckerus : « Fuit qui γεγλυμμένον reponeret, quo lenius esset κεκολαμμένον, sed utrumque de sanguine dici non potest. Si autem poeta tantum significat clypeum Othryadæ sanguine *illitum* esse, κεκαλυμμένον non erit mutandum. » Quod aptum judicabit nemo. Mihi in mentem veniebat : ἄρσενι φόνῳ γεγανωμένον, quod de ἀνθηροῖς χρώμασι dicitur. — 6 Θυρέαι Ungerus, ob v. 2. — 7 αἱ δέ Cod., corr. Brunck.; εἰ δὲ Plan. præter ed. princ., quæ αἱ. Deinde ἧς Cod.; ἧς Plan. ed. princ., ἣν reliquæ. « *Erat ex Adrasto*, aut genere, aut certe animo. Adrasto enim, Argivorum regi, fuga ex prœlio ad Thebas, unde solus aufugerat, exprobrabatur. Isocrates Panathen. § 70 : ἅπαντας τοὺς λοχαγοὺς ἐπεὶδε διαφθαρέντας, αὐτὸς δ' ἐπονειδίστως σωθεὶς... » *Jac.*

CDXXXII. Lemma : εἰς Γύλλιν τὸν Λακεδαιμόνιον τὸν πεσόντα ἐν τῇ πρὸς Θυρέαν μάχῃ. Alia manu : ὧδε Μιχαὴλ τοῦ χαρτοφύλακος· mox disertius : ἕως ὧδε τὰ τοῦ κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ μακαρίου (sic vel μακαρίτου Paulss., ut ad ep. 429) περιεῖχον ἐπιγράμματα, ἅτινα ἰδιοχείρως αὐτὸς ἔγραψεν ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ Κεφαλᾶ. Epigramma ad aliam de Thyreis pugnam spectat, non illam Othryadæ facinore illustratam. — 1 ὕμμιν Cod.; ὑμιν Plan. ed. princ., ὕμμιν reliquæ. — 3 ἄνδρα δ' ὃς Cod.; ἄνδρα, ὃς Plan., corr. Jacobs. In fine τόδε γ' εἶπεν uterque, corr. Scaliger. — 4. Conf. Hom. Il. O, 495.

CDXXXIII. Lemma : εἰς Δημήτριον Λακεδαιμόνιον φυγοπόλεμον, ὃν ἡ ἰδία μήτηρ ἀπέσφαξε. Conf. ep. 531. — 1. Hoc distichon habet Tzetzes Cram. Anecd. Ox. IV, p. 43, ubi Δημήτριον...μήτηρ τὸν Λακεδαιμόνιον ἡ Λακεδαιμονία. — 3 ἐν προβόλῳ Suid. v. Θηκτὸν, ἠκονημένον, ubi liber unus προβάλῳ. Unde ἐν προλόβῳ Ruhnkenius Epist. crit. I, p. 70 seq., nulla cum probabilitate. « Est *strictum filio intentans gladium.* (V. Thes.) In proximis feram te videre existimes, quæ unum e catulis, quod infirmus sit et parum generosus, jugulet. — 4 οἷα λέαινα Ruhnkenius. — 5. Ἔρρε, ut ap. Hom. Il. Θ, 164 : ἔρρε κακὴ γλήνη. Μερί; de homine etiam in ep. 355, 3. » *Jac.* Plane ut nostrates dicunt *mauvaise pièce.* In fine Cod. αιδα, superposito γρ. ἄιδαν. — 6 οὐδ' ἔτεκον Cod. et Plutarchus, quod optime tuetur Jacobsius; οὔ σ' ἔτεκον Brunckius; οὐκ ἔτεκον Boissonadius; ὧν ἔτεκον boni quique libri Suidæ v. Ἔρρε· φθείρου, edd. ὃν ἔτ. Planud. ἄξιον ἐτρέφομες, ex interpolatione. In Plutarcheis Apophthegmatibus Lacænarum bis affertur hoc epigramma, p. 240, F : Δαματρία τὸν υἱὸν δειλὸν καὶ ἀνάξιον ἑαυτοῦ ἀκούσασα, παραγενόμενον ἀνεῖλε· τὸ δ' ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ τόδε·

Τὸν παραβάντα νόμους Δαμάτριον ἔκτανε μάτηρ,
ἃ Λακεδαιμονία τὸν Λακεδαιμόνιον.

Hic subsistit. Sequuntur ἀδήλων Λακαινῶν apophthegmata : Ἕτερα Λάκαινα τὸν υἱὸν λιποτακτήσαντα ὡς ἀνάξιον τῆς πατρίδος ἀνεῖλεν, εἰποῦσα· « Οὐκ ἐμὸν τὸ φίτυμα. » Ἐφ' ᾗς τὸ ἐπίγραμμα τόδε·

Ἔρρε κακὸν φίτυμα διὰ σκότο;, οὐ διὰ μῖσο;
Εὐρώτας δειλαῖς μηδ' ἐλάφοισι βέοι.
Ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερὶς, ἔρρε ποθ' ᾅδαν,
ἔρρε· τὸ μὴ Σπάρτας ἄξιον οὐδ' ἔτεκον.

Hæc duo disticha (præter τὸ μὴ Σπ.) pro simplici Codicis posuerunt Brunckius et Meinekius; atque hæc ita scripsisse Tymnen nobis quoque certissimum videtur, quamvis neque Boiss. quicquam de ea re dixerit et Jac. in Pal. errasse Plutarchum suspicetur.

CDXXXIV. Lemma : εἰς τοὺς Δημαινέτης παῖδας τῆς Λακεδαίμονος πεσόντας τοὺς ὀκτὼ ἐν μιᾷ μάχῃ. — 3 εἶπε Plan. — 4 μοῦνον ὦ Cod., Plan. codd. 4 ap. Brunck., ed. princ. et Ald. 1, sed Ald. 2 ἰώ. « Spartana alia, sibi ob mortem filii gratulata, Οὔ σ' αὐτὸν ἕνεκεν ἔτεκον, inquit, ἵνα ὑπὲρ τᾶς Σπάρτας ἀποθάνῃ, τοῦτό μοι συνέβη, Plut. p. 241, C. Comparandum ep. Anthologiæ latinæ V, 263, p. 201. » *Jac.*

CDXXXV. Lemma : εἰς τοὺς Ἰφικρατίδα παῖδας ἐξ πεσόντας ὑπὸ τὸ τεῖχος; Μεσσήνης. — 1 primo nomini superscriptum γρ. ἐρ. in Codice, sc. Ἐρπυλίδας. Non habet Plan. — 3 ἄμμι Cod., corr. Brunck. — 4. « Μεγάλαν fortasse pro πολλήν, nisi potius majore cum vi pro fortium virorum cinere. » *Jac.* — 5 ἀλείπτα Cod.

CDXXXVI. Lemma : εἰς τοὺς Λακεδαιμονίους μετὰ Λεωνίδα χιλίους, οἵτινες ἐπέσχον ἐν Θερμοπύλαις Περσῶν ὀγδοήκοντα μυριάδας. Huschkius Ἡγήμονος. — 3 λήματι Schæferus ad L. Bos. Ell. p. 324; αἷμα τὸ Περσῶν Codex; κῦμα vel ῥεῦμα τὸ Π. Huschkius. — 4 ἀστρεπτεῖ. δώριος αὐμελέτα Codex.

CDXXXVII. Lemma : εἰς Λεωνίδαν τὸν Σπαρτιάτην. — 1 αὖθις Cod., corr. Aldus. — 4. « Ἀζόμενος; νόμιμα, conf. ep. 249. » *B.*

CDXXXVIII. Lemma : ἐπὶ τῷ τύμβῳ Μαχάτα, ὅτι φιλοπόλεμοι ὄντες οἱ Ἕλληνες νέοι πάντες ἔθνησκον καὶ μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Ἀχαΐας. Achæi cum Ætolis bellum gesserunt olymp. 139 anno 4. — 1 περιληΐδα Cod.; παρὰ ληΐδα Plan., et in fine μαχήτα. « Jos. Scaliger docte suspicatur Πατρέων περὶ λ., nam illo bello Ætolos Patrensium in Achaia agros devastavisse narrat Polybius IV, c. 6, 9. » *Jac.* — 3 πρωθ' ἥβας εἰ γὰρ χαΐκὸν (superposito ᾱ) Cod.

Sequitur in Codice ejusdem Damagetæ epigramma jam supra positum n. 231.

CDXXXIX. Lemma : εἰς Πύλιον τὸν υἱὸν Ἀγήνορος τοῦ νεωτέρου. — 2 ἥβης Plan. « Αἰολέων indicare videtur Thebanum fuisse Pylium. Damagetas infra ep. 540, 2 : Θήβην Αἰολίδα. » *Jac.* Sed vide ib. Heckerum. Grotius de conjectura videtur legisse Αἰόλιον. — 3 ἐπισσεύασα Plan. Κῆρες; apud poetas dicuntur Ἄιδου κύνες, quod hic quoque scribendum judicabat Ruhnken. Epist. crit. I, p. 93 (ubi v.), ἐπισσεύασ' Ἄιδου κύνας. Sed Theodoridas vetus verbum reddere novum voluisse videtur, Κῆρας dicens, canes in vitam sævientes, vitæ infestas.

CDXL. Lemma : εἰς Ἀριστοκράτην, σώφρονα τινὰ καὶ κόσμιον ἄνδρα. In eundem Aristocratem ab eodem Leonida scriptum epigr. 648, quod in aversa, nostrum in adversa parte cippi positum fuisse statuit Heckerus I, p. 29, 103 et 313, ubi addit : « Quod vero hoc *octo* tantum versuum est, alterum *decem*, inde explicandum videtur quod in adversa parte alia subscripta (vel superscripta) fuerunt, ut genus et patria Aristocratis, et poetæ

nomen. Cave enim hinc argumentum ducas ad defendendum Planudæ infelix emblema post v. 5. » — 1. Junge καλύπτεις νυκτί. — 2 οἴην (sic) γαῖ' Cod ; οἵαν γᾶ Plan. — 3 πολλαῖς Plan.; ἀρεσκόμενον Cod.; ἀρεσκομένην Plan.; corr. Jacobs. — 4 πολλῶν δὲ μνήμη Cod.; πολλὸν δὲ μνήμη Plan.; corr. Scaliger. — 5. « Sensus : in concione populi publice verba facere poterat, idque cum magna suavitate et sine ficta illa gravitate eorum, qui supercilia contrahunt et erigunt, ut σεμνοὶ videantur. » *Jac.*, quamquam versum 6 « suspicione laborare » existimans. Nimirum Codex ignorat versus 6 et 7, apud Planudem modo lectos, a quo fictos judicabat Salmasius, assentiente Heckero; sed antiqui κόμματος speciem in septimo recte agnoverunt Jac. et Meinekius p. 133. — 7 παρὰ κρητῆρσιν Scalig. et Casaub.; sed v. interpretes ad Soph. Antig. 966. — 8 ἰθὺν ἐκείνην εὐκυλίκην λασίην Cod.; ἰθῦναι κοινὴν εὐκύλικα λαλίην Plan.; ἰθῦναι κείνην Jacobs. : « amabilem *illam* et conviviis accommodatam loquelam. Sic Plan. ep. 226 : κλάζε κατιθύνων ῥήματος ἁρμονίην. » Deinde Hermannus ἐγκύκλιον λαλιήν. Vix dubites de εὐκύλικα, sed male edebant εὐκυλίκην, lapsum librarii Palatini. Initio δημολογῆσαι, κ l θῦ ν α ι Heckerus, qui de tota sententia confert aptissima exempla p. 314. — 9 ἤιδει κέν (sic) ξείνοις κεν (superposito αι) δάμοισι Cod.; Plan. ut editum ; κεἰν ξ. Jacobs. « Verba ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι in eadem versus parte leguntur ap. Hesiod. Op. 225. » *Meinek.* Conf. supra ep. 35. — 10 ἐσατὰ Plan.

CDXLI. Lemma : εἰς Μεγάτιμον καὶ Ἀριστοφώτα (sic) τοὺς Ναξίους. — 2 μεγατίμιον Cod. — 2 ωἰ (vel ὦι) μεγάλη γᾶ Cod., corr. Jacobs.

CDXLII. Lemma : εἰς τοὺς ἐν Τεγέᾳ πεσόντας ἀρίστους (vel ἀριστεῖς) Ἀθηναίων. « An ἀρίστους ἄνδρας, vel Ἀρκάδων, vel aliud quid ; nam alienum est nomen Ἀθηναίων vel Ἀθηναίους, ut legi suadet Paulssen. » *B.* Recte Schneidewinus p. 158 : « Scriptum in Tegeatas, qui a Lacedæmoniorum irruptione, qua subjecta ipsis urbs est, patriam acerrime defenderant. Quorum memoriam ideo esse instaurandam poeta dicit, ne Græcia *a capite defunctorum eripiat libertatem*, i. e. ne eos, postquam Lacedæmoniis succubuerunt, tanquam servilis animi homines patriæque libertatis incuriosos proculcet. » — 1 μνασώμεθα, et v. 3 αἰχματαὶ Schneidew. — 2. Boiss. exscripsit Schol. Wech. : Λακεδαιμονίους γὰρ οἱ Τεγεᾶται πρῶτοι Ἀρκάδων σφίσιν ἐπιστρατεύσαντας ἐνίκησαν καὶ αἰχμαλώτους αἱροῦσιν αὐτῶν τοὺς πολλοὺς, οὓς πέδαις δεδεμένους ἠνάγκαζον αὐτοῖς σκάπτειν τὸ πεδίον · αἱ δὲ πέδαι ἐπερρέμαντο πολὺν χρόνον ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀλέας Ἀθηνᾶς, ὡς Παυσανίας ἐν Ἀρκαδικοῖς (c. 45, 2; 47, 2). — 3 ἵνά σφισι Cod. — 4 ἀποφθιμένοις κάρτος ἐλευθερίας Plan. Jacobs. conjiciebat ἀπ' ἰφθίμου κρατὸς ἐλευθερίαν, optime.

CDXLIII. Lemma : εἰς τοὺς πεσόντας παρ' Εὐρυμέδοντα ποταμὸν Ἕλληνας. Recte Heckerus p. 226 : « In toto carmine nullum est indicium quo fidem lemmatis stabilire possis. [Propter idem lemma Schneidewinus carmen Simonideis ejecit; v. ad ep. 258.] Ceterum maxima est dictionis similitudo cum aliis Cei poetæ carminibus, et temere Schneiderus hoc pro *inepti sophistæ factu* habebat. » — 1 Τῶνδέ ποτ' ἐν στ. malit Meinek. p. 226. Codex τανυγλωχῖνας, quem accentum correxit Jac.; v. Lobeck. Paralip. p. 199 seq. — 2. Conf. ejusdem poetæ VI, ep. 2, 4. — 3. Commode Heckerus I, p. 292 meminit versuum homericorum, Il. Π, 361 :

ἀσπιδὶ ταυρείῃ κεκαλυμμένος ὤμους
σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων,

quibus scholiastes ascripsit : τοῦτον ἀκοντοδόκον φασίν. « Significat igitur virum prudentem et belli peritum, nec interpretandum *milites qui sagittis confixi sunt.* Sæpe autem in epigrammatis eandem invenias sententiam, pro ipsis vivis mortuorum tantum sepulcra nobis superesse, ut ep. 271, 5; 467, 7, etc. » — 4. « Versum pro supposititio habuit Jac. Equidem nihil hic bono poeta indignum video, modo corrupta recte emendentur. Scribendum enim ἄψυχ' εὐψύχων. Inanimia fortium virorum monumenta dicit ossa mortuorum. » *Meinek.* De cujus interpretationis veritate cum Heckero maxime dubitamus. Bergkius ἔμψυχ' ἀψύχων conjiciebat p. 905. Cum reliquis, quæ sanitatis speciem habent, conciliari non potest ἄδε κέκευθε κόνις. Heckerus, ἄδε κέλευθος ἔχει, ut ad viam illa sepulcra posita fuerint. Quodsi extrema in antiquo codice obscura et difficilia lectu erant, librarius quivis finxisset edita.

CDXLIV. Lemma : εἰς τὸν Ἀνταγόρου οἶκον διὰ μέθην ἐμπρησθέντα (ἐμπρισθ. Cod.), ἐν ᾧ τεθνήκασιν ὀγδοήκοντα ἄνδρες ὑπὸ τοῦ πυρὸς διὰ τὴν μέθην. — 1. « Χείματος, *hieme*. Fortasse post festum diem male sobrii somnoque sepulti jacebant, unde intelligitur quomodo factum sit ut omnes flammis consumerentur. Quare cave οἰωθέντα scribas cum Scaligero. » *Jac.* — 2 ἐκ νυκτὸς corrector in uno cod. Planudeæ, male; v. Jac. p. 332. — 3 ἀμιγγα Cod. — 4. « Πυρκαϊῆς, nam rogi instar illis fuit domus accensa. — 5. Διελεῖν. Conferenda Ciceronis narratio de Scopæ domo subito collapsa De orat. II. 86. — 6 δ' ἡ κάλπις nonnullæ edd. Plan. Id mentione tanto magis videbatur dignum, quod sic servi cum dominis conjungebantur. In cujus rei solatium mox addit Orcum unumquemque eorum, vel in cinere, facile dignoscere. » *Jac.*

CDXLV. Lemma : εἰς Μαντιάδην καὶ Εὔστρατον τοὺς Δυμαίους ἐπιτύμβιον. Erant lignarii. — 1 Μαντιάδης et Ἐχέλλου Plan. Dubia forma nominativi, quum habeantur Ἐχέλας et Ἔχελος. — 2 δυσμαίῃ κρ. Plan. E Codice κραναῆς Salmas. enotavit. Grotius a proprio nomine esse putabat. — 3 ὀρειτύποι Plan. — 4 μηνυταὶ τέχνης Plan.

CDXLVI. Lemma : εἰς Ζωΐλον τὸν Ἑρμιονέα ἐν Ἄργει τελευτήσαντα. — 1 ἀλλοδαπων (superposito ηι δὲ) τέθ. Codex. — 2 ἐφεσσάμενος Meinek. p. 146. Legebatur ἐπεσσ. — 3. Ex simili loco Hesychius : ἀμᾶσθαι · ἐφέλκεσθαι τὴν γῆν.

CDXLVII. Lemma : εἰς Θῆριν τὸν Ἀρισταίου Κρῆτα. — 1 ὃ καὶ Cod., « i. e. διὸ καὶ, *quare*. Conf. XIV, ep 35. » *B.* Sic et Jac. Ὃ καὶ στίχος Plan. in codd., τάφος in edd. In fine λέξω Cod., λέξων Plan. « Solet hoc distichon de homine brevis staturæ, sub exiguo tumulo condito, accipi. Vix recte; sed σύντομος dici videtur *homo paucorum verborum*. Quum igitur Theris, dum viveret, breviloquentiæ studiosissimus fuisset, poeta brevissimum elogium ejus cippo inscribendum esse censet. » *Jac.* Heinsius comparavit hæc Ovidii Amor. II, el. 6, 59 :

Ossa tegit tumulus : tumulus pro corpore parvus :
Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.

Pro στίχος Meinek. conjicit λίθος, « quo Ovidiana imitatio ducere videtur. » — 2 ἐπ' ἐμοὶ δολιχός Cod., sed alterum recte Plan. Δολιχόν (sive rectius δόλιχον, ut Meinek.) scilicet νικήσας, *victor in curriculo longo*, recte interpretatur Ruhnken. Epist. crit. p. 174, et jam monuerat Vulcanius. Brunckius δολιχός vel δολιχόν defuncto tribuebat, qui conquereretur vel sic nimis longam esse inscri-

ptionem. Quem secutus est Boissonadius, hæc commentans : « Lectionem Codicis servavi. Interlocutor quidam, ipse Theris, inchoatum versum ait esse longum, adeo fuit ipse σύντομος. Pari acumine Lebrunius, quem Pindarum vocant, Epigr. 1, 85 :

Ce rimeur a du bavardage
Un tel usage,
Que même en un distique il a su trouver l'art
D'être bavard.

Præiverat homonymus, Ant. Lebrunius :

Mauvais singe de Despréaux,
Tu dis dans tes vers satiriques
Que je fais de longs madrigaux :
Mais toi, tu fais de longs distiques.

Petebat quidam a Rivarole quid de disticho sentiret : « Bellum est, inquit; sed paulo longius » : *C'est bien; mais il y a des longueurs*. Nec inepte Destræus abbas Ovidium prolixum esse in unico versu judicavit :

Omnia pontus erant; deerant quoque litora ponto;

prius enim hemistichium satis fuisse. » Jacobs. in nott. mss. citat Boisson ad Callimach. p. 185, ipse quoque distinguens ... ὑπ' ἐμοί. Δολιχός, ut subaudiatur εἶ, et abundare ὑπ' ἐμοί significetur a mortuo, quum ipse lapis cum nudo nomine rem indicet.

CDXLVIII. Lemma : εἰς Πραταλίδαν Κρῆτα τὸν Λυκάστιον. « Nomen Πραταλίδας fuit qui corruptum esse putaret. Injuria : a Πρᾶτος enim vel Πρῶτος, cujus nominis exempla exstant, recte formari potuit Πράταλος, ut a Σῖμος formatur Σίμαλος. » *Meinek.* p. 129. — 1 μνῆμα λυκάστωι Cod., corr. Salmas. Cretæ urbs est Λύκαστος. — 2 λινοστασίης Cod., corr. Brunck. — 3 χοροιτυπίης Cod., corr. Meinek. In Codice versus post χθόνιοι desinit; Jacobsii supplementum recepit Boiss.; Brunckius3 χθονίῳ Μίνωϊ πάρεδρον. Meinekius : « Minoem si memoravit poeta, haud paullo probabilius conjicias : χθόνιοι θεοί, εὖ παρὰ Μίνῳ τοῦτον etc. Magis tamen placeret χθόνιοι θεοί, εὖ γε Θαλήτᾳ τοῦτον Κρηταιεῖ Κρῆτα παρῳκίσατε. Thaletam Cretensem poetam nemo ignorat. »

CDXLIX. In Codice cohæret cum præcedente epigrammate, « et erant haud dubie in eodem lapide sepulcrali scripta, » *Hecker.* I, p. 101. Sejunxit Salmas. — 1 post πραταλίδα (sic) lacuna est in Codice, sed in marg. scriptum : γρ. πραταλίτα παιδίον. Ὅσα προτερήματα εἶχεν ἐκ φύσεως. Unde Brunckius παιδεῖον. « Quam veram esse lectionem ex Cretensium moribus intelligitur, apud quos Minos, ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄῤῥενας ἐποίησεν ὁμιλίαν, secundum Aristot. Polit. II, 8, § 4. Sosicrates ap. Athen. XIII, p. 561, E : Κρῆτες ἐν ταῖς παρατάξεσι τοὺς καλλίστους τῶν πολιτῶν κοσμήσαντες, διὰ τούτων θύουσι τῷ Ἔρωτι. Iidem quantum saltationi et venationi tribuerint, constat ex Aristoxeno ibid. p. 630, B : ὀρχήσταὶ οἱ Κρῆτες ... καὶ κυνηγετικοί, διὸ καὶ ποδώκεις, et aliunde. » *Jac.* — 4 ἄρχε Cod., corr. Brunck.

CDL. Lemma : εἰς Φιλαινίδα τὴν Σαμίαν, οὐ τὴν ἑταίραν Ἐλεφαντίνης. « Imo de famosa illa Philænide agitur. Conf. ep. 345 (et quæ ibi annotantur). » *B.* Iterum legitur in Codice post ep. 343, ubi vide. — 1 μνῆμα hic Cod., superiore loco μνᾶμα. — 2. Timet ne se aversetur viator ut infamem. — 3. Προσάντη aut pro ἐναντία dictum aut *turpia et odiosa* explicandum cum Jacobsio. Haud verisimili arte Brinckius (loco supra cit., p. 384) : « Προσάντη ἔργα ad laudes Philænidi a Polycrate (ironice) tributas referenda sunt : hic enim ἔργα ista Herculis laboribus æquiparaverit. Conf. Clemens Alex. Protr. p. 53 Pott., qui Græcos reprehendit ita : φυλάττετε δ' ἔτι μᾶλλον ἀντικείμενα, ὥσπερ ἀμελεῖτῶν θεῶν ὑμῶν τὰς εἰκόνας στήλας ἀναισχυντίας καθιερώσαντες οἶκοι, ἐπ' ἴσης ἐγγραφόμενοι τὰ Φιλαινίδος σχήματα, ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα. » — 5 φιλ' αἰδήμων Cod. utroque loco. — 6 λαμυραν superposito ὴ Cod. hoc loco, λαμυρὴν supra. « Id est βίβλον ἀναιδείας μεστήν, *protervum librum*, in quo turpium rerum scientia, ἱστορία, traditur. » *Jac.* — 7 λυγρὰ Cod. utroque loco; λυγρὰν vulgo, correxit Meinek. p. 84. — 8 κλῃδόν' Cod. priore loco. « Ἀπωσαμένης cum τἀμά cohæret. Plutarch. Apophth. p. 241, C, epistolam Laconicam refert talem : κακά τοι φάμα κακκέχυται· ἢ ταύταν ἀπώθευ, ἢ μὴ ἔσο. » *Jac.*

CDLI. Lemma : εἰς Σάωνα τὸν Ἀκάνθιον. — 1 τῇδε Cod. et Plan.; corr. Boiss. et Hecker. I, p. 159. Deinde Cod. ὁ ἀκάνθ., repetito articulo. Macedoniæ urbs Ἄκανθος. « *Sanctus* vocatur somnus, quia piorum manes sancti sunt. Bene comparat Rubnken. epigr. Append. 230 :

Καὶ λέγε Πωπιλίην εὕδειν, ἄνερ· οὐ θεμιτὸν γὰρ
θνήσκειν τοὺς ἀγαθοὺς, ἀλλ' ὕπνον ἡδὺν ἔχειν. »

Jac. — 2 θνήσκειν Plan., Jac. et Meinek., qui Τῇδε servaverunt.

CDLII. Lemma : εἰς Εὔδουλον. — 1 μνήμονες Casaubonus; μνήμης Cod. Grotius legebat :

Μνῆμα τόδ' Εὐβούλοιο σαόφρονος, ὦ παριόντες.
Πίνωμεν, etc.

Quod acute dictum Meinekius quoque conjecerat et recte dixit (p. 126) præstare Casauboniano. In latinis posuimus Ungerus *Beitr.* p. 32, μνῆμ' ἴστ' Εὐδ. In Cod. ωι (ὦι vel ὧι) pro ῶ, ut ep. 441.

CDLIII. Lemma : εἰς Νικοτέλην παῖδα Φιλίππου. — 1 δωδεκέτη Plan. Legebatur δωδεκέτην tanquam ex Codice, in quo ν superpositum literæ τ. Quod δωδεκένη esse et hic et ep. 467, 2, agnoverunt Heckerus p. 253, et in Callimacho Meinekius, quem v. p. 139 seq. Apud eundem ex Brunckiana remansit ἀνέθηκε, codex uterque ἀπέθ. — 2 τὴν πολιῆς Scaliger.

CDLIV. Lemma : εἰς Ἐρασίξεινον [sic] τὸν πότην. Sine poetæ nomine habet Athenæus X, p. 436, D. — 2 ᾤχετ' ἐλοῦσα Valckenarius. In utroque propriam et nativam vim locutionis plane neglectam esse egregie disputat Meinek. Call. p. 284 seq.

CDLV. Lemma : εἰς Μαρωνίδα τὴν μέθυσον. Iterum legitur in marg. Codicis ante epigr. 357. Imitatus est Antipater Sid., supra ep. 353. — 1. « Πίθων σποδὸς, quæ non calices, sed totos cados siccabat. Hinc sumpsit Antipater Sid.,

Βακχύλις ἡ Βάκχου κυλίκων σποδός,

VI, ep. 291. » *Jac.* — 3 γνωστὴ Plan., quod nescio an præferendum. Nota fama Atticorum calicum, γῇ Κωλιάδι fictorum. — 4 ὑπέρ γε τέκνων Cod. hic, sed recte altero loco, ut Plan. — 5 οὐκ ἀνδρός Plan., ex qua λέλοιπεν, Codex ἔλειπεν utroque loco.

CDLVI. Lemma : εἰς Σιληνίδα (sic) τροφὸν Ἥρωνος τοῦ

μέθυσον. « In lemmate annotationis Jacobsianæ nomen Ἀεωνίδου videtur esse lapsus calami, quod affirmarem, ni Paulssenius taceret. Apographum Par. et alii libri Διοσκορίδου. » *B.* Observat etiam Meinek. p. 165. — 4 ληνῶν Plan., ληνὸν Cod., qui in fine ἔχει, corr. Jacobs.; ἔχῃ Plan.

CDLVII. Lemma : εἰς Ἀμπελίδα τὴν μέθυσον πεσοῦσαν ἐν τῷ ληνῷ καὶ ἀποπνιγεῖσαν. Et paullo inferius : κλέψαι τὸν οἶνον νομίσασα ὑπ' αὐτοῦ κέκλεπται. Vix opus est moneri ex re fuisse ficta nomina Μαρωνίς, Σειληνίς, Ἀμπελίς. — 1 σκήπωνος hic quoque Cod., quod a σκήπτω ducebatur; conf. VI, 293, 1. — 3, 4 νεοθλιβὲς ἠδ' ἀπὸ ληνοῦ πῶμα κύκλωι πιεῖν πλησαμένη Codex, quod egregie emendavit Heckerus. Dubitabam primum quod minime εἶλεν Ampelis, utpote πρὶν ἀρύσαι demersa, et πλησομένη requirebam, sed est *antequam ore hauriret*, ut ap. Anyten IX, ep. 313, 2 : ἀρύσαι νάματος ἡδὺ πόμα, et sequenti versu, ἑκαμεν χέρα, intelligenda manus sinistra qua se fulciebat in margine torcularis, dextram retrahens onustam. Boiss. dederat Jacobsii emendationem in Delectu p. 444 prolatam :

λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
πῶμα κλωπεύειν, πλησαμένη κύλικα,

in quibus ἦλθ' est Reiskii; de ceteris Jac. : « Delevimus syllabam κυ, quæ, voce κλωπεύειν discerpta et corrupta, a librario addi potuit, κλω de κύκλῳ superesse existimante. — 5. Manu fallente, in lacum præcipitata est et tamquam vetusta navis rimosa in ponto submersa. » *Jac.* — 6 ὡς ναῦς ὑπ. Cod., quod certatim correxerunt Passov., Meinek. in Curis critt. ad Com. p 18 et Friedemannus De med. syll. pent. p. 328; iidemque fine præcedentis versus γραῦς γε παλαιή, quod Jac. rectissime repudiavit, item Heckerus, qui ὡς ναῦς ὑδρύχιος vel ἐμβύθιος luserat. Bothius ναῦς ἣ ὑποβρ. Σωρόν, id est οἶνου ζωροῦ. — 7. Σῆμα. « Jejuna commemoratio monumenti, in hac præsertim re, quæ significantius quid requirere videtur, commovit Eichstadium ut πῶμα corrigeret. Obstare tamen videtur quod modo v. 4 πῶμα diversa est significatione positum. » *Jac.* Qui pro λάϊνον scite tentabat λήϊνον, diminutivum nondum alibi repertum. Placuit tamen πῶμα Heckero : « nam adjectivum λάϊνον, plane ut γείτονα, non cum πῶμα, quod proxime attributis appositum, sed cum τύμβον jungendum, ut ep. 701, 4 : λάϊνον ... τόνδ' ἀνέτεινε τάφον· et ep. 649, 2 : τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμαρίνῳ. Fortasse tamen præstat : ἐπὶ τύμβῳ ... λαΐνῳ ... γείτονι. » Apparet vitium inesse in voce λάϊνον, et requiri substantivum masc., ex quo pendeat γείτονα. Verum in his omnibus fortasse detexit Græfianum acumen, cujus viri *Epistola critica ad God. Hermannum* (Petropoli 1841), ubi hoc epigramma tractavit p. 11, nos item ut Heckerus ægerrime caremus. — 8 θηλοπέδ. Cod.

CDLVIII. Lemma : εἰς Αἰσχρήν (sic) τινα γυναῖκα οὕτω καλουμένην, τὴν Μίκκου τροφόν. — 1. « Apogr. Par. αἰσχρὴν, quod forsan verum; nam in nominibus propriis accentus sæpe appellativorum retinetur. » *Boiss.* « In verbis ἀγαθὸν γάλα, i. e. *bonam nutricem*, singularem quandam elegantiam quærebat Bentleius, cui fidem denegabat Reiskius, corrigens ἀγαθὸς Γαλάταισιν ἐν ἐσθλοῖς. (Nimirum Codex παισὶν ἐν.) Mihi in mentem veniebat ἀγαθὴν γάλα. Sed unice verum Bentleii πᾶσιν ἐν ἐσθλοῖς, *in omnibus copiis et lautitiis.* » Hæc Jac. Quibus addit Meinek. : « Similiter Callimachus μαστὸν dixit H. in Cer. 96 : χὠ μαστὸς τὸν ἔπωνε, de nutrice cujus lac biberat puer. Nec dissimile incerti poetæ dictum Οὔθατα βόσκει ap. Hesych., de capris lactantibus. Simile item γαστὴρ de Neronis matre dictum in Orac. Sibyll. V, 144 :

ὤλεσε γὰρ πολλοὺς καὶ γαστέρι χεῖρας ἔθηκεν,

ubi χεῖρας ἐρῆκεν scribendum est. » — 4 inter γρῆυς et μαστῶν supra scriptum ὡς, quod etiam in serie sequitur. Unde Jacobsius conjecit ἡ γρῆυς τὰς μαστῶν ὡς ἀπέχει χάριτας, « sicut infra ep. 468, 6 : αἳ αἳ, τὰς μαστῶν ψευδομένας χάριτας, quod ex Callimachi epigr. expressum. »

CDLIX. Lemma : εἰς Κρηθίδα τὴν Σαμίαν τὴν πολύμυθον καὶ παίστριαν. — 1. « Πολύμυθον non videtur dictum in vituperationem, non magis quam λαλίη Append. ep. 210, 3, et λαλίου στόματος V, ep. 171. Vid. Ruhnken. ad Hermesianact. 78, p. 297. » *Jac.* — 2 δίζονται Plan.; σαμίην, superposito ω, Cod.; Σαμίων Plan. — 3 ἡδίστην et ἀεὶ λάλον libri, corr. Meinek. — 4. In πάσαις merito offendit Meinekius, qui malit πάντεσσ', « ut Theognis El. 26 in eadem versus parte dixit πάντεσσ' ἀνδάνει. »

CDLX. Lemma : εἰς Μίκυλόν (sic, et a correctore Μείκ.) τινα πένητα μετὰ ἀπραγμοσύνης βιώσαντα. — 2 ἀδικείων malit Meinek. Deinde veram distinctionem præiverunt Grotius et Valcken. ad Theocr. Adon. p. 360. Male legebatur οὐδένα, γαῖα φίλη, Μικύλος· εἴ τι etc. — 3 μείκυλος Cod., Μίκυλος Plan., corr. Jac. — 4 μήτ' ἀγανοὶ eximie Meinekius, sed in Diatr. p. 279 sic ἐπέχει : « De integritate traditæ scripturæ dubitationem mihi movebat quod notum illud *sit tibi levis*, in quo terra proprio sensu capitur, a poeta ita usurpatum videbam, ut in sequentibus inferis diis accenseatur. Accedebat quod adjectivum κοῦφος de diis propitiis dictum mihi novum accidebat. Non impedio tamen quominus ἄλλοι servetur, sed ut poetam justo negligentius locutum esse fateamur. »

CDLXI. Lemma : εἰς Αἰσιγένην τινὰ εὐτελῶς βιώσαντα. — 2. « Sollemnis quæ defunctis acclamari solet formula hoc loco adhibita viro probo et, ut videtur, strenuo : nam inertes sunt *pondera terræ*. Minus placet quod nonnulli hoc distichon de homine parvæ staturæ et gracili accipiunt, ut Martialis in versibus quos Lessingius ex Meleagro expressos esse existimabat, de puella V, ep. 34, 9 :

Mollia nec rigidus cæspes tegat ossa, nec illi,
Terra, gravis fueris : non fuit illa tibi.

Similiter in Anthol. Latina IV, ep. 246 :

Terraque, quæ mater nunc est tibi, sit levis oro;
Namque gravis nulli vita fuit pueri. »

Jac. Verum vocabula οὐ βαρὺν εἰς σὲ inspicientes significari, Æsigenem non fuisse agricolam aut fossorem, facile nobis persuademus.

CDLXII. Lemma : εἰς σατύραν ἢ ἀγχίτοκον ἐν Τύρῳ τελεύσαντα (sic). Iterum scriptum infra post epigr. 728, cum lemmate : εἰς ἀγχίτοκον σατύραν. ζήτει. Sine auctoris nomine in Plan. Grotius male *Satyrum*. — 1 ἀγχίτοκον libri, corr. Jacobs., proponens etiam ἀρτιτόκον, coll. ep. 729. Deinde λάβε Heckerus, quod usitatum, sed esse poterat cur alterum poeta maluerit, ad homerica Κήρ με λάχε γεινόμενόν περ respiciens. — 2 κρύψε Cod. altero loco, hic ἔκρυφε, adlita a correctore litera ε.

CDLXIII. Lemma : εἰς τὰς Ἀριστοδίκου θυγατέρας ἐν ταῖς ὠδῖσι τελευτησάσας. Et initio novæ paginæ : ὅτι αἱ τέσσαρες θυγατέρες Ἀριστοδίκου δυστοκήσασαι ἀπέθανον. — 1, 2 quater αὐτὰ Cod. et Plan., corr. Brunck. Imagines quattuor mulierum in illo cippo expressas fuisse existima. — 4 ἐπὶ τούτωι Cod.

CDLXIV. Lemma : εἰς Ἀρετιμίαν (sic) τὴν Κνιδίαν μετὰ τὸ τεκεῖν τελευτήσασαν. Patriæ mentio ex seq. ep. ducta. — 1 ἀρετιμίας ἐξ ἑκάτοιο Cod., sed recte Plan. — 2 θεμένην superposito α Cod.; ἠϊόνι Plan. — 3 νέω Cod. superposito ον (νέον, quod recepit Bothius). — 4. Notum est Cnidios fuisse Dorienses. « Ut hic Antipater mulieres Cnidias Aretemiadi in Orco obviam venientes fingit, sic Statius *veteres heroidas* Priscillæ, Silv. V, 1, 253 seqq. » *Jac.* — 5 ῥαίνουσα Wakefieldus, Heckerus (I, p. 99 et 217) et Bothius. Legebatur ξαίνουσα, sic defensum a Jacobsio : « Ξαίνειν παρειάς proprie dicuntur qui unguibus genas radunt; hic generaliori significatione accipitur, ut ap. Eurip. Tro. 509 : δακρύοις καταξανθεῖσα, quod idem prorsus significat ac δακρύοις ἐκτήκειν χρόα Helen. 1435. » — 6 ἐξεῖπε; φεῦ ἀν. Plan. — 7 ὠδίνουσα φίλαι Cod.; ὠδίνασα φίλον Plan.

CDLXV. Lemma : Ἡρακλήτου εἰς τὴν αὐτὴν γυναῖκα Ἀρετιμίαν. In Plan. Ἡρακλείδου, ut duobus aliis locis Codex. Et Heraclide Sinopensi dignissimum est carmen. Heckerus, qui eidem cippo in latere altero incisum putabat (1, p. 99 et 175), nomen scripsit *Heracliti*, Callimachi æqualem intelligens. Poeta se ad Aretemiadis cippum accedere ejusque ἐπιγραφὴν legere fingit. — 1 μετ-ώπῳ Plan. — 2 σεύονται et ἡμιθανεῖς Plan. male. — 4 λευρὰ Cod., et in marg.: γρ. λευρὰ ἢ ἄλλως πως; λευκά. Etiam in marg. Wech. λευκά notatur, quod per se est probabilissimum; λυγρὰ Plan. In fine Cod. et Plan. φατί τινος, corr. Grotius. — 5 ἀρετιμίας Cod. — 8 ἓν δ' Jacobs. in Palat., alterum servans in Delectu p. 293. « Quo monentur lectores alterum ex infantibus marem decessisse. » *Heck.*

CDLXVI. Lemma : εἰς Ἀντικλῆν, υἱὸν χήρας μονογενῆ, ὀκτωκαιδεκέτην τελευτήσαντα. « Matris querelæ de filio immatura morte vita erepto. Veri affectus plenum carmen. » *Jac.* — 3 ὀκτὼ καὶ δεκέτης ὃς ἀπώλετο Cod., sed recte Plan. — 5 βαίνειν Plan. — 7 μεμαραμμένε corrigendum putat Hecker., ut supra ep. 286, 1. — 8 ζωῆς μ' ἑκ κε (quæ literæ atramento inductæ et με superscriptum) κομησάμενος Cod., corr. Salmasius; ζωὴν εὖγε κομισσάμενος Plan. Jacobs. conjiciebat et ζωῆς κἀμὲ κομισσ., præpositione omissa, coll. Matth. Gr. § 331, c. « Observatione autem dignum quod mater velut Mercurii ψυχοπόμπου officium a filii pietate requirit. » *Jac.*

CDLXVII. Lemma : εἰς Ἀρτεμίδωρον δωδεκέτην τελευτήσαντα. — 1 σήματι μήτηρ Plan. — 2 δωδεκέτη Plan., Codex autem superscripto ν, id est δωδεκένη, de quo admonuit Hecker. p. 253; vide ad ep. 453, 1. Plan. γοάουσα. — 3 πόνος ἐς στονόεν πῦρ Heckerus; πόνος εἰς πόνον πῦρ Codex; πόνος εἰς πόνον εἰς πῦρ Plan. Edebatur ex conjectura Scaligeri et Canteri πόνος ἐς σποδὸν, ἐς πῦρ. Jacobs. in nott. mss. conjiciebat etiam ἐς κόνιν, ἐς π. Huc Boiss. retulit quod versui 8 in Cod. adscriptum : θρῆνος τῆς μητρός. — 4 ὤλετο Παμμένεος Planud. Heckerus corrigit παμμελέου, necessitate nulla. « Patris in instituendo puero cura quod incassum fuerit impensa, tristis vocatur et misera. » *Jac.* Cod. γεινομένου. — 5 ὤλετο ἀποθνὰ Cod.; ὤλετ' ἀπειθής μοι Plan.; ὤλετή θ' ἃ ποθινὰ Jacobsius, sed conjunctionem Heckerus recte ablegat; cum Piccolo dedimus χά. Formam ποθινός supra vidimus ep. 403, 1. « Ἀκαμπτον hic non vulgari significatione accipiendum est, qua *durum* et *inflexibilem* notat, sed de loco dicitur,

Unde negant redire quenquam,

ducta metaphora ab equis cursoriis qui in fine curriculi dicuntur κάμπτεσθαι, et auriga equos circa metam flectens κάμπτειν. » *Jac.* — 7 ἐφηβείην libri, corr. Brunck.; ἐλθὼν Plan. — 8. Sic Catullus : *mutum cinerem*, ep. CII.

CDLXVIII. Lemma : εἰς Χαρίξενον ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν τελευτήσαντα. In Plan. est ἄδηλον. — 2 ὀκτωκαιδεκέτην ἐστόλισε Plan. Epheborum gestamen chlamys. — 4 οἰμωγῇ Cod. (quod servat Boiss.), et in fine idem ἠχθοφόρευν superscripto ου. Plan. ἀχθοφόρευν. — 5 γονῆς Cod., γυναῖκες Plan. — 6. « Sic Iocasta, filios conspicata interfectos, ἐθρήνει τὸν πολὺν μαστῶν πόνον, Eur. Phœn. 1443. » *Jac.* — 8 σπεῖρα γονὰς Cod.; Σπειρογόνας Plan., quasi nomen proprium matris Charixeni (expressum a Grotio), sententia absurda, quod multis docuit Græfius p. 140-144, locum egregie sanatum sic explicans : « Invehitur in Parcas, quæ quum ipsæ virgines sint et steriles, omnem sobolis amorem deposuerint, materni amoris sensu omni destitutæ. Inde enim repetit crudelitatem fati, qua parentibus liberi præmature eripiuntur. Ita θάνατος ἄστοργος est in ep. Leonidæ Alex. infra 662, 4. Jam Μοῖρα κακοπάρθενος dicitur quam virginitas immitem et crudelem facit, ut contra Diana, πότνα γυναικῶν, εὐπάρθενος celebratur in ep. Antipatri Sid. VI, ep. 287, 1. » Sed rectius κακοπάρθενον Jac. accipit *malam et perniciosam virginem*, « ut Ὧραι sunt γλυκυπάρθενοι, *dulces*, eidem Meleagro IX, ep. 17. » — 9 ὁμίλησας (sic) ποθειν (sic, superposito a correctore *ε*, ποθέειν) Cod., corr. Salmas. Abest hoc distichon a Planudea. — 10 τοῖς δ' ἀγνῶς Cod., corr. Græfius, probantibus Heckero I, p. 122 et Piccolo p. 32. Neque prorsus necessarium ut τοῖς mutetur. Sententia : « Jam desiderium est æqualibus, luctus parentibus, et quibus ignotus erat, si qui audiunt, miseratio. » Jac. conjecerat τοῖς δ' ἄλλως πευθομένοις, Boiss. ad Philostr. Her. p. 565, ἁπλῶς πευθ., in notis mss. exemplum addens « Plutarchi Alex. c. 50 : οὕτω μὲν ἁπλῶς πυθομένοις. »

CDLXIX. Lemma : εἰς Εὔβουλον, υἱὸν Ἀθηναγόρου. — 1 εὔβουλον δ' ἐτέκνωσεν Cod., corr. Jac., sed quærens : « An carminis initium periit? » — 2 Breve ævum significatur; ambiguum autem εὐλογία, quod de *facundia* intelligi potest. Athenagoras rhetor perstringitur ab Ammiano XI, ep. 150.

CDLXX. Lemma : εἰς Φίλαυλον, υἱὸν Εὐκρατίδου, ἐν παιδείᾳ ζήσαντα. *Antipatro* inscribitur in Planudea. — 1 εἰπὸν Plan.; alterum recte Cod. — 2. Mutilus versus in Cod. sic scriptus : ταῖς (a correctore exaratum, deinde punctis subnotatum) εὐκρατίδεω (et inter versus a correctore καὶ adjectum) ποδαπὸς δ' εὔχεα. In marg.: γρ. παῖς εὐκρατίδεω. Plan. versum haud dubie de conjectura implens :

Εὐκρατίδεω. — Ποδαπὸς δ' εὔχε' ἔμεν; — Θριασεύς.

Nimirum demi Attici prope Eleusin. — 3 In τὸν ἀφότρου præpositio assumenda ex sequentibus. — 6 αὐτοθελεῖ Cod., et cum Plan. κείνων. Quod ἐκείνων Jac. referri posse putabat « ad celeberrima illa Socratis pocula », vel, ut Manso, « ad nota pocula istorum philosophorum qui Zenonis dogmata et exemplum sequebantur. » Postea verum, ut nobis quoque videtur, acu tetigit Κείων restituens. Nam νόμος ἐστὶ Κείων· οἱ πάνυ παρ' αὐτοῖς γεγηρακότες... πίνουσι κώνειον, ὅταν αὐτοῖς συνειδῶσιν ὅτι πρὸς τὰ ἔργα τὰ τῇ πατρίδι λυσιτελοῦντα ἄχρηστοί εἰσιν, Ælian. Var. H. III, 37, præter Strabonem X, p. 745, A, et Steph. Byz. in Ἰουλίς, Menandri testimonio usos. Hæsit tamen Boiss. : « Nolui mutare κείνων. Nam si Ceorum institutis licitum fuit senibus epoto veneno vitam finire (vide Meinek. ad Menandr. p. 237), non debuit interlocutor interrogare ἢ πρέσβυς; Intelligo κεί-

ων, quod et suasit Jacobs., de sculpto in columella poculo. » Quam conjecturam veterem Jacobsii Græfius subriserat (p. 137) : « Poculum in cippo expressum potius hominem vinolentum indicabat, ut ex aliis inscriptionibus novimus, quam cicuta confectum : nisi singulari forma aut inscriptione cicutæ se poculum prodebat. »

CDLXXI. Lemma : εἰς Κλεόμβροτον τὸν Ἀμπρακιώτην. Habent Sextus Empir. Adv. grammat. § 48, p. 226 (609 Bekk.), Ammonius in Porphyrii Isagogen, scholiastes Dionysii Thr. p. 725 Anecd. Bekk., memorat Cicero Tusc. I, 34, rem ipsam multo plures. — 1 ωμβρακιωτα; Cod. superposito η, alterum Plan.; Ἀμπρακ. Ammon., Sext.; Ἀμβρακ. Sexti libri alii et schol. — 2 ἥλατ' Cod. superposito altero λ; ἥλλατ' Sexti libri nonnulli. — 3 ἄξιον οὔτι παθὼν schol.; θανάτου τέλος Sext., male; ἢ τὸ πλάτωνος Cod., « in quo subaudiendum ἄλλο. » *Jac.* Qui servat cum Boiss. Sed Planud. et ceteros secuti sumus cum Brunckio et Meinekio. — 4 ἐν τῶι Cod., ceteri recte. « Ἀναλεξάμενος, *qui legerat*; conf. ad XI, ep. 354. » *B.*

CDLXXII. Lemma . εἰς τὸν βίον καὶ τὴν εὐτέλειαν τῶν πραγμάτων καὶ τὸ ὀλιγοχρόνιον. Ζήτει, διὰ τὰ σφάλματα. In Plan. est ἄδηλον. Manifesto est carmen προτρεπτικόν, sed monumento sepulcrali incisum esse poterat, defuncti, fortasse philosophi, nomine et elogio in vulgaris tituli modum sculptis ante carmen. Conf. ad v. 6. — 2. In εἰς ἀΐδην inepti quid inesse putabat Meinek. p. 128, « quo humana vita in immensum extendi diceretur », sed εἰν ἀΐδῃ, quod scribit, non commode satis respondere præcedentibus facile sentitur. Nodum solvit Heckerus I, p. 95, collato dicto simillimo Simonidæ, fragm. 47 : πολλὸς γὰρ ἁμμιν εἰς τὸ τεθνάναι χρόνος, ζῶμεν δ' ἀριθμῷ παῦρα κακῶν ἕτεα. — 3 ἢ ὅσσον ὅσσον Cod.; ἢ τόσον ὅσσον edd. nonnullæ Plan. — 4 στιγμὴς (sic) ἢ (superposito εἰ) τι Cod. « Hæc proverbialis locutionis speciem habent. Simonides ap. Plutarch. Mor. p. 111, C : τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια ἔτη στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς. Ibidem p. 117, E : καὶ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ἐστὶ καὶ στιγμαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα. Quare qui alios, ut vitæ voluptatibus fruantur, admonent, στιγμὴ, inquiunt, χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐστίν, ib. p. 13, B. » *Jac.* — 6. Post hunc versum in Codice habentur, spatio relicto, duo versus, cancellati quidem : Χειμέριον... (ep. *472), cum lemmate : τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδα εἰς Φείδωνα τὸν Κρίτου. In ima autem pagina cum signo ad versum 6 remittente hæc admonemur : ὑπέρβα τοὺς δύο στίχους καὶ τότε σύναψον τοὺς λοιποὺς στίχους τοῦ ἐπιγράμματος·

ἐκ τοίης, ὤνθρωπε, ἀπηκριβωμένοι ὀστῶν.

In Planudea hoc distichon versui 6 subjungitur et finem facit epigrammatis; prorsus absunt sequentia. Heckerus poemation tale exhibet quale legitur in Planudea, « partem aræ superiorem » occupasse ratus, reliquos vero decem versus « in inferiore ejusdem lateris parte anaglypho subscriptos » fuisse, ut totum Phidonis memoriæ dedicatum fuerit. Verum apposuisse sufficit, ut appareat hæc nullo modo cohærere :

μικρή σευ ζωὴ τεθλιμμένη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
ἡδεῖ', ἀλλ' ἐχθροῦ στυγνοτέρη θανάτου.
Χειμέριον ζωὴν ὑπαλεύεο, νεῖο δ' ἐς ὅρμον,
ὡς κἠγὼ Φείδων ὁ Κρίτου εἰς ἀΐδην.

Versu 7 nova pagina Codicis incipit, in cujus margine superiore iterum monetur : ἔτι ἔστι τὸ ἐπίγραμμα μετὰ τοῦ ὄπισθεν. Si revera est carmen unum, desunt nonnulla inter versus 6 et 7. Ceterum non eadem plane res agitur in utraque parte carminis, imo ἔννοια satis diversa est. Hoc dubitari non posse videtur, decem versus (7 16) anaglypho fuisse subscriptos, quod Heckerus animadvertit : « Verbis ἐκ τοίης et ὀστῶν ὡς respicitur ad figuram sceleti humani saxo aræ sepulcralis insculptam, quam in monumentis servatis raro occurrere monuit Welckerus Syllog. p. 99. » — 7 ὤνθρωποι Hermannus; ὤνθρωπε Cod.; ὀστέων Heck. « Sequentes versus satis obscuri. Verba ipsa non valde videntur depravata, sed fortasse data opera in eum modum composita sunt, ut lectorem ludificentur, fere ut versus quos excitat Sextus Emp. Adv. gramm. I, 13, § 316, p. 287, ubi Fabricius frustra egit interpretem. » *Jac.* Boissonadius : « Reliquos versus Jacobsius pro lusu ænigmatico habuit. Lector quidam videtur mentem versuum divinasse; quum adscripsisset librarius Codicis : ζήτει τὸν νοῦν τοῦ ἐπιγράμματος, ὅτι ἐσφαλμένον ἐστὶν, ipse notulam hanc opposuit : ἐὰν ἔχῃς νοῦν, οὐκ ἐσφαλται, ἀλλὰ μᾶλλον πεφώτισται. [Manus est *correctoris* quem sæpe memoramus.] Sed interpretationem nobis invidit. » Meinekius : « Reliquos decem versus, qui nec ipsi bene cum prioribus coeunt, et ex diversis carminibus conflati videntur, Jac. ludificandi lectoris causa conflatos esse existimat : vereor ut justa de causa; nec dubito quin sagacioribus contingat ut emendatis quæ corrupta sunt omnia in clara luce ponantur. » — 8 ὑψοῦν τ' ἠέρα κἀν νεφέλας Hermannus (cujus censura Meinekiani Delectus in Annal. Vindob. segerrime careo), probante Heckero; ὕψος τ' ἠέρα καὶ νεφέλας Cod.; ὑψοῦσθ' ἠέρα κεἰς νεφέλας Meinek.; ὑθλεῖς (*garris*) ἠέρα καὶ νεφέλας Jacobs. — 9, 10 sic Cod. Lucem fortasse accepissent ab anaglypho si superesset. Scite Piccolos ἀκέρκιστον λῶπος cutem corporis humani interpretatur. Hermanniana in his distichis Heckerus « parum probabilia et valde mirabilia » judicat. — 11. « Ψαλάθριον quid sit intelligetur fortasse, si quis veram rationem nominis ψαλάκανθα explanaverit. Vide Fragm. Comic. vol. III, p. 219. » *Mein.* Piccolos vertit *le crâne.* Similiter Heckerus : « Ad nuda ossa referendum ἀπεψιλωμένον, ut ψίλωμα est *corporis pars cujus præter ossa nihil reliquum.* Conf. Herodot. IX, 63. Unde hunc versum probabili conjectura restituere possis :

οἷόν τε ψιλώθρῳ ἀπεψιλωμένον ὀστεῦν·

ut ossa denudata dicantur, sicut caput psilothro epilatum. » — 12 πολλῶν Cod., corr. Meinek. et Bothius; πολλὸν Jac.; σκελετοῦ Cod., corr. Mein., cui « ἀραχναίου corruptum videtur. » — 13 ἢ οὖν ἐξ Cod., corr. Jacobs. — 14 λιτῇ Cod. a pr. m., λει a correctore. — 15 αἰὲν τοῦτο νόῳ Hermannus; αἰὲν τούτων (superposito ω, ut fieret τούτων) σωι Cod. Bothius αἰὲν τούτου ἕσει μεμν. — 16 ζωῆς ἐξοίης ἠρμόνισας Cod., egregie correctum a Meinekio. Non male Bothius : « Tropus ab iis qui sectis calamis fistulas componebant. »

Ex tanta difficultatum densitate respirare aliquantillum annon juverit lectores? Audiant elegantem criticum Piccolon de hoc epigr. disserentem, p. 33-7. *Léonidas, moraliste de la bonne école, n'avait pas une haute opinion de la philosophie spéculative de son temps; témoin cette épigramme spirituelle qu'il a composée contre les astrologues*, IX, ep. 80. *Un esprit de cette trempe pouvait-il faire grâce à l'harmonie céleste des pythagoriciens, aux extravagances de la physique, de la météorologie de son temps? Non sans doute; voulant prouver la vanité des choses humai-*

nes, il choisira pour but à ses traits la docte cabale, *comme le type le plus accompli de l'orgueil impuissant et stérile; la verve satirique de Lucien ne brille jamais avec plus de bonheur que dans les dialogues où il tourne en ridicule le charlatanisme philosophique. D'après ces considérations, je lis.*

Εἶτ' οἴεις (?), ὤνθρωπ', ἀπακριβώσειν μένος ἄστρων
ἁρμονίην θ' ὕψος τ' ἠέρα καὶ νεφέλας;
Τοὔναρ τοῦτ' ὡς ἄχρειον· ἐπεὶ περὶ νήματος ἄκρον
εὐλὴ ἀκέρκιστον λῶπος ἐφεζομένη.
Οἷον τὸ ψαλάθριον ἀπεψιλωμένον, οἷον
παλαιὸν ἀραχναίου στυγνότερον σκελέτου.
Ἠοῦν ἐξ ἠοῦς ὅσσον σθένος ὤνερ ἐρευνῶν
εἶης ἐν λιτῇ κεκλιμένος βιοτῇ.
Αἰὲν τοὐμὸν σῴζε μεμνημένος, ἄχρις ὁμιλῇς
ζωοῖς, ἐξ οἵης ἡρμάτισαι καλάμης.

« *Et tu te flattes, ô homme, de connaître à fond* « *l'influence des astres, leur harmonie, leur hauteur,* « *et les airs et les nuées! Quel rêve insensé! Vois, au* « *terme de ta vie* (mot à mot, *au bout du fil*), *le* « *ver attaché à* [*ta peau*] *ce vêtement tissé* [*par la* « *nature*] *sans le secours de la navette. Qu'il est* « *horrible ce* [*crâne*] *dépouillé! Moins tremblante,* « *moins misérable est* [*dans sa toile*] *l'araignée des-* « *séchée* (littéralement, *la momie d'une araignée*). « *Homme, qui chaque jour applique toutes tes forces* « *à la recherche, puisses-tu goûter le repos au sein* « *d'une vie simple et frugale! Retiens toujours mes* « *paroles, sans oublier, tant que tu seras parmi les* « *vivants, que tu n'as pour lest que de la paille.*

* CDLXXII. Lemma : εἰς Φείδωνα τὸν Κρίτου. Conf. supra ad v. 6. In Planudeo epigrammate, ob vocem ζωήν modo præcedentem, Jacobs. scribebat χειμερίην τε ζάλην ὑπαλεύειν, etc.

CDLXXIII. Lemma : εἰς Δαυῶ καὶ Μάθυμναν ἑαυτὰς ἐκχρεμασάσας, ἤγουν αὐθεντίᾳ χρησαμένας. — 1 in fine ἦρα Cod.; ἤρῳ Reiskius, receptum a Jac. in ed. ult. et a Boiss. « Sed recte dici (disputat Heckerus) de homine qui Trieterica orgia Bacchi celebrans summo animi ardore fertur, ὁ ἐν τριετηρίσιν ἥρως, equidem non credo. Scribendum τὸν ἐν τριετηρίσιν ὥραις, ut sunt Καρνειάδες ὧραι ap. Callimach. H. Ap. 86, Διονυσιάδες ap. Simonidem Anth. XIII, ep. 28, 1, Ζανὸς ap. Pind. Isthm. II, 23; Olymp. IV, 1, etc. Possis etiam τριετηρίσιν Ἱραῖς, quum αἱ τριετηρίδες quoque dicatur græce. » — 2 sic Cod. Brunckius εὔῤῥονα Αυσσάταν, qui pro more confidentius : « Αυσσάτας nomen proprium est viri, qui athleta fuisse videtur; lusit poeta in oppositione epitheti εὔῤῥων cum nomine Αυσσάτας. » — 4 χερσὶ δὲ διούχους Codex, corr. Toupius, post Reiskium qui δερειούχους. Salmasius χείρεσι vel χερσὶν δειραγχεῖς.

CDLXXIV. Lemma : εἰς Νικάνδρον (Νικάνδρου Boiss.) τινὸς τέκνα ὁμοῦ θανόντα. — 2 Αὐσιδίκας Cod., trita permutatione.

CDLXXV. Lemma : εἰς Εὐαγόραν υἱὸν Ἡγεμάχου, νυμφίον Σκυλλίδος. — 1 πολυπένθερον Cod. Legebatur πολυπένθιμον ab Reiskio positum. Sed recte Heckerus observat πένθιμος plerumque active dici, *lugens*, aut significare *tristis, lugubris*; quo auctore nominativum dedimus. — 2. Aliud agentis hariolatio est ἀν' Εὐροίας... πύλας, urbis Epiri, ubi habitaverit Hegemachi filius. Criticus simul et *nomen* urbis requirit et contra Meinekium disputat Euagoram *domi* obiisse, ubi positum monumentum, non peregre. De exsequiis agi manifestum est, quas Scyliis sequebatur per portas urbis, neque intelligitur in epitheto εὐρείας quid sit inepti. — 3 ἀφέστιον conj. Meinek. p. 145. « Favent, inquit, correctioni sequentia, in quibus Scyllis paternam domum non intrasse dicitur. Nimirum eo se contulerat ubi maritus obierat, ibique præ animi dolore exstincta est. » Ἐφέστιον quum pendeat ex βοῶσα, poetam ex animo egregiæ conjugis loqui statuo, cui Euagoras erat *columen domus* et velut ἑφέστιος θεός; cujus obitu domus corruit. — 6 ὀλλυμένη malit Meinek.; οὐλομένης Both. — 8 μνᾶμα Cod., corr. Meinek. « Ἀείῃ, ut a multis calcata et frequentata. » *Jac.*

CDLXXVI. Lemma : εἰς Ἡλιοδώραν τὴν σύνευνον τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου (qui et poeta). « Fuit Heliodora Meleagri amica, non uxor. » *B.* Et versui 7 adscriptum : θαυμαστὸν καὶ πάθους μεστὸν ὅλον τὸ ἐπίγραμμα — 1 νέρθεν ὑπὸ χθ. Plan. Frustra Salmasius : « Lege Ἡλιόδωρε, et mox omnia feminina in mascula verte. Vid. quæ notavi ad Stratonis Παιδικὰ ep. 20 (XII, ep. 19 a, Meleagri in Heliodorum puerum). » — 2. ἀίδην Plan. Conf. V, ep. 166, 3. — 4 νᾶμα πόθων ap. Brunckium « qua auctoritate nitatur ignoro; certe est elegans. — 6. Munus Acherontis oblatum, sed inane illud, quum Acheron precibus nullis, luctu nullo moveatur. — 7. Θάλος, voc. blanditiis adhibitum, ut supra V, ep. 174 : Ζηνοφίλα, τρυφερὸν θάλος. — 8. Conf. XII, ep. 107. » *Jac.*

CDLXXVII. Lemma : εἰς Φιλανίδα (sic), τὴν ἐξ Αἰγύπτου, οὐ τὴν Σαμίαν. « Vide ad ep. 345. » *B.* Epigramma etiam supra legitur ad marginem epigrammatis 343. Poeta mulierem consolatur quod non in patria sepulturam nacta sit. — 1 ἐπικαίριον Cod. utroque loco, Plan., cujus edd. posteriores ἀποκαίριον. Brunck. et Both. ἐπικήριον, *infaustum*. Jacobsii conjecturam ἐπικάρδιον probavit Meinek. p. 167, quamquam est ἅπαξ λεγόμενον adjectivum, alibi ποτικάρδιος. Hecker. malebat ἀποκάρδιον et comparat similem versum homericum Od. N, 421 :

Μὴ δή τοι κεῖνός γε λίην ἐνθύμιος ἔστω.

— 3 ἐλευθερίης Cod. utrobique et Plan.; Ἐλευθέρνης Reiskius, quæ urbs in Cretæ littore boreali sita. « Recepi, post Brunckium, correctionem Reiskii. Ex nexu sententiarum desideratur loci nomen. » *B.* Etiam Meinek. et Passov. p. 220 rejiciunt Jacobsii interpretationem de *libera* sepultura. Lennep. ad Grot. p. 239 : « Possit etiam Ἐλευθεριεῦς legi, ab oppido Mysiæ, cui nomen Ἐλευθέριον. Vide Steph. B. in voce. »

CDLXXVIII. Lemma : εἴς τινος ἀνωνύμου τάφον ἐν ὁδῷ κείμενον καὶ ἀτιμέλητον (sic). — 1 τίς ποτ' ἄρ' ἦ τίνος Cod. Planudeam scripturam receperunt Boiss. et Meinek. p. 126. Sed præferenda nobis videtur Heckeri emendatio :

Τίς ποτ' ἄρ' ἦ τίνος, οὗ ῥα παρὰ τρίβον ὀστέα ταῦτα
τλήμον' ἐν ἡμιχανεῖ λάρνακι γυμνὰ μένει;

Sic Leonidas infra ep. 503, 2, ad στήλην : εἶποις ὄντιν' ἔχεις ἦ τίνος ἦ ποδαπόν, et alia ap. Heck. I, p. 283. — 2 τλήμον' Plan. et apogr. Paris.; τλῆμον Cod. : illud prætulerunt Mein. et Heck., hoc tenent Brunck., Jac., Boiss. Legebatur ἡμιφαεῖ, quod egregie correxit Meinek. ad Callim. p. 275; ἡμιφανεῖ Heckerus. In fine Cod. γυμναμένη, sed correctum. — 4 λειτὰ Cod. Jungendum cum vocibus μνῆμα καὶ τάφος. « Τροχιᾷ, schol. Wech. : τῇ χαράξει τῶν τροχῶν. » *B.*

CDLXXIX. Lemma : εἰς Ἡράκλειτον τὸν μέγαν τὸν Ἐφέσιον, τὸν ἀγέλαστον, τὸν σοφώτατον. Quibus temere adscripsit Salmas. : « Sed fallitur. » — 2 δ' inter ἡρακλείτου et ἔνδον supra additum in Cod.; ἔνδον ἔχων Plan. sine δ'. Legebatur ἐπιβλής· cum distinctione et Ἡρακλείτου δ' ἔνδον, sed Boissonadium sequi non dubitavimus. — 3 ἔτριψε κροκάλαις Plan.; ἔτριψεν καλαῖς Cod. Ne copula desit, Jacobsius malebat αἰὼν δ' ἔτριψεν, ut suppleatur με. Ἅμαξα hic singulariter dictum de ἁμαξιτῷ. — 4. « Αἰζηῶν Grotius vertit *juventutis*. Sed αἰζηοί pro ἀνθρωποι in universum reperitur ap. Apoll. Rh. IV, 268, Quintum VI, 479; IX, 502, al. [Sic ἠϊθέων ep. 495, 5.] Τέταμαι pro κεῖμαι positum illustrat Dorvill. ad Charit. p. 643. » *Jac.* — 5 ἀγγέλω superposito altero λ Cod. — 6. Vide supra ad ep. 79, v. 3. Dixerat inter alia Heraclitus, Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, Strabo XIV, p. 642 (548 Did.).

CDLXXX. Lemma : εἰς ἀνωνύμου τινὸς τάφον ἐν ὁδῷ κείμενον καὶ παρὰ τῶν ὁδιτῶν καταπατούμενον. — 1 μεῦ et ὑπεκκαλυμμένον (super κκ posito κε) Cod. — 2 ἁρμονίης Cod. et Plan., corr. Brunckius. Intelligendam existimo *ossium* aptam compagem vel membrorum, corpus, sceletum, ut supra dixit Leonidas, ep. 472, 7, homines ἐκ τοίης ἀπηκριβωμένους ὀστῶν ἁρμονίης. Quomodo Grotium quoque accepisse probabile est. Jacobs. de sarcophagi *apta junctura* cogitasse videtur, secundum hæc Suidæ : ἁρμονίαι δὲ λέγονται καὶ τὰ συμπτυσσόμενα τῶν κραββάτων μέρη. Brodæus : *apte cohærentes lapides*. — 3 κωλῆνες Plan. ridicule. — 4. Quid jam prodest hominibus terra tegi? — 5 πριν τὴν ὁδὸν Cod.; πρὶν ἰτὴν, *meabilem*, Lehrsius Quæst. ep. I, p. 26, quod in nott. mss. Jacobs. præfert suæ conjecturæ, τὴν (ἦν) οὔπω πρὶν ἰτὴν, duali loco pluralis, coll. Matth. Gramm. § 301, not., p. 763 et Hesych. : ἰτην, ἐπορεύοντο. Temere hariolatus Planud. : τὴν οὕτω πρηνῆ ὁδόν. — 6 νιόμενοι Cod., et superposito; νεισσόμενοι Plan.; νισσόμενοι Meinek. — 7. Ἐγγαίων pro vulgari καταχθονίων.

CDLXXXI. Lemma : Φιλιτᾶ (sic) Σαμίου εἰς μικράν τινα θυγατέρα Θεοδότου· quibus addit corrector : καὶ αὐτὴν Θεοδότην καλουμένην. « Puellæ statua tumulo imposita fuisse videtur. — 1. Βαρύθουσα intelligam de cippo, quem statua imposita premit. (Alii improbabiliter exponunt, *mœrens*.) — 3 χάμμικὰ Cod., corr. Reisk. — 4 πολλὰ δ. Cod., corr. Reisk. Sensus est : Ne lugeas : hac immatura morte multis, quæ in longiore vitæ cursu mortalibus imminent, malis erepta sum. » *Jac.*

In Codice sequitur epigramma Callimacho inscriptum, jam supra positum n. 170.

CDLXXXII. Lemma : εἰς Κλεόδικον υἱὸν Νικασίδος. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 240. » *B.* — 1, 2. « Nondum tibi luna tres annos impleverat. Post tres autem annos peractos coma detondebatur pueris tertio Apaturiorum die, hinc κουρεῶτις appellato. » *Jac.* — 3. « Si quis est quem hiatus hic possit offendere, legat Νικασίς σ' ὅτε. » *Heck.* — 4 ἑβόα στεφάνῳ Cod., optime correctum ab Jacobsio, qui de verbi βοᾶν usu in funeribus poetarum exempla collegit. Heckerus malebat ἐπ' αἰακτῷ πόλλ' ἐβόα σκεπάνῳ, plaudente Piccolo. — 5 καὶ * γενέτας * πέρι Codex, cum depravationis nota; περίκλειτος Salmasius. — 6. « Ἀνοστοτάταν, epitheto ab homine ad rem translato. Fingit autem poeta puerum, immatura ætate exstinctum, in Plutonis regno ad plenum adolescentiæ florem perventurum esse. Similiter in Anthol. Lat. IV, 122, in puerum statim post partum a Proserpina raptum :

> Hæc rapuit, paucos ut quum tu adoleveris annos,
> Inter delicias te beet illa suas.
> Cresce puer, tu cresce infans, infantule cresce.

Suave sane phantasma. » *Jac.*

CDLXXXIII. Lemma : ὁμοίως εἰς Κάλλαισχρον νήπιον τελευτήσαντα. — 1 ᾄδη ἁλιτάνευτε Plan. « Lectionem Palatinam Ἀΐδη, qua hiatus tollitur, divinaverat Wakefieldus in Diario Classico t. XXXV, p. 52; ut et versu 3 μὴν vel μὰν, quod est et in Codice, pro planudeo μέν. » *B.* In fine Cod. et Plan. τίπτε τοιοῦτο, corr. Brunck., jungens οὕτω νήπιον. — 2 ὀρφάνισας Cod. — 3 μὲν (sed in optimo cod. Brunckii μὰν) ὄγε παῖς ἐνὶ δώμασι Φερσεφονείας Plan. Postremum mireris a nemine fuisse prælatum, ad παίγνιον quoque pertinens. — 4 οἶκει Cod., superposito οι.

CDLXXXIV. Lemma : εἰς Διδυμωνίδα (debuit dicere, εἰς Διδύμωνος γυναῖκα. *Boiss.*), δέκα τέκνων μητέρα, ὑπ' οὐδενὸς δὲ τούτων τῷ τάφῳ δοθεῖσαν. — 1 βίωι διδυμωνὶ Codex, unde error glossatoris. Correxit Heringa; Reiskius posuit Βιτώ, nomen supra aliquoties obvium. Substantivis in ω sæpe iota adjicitur in vetustis libris, et præcipiunt adeo grammatici nonnulli. — 2 ὠνόσατο Cod.; correxit doctus Batavus. — 3 ἡ μὲν ἀρίστη οὖσα καὶ εὔτεκος (superposito ν inter ε et κ) Cod.; ἡ μὲν ἀρίστη ἐοῦσα Jac. et Boiss.; sed nemini non arridebit Reiskianum ἡ μέγ' ἀρίστη, et ἦ, quo posito Meinekius p. 164 hæc cum præcedenti disticho junxit; idem cum docto Batavo et Brunckio μέγ' ἀριστεύουσα, quod non injuria Heckerus « parum apte de muliere hic dici » censet; sed nescio an etiam magis alienum sit μέγ' ἐραστὴ ἐοῦσα, quod ipse proposuit. Reiskius εὔτοκος, quod « mulier, cujus liberi omnes ante fatum ipsius periissent, minime εὐτεκνος appellari possit : » oblitus ille Hecubam et Priamum dici εὐτέκνους, ne alia memorem; εὔτοκος autem de *facili* partu dicitur. — 4 βίωι Cod., ut v. 1.

CDLXXXV. Lemma : εἰς Ἀλεξιμένην ὀργιοφάντην. « Musicus fuisse videtur Aleximenes Bacchicis festis adhibitus. » *Jac.* — 1. Ap. Plutarchum De adul. et am. disc. § 19, p. 182, κρίνα et τύμπανα item juncta reperiebantur : τὴν Πτολεμαίου θηλύτητα καὶ θεοληψίαν καὶ ὀλολυγμοὺς καὶ κρίνων καὶ τυμπάνων ἐγχαράξεις (ἐγκαταράξεις Ungerus) εὐσέβειαν ὀνομάζων καὶ θεῶν λατρείαν, qui locus cum nostro comparatus Ungerum *Beitr.* p. 28 permovit ut Bacchas κρίνοις nonnunquam usas esse suspicaretur pro νάρθηξιν et furentes τύμπανα sibi illisisse, quomodo intellexit Mæcenatis versum (Burm. Anth. Lat. I, 53) :

> Ades et sonante typano quate flexibile caput.

Addit *lilia* in tumulis sparsa ex Latinis modo poetis afferri. Sed his non videtur inesse satis rationis ut repudietur sententia quam verba sponte fundunt. Mire Wyttenbachius ad l. Plut. p. 459 : βαίνε θ' ὑπὲρ τύμβου σκολιὰ κρίνα, « *saltate super sepulcro sinuosas saltationes.* » — 2 ἀλεξαμένους Cod.; Ἀναξιμένους Plan., sed in optimo codice Brunckii Ἀλεξιμένες, idemque nomen habebat glossator qui argumentum scripsit. Alterum nomen est Ἀλεξαμενός, secundæ decl. — 4 ἀμφίπολιν Cod.; ἀμφὶ πόλιν Plan., quod recte prætulerunt Jac., Wytt., Meinek. p. 165, et alii, ob structuram et quod urbs Strymonia per se intelligitur esse Amphipolis. — 5 πνεύσαντες Cod. et Aldi librorum unus alterve; πνεύσαντος ceteri Planudei, quod omnes

verum esse agnoverunt. Sequitur ἐφ' ἡμετέρους (ὑμ. Plan.) ἀδάπταις. « Margo Codicis : γρ. ἀήταις. Ζήτει πῶς ὀφείλει. Quæsiverunt viri docti, nec repererunt. Reliqui ἡμετέροισιν, quod est in Codice; alii ὑμετέροισιν. » *B.* Nondum sanatus locus. Wyttenb. conjecit ἐφ' ὑμετέροισιν ἀραγμοῖς vel, cum Jacobsio, ἐφ' ὑμετέροις ἀλαλαγμοῖς, ita explicans : « Thyiadibus clamantibus iisque accinente tibicine, ad hujus dulcem sonum mollesque nomos reliqua civitas saltavit. » Lobeckius Paralip. gramm. p. 549, ἐφ' ὑμετέροις ἀλαλητοῖς, quod recepit Meinek. Heckerus ἐφ' ὑμετέραισιν ἀὐταῖς, coll. Nonno Dion. XXVI, 367 et Anacreont. XVI, 2, quod postea misisse videtur. Sed Ungerus p. 25 seqq. quæ in his dubia manent peraccurate exposuit, velut γλυκερὰ πνέειν et μαλακοὶ νόμοι minime respondentia τοῖς ἀλαλαγμοῖς vel ἀλαλητοῖς, deinde miram ἔννοιαν urbis acclamante Thyiadum choro saltantis. Ipse conjicit ἐφ' ἱμερτοῖσιν Ἀλάπταις, coll. Galeno Lex. Hipp. p. 422 : Ἀλάπτης, ὁ ἐξ Ἀλάπτων· χωρίον δέ ἐστι τῆς Θρᾴκης τὰ Ἄλαπτα, et Scylace Peripl. p. 63 Gron. : Ἄκανθα Ἑλληνίς, Ἄλαπτα Ἑλληνίς, Ἀρέθουσα Ἑλληνίς, etc. Jacobsius denique : « Fortasse in ἀδάπταις peculiare festi, illis in regionibus celebrare soliti, nomen latet. » — 6 τοῦδ' ἐχόρευσε Plan.; τούσδ' ἐχόρευε Cod.; τούσδ' etiam unus Aldinorum.

CDLXXXVI. Lemma : εἰς Φιλαινίδα κόρην πρὸ γάμου τελευτήσασαν. Iterum legitur supra in marg. epigrammatis 343. — 1 σάματι Plan.; σήματι Cod. utroque loco. Legebatur Κλεινὼ tanquam ex Codice, sed is utroque loco præbet Κλεινὰ, sicut Plan., quod posuit Boiss., Κλείνα Heckerus p. 66; Κλεινὼ servabat Meinek. p. 13. — 2 legebatur ὠκυμόρου, hoc quoque tanquam ex Codice, etiam hic bis præbente ὠκύμορον, sicut Plan. : quod non est cur mutetur, imo præstat. — 3. « Moris erat mortui nomen repetita voce pronuntiare, ut, si fieri posset, vocantium voce audita, in vitam rediret. Ad hanc *conclamationem* referendum, non ad ψυχαγωγίαν. » *Jac.*

CDLXXXVII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Φιλαινίδα. In Plan. Πέρσου sine gentili. — 2. « Ὡραίους. Proprie ipsa puella dicitur ὡραῖος, *viro matura*. Julianus Æg. infra ep. 609, 1 :

Ὧριος εἶχέ σε παστὰς, ἀώριος εἶλέ σε τύμβος. »

Jac. — 4 τεσσαρεκαιδεκέτιν Cod., superposito α.

CDLXXXVIII. Lemma : εἰς Ἀριστοκράτειαν κόρην πρὸ γάμου τελευτήσασαν. In Plan. est ἄδηλον. — 2 δυομένα conj. Brunck., sed alterum non rarum de mortuis. Ὡραίου, conf. ep. præc. — 3. « Opsopœus proposuit καταλείβεται, non memor quam frequens sit de mortuis formula, eos amicis et propinquis δάκρυα καταλείπειν. Plurima, nimia quoque, congessi ad Solonis verba, φίλοισι Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχὰς, in Gnomicis p. 261. » *Boiss.* ad Choricium p. 334. Quibus hic addit : « Conf. hujus libri ep. 181, 184, 343, 363, 483, 527, etc. » Deinde ἅσ ἐπὶ Cod., ἃς ἐπὶ Plan., corr. Brunck. — 4 sic Cod., κεκλιμένας Plan. (quod in latinis redditum etiam a Grotio). Emendatio valde dubia. Jac. : « Repetitio ejusdem verbi in tam parvo poematio parum elegans. Suspicor πολλὰ κινυρομένα. Non magis tautologicum κινυρομένα κωκύει, quam apud Quintum XIV, 384, κινυρόμεναι γοάασκον, et supra ep. 466 : κλαίω ὀδυρομένη. » Meinek. : « Non tam in repetito κεκλιμένα hæreo, quam in mira dictione κωκύειν ἐκ κεφαλᾶς, quam non recte Jac. comparat cum homerico Il. II, 584 : Τρῶας δὲ κατὰ κρῆθεν λάβε πένθος. Fort. scribendum : κεκλιμένα κωκύεται κεφαλάν. Medium κωκύεσθαι est ap. Alcæum supra ep. 412. Sive potius κωκύει ἐκζαφελῶς, quod de vehementi lamentatione recte dici posse videtur. Ἐπιζαφελῶς χαλεπαίνειν dixit Homerus. » Ungerus *Beitr.* p. 38 conjecit, κωκύει αἰκελίως. Geistius tentaverat κειραμένα κωκύεται κεφαλάν. Recepissem Hermanni et Schneidewini emendationem πολλάκι κεκλομένα κωκύει, si ultima verba sanata essent, quibus admovet Heckerus homerica Il. II, 76 :

οὐδέπω Ἀτρείδεω ὀπὸς ἔκλυον αὐδήσαντος
ἐχθρῆς ἐκ κεφαλῆς,

pergens : « Sed ibi adjectivum additum est, quod hic quoque desidero et ex conjectura ab aliis restitutum iri spero. » In margini Codicis huic disticho adscriptum : λείπει. « At nihil deest. » *Jac.*

CDLXXXIX. Lemma : εἰς Τιμάδα ὁμοίως πρὸ γάμου τελευτήσασαν. — 1 θανοῖσαν Brunck. — 2. « Proserpinæ θάλαμος ex hoc fortasse loco ad plures manavit, ut Simonidem infra ep. 507 et 508, alios. » *Jac.* — 3 νεοθαγεῖ σιδήρῳ Cod., superposito α, correxit Jac.; νεοθηγεῖ χαλκῷ Plan. Similis diversitas supra ep. 181, 3, quod epigramma Andronicus de nostro expressisse videtur. De initio Heckerus : « Si καὶ simpliciter adjungit, secundo loco positum offensione non caret, et κρατὸς ἔθεντο κόμαν significare non potest, quod hic requiritur, puellas capillos deposuisse. Corrigo ἃς κάτ' ἀποφθιμένας ..., nisi forte præferendum κατ', i. e. κατέθεντο. » Eadem jam olim observaverat Purgoldus Obss. critt. p. 293, quorum prius verum videtur. Bergkius p. 694 : « Videtur ἃς καὶ ἐπὶ φθιμένας vel ἇ καὶ ἐπὶ φθιμένᾳ scribendum. »

CDXC. Lemma : εἰς Ἀντιβίαν πρὸ γάμου τελευτήσασαν. — 1 ἃς ἔπι Cod. et Brunck.; ἧς ἔπι Plan., qui dorismum in toto epigr. negligit. « Rectius junxeris ἃς ἐφιέμενοι. » *Jac.* — 3 πινύτατος (tertiæ syllabæ superposito η) Cod.; πινυτῆτος ἀγακλέος Plan. Sequitur ἀλλ' ἐπὶ πάντων, « in quibus verbis præpositio videtur abundare, ut ap. Soph. Antig. 783 : καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς, οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων. Apollon. Rh. III, 919 : οὔπω τοῖος ἐπὶ προτέρων γένετ' ἀνθρώπων. » *Jac.* Sed hæc quis similia dixerit nostris? Cum Heckero dedi ἀλλ' ἐπιπάντων, quod certa Creticæ inscriptionis auctoritate nititur. Meinek. p. 99 corrigit ἀλλὰ προπάντων vel ἀλλ' ἀπὸ πάντων. — 4 ἐκύλισσε Cod., sed recte Plan.

DCXXXVIII. Lemma : εἰς γυναῖκα δύο τέκνα ἔχουσαν, ὧν τὸ ἓν ἠσθένει, τὸ δ' ἕτερον ἡγιὲς ἦν· τοῦ μὲν οὖν ἀσθενοῦντος ἐγερθέντος ὁ ὑγιὴς τέθνηκεν εγει..γερμένου. Sic Codex ; Paulssen. conjiciebat ἀντὶ τοῦ ἐγηγερμένου, sed recte omisit Boiss., hæc annotans : « Est in apographi margine ἐγηγερμένου scriptum e regione participii ἐγερθέντος, pro varietate, opinor. » — 3. « Σέο, ejus qui bona utebatur valetudine ; v. 4 σὲ, eum qui infirmus fuerat. — 6. Fortuna vestra inopinato mutata nihil lucri feci : non minus enim propterea certus mihi obvenit luctus. » *Jac.*

DCXXXIX. Lemma : εἰς Ἀρισταγόραν τινὰ ἐν τῷ Σκαρφαιεῖ λιμένι ναυαγήσαντα. — 1 κυκλάδος Cod., vitiose. — 2. « Ὀξεῖαι sunt insulæ maris Ionii, quæ nomen habuisse videntur a rupibus : ὀξεῖαι enim idem quod χοιράδες et ἄκραι. De Ὀξείαις dixit Strabo X, p. 456, quæ cum Echinadibus πᾶσαι λυπραὶ καὶ τρηχεῖαι. — 3. Τοὔνομ' ἔχουσι, deteriore sensu : infames sunt. Sic Plato Apolog. p. 38, C : ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὄνομα ἕξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βουλομένων τὴν πόλιν λοιδορεῖν. Philostr. Vitt. Soph. I, 16 : κάκιστος ἀνθρώπων ἔμοιγε φαίνεται, ὧν ἐπὶ κακίᾳ ὄνομα. (Conf. ep. 700, 3, et not.) — 4. Portus Σκάρφης vel Σκαρφείας, Locrorum oppidi prope Thermopylas. — 5 ἀρῶτο Cod. Mare ubique sui simile est : non igitur hæc aut illa regio maris periculum salutemve affert, sed fortuna. Propertius III, el. 5, 50 :

> Ventorum est quodcumque paras ; haud ulla carina
> Consenuit ; fallit portus et ipse fidem. » *Jac.*

DCXL. Lemma : εἰς Πύρωνα τινὰ οὐκ ἐν τῇ θαλάσσῃ ναυαγήσαντα, ἀλλ' ὑπὸ λῃστῶν, ἤγουν (εἴτουν Boiss.) πειρατῶν, πεφονευμένον. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 271. » *B.* — 1. Ἐρίφων δύσις, vide ep. 502, 4, et not. Μύρωνι malebat Heringa. — 2 πουλῆς γαλ. Cod., corr. Dorvillius. — 3 νῆα γὰρ ἁλιπλόη πεπεδημένην Codex ; ἁπλοίῃ πεπεδημένου Dorvillius, quod edebatur ; sed recte Heckerus ἀπνοίῃ : « nam diserta requiritur mentio malaciæ maris ventorumque torporis. » Brunckius ex apographis :

> τόνδε γὰρ ἁπλοίῃ πεπεδημένον ἔφθασε νηὸς...

« sed νηῦς non solet dissolvi in νηός. Jungendum ναύταις ἐσσυμένῃ, nautarum strenue remigantium ope ; sed pro ναύταις malim ἔφθασε κώπαις. Ita facilius intelligitur quomodo factum sit ut prædatoria illa navis alteram anteverteret. Pyro, qui velis utebatur, ventis silentibus, navigare non poterat, dum piratæ remis impellebant parvum navigium suum. » *Jac.* Egregia emendatio et vera, ut nobis videtur, quam in latinis certe expressi. — 4 ἐσσομένῃ Cod. — 6 ἔκτανεν Cod., correxit Jacobs. Qui recte observat καχορμισίην, quum in portum Pyro non pervenisset, de infelici illa in mari statione accipiendum esse : « nam ὅρμος interdum de quavis statione usurpatur, et naves dicuntur ὁρμεῖν etiam quum extra portum in alto stationem habent. »

DCXLI. Lemma : Ἀντιφίλου· ζήτει τὴν τοῦ ἐπιγράμματος ἔννοιαν ὅτι δύσληπτος. Tum recentiore manu additum : εἰς ὡρολόγειον ἁρμόζει τὸ ἐπίγραμμα. Schol. Vech. : λογος περὶ τοῦ ὡρολογίου. In Plan. est ἄδηλον. Ob primum vocabulum temere illatum est τοῖς ἐπιτυμβίοις, est enim ἐπιδεικτικόν. Conf. not. ad ep. 389. « Agitur de horologio aquario. Plinius H. N. VII, 60, postquam de solario dixit : *Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ usque ad proximum lustrum. Tunc Scipio Nasica, collega Lænatis, primus aqua divisit horas æque noctium et dierum.* In Athenæi horologio aer aquæ violentia angusto canali expressus sonum edebat, quo significabantur horæ. — 1. Δυωδεκάμοιρον, quia diei noctisque tempora apud veteres in duodecim partes distributa erant. — 2 τρισσάκις Cod. et Plan.; φθιγγόμενος Cod. Sed non apparet cur τρισσάκις, *ter*, sonum ediderit horologium nostrum, neque utrum *ter* per totum diem, velut mane, meridie, vespera, an *ter* quavis hora. Quare legendum videtur τοσσάκις, scil. δυοκαιδεκάκις. [Quod sine mora recepimus.] — 3 ἀνὴρ Plan., male. — 5. De Athenæo mechanico Fabricius Bibl. Gr. t. IV, p. 223 ed. Harl., et quædam Reiskius in Not. Poet. p 192. [Ἀθηναῖος edebatur. Bothius Ἀθήναιος, « accentu mutato in nomine proprio. »] — 6. Ut *sol*, qui est temporis index, appareat et tempus indicetur vel nubibus eum celantibus. » *Jac.*

DCXLII. Lemma : εἰς Μενοίτην τὸν Σάμιον ναυηγὸν, υἱὸν Διοφάνους (sic). — 1 δειλοιο Cod., superposito η, unde Δήλοιο Reiskius et sequentes. Mirum Ἔβρου non tetigit Meinek. p. 109. « Ἔβρου mutavi facillime in Εὔρου. Quid valeat Ἔβρου hic quidem non capio. » *Boiss.* Reiskius Σύρου καὶ Δήλοιο μέσος, quod vero minime est absimile et recipiendum duco. Menœtes in Samum properabat.

Improbabiliter Heringa Ἔβρου καὶ Νείλοιο, ut ex Thracia in *Ægyptum* naviget ille. Quanta tanto in trajectu pericula etiam sine impietate maris! — 2 διαφάνεος, non διοφ., Codex, teste Paulssenio : accedat exemplum nominis illi quod ex marmore attulit G. Dindorf. in Thes. De vulgata Διοφάνεος Meinek. : « Mirum est Apollonidem in hoc nomine antepenultimam producere maluisse quam scribere κρύψατο Διοφάνεος. Sed scripsit ille sine dubio Λεωφάνεος. » — 3. Εἰς ὅσιον accipiendum cum Meinekio *ad rem piam, pietatis causa*, nec jungendum cum τάχος, quod fecerat Jacobsius, eam ob causam corrigens εἰς ὅσιον σπεύδοντα πλόου τέλος. — 4. Ne iis quidem parcit « qui patris morbo ad itineris celeritatem instigantur. Similiter σπέρχεσθαι dixit Phaennus supra ep. 137 : χαλεπῷ σπερχόμενος πολέμῳ. » *Mein.*

DCXLIII. Lemma : εἰς παιδίσκην Ὑμνίδα, τὴν παίστριαν τὴν Εὐάνδρου. — 2 οἰναέτιν Cod., corr. Salmas.; ἐνναέτιν Plan. — 3 ἅλιστ' vel ἅλιστ' Codex, non satis nitido ductu; ἅληστ' et ἄλληστ' edd. Plan. Salmas. : « Forte ἁλίαστ', i. e. ἀμετάτρεπτε. » Conf. ep. 483 : Ἀΐδη ἀλλιτάνευτε καὶ ἄτροπε. Scaliger conj. ἄπληστ'. In fine ἐφιεὶς omnes. « Scripsi ἐφῆς. » *Boiss.* Jac. in nott. mss. : « Fort. ἐφίεις. » — 4 μοῖραν τὴν πάντως σοὶ (σοῖ Plan.) πόθ' (ποτ' Plan.) ἐσσομένην Cod. et Plan.; σεῖο Stephanus; dativos posuit Brunckius. « De qua mutatione dubitari non potest. Sed in ultima voce gravius vitium hærere videtur. Fort. scrib. τῇ πάντως σοί ποτ' ἐωεσπομένῃ, ubi apparet quare, syllaba ἐῳ forte omissa, ποτ' in ποθ' mutatum sit. » *Jac.* Salmasius : « Forte τὴν πάντως σοί ποτε νεισομένην. »

DCXLIV. Lemma : εἰς τινα γυναῖκα Κλεαρίστην τὸν ἴδιον υἱὸν ὀδυρομένην καὶ διωλύγιον ἀναχράξασαν [ὥστε] τὴν ψυχὴν ἀποῤῥῆξαι. In Plan. inscribitur : ἀδέσποτον, οἱ δὲ Βιάνορος. « Conferendum ep. 608. — 3. Ἐχάνδανε, conf. Hom. Il. Λ, 462. — 4. Spiritum reciprocare non amplius potuit, sive, ut Eutolmius in epigr. cit., παλίνορσον ἀναπνεῦσαι. Cum ultima voce conf. IX, ep. 342 : δρόμος ἐν σταδίῳ ὀξὺς ἐλαυνομένοις πνευματός ἐστι τόνος. — 6 ἄχρι καὶ εἰς Ἀΐδεω Plan.; conf. ad ep. 635, 6. Ut ipsæ vobis immodico hoc luctu mortem contrahatis. » *Jac.*

DCXLV. Lemma : εἰς Φιλόστρατόν τινα πλούσιον καὶ εὐτυχῆ ἐπὶ ξένης τελευτήσαντα. Recte intelligere videntur Philostratum Academicum, Cleopatræ συμφιλοσοφήσαντα et Antonio acceptissimum, qui eum haud dubie ditaverant; sed post Cæsaris victoriam, cui ille contemptui erat, ejus fortunæ ruebant; v. Philostr. Vitt. Soph. I, 5, Plutarch. Anton. c. 80. Non proprie ἐπιτύμβιον est epigramma, sed poeta jam opibus exutum, *cana barba* senem (sic Plut.) urbe excedentem alloquitur et tumulum, non in conspicuo ad Nilum loco, sed in deserta Ostracina ei vaticinatur. — 1 πού σοι Cod. — 3 ἢ ἐπὶ Cod.; ἢ Plan.; ἦ ῥ' ἐπὶ Brunck. et Jac. in nostro exemplo. « Nonnulli efferunt ἦ vel ἢ cum interrogatione. Sed quid interrogationis opus? Capio ἦ pro exclamatione : Ah : ad Nilum jaces in conspectu finium Judææ! » *B.* Quibus repugnat ab ipso prolata et recte prælata explicatio versus extremi. Nimis patienter critici omnes tulerunt interpolationem absurdam versus sequentis, quam sine mora expuli. Dupliciter laborat hoc distichon in Codice, primum transpositione pentametri hexametrum præcedentis, quod (ut fit) præfixis literis correctum, deinde lacunâ. — 4 sic Codex, Planudeæ libri omnes Brunckio visi, ed. princeps et Aldina prior, in cujus lectionibus refertur quod corrector Codicis addidit : κεῖσαι ἰου, unde in posterioribus edd. omnibus habetur : κεῖσαι Ἰουδαίοις ὧν περίοπτος ὅροις.

Quod ob Ὀστρακίνῃ in versu 6 esse fictum dubitare noli, et testimonio est jam olim vici nomen fuisse intellectum, non testaceam urnam. Invenient critici quid celet hemistichium truncatum. Fortasse erat sententia : *num ad Nilum tibi erit tumulus* sive *ad Nilum stabis* (in monumento effictus) *in finibus... undequaque conspicuus?* — 5, 6. « Ὀθνεῖοι sunt Romani milites Alexandriam occupantes. Ἐν ὀστρακίνῃ, scil. πυέλῳ, quod fuse exposuit Salmas. ad Solin. p. 848, B, ad locum Plinii XXXV, 46 : *Quin et defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere;* ubi v. Harduin. » *Jac.* Sed Boiss. : « Intelligendum Ὀστακίνῃ de viculo sic vocato, cujus mentio ap. Josephum B. Jud. IV, 11, 5 [alia citantur in Thes.]; quod me docuit vir doct. in Ikenii Symb. t. III, p. 321. Ὀστρακίνη fuit σταθμὸς ἄνυδρος in ora maritimi deserti Ægyptum inter et Judæam; hinc ψαφαρὴ Crinagoræ dicta. » Eadem sententia Heckeri in Philologo anni 1849, p. 485, temere addentis : « Sed de verbis ἐπὶ Νείλῳ v. 3 dubito », quum dubia omnia in versu 4 sedem habeant.

DCXLVI. Lemma : εἰς κόρην Ἐρατὼ (sic) καλουμένην, παρθένον τελευτήσασαν. « Hoc carmen elegiæ fragmentum esse videtur, ut censet Schneidewin. ad Simonid. p. 88. » *Meinek.* p. 99. Addit Schneid. : « Cujusmodi flores ex Elegis excerpti epigrammatum corollæ intertexti delitescunt non pauci. » — 1 δὴ om. Cod., supplevit Plan. — 4 κυάνεος Cod. et Plan., correxit Jacobs., probatus a Meinekio, Schneidewino et nunc Boissonadio, qui ad Pachymerem p. 147 scripserat : « Non tolerant critici duplex mortis epithetum : μέλας... κυάνεος θάνατος. Ego cum Brunckio sentio, corrigente μέλαν δ' ἐμὸν ὄμμα καλύπτει.... κυάνεος θάνατος. Quæ loquitur moribunda virgo de nigris suorum oculorum tenebris prius cogitare debuit. »

DCXLVII. Lemma : εἰς Γοργῶ τινα κόρην τελευτήσασαν. In Plan. inscribitur Σαμίου. « Mihi non dubium videtur quin recte Brunckius ad Simmiæ carmen Gorgûs memoriæ dedicatum revocaverit laudato Athenæo XI, p. 491, C. καὶ Σιμμίας ἐν τῇ Γοργοῖ φησιν.... » *Meinek.* p. 101. Eadem sententia Boissonadii : « Dandum esse potius Simmiæ monstravit Brunck. » *Simonidæ* dare maluit Schneidewin. p. 87 seq. — 1 δὴ om. Cod., supplevit Plan. Γοργὼ ed. princ. Planud., ceteræ Ποργώ. — 2 ἐφαπτομένα legebatur; ἐφαπτομένη Boiss. et Schneidewin. Nam bene Jacobs. : « Brunck. etiam φίλαν.... ματέρα. Equidem, vulgata lectione in his vocibus servata, scribam ἐφαπτομένη, ut Gorgûs tantum, Doricæ, ut videtur, mulieris, verba doricæ dialecti characterem gerant. » — 3 μοίρῃ Schneidew. — 4 καδομέναν Cod., positis η super utroque α; καδομέναν vel κηδομέναν Plan.; καδεμόνα Salmasius; ἄϊλην et κηδεμόνα Schneidew.

DCXLVIII. Lemma : εἰς Ἀριστοχράτην τινὰ μισογύνην ἄτεκνον τελευτήσαντα διὰ τὸ μὴ γῆμαι. Plan. sine Tαρ. Veri simillimum quod statuit Heckerus, eundem esse Aristocratem cujus monumentum sepulcrale supra vidimus ep. 440 Leonidæ nostri carmine inscriptum, in adversa quidem cippi parte, ut in aversa nostrum fuerit lectum. — 2. « Ὀλιγοχρονίης referendum videtur ad breve temporis spatium, quod moribundo Aristocrati ad vivendum adhuc supererat. Ἀψάμενος κεφαλῆς, ut facere solent meditantes et de re aliqua solliciti. » *Jac.* Sic Perses infra ep. 730 : Ἀριστοτέλης:... δεξιτερῇ κεφαλὰν ἐπεμάσσετο, sic animi ægritudinem hominis indicans. *Meinek.* p. 124 seq. In alia prorsus abit Heckerus, cujus sententiam admotum

ab ipso epigramma 440, in quo nihil de uxore et liberis, redderet improbabilem, si per se credibilis esset. « Moriturus Aristocrates (inquit) caput liberorum tetigit; conf. Babriam XCV, 71 : ἔψαυσεν ὡτὸς ὡς πατὴρ ἀποθνήσκων. Plutarch. Conviv. sept. sap. c. 7 : ἁψάμενος οὖν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς ὁ Σόλων καὶ μειδιάσας εἶπεν. Non igitur (!) cœlebs vitam degit, sed ipse quod fecerat liberis suis faciendum moribundus commendavit, mulierum vero levitatem animi majorem et imbecillitatem prudentiæ odio habebat. » Imo sibi dicit Aristocrates quæ sequuntur. — 4 δάκνει Plan. — 5 sic Plan.; στυλήσαιτο Cod. « Qua voce liberi intelliguntur, *fulcra domûs*. Eurip. Iph. Taur. 57 :

Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες,

quem versum laudans Artemidorus Onir. II, 10, in somniis per columnas liberos significari docet. Clytæmnestra ap. Æsch. v. 906 Agamemnonem vocat ὑψηλῆς στέγης στῦλον ποδήρη, μονογενὲς τέκνον πατρί. » *Jac.* In fine ἰδέσθω Cod., vitiose; κακὸν δ' ἄστυλος ἰδέσθαι Plan. De sequentium sententia disceptatur. Meinekius : « Sententia, si quid video, ita procedat necesse est : ducenda uxor et genus liberorum progenie fulciendum; sordet domus nullis columnis fulcita; contra vel splendidissimus focus, etiamsi lignis abundet, obscurus manet, si titionem occultat, i. e. nisi ignis in eo luceat, quod familiæ et domesticæ vitæ indicium. » Ad quæ Heckerus : « Ita nullus locus est adversativæ particulæ αὖ, quum sequentibus uberius explicetur sententia præmissa : sordere domum liberis orbatam. » Et similiter Piccolos p. 38 : « *Après le triste tableau d'une maison sans* soutiens, *on s'attend à voir le contraste d'un foyer entouré d'enfants comme d'autant de* colonnes. *Ce contraste est d'ailleurs indiqué par les particules d'opposition* δ' αὖ, *ainsi que par les mots* λῷστος ἐσχαρεὼν *venant après cette maxime si tristement vraie :* κακὸς δ' ἄστυλος ἰδέσθαι οἶκος. ». — 7 πολυκαιεῖ Heckerus, rectius, ut VI, ep. 281 ejusdem Leonidæ, I, πυρικαιές. — 8 ἐνστῇ Cod. et Plan. « Locus est leviter corruptus. Scripsi ἀν στῇ, minima mutatione, donec melius quid propositum fuerit. Sententia esse videtur : ὁ δ' αὖ ἐσχαρεὼν τάνέρος λῷστος φαίνοιτο ὢν εὐκίων καὶ ἂν στῇ ἐν πολυκαεῖ ὄγκῳ. » *Boiss.* Jacobs. in Delectu p. 225 proposuit σταίη ἐναυγάζων, in nott. mss. : « Fort. εἴη ὑπαυγάζων », in Add. Pal. αἰὲν ὑπαυγ. Totum locum Meinekius ita constituebat :

ὁ δ' αὖ λῷστός γ' ἀνέρος ἐσχαρεὼν
σύσκιος ὢν φαίνοιτο, καὶ εἰ πολυκαεῖ ὄγκῳ
ἐνστῇ, λυγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.

« Cujus verbi λυγάζω etsi nullum exemplum habeo, tamen ut αὐγάζω ab αὐγή, ita λυγάζω a λυγὴ rectissime formatur; et sunt composita ἐπιλυγάζω et ἐπηλυγάζω. » Verum focus exstinctus nulloque igne splendens est summæ paupertatis et mœroris summi indicium, de qua re Jac. memorat Huschkii annotationem ad Tibull. I, el. 1, 6. Piccolos tentabat :

εἰ κίων φέγγοιτο καὶ οὐ πολυκαεῖ ὄγκῳ
ἐν στενῷ αὐγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.

Heckero denique videtur Aristocrates « optare ut liberis suis casa tenuis et ἄστυλος ἰδέσθαι, ingenui vero et liberi viri domicilium, videatur prædivitis hominis domus propter vitæ domesticæ delicias », ita corrigenti :

ζωὴν στυλώσαιτο· κακὸς δ' ἄστυλος ἰδέσθαι
οἶκος, ἀδουλώτου δ' ἀνέρος ἐσχαρεὼν
εὐκίων φαίνοιτο καὶ ἐν πολυκαεῖ ὄγκῳ
ἑστάναι, αὐγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον,

coll. IX, ep. 172, 3, et VI, ep. 171, 6. Idem Hermanni (quas non vidimus) conjecturas in Censura Del. Mein. prolatas p. 240 judicat « infelicissimas », sed ipsius valde vereor ut felicium augeant numerum. In loco tam dubio aliam sententiam qualemcunque in latinis indicavi, αὐγάζων δαλὸν « nove dictum, sed non mutandum » ratus cum Heckero. — 9. Novum in Codice lemma : εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως, et sigla novi initii. — 10 ἄνθρωπ' Cod. et Plan., corr. Brunck. In fine Cod. ἀλισωφροσύνην, « in quo τὴν ἅλις ἀφροσύνην latere videre possit. » *Meinek.* Plan. ἀλιτοφροσύνην, « quod nimium est, quum erroris et criminis mentio ab hoc loco aliena sit. Poetam scripsisse puto : τὴν ἀεσιφροσύνην, i. e. animum cortice leviorem. Ipsum vocabulum ex Homero notissimum. » Ingeniose, sed Euripidem quoque legerat Leonidas. Apte conferuntur hæc Ovidii Metam. X, 243, de Pygmalione :

offensus vitiis quæ plurima menti
Femineæ natura dedit, sine conjuge cælebs
Vivebat.

DCXLIX. Lemma : εἰς κόρην τινὰ παρθένον τελευτήσασαν. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 250. » *B.* — 2 μαρμαρίναν Plan. — 3 ἔχουσαν Plan. « Εἰκόνα ἰσομέτρητον vocat Plato Phædro p. 235, E. » *Jac.* — 4 θερσὶ ποτιῤθεγκτὰ Cod.; Θερσίποτι φθεγκτὰ Plan. Male edebatur Θέρσι· ποτιῤθέγκτα.

DCL. Lemma : ναυηγοῦ παραίνεσις φεύγειν τὸ πλεῖν ἐν θαλάσσῃ. In Plan. Φακέλλου inscriptum. — 1 ἐπιβάλετ' Cod.; ἐπιβάλευ veteres edd. Plan. — 3 οὐ πᾶς vel πᾶσ' potius quam πῶς in Codice legebat Paulss. — 4. « Junge εἰσιδεῖν, quod sæpe ponitur pro verbo simplice. » *Jac.* Qui olim ἐλᾶν tentabat.

In Codice sequitur Simonidis distichon, supra exhibitum n. 270.

DCLI. Lemma : εἰς ναυαγὸν ὁμοίως (ut ep. 270) ἀνώνυμον, ἐν τῷ Ἰκαρίῳ πελάγει ναυαγήσαντα. In cenotaphio naufragi scriptum. — 1 οὐχοτρηχὺς σέλι θαῖος Codex; οὐ Τρηχίς σε λίθειος Græfius in Epist. crit. in Bucol. p. 111, quam conjecturam receperunt Jac. in exemplo nostro et Boiss., etiam Heckero in Comm. probatam, qui deinde viri nomen in σελιθαῖος quærendum esse censebat et damnat κεῖνα, in quo jam Toupius hæserat, quippe aberant illinc et in mari jactabantur ossa; ξεινὰ in apographis quibusdam; λευκὰ Heckerus (post Jacobsium ad Anal. t. VII, p. 178), non injuria etiam duplici accusativo in inscriptione offensus. Brunckius cum Toupio οὐ Τρηχὶς λιθαῖος. Osannus οὐ τὸ τρηχὺ σέλινον. Meinekius p. 148 et Analect. Alex. p. 164, rejectis Græfianis, Codicis ductus premens scribit οὐχ ὁ τρηχὺς ἔλαιος, cujus oleastri aridi sub umbra exstructum fuerit epitaphium; « tum κεῖνα injuria, opinor, tentatum est. Similiter κεῖνος apud Pindarum aliquoties legitur, ut Pyth. II, 13, de quo passim admonuit Hermannus. » Cui conjecturæ perprobabili non favere verbum καλύπτει, « nam *ossa* terra vel sepulcro, non arbore imminente tegi », infirma Heckeri objectio est. — 2 λαχοῦσα Heckerus, coll. ep. 395, 6; ep. 429, 2, etc., usu fere constanti. Legebatur λαβοῦσα. — 3 Σολιχῆς Cod. et edd.; Δολίχης Meinekius, vetus nomen Icari insulæ. Ἡ Δράκανος, alii τὸ Δράκανον, promontorium ejusdem insulæ. — 4 ῥήσει Cod., superposito σ altero. — 5 πολυμηδέος (sine acc.) ἡ κεινὴ χθὼν Cod., correxerunt Salmas. et Reisk., probantibus Jac. in nostro exemplo et Meinekio, qui sententiam sic explicat : « Exspectare poterat naufragus se comi et benevolo hospitio exceptum iri ab amicis sive cognatis, si pervenisset quo

cursum suum dirigebat. Id vero *non* evenit, itaque ἀντὶ ξενίης πολυκηδέος cenotaphium ei exstruxerant amici in Dryopum agro, ubi ipsi habitabant. Similis orationis color in Anytes epigrammate supra 649. » Heckerus malit ξενίης προσκηδέος, coll. Hom. Od. Φ, 35. Boiss. recepit Græfii conjecturam, ἀντὶ δὲ ἐγὼ κονίης πολυκηδέος, *pro lacrimabili cinere inanis ego terra in cumulum aggesta sum.* — 6 δίψασιν Cod. « Siquidem tota illa regio aspera erat et saxosa, ut vel Τραχῖνος *nomen docet.* » *Mein.*

DCLII. Lemma : εἰς ναυηγὸν Τελευταγόρην τὸν Τιμάρεως (Τιμαρέως Boiss.) υἱόν. — 1 ἠχήεσσα Plan., *quod nullius* fidei est; nam Cod. καχεεσσα, prioribus syllabis superposito αναχι, « id est, ut videtur, καναχέεσσα, quod propter primam productam ferri nequit. Videtur latere adjectivum dactyli mensura, ut ap. Tyrtæum τελέεις, et ap. Archilochum ἠχέεις invenias. » *Hecker.* Qui timidius fortasse hærebat in mensura; nam poetæ pro καναχήεις dicenti καναχέεις producere primam licebat. Τιμάρεως vett. edd. Plan. — 3 κυμήνασα *conj.* Heck. pro χειμήνασα, « quod de ventis aptum, de mari non item; » κατεπρηνώσαο Plan., sed Cod. κατὰ πρηνώσαο, « ut dubitari possit an non potius κατὰ πρηνώσαο πόντου scribendum sit. Sic Leonidas mox ep. 654, 4 : ὦσαν Τιμόλυτον καθ' ἁλός. Præterea suspecta mihi forma πρηνῶσαι, pro quo fortasse reponendum πρηνίξαο. » *Meinek.* p. 129. Quod poeta scripsisse videtur, κατὰ πρηνίξαο πόντου. — 5 καύηξιν ἰχθυόροις Cod., *non* καὶ ἰχθ., *quod* editur; recte planudeæ καύηξιν ἢ ἰχθυβόροις, præter ed. princ., quæ καὶ ἰχθυβόλοις. Frustra Hecker. ἰδ' ἰχθ. « Conf. ep. 554, 5. » *B.* — 6 ἐν αἰγ. legebatur; correxit Heckerus, qui ad εὐρεῖ similia αἰγιαλῶν *epitheta* collegit I, p. 316. — 7 δὲ κενεὸν (κενὸν Plan.) τέκνου κεκλαυμένον Cod. et Plan., « satis aptum sepulcri epitheton, quemadmodum passim τύμβος dicitur πολύκλαυτος. » *Mein.* Boiss. servabat κεκλαυμένου, quod edebatur. Hermannus κεκλαυμένος, « ut V, ep. 178, 3, δεδακρυμένος. » Quo hæc sententia efficitur : pater post multas lacrimas effusas, ubi aspicit inanem tumulum, plorat denuo. Heckerus : « Mihi de hoc versu non satis liquet. Verbum autem ἀθρῶν explicandum videtur : quotiescumque adspicit cenotaphium, ut in ep. 374 : ὃν... ἔκλαυσε μήτηρ μυρία ψεύστην αὐγάζουσα κενὸν τάφον. » — 8 et supra v. 2 Τελεσταγόρην planudeæ inde a Steph., et *sic* Grotius.

DCLIII. Lemma : εἰς ναυηγὸν Ἐπιηρείδην, υἱὸν Τιμάνδρου. Antiquum lemma, ex ipso monumento sepulcrali derivatum. — 2 υλάσι Cod. Quo tempore mare inprimis tempestuosum. — 3 αὐτηοὶ (sic) σὺν Cod.; αὐτή οἱ σὺν ed. princ. Plan., ceteræ fere αὐτῇ οἱ. Rectum sermonem restituit Meinek. p. 148.

DCLIV. Lemma : εἰς Τιμόλυτον τινὰ ὑπὸ Κρητῶν ληστῶν σὺν τῇ ἰδίᾳ νηῒ διαφθαρέντα. — 2 « De Cretensium perfidia conf. ad XI, ep. 371. » *B.* — 4 κρηταιεῖς Codex testibus Salmasio et Paulssenio; κρηταίης Plan. In fine Codex male καθ' ἅιδου, quod recte emendatum a Planude. — 5. Schol. in marg. Codicis : λάροι τοὺς ναναγοὺς κλαίουσι. Eadem sententia ep. 652, 5 seq. — 6. Ὕπο pro ὕπεστι.

DCLV. Lemma : εἰς Ἀλκανδρον Καλλιτέλους. — 2 πλουσία Cod., recte Plan. — 3 οἱ με θανόντα Cod. et Plan. — 4 γνὼ σονθ' ἀλκανδρωι (sic) τοῦθ' ὅτι Cod.; γνώσοντ' Ἀλκανδρος (post Steph. Ἀλκάνδρῳ) τεῦθ' ὅτι Plan. In quibus multa tentarunt critici; explicare studet Passovius Scripta misc. p. 220, ut ex γνώσονται eliciendum sit γιγνωσκόντων, ὅτι τοῦτο (sepulcrum quod vident) ἐστὶν Ἀλκάνδρῳ. Verum unus vidit Heckerus *in* Philologo a. 1849, p. 485, et hanc sententiam : *Quid hoc mea refert utrum me mortuum cognoscant necne?* Olim corrigebat οἳ μάθον ὄντα, *qui me* vivum *noverant*, in eandemque conjecturam incidit etiam Piccolos p. 39. *Quæ græca* Grotius *finxerit, non* apparet. Boissonadius quoque, ut Heckerus, de εἰ cogitaverat, hoc epigramma ita constituens :

Ἀρκεῖ μοι γαίης μικρῇ κόνι (ἡ δὲ περισσὴ
ἄλλον ἐπιθλίβοι πλούσια κεκλιμένον
στήλη, τὸ σκληρὸν νεκρῶν βάρος) εἴ γε θανόντος
γνώσονθ' Ἀλκάνδρου τοῦθ' ὅτι Καλλιτέλευς.

« Immutavi, ut posset intelligi, textum corruptum et mutilum forsan. Syntaxis erit : ἀρκεῖ μοι γαίης μικρῇ κόνι εἴ γε (οἱ παριόντες) γνώσονται ὅτι τοῦτο (τὸ μνῆμά ἐστιν) Ἀλκάνδρου Καλλιτέλους θανόντος. »

DCLVI. Lemma : εἰς Ἀλκιμένην μαχητήν. « Non miles, sed olitor fuisse videtur. » *B.* Quod pluribus exposuit Brunck. — 1. « Ὀλιγήριον, adjectivum, id est σῆμα ὀλίγον ἠρίον ἔχον. » *Meinek.* p. 132. — 3 εἰ omissum in Cod., supplevit Plan.; κέκρυπτ' ὑπ' Cod. Sic Archimedis sepulcrum *septum undique et vestitum vepribus et dumetis* erat ante Ciceronis adventum, Tusc. V, 23. Ὀξείης, Virgil. : *spinis surgit paliurus acutis*, Ecl. V, 39. — 4 ἦν ποτ' Cod.; ἦν ποτ' Plan., et apud Grotium; sequitur δήϊος Ἀλκ., quod errorem peperit glossatoris in lemmate; αἰ ποτ' ἐγὼ δήϊος Brunckius; ᾗ ποτ' Jacobs. ad βάτου referens; sed verum vidit Meinekius, ἦν ποτ' ἐγὼ δήϊον, a verbo δηΐω pro δηϊόω, de quo v. dicta ad VI, ep. 122, 3.

DCLVII. Lemma : εἰς Κλειταγόρην οὕτινος (Κλειταγόρου τινὸς recte Salmas.) τάφον παρά τινα ἀκρώρειαν κείμενον, ἐν ᾗ ποιμένες μετὰ προβάτων διατρίβουσι. Νομίζω δὲ ὅτι ἐν Ἐφέσῳ κεῖται ταῦτα. « Pastor in monte sepultus alios pastores rogat, ut ipsi inferias faciant, quales describit Longus I, 31, 32. Conf. ep. 55. » *Jac.* — 2 κεὐηροὺς Cod., correxit Salmas., ut est ap. Sophoclem οἷὸς εὐείρου πόκου, Trach. 678; κεὐμάλους vel κευμάλλους Plan.; εὐβοτέοντες, *pascentes*, Meinek. p. 135; sed Heckerus verborum trajectionem statuendam esse censet, quamquam « mirum videri poetam verba ita turbare maluisse quam sic disponere :

Ποιμένες οἳ ταύτην ὄρεος ῥάχιν ἐμβατέοντες
αἶγας κευείρους οἰοπολεῖτ' ὄϊας.

Abundantia qualis in verbis οἰοπολεῖν ὄϊας, frequentissima est. » Verum *pascendi* notio in verbo, ut est in substantivo, nullodum exemplo probata. Ἐμβατέοντες perperam acceptum a Grotio. — 3 κλειταγόρη Cod. — 4 τίνυτε Cod., superposito οι. — 5. Ἀξέστοιο quivis sine offensione legit : in lapide vel rupe propinqua assidens ut canat pastor invitatur. Sed Heckerus *tumulo*, mox coronando, insidentem fingit : « Scribendum ἐπ' εὐξέστοιο sive ἐπὶ ξεστοῖο... πέτρου. Lapis enim sepulcralis, in quo hoc epigramma insculptum legebatur, haud dubie ξεστὸς fuit. » — 6 βοσκομένοις Cod., alterum Plan. — 7 ἀμέρξας Scaliger, quem sequuntur Brunck., Lobeck. Technol. p. 54 et Heck. — 8. « Χωρίτης etiam V. C. Sed forte χωρίτῃ scribendum. » *Salmas.* — 9 εὐάρνοις Cod. Καταγραίνοιτο (verbum alibi semel lectum *polluendi* sensu) corruptum esse censet Heck. : « quod probabile videri possit καταῤῥαίνοιτο, id propter additum ὑγραίνων habet quod displiceat. » Mediæ certe formæ in his poetis liberior est usus, nec passive capiendum cum Grotio. Schol. in Codice : ἀπαρχὰς

ἐκ τοῦ γάλακτος οἱ ποιμένες προσέφερον. — 10 οἷος εἰ ἀνασχώμενος Codex. Heckerus « conjecturæ certus » reponit μαζὸν ἐπισχόμενος, multis exemplis constantem usum probans, de *matribus* quidem quæ ubera præbent; at tumulum aspersurus pastor papillam ἀνέχεται, *elevat*, quod per jocum facere videas feminas mulgentes, ubi appropinquant infantes aut familiares. — 11 κρηπίδ' Cod., Plan., corr. Steph. — 12. Jac. confert Horatii carmen in Archytam, v. 25 seqq. — Huic epigrammati in Codice adhæret primum distichon sequentis ep.

DCLVIII. Lemma : εἰς Εὐρυμέδοντος τάφον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ὃς υἱὸν ὁμώνυμον λείπων ἔτυχε τοῦ αὐτοῦ τάφου. « Quæ postrema verba ad sequens epigramma pertinent; ac si vere dicta sunt, versu secundo (ep. 659) pro ἔτυχες legebatur ἔτυχεν. Sic permutata ἔλαχεν et ἔλαχες ep. 665; ἐξεῦρεν et ἐξεῦρες ep. 685. Et sic sæpius. » *B.* In Codice ut primum hujus ep. distichon præcedenti adhæsit, sic alterum cum sequenti ep. male copulatum est. Hoc auctorem lemmatis in errorem induxit. In appendice Plan. recte distinguuntur. Sunt enim diversa epigrammata, quamvis eidem cippo insculpta. *Jac.* Conf. Hecker. I, p. 101. Meinek. p. 153 : « Reliqui hæc inter Theocritea, quamquam rectius fortasse Leonidæ tribuas. » — 1 νέμοις Cod., corr. Stephanus. Ἢ pro ἢ εἰ. — 2 ἔχεις Theocriti libri.

DCLIX. Vide ad ep. præcedens. Ap. Steph., Brunckium et in Theocrito, ep. dubium 19 ed. Ahrens., dorica dialecto conceptum. — 1 ἡλικίη Cod. — 3 σοί μεν Cod.; μετ' ἀνδράσι Steph. — 4 sic Cod.

DCLX. Lemma : εἰς Ὄρθωνα τὸν Συρακόσιον ὑπὸ μέθης ἐν δυσχειμέρῳ νυκτὶ τεθνηκότα. In Planudeæ appendice *Theocrito* tributum, fortasse ob Συρακόσιον. « Vide mea ad Theocr. epigr. 8 edit. sec. » *B.* Est et in recentibus codd. Theocriti, quorum varietatem habes ap. Ahrens. p. 172. — 2 ἧς Boissonadius cum Schæfero et ed. Junt., et probat Meinek. p. 43; nam ἐφετμὴ est, non εὐχή. Legebatur ἷοις. In Grotianis sphalma esse videtur pro : « Ne *quo* nocte. » — 3. « Πολλῆς non puto ferri posse. » *Mein.* p. 130. Jacobs. *amplissimam* interpretatus, in Add. probabat πότνης, ab Reiskio propositum; aliorum conatus indigni qui referantur. Boiss. delevit quod in mentem venerat ἀντὶ δ' ἐπόλβου.

DCLXI. Lemma : εἰς Εὐσθένην τὸν φυσιογνώμωνα (sic) καὶ σοφιστήν. Hoc quoque *Theocrito* inscriptum in appendice Planudeæ. « Vide mea ad Theocr. epigr. 11. » *B.* — 2. « Ἀπ' ὀφθαλμοῦ. Unum artis fontem poeta indicat, reliquis omissis : nam ex omnibus corporis partibus illi de hominis natura et indole statuebant; vide Aristot. in Analyticis prior. II, 28. » *Jac.* — 3 ἔθαψεν Cod., superposito α. — 4 χυμνοθέτας αὐτοῖς δαιμονίοις φ. Codex. Nonnulli olim χὐμνοθέτης, quod sic explicabat Heinsius : « Etiam ipsis poetis ibi notus erat et acceptus, a quibus postea epicedium meruit. » In vett. edd. Theocriti δαιμονίως. Brunckius χὐμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦν, postremum etiam in novitiis libris Theocriti, qui pro δαιμ. habent ἀλίμων ὡς, errore ex uncialibus orto. Boiss. scribebat :

χὐμνοθέτης αὐτὸς δαιμονίως φίλος ὢν...,

periisse distichon sibi videri significans punctis, si recte intelligo. Meinekio p. 136 χὐμνοθέτης corruptum videbatur. Heckerus ipsum inscriptionis poetam Leonidam intelligit, « qui Eusthenis sodalium familiaris erat et amicus ipsi Eustheni. Nam præstare videtur αὐτῷ, collato Herodoto VII, 228 : τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας. » Cum Ahrensio recepi Reiskii conjecturam ἐν τοῖς pro αὐτοῖς, traditis ductibus præter alias proximam. — 5 πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει τεθνεὼς Cod., quod egregie correxit Ahrensius, ἔχειν Briggsius. Legebatur ex Aurati conjectura πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν· τεθνεὼς ὁ σοφ.... εἶχ' ἄρα κηδ., hac distinctione, quam etiam in ultimæ manus exemplo tenet Jacobsius, priora nunc cum Wartono scribens πάντ' ὧν ὧν ἐπέοικεν ἔχει, atque ita Boissonadius quoque, sed distinguens post σοφιστής. Heckerus :

πάντων δ' ὧν ἐπέοικ' εὖ ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής,

quod similibus aliorum poetarum locis bene tuetur, sequentium εἶχ' ἄρα prorsus negligens, quæ illis nec eleganter nec apte subjiciuntur. — 6. « Ἀκικυς, quod plerumque *debilem* significat, hoc loco de homine opibus destituto accipi debet. Memoratu dignum videbatur poetæ, Eusthenem peregrinum et opibus nullis habuisse amicos qui eum non secus ac necessarium colerent : tanta ejus virtus. Elegantem tamen Heinsii vel Huetii conjecturam ἄοικος probarunt Valckenarius, Brunckius et alii, inter quos Toupius : « Dicit sophistam, etsi non uxorem habebat nec liberos aut propinquos, habuisse tamen qui exsequias suas curarent. » *Jac.* Sic etiam Hermannus et Hecker. : « videtur enim exul fuisse Eusthenes. » Temere si quid corriguntur talia : nam manifesto respicitur ad Odyss. I, 515, Cyclopis ex antiquo vaticinio querelas de Ulixe, qui non μέγας καὶ καλὸς, sed ἐὼν ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς καὶ ἄκικυς perdiderit ipsum. Accommodate dictum ad Eusthenis personam, ut probabile est, plausu excipiebant sodales cum vivo versati; hodie critici expellunt.

DCLXII. Lemma : εἰς παῖδα Περιστέραν καλουμένην ἑπτέτην (- τιν) τελευτήσασαν· τὸ δὲ περιστερᾶς (sic Paulss.; περιστέρα apogr. Salm.; Περιστερὶς Boiss.) τῆς μητρός ἐστιν ὄνομα. « *Theocrito* tribuit scholiastes Wechel. » *B.* Legitur in codicibus novitiis Theocriti. In puellam septennem, fratris bimuli desiderio exstinctam. — 2 πολλῆς Cod. et γρ. in marg. Wech.; πολιῆς Plan., et sic Grotius. « Ex græcis verbis vix efficias Jacobsii interpretationem : *diu ante quam per naturæ leges ei moriendum esset.* Suspicabar πολλῷ γ' ἡλικίης προτέρη, *diu ante quam adolevisset.* Si sana est Codicis lectio, sensum esse crediderim πολλῶν ἡλίκων προτέρη. » *Meinek.* p. 136. Quod verum videtur. Heckerus conj. πρώτης ἡλικίης προτέρη, coll. Pind. Nem. IX, 41. Ahrens. edidit πολλοῖς ἡλικίης προτέρη. — 4. « Ἀστόργου, confer Meleagrum supra ep. 468. 7 :

Ἰὼ κακοπάρθενε Μοῖρα,
στεῖρα γονᾶς στοργὰν ἔπτυσας εἰς ἀνέμους. »

Heck. — 5 περιστερὴ Cod. et Aldi quidam liber planud.; περιστερὶ Plan., quod editur; sed illud reduxerunt Hecker. et Ahrens., hic retracto accentu. Schol. Wech.: γράφεται (ὡς λέγει τις) καὶ αἳ αἳ ἐλεεινὲ, ἀνθ' ὧν ἄλλος ἀν λέγοι αἳ ἐλεεινὰ καὶ ἐξῆς. Hoc, sed duplici αἳ, libri Theocriti, cujus editt. αἰαῖ ἐλεινὰ παθ. — 6 ἀνθρωπούς (sic) Cod.; ἀνθρώποις Plan. Ad ultimam vocem schol. Wech.: γράφεται καὶ λυγρότατα. Sic libri Theocr.

CDLXIII. Lemma : τοῦ αὐτοῦ (quod abest in præcedenti lemmate) Λεωνίδου εἰς Θράσσαν τινὰ γυναῖκα· ἐπὶ ἑνδεκασυλλάβῳ τὸ μιᾷ συλλαβῇ πλεονάζων (πλεονάζον Boiss.) τοῦ ἡρώου τετράμετρον. « Hoc male; nam qui hendecasyl-

labum phalæcium sequitur versus est asynartetus ex tetrametro dactylico et tribus trochæis, sive dactylicus archilochius, qualis Horatianus,

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni. »

Boiss. — 1 Θράσσαι Cod.; Θρετσσᾳ vett. edd. Theocr., et sic edebatur; Θρατσσᾳ Ahrens., « quod gentile testantur Steph. Byz. et Theognost. Can. p, 17, 12; 99, 25; propter metrum Leonidas primam corripuit. » *Hecker.* I, p. 155. — 2. Verba ἐπὶ τᾷ ὁδῷ prorsus intacta relinquunt eximii critici, quod miror cum Heckero, qui : « Extremam articuli vocalem et primam substantivi in unam syllabam coalescere in versibus poetæ doctæ elegantiæ studiosissimi posse vix adducor ut credam, eoque minus quod hæc licentia cumulatur altera in versu tertio, ubi vocali prima præpositionis elisa scribendum foret ἃ γυνὰ 'ντ' ἐκείνων : quæ apocope mihi in Leonida non ferenda videtur. Corrigendum censeo τὸ μνᾶμ' ὑπὸ τᾷ δρυΐ. » — 3 ἕξει et ἀντεκείνων Cod.; ἕξει τὴν χάριν ἡ γυνὴ ἀντὶ τήνων vett. edd. Theocriti, « ἀντὶ τήνων etiam Gaisford. ad Hephæst. p. 343. » *Jac.* nott. mss. In his quoque, ἀντ' ἐκείνων ὧν pro ἀνθ' ὧν, id est ὅτι, non temere offendit Heckerus. — 4 ἴθρεψε τιμὰν ἔτι χρησίμα τελευταῖ Codex; ἔθρεψ' ἔτι μὴν ἔτι χρησίμη καλεῖται edd. vett. Theocriti. Præsens τελευτᾷ pro præterito, ut sæpe vidimus θνήσκει et similia, collecta a Jacobsio ad ep. 207, 5. Qui hic conjiciebat ἔθρεψ' ἐτυμ' ὧν ἔτι Χρησίμα τελευτᾷ, « *revera nomine illo et laude, qua viva fruebatur, etiam nunc post fata fruitur*, monimento scilicet, quod alumnus ei cum inscriptione Χρησίμα posuit. » Hermannus et Meinek. p. 137, ἔθρεψε· τί μάν; ὅτι Χρησίμα τελευτᾷ. Quæ recte Heckerus « veretur ut vera sit emendatio. » Boissonadii est quod dedimus, hæc annotantis : « Intelligo finem longe diverso modo quam fecerunt alii : *quid tamen moritur quæ adhuc utilis esse potuit?* Forsan τελεύτα. » Ahrensius :

ἕξει τὰν (fort. τοι) χάριν ἀδὺν ἀντὶ τήνων,
ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψ' ἔτι μὰν, ὅτι χρησίμα καλεῖται.

DCLXIV. In Codice sine nomine poetæ, sed proxime sequenti epigrammati adscriptum τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδου, ut Leonidæ esse hoc quoque appareat; ac sæpius, pluribus sese epigrammatis ejusdem auctoris excipientibus in Codice, nomen in titulo omittitur. « Paullo tamen simplicior oratio quam pro Leonidæ ingenio. » *Jac.* Hoc quoque inter Theocritea legitur, ep. 19 vulgo, 24 Ahr. Lemma : εἰς Ἀρχίλοχον. Ἐπὶ αὐτῷ (an τῷ αὐτῷ? eodem scilicet atque in præcedente epigrammate. *Boiss.*) τετραμέτρῳ τρίμετρον ἄρτι (an ἄρτιον? *Boiss.*) καὶ σκάζον τὸ ἀρχιλόχειον ὁμοίως. « Quæ postrema non intelligo. Versus 3 et 6 iambici trimetri sunt catalectici. » *B.* — 1. Junge Ἀρχίλοχον εἰσιδε, usu supra jam aliquoties animadverso. — 3 πότ' ἀῶ Cod.; πρὸς ἀῶ edd. Theocriti. Νύκτα de occasu, pro δύσιν. — 4 μιν vett. edd. Theocr.; Μοῖσαι duo libri Theocr. « Quod Archilochum Apollo amasse dicitur, fortasse simpliciter de poetica facultate accipiendum est; fortasse tamen spectat notam illam fabulam de Apollinis in Archilochi percussorem ira; conf. Wyttenb. ad Plut. De sera num. vind. p. 81. » *Jac.* — 5 ἐγένετο κἠπιδ. Cod.; ἐγεντο κἀπιδ. edd. Theocr. — 6 ἑπτεα (sic) Cod., sed τ erasum. « Hanc vocem interpretandam puto *carmina elegiaca*, de quo usu jam alii contulerunt Theognid. 19, 22, Herodot. V, 113, etc. » *Hecker.* I, p. 39.

DCLXV. Lemma : εἰς Πρόμαχον ναυαγόν. Ζήτει μήποτε δύο εἰσὶν ἐπιγράμματα ἀνθ' ἑνός. « Quæ inepta est suspicio. » *Jac.* Accurate de hoc epigrammate egit Ungerus *Beitr.* p. 8-11. — 1 ναυτίλεο Cod. Βαθεῖα ναῦς, opposita *longæ*, est rotunda, oneraria, profundo et capaci alveo gravis. « Male Reiskius βραχείῃ. Si quid mutandum, scribas βαρείῃ. Pollux I, 82 : πλοῖα στρογγύλα.... λέγεται δὲ καὶ βαρεῖα ναῦς, σιταγωγὸς, φορτίς· 103 : ἐρεῖς δὲ κοῦφαι νῆες, βαρεῖαι νῆες. » *Unger.* — 3 πνοιὴ ἅμα Cod. Brunckium vere correxisse extra omnem dubitationem posuit Ungerus. Unus hic flatus vehementissimus tantum fluctum commovit, qui uno impetu totam navem Promachi cum vectoribus demerserit. Contra ναυτῶν mentionem quæ disputat Ungerus subtilia sunt, non vera; ναύτας idem est ac πάντας τοὺς ἐν τῇ νηΐ, quorum unum Promachum curat poeta, unum fortasse quem *patrio* littori unda appulit. Non persuadet vir doctissimus Leonidam scripsisse κῦμα δ' ἓν ἄτης ἀθρόον (τὸν Πρόμαχον) ἐστυφέλιξεν, conferens nota Æschylea στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης (Prom. 911), quæ aliena ab hoc epigrammate oratio est. — 4. « Κοίλη ἅλς est mare *dehiscens*, quod docent interpretes Pollucis I, 108. Vide Wernick. ad Tryphiod. 212, p. 222. Quocum comparatum πολιὴν fortasse per errorem a Brunckio illatum vehementer friget. » *Jac.* — 5 οὐ μηνοι Cod., corr. Reisk. — ἕλαχε; Cod., corr. Reiskius. — 7 ἐπὶ τρηχ. Cod., corr. Jensius. — 8. Πεπταμένοι, Ovidio *porrecta littora*, de quo epitheto conf. Heckerus ad ep. 652, 6 : εὐρεῖ αἰγιαλῷ (I, p. 316).

DCLXVI. Lemma : εἰς τὸν Λεάνδρου διάπλουν καὶ τῆς Ἡροῦς. Et in nova pagina : εἰς Λέανδρον καὶ Ἡρῶ τὴν στιτιάδα (Σηστ.). — 1 Λεάνδροιο Cod., alterum Plan. — 2. « Μὴ μούνῳ, non soli Leandro infestus, sed Heronem quoque perdens, quæ in *turri* vel solitaria domo haud procul a littore habitans, Veneri marinæ, ut videtur, operabatur; v. Musæum 32 et 187 seqq., cum Passovii nota p. 174. » *Jac.* Boiss. « Byron tamen et Ekenheadius καίπερ οὐ φιλέοντες transnatarunt Hellespontum. Vide illius Epist. 413, coll. Turneri epistola. » — 4. Lychnus ille natante Leandro exstinctus. Musæus 328 :

καὶ δὴ λύχνον ἄπιστον ἀπέσβεσε πικρὸς ἀήτης.

— 5 κοινοὺς Cod, vitiose.

DCLXVII. Lemma : εἰς Ἀμαζωνίδα (sic) τὴν θαυμασίαν γυναῖκα· ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἐν Θεσσαλονίκῃ (Cod. compendio θεσσαλ.). — 4 μνήμων Cod., superposito η; μνήμην Plan. Titulus præmissus Ἀμαζονίδα dixisse videtur, qualicumque de causa a poeta potius quam librario immutatum.

DCLXVIII. Lemma : εἴς τινα ἀπευχόμενον ναυτιλίαν. Ἔστι δὲ ἰσόψηφον τὸ ἐπίγραμμα. « Est igitur Leonidæ Alexandrini. » *Salmas.* In margine Cod. utrique disticho appicti numeri ϛφοσ', sive 6576. « Instituta supputatione inveni distichorum ἰσοψηφίαν, et utriusque summam 6576. » *B.* Non est sepulcrale. — 1 γαλήνην Cod., vitiose. Ad γελόωσα Jac. confert hæc Alciphronis III, epist. 1, p. 274, de pulchro quodam juvene : καὶ μειδιᾷ τῆς θαλάσσης γαληνιώσης χαριέστερον. « Metaphoram verbi καταστορέσαι exemplis illustravi ad Georg. Pachym. Declam. p. 142 seq. » *B.* — 2. Φρῖκα, conf. Hom. Il. H, 63. — 3 μ' ὄψεσθε Brunckius male. — 4 ἀντικορυσσάμενος Plan. præter edit. principem.

DCLXIX. Lemma : εἰς Ἀστέρα τὸν μαθητὴν Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου· τοῦ αὐτοῦ Πλάτωνος. Cum sequenti epigr. male cohæret in Plan. Utrumque habent Diog. L. III, 29 et

Appuleius Apolog. c. 10, p. 416 = 280 Elm. Ille : Ἀρίστιππος ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς φησὶν αὐτὸν (Platonem) Ἀστέρος μειρακίου τινὸς ἀστρολογεῖν συνασκουμένου ἐρασθῆναι, ἀλλὰ καὶ Δίωνος· ἔνιοι καὶ Φαίδρου φασί· δηλοῦν δὲ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ τάδε τὰ ἐπιγράμματα, ἃ καὶ γενέσθαι πρὸς αὐτοῦ εἰς αὐτούς. — 1 εἰσαθρεῖς Diog.; ἐσαθρεῖς cod. Vindob. n. 113; εἰσάθρεῖ superposito σ Codex; εἰσάθρει Plan. Recte autem Bergkius p. 493 ἀστὴρ edidit, non Ἀστήρ : nam illud poeta voluit, hoc audientes simul intelligunt. — 2 βλέποιν (βλέποιμι) corrigendum censent Nauckius et Bergkius. « Πολλοῖς ὄμμασιν, stellæ sunt tanquam *oculi cœli et mundi*. Arion delphino vectus quum cœlum stellis distinctum suspiceret, sic apud animum suum cogitavit, ὡς οὐκ ἔστιν εἷς ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ πᾶσι τούτοις ἐπισκοπεῖ κύκλῳ ὁ θεὸς τὰ πραττόμενα περὶ γῆν τε καὶ θάλασσαν, apud Plutarch. Mor. p. 161, F. » *Jac.* — Sic redditum latine ab Appuleio :

Astra vides : utinam fiam, mi sidus, Olympus !
Ut multis sic te luminibus videam.

DCLXX. Lemma : τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτὸν Ἀστέρα τὸν μαθητήν. Vide ad præced. epigr. — 1, 2. « Ἑῶος... Ἕσπερος, quæ stellarum sunt pulcherrimæ. Hom. Il. X, 318 :

Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Plotinus De pulchrit. p. 53, D : καὶ οὔτε Ἕσπερος οὕτε Ἑῷος οὕτω καλά, ubi vide Creuzerum p. 108 seq. » *Jac.* Vertit Appuleius :

Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aster,
Hesperus a fato manibus ecce nites.

Item Ausonius Epit. CXLIV :

Stella prius superis fulgebas Lucifer ; at nunc
Exstinctus, cassis lumine Vesper eris.

DCLXXI. Lemma : εἰς Ἄτταλον νεώτερον. In Plan. ἀδήλον. In Attalum quendam immatura morte ablatum. — 2 θάνειν esse videtur in Cod ; κεἰ θάνε Plan. Sed v. Schæferum in Bast. Epist. crit. epimetr. p. 26. » *Jac.* Conf. ep. 643, 4.

DCLXXII. Lemma : ἐν Κορίνθῳ γέγραπται· εἰς Ἀνδρέαν τὸν ἐπὶ δικαιοσύνῃ μεγαλαυχήσαντα. — 1 χθῶν Cod. — 2 δικάσαι Cod. « Ἰλλυρίοισι apogr. Paris. Sic et ep. 697. Vide not. ad mea Anecd. t. II, p. 479. » *B.* Δανκοῖσι Reiskius in Δαύοισι mutavit. Ruhnkenius quoque in Epist. crit. p. 118 *Danaos* hoc loco Græculi alicujus κακοζηλίᾳ deberi arbitratus Δάκοισι corrigit, ut Andreas Daciæ et Illyrici Vicarius, vel ipse præfectus prætorio Illyrici fuisse dicatur. Dacia post divisionem orbis Romani a Constantino magno institutam erat subdiœcesis præfecti prætorio Illyrici ; v. Zosim. II, 33. *Jac.* In latinis posui.

DCLXXIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἀνδρέαν τὸν εὐσεβῆ. — 2 κατὰ θυμὸν Plan., male. « Natetáon ἀνὰ στόμα, confer not. ad IX, ep. 62. » *B.* Est illud Ennii, *volito vivu' per ora virum*. — 3. Ἀνδρέα bisyllabum.

DCLXXIV. Lemma : εἰς Ἀρχίλοχον τὸν Πάριον ποιητὴν τῶν ἰάμβων. In Plan. sine nomine poetæ. « Sensus argutus : Archilochum Musa commovit ut iambis operam daret, verita ne, si heroici carminis laudem sectaretur, Homeri splendori officeret. » *Jac.* — 1 λυσσώντα; Cod.

DCLXXV Lemma : Ἰσόψηφον εἰς ναυηγόν τινα ἀνώνυμον. « Ad utrumque versum appicti *numeri*, Γψε', Jacobsius ait ; quæ indicatio non exstat in apographo Paris. Institui supputationem et summam cujusque versus reperi esse 3702. Respuendam esse varietatem ἐποντοπόρει monstrant numeri. » *B.* Sententia est Theodoridæ, supra ep. 282, unde hoc derivatum. — 2 ἐποντοπόρει Planudeæ editt. vett., usque ad Aldi alteram, qui in codice invenerat ἐνηοπόρει.

DCLXXVI. Lemma : εἰς Ἐπίκτειτον (sic) τὸν σοφόν. In Plan. male annumeratum ἰσοψήφοις. « Gallico disticho redditum Balzacio Socr. Christ. p. 297. » *B.* Ipsi philosopho tribuit Gellius N. A. II, 18 : *Ejus Epicteti etiam de se scripti duo versus feruntur : ex quibus latenter intelligas non omnes omnimodis diis exosos esse, qui in hac vita cum rerumnarum varietate luctantur ; sed esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.* Δοῦλος etc. (Qui locus totus abest ab optimo codice Paris., reliqua ejus capitis exhibente.) Habet etiam Macrobius Sat. I, 11, p. 253 Bip. Et Joann. Chrysostomus, Hom. XIII in Acta Apost., vol. IX, p. 109 : ἔστι μὲν οὖν δή τι καὶ ἔπος τοιοῦτο τοῖς ἔξωθεν εἰρημένον· « δοῦλος μὲν Ἐπίκτητος, σῶμα ἀνάπηρος, πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτων. » — 1 καὶ σώματι πηρὸς Gell. et Macr. — 2. « Vir probus et sanctus et propterea diis carus. Maximus Tyr. Diss. IV, 6 : εἰ δέ τις ἐστὶ καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεοὺς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ. » *Jac.*

DCLXXVII. Lemma : ἐκ τῆς Ἱστορίας Ἡροδότου (VII, 228) εἰς τὸν τάφον Μεγιστέως (sic) τοῦ μάντεως τοῦ ὑπὸ Περσῶν ἀναιρεθέντος· Herodotus : τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω (ἐπίγραμμα) Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας, reliqua epigrammata Amphictyonum auctoritate inscripta. De Megistia Acarnane vate, qui, postquam pugnæ ad Thermopylas eventum prædixerat, a Leonida dimissus non abiit, sed filium quem habebat unicum dimisit, narrat Herodot. ib. c. 221, ubi v. Valck. — 1 κλειτοῖο duo libri boni ap. Herod., qui Μεγιστία. — 4 Σπάρτας pauci libri ap. Her.

DCLXXVIII. Lemma : εἰς τινα Σωτήριχον ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ μεγαλαυχούμενον. « Soterichus quidam occurrit in Epistolis Firmici n. XVII, Muratorii Anecdotorum p. 297, qui floruit quinto post Chr. sæculo. Hic Soterichus præfectus prætorio Orientis vel saltem ejusdem præfecti in Pontica diœcesi Vicarius fuisse videtur. » *Jac.* — 1. « Πληρώσας στρατιήν. Voluitne significare se, dum viveret, præfuisse conscribendis militibus et ad vexilla cogendis? » *B.* — 5 φάος ὀλύμπου Cod.; Brunckii correctionem recepit Boiss.; Reiskianam φάος [ἁγνὸν] Ὀλύμπου Jacobsius.

DCLXXIX. Lemma : εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν πάπαν Ἀλεξανδρείας τὸν Ἐλεήμονα. « De Joanne illo Eleemosynario vide Fabric. Bibl. Gr. t. X, p. 262. » *B.* — 1 ἦν (sic Salm., ἦν ap. Jac.) δ' ἔτι Cod. et Plan. ed. princeps ; ἦν δέ τι Aldinæ ; ἦν καὶ τί Ascens. et Steph. « Particula δέ sæpe interrogationem continuat. Quod autem interrogatio non, ut solet, particula interrogandi continuatur, sed verbo substantivo, id in hoc epigrammate imperiti versificatoris offendere non debet. — 2 νεκροῦ Brunck. cum Scaligero, non librarii errori, sed versificatoris imperitiæ mederi conatus. Ille νεκρὸς ad interrogationem in v. primo retulisse videtur : τίς ὁ νεκρὸς, καὶ πόθεν, τίς τὰ ἔργα ἦν καὶ τὸν ὄλβον. » *Jac.* In fine Cod. ὄλβου. Probabilius duco quod deleto δ' Brunckius scripsit τίς ἦ πόθεν ἦν, ἔτι παῖς τίνος, sed Boiss. quoque Jacobsium sequitur. — 5 κτήματα μὲν Plan.; ὄλβων (litera

β lineola transfixa) πλέον Cod.; ὅλων Plan. « Ὅλων pro πάντων tractavi ad Theophyl. Simoc. p. 232. » *B.* Jac. in nott. mss. citat Lobeck. ad Ajac. p. 440 ed. sec. — 8. Hujusmodi hiatuum exempla collegit Jocobs. Add. p. LXII. Sequenti versui adscriptum lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἰωάννην τοῦ αὐτοῦ Σωφρονίου πατριάρχου. — 11 πτόλις Cod., etiam Salmasio teste; πόλις apogr. Paris. et Plan. — 12. ἀρειοτάτης Brunckius; ἀρειοτάτας Cod.; ἀρειότατος Plan.

DCLXXX. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἰωάννην Σωφρονίου πατριάρχου. — 1 ἱερείων edd. recentiores Plan., male. — 3 ἄφθιτον ἔσχεν Plan., « omnino male. Sensus est : Obiit Joannes et sepultus est; corpus enim habebat *mortale*, quamquam nunc *immortalem* habiturus est vitam, et dum viveret, immortalia facta peregit. » *Jac.* — 4 κατὰ χθονὸς ῥέξιν Cod., alterum Plan.

DCLXXXI. Lemma : εἰς Γέσσιον· τωθαστικά. « Sunt octo epigrammata σκωπτικὰ in Gessium quendam scripta, qui vanis hariolorum promissis adductus ad consulatum adspiraverat. Qua de spe, quam temere animo conceperat, misere dejectum Palladas acriter perstringit. Opsopœus eundem esse putabat quem Suidas (s. v.) ex Damascio eximium medicum (ἰατροσοφιστὴν) fuisse et ad honores pervenisse narrat. Verum is Zenone imperante, a. 474 ad 491, floruit, quum Palladas ineunte vix sæculo quinto scripserit. » *Jac.* — 1. « Schol. Wech.: συνεπεδήμει γὰρ τῷ βασιλεῖ, τιμῆς καὶ μείζονος ἀεὶ παρ' αὐτοῦ τυχεῖν νομίζων. — 2. Χωλός, conf. ep. 686, 2. » *B.* — 3. « Quasi sibi fatum etiam invitis Parcis accelerasset. » *Huet.* Duplici lusu Grotius.

DCLXXXII. Lemma · εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως.

DCLXXXIII. Lemma : εἰς Γέσσιον· σκωπτικόν. Iterum legitur in Codice infra in Σκωπτικοῖς, XI, post ep. 282. — 1 ὁ σοφώτερος Cod. altero loco, ed. princeps Plan. et Aldina prima, sequentes σοφώτατος. « Μηδὲν ἄγαν, de hac sententia vide not. ad V, ep. 299. » *B.* Dictum alii aliis tribuebant, ut Pittaco, Chiloni, Soloni, de quibus diligenter, ut solet, Leutschius in Parœmiogrr. vol. II, p. 80-82. — 2 τοῦτ' altero loco Cod., Plan. — 3. « More suo Palladas syllabas aucupans ludit in λόγιος et ἀλογώτατον, quorum illud *eruditum* significat et hominem prudentem. — 4. Οὐρανίη ἄνοδος, figurate de amplissimis honoribus; ut ap. Horatium summa dignitate fungentes *Attingunt solium Jovis et cœlestia tentant*, Epist. I, 10, v. 34. — 5. Sic Horatius Carm. IV, od. 11, 26 :

> Exemplum grave præbet ales
> Pegasus, terrenum equitem gravatus
> Bellerophontem,
> Semper ut te digna sequare, et ultra
> Quam licet sperare nefas putando,
> Disparem vites.

Fabulam Bellerophontis Palladas de astrologiæ studio interpretatur, quod Gessius astrologorum commentis deceptus fuerat. Præivit auctor opusculi inter Lucianea De astrologia c. 13, quem vide. — 7, 8. Paullo durior oratio tracta per participia absolute posita, dum exspectabatur : ἀλλὰ τὸν μὲν ἵππον ἔχοντα καὶ θάρσος, Γεσσίου δὲ οὐδὲ σχέσειν εὐτονον ἦτορ ἔχοντος. Alliterationem in ultimo versu jam notavit Opsopœus. » *Jac.* — 8 χέσειν hic a recenti m. additum in Cod., unde altero loco σχεσεῖν (sic) enotavit Salmas. Bothius non male corrigit χέσαι γ'.

DCLXXXIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Γέσσιον τὸν ἄρχοντα. Iterum legitur infra l. c. — 1 ζητήσει Cod. hic, ζητήσῃ infra, eademque varietas in Plan. « Pindari sententia, monentis, μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι, Ol. V, 56. » *Jac.* — 2 ἀρχὴν μεγάλην Cod. bis (scil. ζητήσῃ); ἀρχῆς μεγάλης κόμπον Plan., sed illud haud dubie scripsit Palladas. — 4. Codex hoc loco θνητοῖς et ἀνασχόμενος cum η ultimæ syllabæ superposito; μηδὲν Plan. In altero loco Codicis his quattuor versibus adhæret distichon alterum epigrammatis 688 : Ὦ γένος etc., et sic Plan. « Est illud distichon ejusmodi, ut utrique loco conveniat. » *Jac.* Cum Salmasio facio, qui epigrammati 688 in Planudeæ exemplo hæc adscripsit : « Hic reponi debet distichon quod habetur supra : Ὦ γένος etc. »

DCLXXXV. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Γέσσιον. — 1 ἐξεῦρεν βίου Cod., corr. Jensius aut Salmasius. — 2. « Sensus distichi est : Quærendo invenisti vitæ finem et id quod in felicitate summum est (τέλος duplici significatione, ut Latinorum *finis*), quod honorem quæsivisti ad summum finem sive fastigium tendentem. » *Jac.* Aliter intellexit Boissonadius : « Ἀρχὴ πρὸς τέλος ἀρχομένη [sic ipsius manu exaratum] est forsitan munus quod circa tributa colligenda versatur; adeo inepte scribit Palladas. » Sed sequentis distichi acumen me non assequi fateor, ut neque de priore constare sententia possit.

p. 98. Heckerus conjiciebat : Ἦδα μέν σε, Πρόαρχ', αἶσ' ἅρπασε, δῶμά τε π., quomodo legitur ep. 343, 6; 401, 5, et alibi cum Μοῖρα. Jacobs. confert Homericum (Il. Z, 407), ex Andromachæ ad Hectorem oratione :

Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος.

— 2. Δυσφερὲς πένθος ap. Æsch. Pers. 534.

DCCXXV. Lemma : εἰς Μενεκράτην οἰνωθέντα καὶ τελευτήσαντα. « Gallice vertit et illustrat Chardo Roch. Miscell. t. II, p. 297-300, quem plurimum sum sequutus. » *B.* — 1 καὶ σύ γ' ἄρ' Heckerus, ἄρα in talibus poni ostendens coll. ep. 661, 5; IX, ep. 310, 6; 371, 6, etc., sed hic γὰρ necessarium ob sequentia. Αἶνιε, ex Æno urbe Thraciæ, hominum vinositate famosorum. Simili structura Rhianus V, ep. 278 : Φοῖβε σὺ δ' Ἅλαος Δελφίνιε, a Meinek. collatus, et alia possunt afferri. Ὧδε, in terris. In fine Cod. οὐκέτι πουλὺς, quod correxit Zedelius in Bibl. crit. Amstelod. II, p. 113 : *non diu vixisti*, et receperunt emendationem Jac., Heck. et Meinek. Hic tamen in Diatr. p. 294 mavult : οὐκέτι πουλὺς εἶσθα, tali sensu : « Ænie Menecrates, nam tu quoque hic sepultus jaces; non tu es qui fueras, ex magno corpore in levem cinerem redactus. Sic Sophocles El. 1131, de cineribus Orestis : σμικρὸς προσήκεις ὄγκος. Πολὺς de magna statura corporis dixit Plato Phædr. p. 253, D, ἵππος πολύς· neque alio sensu Aratus Phæn. 613 Orionem dixit πολλὸν ἐόντα. De forma compara ἔχεισθα ap. Theogn. 1316 et quæ collegit Baumeister. ad Hymnos Hom. p. 321. » Mire Chardo vertit : *tu n'as pas été le plus fort*, et ex Ruhnkenii schedis quibusdam hæc apponit : « Hemsterhusius discipulis suis Callimachum enarrans judicabat non Callimachi illud epigramma esse, sed recentioris cujusdam græculi. Omnibus perpensis legendum puto : εἰσέτι πουλὺς ἦσθα, *in hunc usque diem frequens nobiscum eras.* » — 2 λῶστε Zedelius et Eldickius; ὥστε Cod. — 3 ἤρατο καὶ Cod., correxit Zedelius. Ductum ex Hom. Od. Φ, 295 :

Ἅ δείλε ξείνων, ἔνι τοι φρένες οὐδ' ἠβαιαί...
Οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅστε καὶ ἄλλους
βλάπτει, ὃς ἂν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ·
οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
ἄασεν.

Meinek. affirmative efferre maluit. — 4. Virgilium meminisse hujus epigrammatis commode admonuit Heckerus, quum hæc scriberet *in Octavii* poetæ et historici *mortem*, Catalect. XIV :

Quis deus, Octavi, te nobis abstulit? an quæ
Dicunt, ah! nimio pocula ducta mero?

Cui respondet Octavius :

Vobiscum, si est culpa, bibi. Sua quemque sequuntur
Fata : quid immeriti crimen habent cyathi?

DCCXXVI. Lemma : εἰς γραῦν Πλατθίδα τὴν φιλάγρυπνον, et ad extrema duo disticha : τοῦ αὐτοῦ Α. εἰς τὴν αὐτὴν Πλατθίδα τὴν ὀγδηκοντοῦτιν. « Sed unum est carmen, scriptum in vetulæ memoriam, quæ pauperem quidem, sed jucundam vitam per octoginta annos lanificio toleraverat. » *Jac.* — 1 μ' ἠωιον ἀνώσατο Cod., correxit Toupius. Conf. Theocr. XXI, 20.—2 γρηὺς Cod.—3. « De voce συνέριθος monui ad Theophyl. Simocattam. Vide et Wernsdorf. ad Himer. p. 719. » *B.* — 4 ἀγχιθυρον (sic) Cod., quod adjectivum recte servat Heckerus, coll. Meleagro supra ep. 417, 8 : γήρως γείτων, et aliis, quæ v. ap. ipsum. Legebatur cum Reiskio ἄγχι θυρῶν, comparato homerico ἐπὶ γήραος οὐδῷ. « Hujusmodi cantilenas, quibus mulierculæ pensa trahentes tempus fallebant, commemorant Athenæus XIV, p. 618, D, et Pollux IX, 125. » *Jac.* — 5 καί τι παριστ. Codex; correxit Heckerus : καὶ ἔτι, in ipsa usquedum senecta. In fine idem ἐπ' ἠοῦν. Δεινευμένη Cod. « Labor textricis comparatur cum cursu δολίχου, ubi stadium repetitis vicibus percurritur. Ἰστῶν παλιμβάμους ὁδοὺς appellat Pindar. Pyth. IX, 33. » *Jac.* Scite autem dicitur Platthis δινεῖσθαι δόλιχον, quem qui proprie peragunt τρέχουσι. Acumen fugit Heckerum, qui « malit διανευμένη. Cursus δολίχου virorum robore constat et velocitate, sed mulierum in opere textorio sedatior est et lenior, igitur δόλιχος σὺν Χάρισιν. » Imo Gratiæ adsunt ob cantum vetulæ et ceteram elegantiam vel (si Jacobsium audis) « quia et ipsæ vestes texere dicebantur dearum. Venerem Diomedes vulnerabat ἀμβροσίου διὰ πέπλου, ὃν οἱ Χάριτες κάμον αὐταί, Il. E, 358. » — 6 τὸν χάρισιν δολιχὸν Cod.; prius correxit Brunck., alterum Meinek. p. 131. Κεῖνον refertur ad v. 3; frustra Ungerus *Beitr.* p. 37 κοινόν. Post hunc versum spatium in Codice et novum lemma. — 7 ἡ ῥίκνη Cod.; prius correxit Meinekius, « quoniam tertium opificii genus, quod vetula exercebat, commemoratur »; alterum Jac., cum χειρὶ jungendum. Idem confert Theocriti versus XXIV, 74 :

Πολλαὶ Ἀχαιτάδων μαλακὸν περὶ γούνατι νῆμα
χειρὶ κατατρίψοντι, ἀκρέσπερον ἀείδοισαι
Ἀλκμάναν ὀνομαστί.

Rarior sed non dubitabilis usus genitivi. Incredibiliter, alio Theocriti loco comparato, XVIII, 34 :

οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἄτριον ἰστῷ
κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἑταμ' ἐκ κελεόντων,

Heckerus ῥικνὸν περὶ γούνατος ἄτριον vel ἧτρον, de « textura *pellis* », et ἰστοῦ, coll. VI, ep. 266, 4 : ἰστοῦ παρὰ κρόκαισι, corrupta esse pronuntians ἄρκιον ἰστῷ. — 8 στρογγυλάουσ' Cod., corr. Brunckius vel Reiskius; deinde idem « Codex ἡμερόεσσα, et id retinui. Quod fuerat substitutum ἱμερόεσσα non intelligebam qui vetulæ Platthidi conveniret. » *B.* Idem sensit Meinekius, qui suspicatur ἡ μορόεσσα, *scrumnosa*, incerta significatione, neque accommodatum toti carmini, neque magis ἡμερίοισι quod Heckerus proponit « si quid mutandum. » Geistius ἱμερόεσσα satis explicari putat laudibus quæ Platthidi tribuuntur versibus 6 et 10; nec de alia voce ulla hic cogitari potest. Pro στρογγυλάουσα non στρογγύλλουσα, sed στραγγαλόωσα poni jubet Heckerus. — 10. Corrupta esse καὶ καλῶς productio in thesi ostendit. Hecker. conjecit ἠλακάτην καλῶς.

DCCXXVII. Lemma : εἰς Φιλέαν τὸν αὐτάρεσκον καὶ δοκησίσοφον. Quod falsum est. Laudatur Phileas homo prudentissimus, sed dolet poeta in Orco laudem omnem exstingui. — 1 ἄλλῳ Hemsterhusius, recte; perperam ἄλλων Salmas. — 2. « Κλαιέτω, nota imprecandi formula. Latine dixeris : *Rumpantur* invidi, si quos hæc de Philea offendit sententia. Martial. IX, 99 :

Rumpitur invidia, quod amamur quodque probamur.
Rumpatur quisquis rumpitur invidia.

— 3 ἀΐδα Cod. Κενὴ χάρις est eorum quæ nihil prosunt. » *Jac.* — 4 μεινω (superscripto ι) θερσίτας (superscripto η) Cod.; μὶν et μιν ὁ Θερσίτης optimi libri Suidæ v. Ἀτιμότερον, deinde aberratum in μὴν ὁ, μὲν ὁ, μένων. Lucianus :

ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου καὶ ὁμοιοι ἅπαντες, et similia alia in dialogis.

DCCXXVIII. Lemma : εἰς Ἱέρειαν τινὰ Δήμητρος, γραῦν αἰσίως τελευτήσασαν· ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβον (vel-λαβος). In marg. : ζήτει. « An ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετρ. referendum ad epigr. 663, 664, quod improbabile. Puto corrigendum ἐπὶ τῷ ἀρχιλοχείῳ τετραμ. Compendium brevius vocabuli rari et intricatius male fuerit per αὐτῷ explicatum. Conf. ad ep. 664. » *B.* Majores versus sunt Archilochici asynarteti, minores Phalæcei hendecasyllabi. — 1 πάλι Cod. — 2 δινδυμίνης Cod. — 3 versus finis deest. « Jacobsius ἡ 'ν θεῶν ἑορταῖς. Malim tamen adjectivum aliquod cum nomine προστασίῃ in ablativo casu. » *B.* Similiter Meinekius : « Vix recte προστασία dicitur de præside. Possunt etiam alia conjici, nihilo tamen certiora velut ἡ 'κ θεῶν λελόγχειν πολλῶν προστασίην νέων γυναικῶν, vel ἡ θεῶν ἱκητι προστάτις ἦν ν. γ. » Hagenbuchius : ἢ τὸ πρὶν κεκάσμην π. προστασίῃ ν. γ. — 4 νεῶν in Cod. esse videtur.

Sequitur in Codice epigramma Dionysii, supra exhibitum n. 279.

DCCXXIX. Lemma : εἰς ἀρτίτοκόν τινα γυναῖκα τελευτήσασαν. In Plan. est ἄδηλον. In cod. Matritensi tribuitur *Callimacho*, dubiorum n. 11 ed. Meinek. — 1 εὐηθῆ (sive εὐήθη superposito σ) τρύτωνος Cod., corr. Scaliger ; εὐήθης etiam Plan., qui ἐλοχεύθη, Cod. ἐλοχεύθην. « Pro quo scribi possit ἐλοχεύθης, et v. 2 ὤλεο. Non obstat quod poeta in sequentibus tertia persona utitur. » *Meinek.* p. 167. Etiam argumenti scriptor mulieris nomen corruptum esse videbat. — 2 ἂν supplevit Plan. — 3 ἀρτίτοκος Cod., deinde idem καταγηὲν βρέφος ἄδαν (« sed videtur prius fuisse αὐδὰν. » *Salmas.*), Plan. κατήγαγεν ἓν βρέφος ᾄδην, quæ probat Meinek., ᾄδῃ scripto post Brunckium, et τὰ πολλὰ intelligens « magnam illam qua ante uxoris obitum maritus fruebatur felicitatem. » Similiter Heckerus, addens : « Fons dictionis est Hom. Od. B, 58 : τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται. Chœrilus Append. ep. 97, 5 : τὰ δὲ πολλὰ καὶ δίβια κεῖνα λέλειπται· et Theocr. XVI, 42. » Sed valde improbabiliter, quamvis lenissime, corrigit : τὰ δὲ πολλὰ κατάγη (pro κατεάγη) ἐνὶ βρέφος ᾄδῃ σὺν κείνῃ, « ut verbis τὰ πολλὰ apposita sint βρέφος σὺν κείνῃ, et mater adeo cum infante una eademque morte exstincta esse dicatur. » Malim τὰ δὲ πολλὰ κατήγαγε καὶ βρέφος Ἄδης σὺν κείνῃ, quod latine reddidi. Nam τὰ πολλὰ κατήγαγεν ἓν βρέφος vix serio dictum potest videri. Olim Jacobs. τὸ δὲ μοῖρα (hoc etiam Wakefieldus) κατῆγε νέον βρέφος ᾄδην, postea in Add. et nostro exemplo μετὰ δ' οὐ πολὺ μοῖρ' ἄγαγεν βρέφος ᾄδην, ut ipsi quoque ἓν istud displicuisse appareat. — 4 σὺν κλεινῇ et δεκάτην οὐχ ὑπὲρ ἦιρεν Cod. ; Plan. ut editum, sed quæri potest ipse poeta voluerintne an noluerit particula δέ uti. Conf. ad VIII, ep. 167, 6.

DCCXXX. Lemma : εἰς Μνάσαλλαν (et iterum ad v. 3 in nova pagina : καὶ ταῦτα εἰς Μνάσαλλαν) καὶ Νεοτίμαν τὴν αὐτῆς θυγατέρα. De imposita Mnasyllæ sepulcro imagine, in qua Neotima filia conspiciebatur in matris ulnis puerperio animam agens, et Aristoteles pater summo dolore caput tangens. Quos vitæ dolorum ne in morte quidem oblivisci poeta quadammodo miratur, quum felicitatis domesticæ memoriam revocare soleant anaglypha in sepulcris posita. — 2 μυρομένα κούρα Cod. ; prius correxerunt Hermannus Opusc. t. V, p. 212 et Heckerus I, p. 97, alterum Jacobs., qui in notis mss. : « Γραπτὸς τύπος O. Müllerus ad Welkelii *Antiquar. Nachlass* p. 100 interpretatur de anaglypho. » Conf. Welcker. Syllog. epigr. p. 162. — 3 Νευτίμαν posuerunt Heckerus et Boiss, qui : « Scripsi Νευτίμαν, appositum nomen ad κούραν. » Sed alterum poeta voluisse videtur. Hermann. ἀπο pro edito ἀπὸ ψ. — 5 πλημύρουσα Cod., « ut solet », et μητρός. — 3 αἰ αἰ Cod., ut ubique. — 7 ἐπεμάσσατο (vel-μασσάτο) κῶ Cod. ; ἐπεμάσσετο Hermannus et Jacobs. in nostro exemplo, qui ante ediderat ἐπιμάσσεται, præsens necessarium esse existimans. Non filiæ caput intelligendum, ut video hæc accipi, sed suum tangebat pater præ dolore. Quod etiam Meinek. animadvertit ad ep. 648, 2.

DCCXXXI. Lemma : εἰς γέροντα βάκτρῳ στηριζόμενον, ὡς ἐπὶ καμάκω (sic, pro κάμακι) ἄμπελος· Γόργος δ' ἦν αὐτοῦ τοὔνομα. — 1 ὡς ἤδη καμάτωι στηρ. αὐτῷ Cod. ; ὣς Meinek. p. 131 ; κάμακι Salmasius, quo ducebat καμάκω in lemmate. « Duæ fortasse hic lectiones confusæ καλάμῳ et κάμακι. Arundinis enim plurimus usus in vinetis. » *Jac.* Boiss. καμάκῳ « cum lemmate. Sed quod fuerat substitutum κάμακι est certe melius et usitatius. » Denique recepi αὔῳ, in quo consentiunt Jensius, Reisk. et Meinek. — 2 σκηπανίῳ Cod., o superposito literæ α. — 3 εἰ τρεῖς Salmasius, quod cum Brunckio præfert Meinek. — 4. « Ποίας, *ætates* ; v. ad ep. 627. » *B.* Salmas. θάλψῃ. Meinekius præterea requirit ἔτι et scribit θάλψῃ ἔτ' ἠελίῳ. Nolim poetæ eripi ὑπ', et notio vocis ἔτι quodammodo inest comparativo χαριέστερον, *gratius* scilicet quam quæ vixi, præter transactos annos. Θάλψαι neutraliter positum, de quo Meinek. memorat Lobeck. ad Ajac. p. 197 seq. ed. sec. « Ceterum suaviter hoc dictum de sene, cui nihil apricatione jucundius. » *Jac.* — 5. Sibi manum intulit. — 6. « Πλεόνων. Sic XI, ep. 42. Latine : *ad plures*. Quam locutionem tractavi ad Eunap. p. 309 et 587, et ad Aristoph. Concion. 1114. Adde Schweigh. ad Polyb. VIII, 30 ; Henel. Otium Vratislav. p. 148 ; Walz. ad Rhetores t. I, p. 577. » *B.* Μετοικεσίην « fortasse ductum ex Eurip. Hippol. 386 : τὸ κατὰ γᾶς κνέφας μετοικεῖν ποθῶ. Mortem migrationem multi post Socratem dixerunt. » *Jac.*

DCCXXXII. Lemma : εἰς πρεσβύτην τινά· ἔστιν δὲ ἀδιανόητον διὰ τὰ σφάλματα. « Ruhnkenius Epist. ad Valcken. p. 56 putat esse scriptum vel in Cynicum philosophum, vel in senem decrepitum. » B. Imo in viridi et vegeta senecta obiit Cinesias, valde ob id laudatus ab Acheronte τῷ παντοδίῃ, ut qui sponte et vi adhibita nulla debitum persolverit. Egregie Toupius vidit *fœneratorem* fuisse Cinesiam, de cujus sententia nemo debebat dubitare. — 1 ὠιχευε τασκίπων Cod., corr. Piersonus et Reiskius. Deinde Cod. κινήσια ἑρμοῦ ἄγριε, in marg. : ζήτει. Toupius ΑΓΡΙΕ vertit in ΛΑΤΡΙC, λάτρις, præ qua emendatione prope sordent ceteræ, etiam ob alias causas minus aptæ. Bœckhii conjecturam Ἑρμεω ἄγρα recepit Boiss. Bothius Ἑρμοῦ ἀγωγῇ. Heckerus Κινησία Ἑρμοῦ (patris nomen, cujus exempla citat), ἀνιγρῷ ἐκτίσων Ἀΐδῃ etc. Jacobs. in notis mss. : « Fort. Ἑρμοῦ ἀχρεῖος, Mercurio duce non indigens. » — 2 ἐκ τίσων Cod. « Opportune comparavit Pierson. Æschinem Socraticum Axiocho p. 367, D : εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές· κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν, πολλάκις δ' ἅμφω. Adde ex vetere haud dubie philosopho ducta Plutarchi Mor. p. 106, F ; 116, *B.* » *Jac.* — 3 γηραιὰ τάρτια Cod., quod Reiskius correxit. — 4 ἀχεων (sic) Cod., corr. Reisk. et Pierson. « Ruhnkenius vult omnino legi στέρξει. « *B.* Et necessarium est. Legebatur στέργει.

DCCXXXIII. Lemma : εἰς γραῦς τινας ἀδελφὰς Ἀναξὼ

καὶ Κληνὼ, θυγατέρας Ἐπικρατέας (Ἐπικρατέως Boiss.), ὀγδοηκοντούτιδας θανούσας. Sorores geminæ, altera Cereris, Gratiarum altera antistita, eodem die obierunt. — 1 αἱ νόμινοι Cod., corr. Salmas. « Vera videtur correctio. Sunt *venerabiles, eximiæ* matronæ. » *Jac.*, qui olim de κοινόβιοι vel de latente nomine gentili cogitaverat. Rectius ceperis *legum observantes, probas*, cum Heckero, qui comparat Dion. Chrys. p. 9, C : νόμιμος καὶ θεοφιλὴς καὶ κόσμιος. Articulus ostendit epigramma subscriptum fuisse anaglypho. Unde conjicere subiit αἱ μόνιμοι, nunc firmo et permanente marmore expressæ, non amplius caducæ et tremulæ anus. — 2 ἐπικρατέως Cod., corr. Reiskius. Usitatius nomen Κλεινώ posuit Salmasius; « sed nihil mutavi propter nomen Κληνίππα in titulo ap. Bœckh. n. 1934, et Κλῆνος n. 3665. Possis etiam Γληνώ, quod nihil differt a nom. Γληνίς, VI, ep. 288, 2. » *Meinek.* p. 144. Qui malit δίδυμαι π. — 3. Ἱερὴ, *sacerdos*, ἀντὶ τοῦ ἱέρεια, Antiattic. p. 100, 9; quod ἱέρη scribendum esse disputat Meinek., ἱερῆ Bœckhius, sed v. Lobeck. Pathol. p. 44. — 4 προπόλεως Cod. Formulam explicat Bœckhius ad C. I. vol. II, p. 605. Legebatur ex Jacobsii conjectura προπολεῦσ'. — 5 ἐπιλείπομεν Cod.; ἐλλείπομεν Brunckius; ἀπελείπομεν Meinekius : quod ἀπελειπόμεθα dicendum fuisse monet Heckerus, cui debetur quod posuimus. — 6 φθόνος ἰσοσίη Cod.; ἰσοβίοις Salmasius. « Scripsi εἰς ὁσίους · scilicet piis hominibus multos annos dant *fata non invida;* quod quidem dici nec immerito potest, etsi contraria etiam sententia non falsa fuerit. » *B.* Idem conjecit Heckerus, ad sententiam conferens ep. 575, 5, ad dictionem VI, ep. 257, 3 : τίς ὁ φθόνος εἰς ἐμὲ Βάκχου; Dubitanter Jacobsius εἰς ὁσίην, Meinekius ἐσθ' ὁσίης. — 8 πρηὸν ἀνιάμεθα Cod., correxit Hermannus; ἀνευράμεθα præferebat Ungerus *Beitr.* p. 38. Legebatur ἀφικόμεθα e conj. Salmasii. « Nos ætate provectiores ante maritos et liberos ad inferos descendimus : quæ insignis pars est τῆς εὐθανασίας. » *Jac.*

DCCXXXIV. Lemma : εἰς πρεσβύτου τινὸς τάφον ἀνώνυμον. « Exhibui prius distichon ad fidem Codicis. Emendationem probabilem non reperi. Nil fere variat apographum : nam vix memorandum ibi esse ὦ ποτὶ, et ἦν. *B.* » In marg. versus 1 : ζήτει. Jacobsius conjiciebat Ὦ ξέν' ὁδῖτα (sic Reiskius) στῆθι, vel

Μὴ, ξέν' ὁδῖτα, σπεῦδε · τί γάρ; νέκυς ὢ ποτὶ (pro πρὸς) [παίδων
τῶν ἀγαθῶν ἅλις ἦν· ἀρχιγέρων δ' ὁ γέρων,
ἀλλὰ φίλος γ',

« *valde grandævus ille, sed suis carus.* Reiskius Ἀρχιγέρων pro nomine proprio habet. Quæ sequuntur, sunt viatoris, qui bonis defuncti liberis, ut et ipsi ad senectutem perveniant, optat. Scribendum autem γένοιτό τοι ὄλβια. » *Jac.* Heckerus hæc proponit, dorica dialecto :

α. Ὦ ξέν', ὅρα τί τὺ τεῖδε; β. Τί γάρ; α. Νέκυς; ὢ ποτὶ παίδων
τῶν ἀγαθῶν ἅλις ἦν, Ἀρχιγέρων ὁ γέρων.
β. Ἀλλὰ, φίλος γ' ὦ πρέσβυ, γένοιτό τευ ὄλβια πάντα
ἐλθεῖν καὶ λευκᾶς ἐς δρόμον ἀλικίας.

« Ut χαῖρε, μάκαιρ' ὦ Λητώ, Hymn. Hom. I, 14, ubi v. interpretes. Nomen proprium est Ἀρχιγέρων. »

DCCXXXV. Lemma : εἰς Θεανὼ τινὰ, γυναῖκα Ἀπελλίχου, τελευτήσασαν. In Plan. edd. vett. ἄδηλον, inde a Steph. ἄδηλον, οἱ δὲ Δημάντου. Mulieris morituræ ad absentem maritum verba, amoris et desiderii plena. — 1 ὕστατον φωκ. Cod. « Scribo ὕστατον, ὦ Φώκαια. » *Salmas.*, quod recepit Brunck. « Invocatio civium urbis Phocææ hinc explicanda, quod in viis publicis et celebribus condebantur mortui, ut Atticus juxta viam Appiam. Cicero Tusc. V, 23, § 65 : *est enim ad portas Achradinas magna frequentia sepulcrorum.* Conf. epigr. ap. Athen. X, p. 436, D :

ἠρίον Ἄστεος ὤγκωσαν τᾷδε παρ' ἀτραπιτῷ. »

Hecker. I, p. 99. — 2 εἶπες ἐς Cod. Jac. conjicit εἰπ' ἔπος ἀτρύγετον, maris et ætheris epitheton, hic de vasta nocte Orci. — 4 ἐπ' οἰκείῃ νηΐπερ εἶσ πέλ. Cod., unde Jac. edidit ἐπ' οἰκείῃ νηὶ περᾷς, quo οἰκείῃ recte offensus Heckerus scripsit ὠκείῃ, ut jam olim Planudes, qui περᾷς. — 5. Novum hic lemma : εἰς τὴν αὐτήν· ἕως ὧδε, quæ est nota ejus qui codicem cum autographo comparavit. Codex μόνος pro μόρος. — 6 λαβοῦσα Cod. et margo Wech.; βαλοῦσα Plan. Comparat Jac. hæc Tibulli I, el. 1, 60 :

Te spectem, suprema mihi quum venerit hora,
Te teneam moriens deficiente manu.

DCCXXXVI. Lemma : παραινετικὸν εἰς τὸ μὴ μεταβαίνειν ἐκ τόπου εἰς τόπον, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι ἐν ὀλίγοις. Multis se et longinquis itineribus jactatum fuisse queritur Leonidas supra ep. 715, quod epigramma in adverso latere cippi tumulo poetæ impositi vel fuisse vel fingi inscriptum, nostrum autem in averso latere, Heckerus observavit. — 1. Φθείρεσθαι sæpe dicitur de malis quæ peregrinantes perpetiuntur. Βίον ἔλκων, etiam XI, ep. 62, 5. — 2. De vocis ἀλινδόμενος et forma et significatione qui dubitet Heckerus corrigit ἄλλην τ' ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἀμειβόμενος, rarius adjuncta præpositione, ut a Diodoro IX, ep. 219, 4 : ἐπ' ὠκυρόην Θύμβριν ἀμειψάμενος. — 3 φθείρ' ἐν κενεῇ σε π. καλιῇ Cod.; μὴ φθείρευ· κενεή σε legebatur auctore Salmasio; κἂν εἰ σε Heckerus, de qua correctione sententiæ accommodatissima dubitari non posse videtur. Idem περιστέψαιτο satis defendi putat homerico ἀμφεκάλυψεν, Od. Δ, 618 : ἐὸς δόμος ἀμφεκάλυψεν κεῖσέ με νοστήσαντα. Meinek. p. 123 conjiciebat περιστέξαιτο. — 4. Conf. Leonidam ep. 648, 4 seqq., et Huschk. ad Tibull. I, el. 1, 6. — 5 εἰ καὶ Cod.; ἢ καὶ malit Jacobs. « Scripsi ᾗ, *ubi.* » *Boiss.* Itemque versu 7, pro ἢ καί σοι. Quæ dedimus ut Boiss. constituit. Heringa et Reisk. λιτή τε, quod fortasse recipiendum erat. — 6 φύστηι ἐνὶ Cod. In cujus marg. scriptum : ζήτει τὰς λέξεις τί σημαίνουσι. « Suidas versiculum recitat in Φυστὴ μάζα. » *B.* Est panis vilioris genus, memoratum Aristophani Vesp. 610 et Athen. IV, p. 149, A; γρώνη autem, saxum excavatum, quo pro mactra utitur homo pauper. — 7. « Codex ter ἡ καὶ, quod pariter mutavi. Et scripsi μικρὸς pro πικρός vulgato. » *B.* Postremum temere factum videtur. — 8. « Χόνδροι Suidas explicat ἅλῶν θρόμβοι, παχὺς ἅλς. Esset igitur χόνδρος ἐποψίδιος, sal cum pane sumptum obsonii loco. Sal per se amarum, πικρὸν, Athenienses thymo commiscebant (v. Aristoph. Ach. 109 et 772, cum scholl.). Ἅλας ἡδυσμένους commemorat Athen. IX, p. 366, B. » *Jac.* Quibus vox ἁδυμιγὴς extra dubitationem ponitur.

DCCXXXVII. Lemma : εἰς τινὰ ὑπὸ λῃστῶν περονευμένον. — 1 λῃστῆος Cod., et in marg. : ζήτει.

DCCXXXVIII. Lemma : εἰς Τίμαρχον ναυαγήσαντα ἐν Σαλαμῖνι (Cypria). — 1 Κληΐδες πόντου legebatur ex Codice et Plan., quod correxit Heckerus Philologo 1849, p. 486, bene usus Herodoti loco V, 108 : Ἴωνες δὲ δὴ παρῆσαν ἐς τὴν Κύπρον· καὶ οἱ Πέρσαι νηυσὶ διαβάντες ἐκ τῆς

Κιλικίης ἦισαν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα πεζῇ· τῇσι δὲ νήυσὶ οἱ Φοίνικες περιέπλωον τὴν ἄκρην, αἳ καλεῦνται Κληῖδες τῆς Κύπρου. Adde Strab. XIV, p. 682. Salamis urbs in extrema ora Cypri posita. — 3 δέ οὐ vel οὐ, ut apogr. Gothanum, etiam Salmas. legerat in Codice, sed δέ σου testatur Paulss. Distichon omissum in Plan. Habebat Grotius, item cum negatione. Brunckius κόνιν δ' οὐδ' ἀμφ., sed poeta dicit corpus fuisse ad cognatos relatum, ejectum, ut fit, ab undis et agnitum. Et similis res est in sequenti epigr.

DCCXXXIX. Lemma : εἰς ναναγὸν Ἀρισταγόραν περὶ Σκίαθον κινδυνεύσαντα. Imo femina Aristagora sepelit maritum Polyanthum, cujus naufragi corpus inventum piscatores retulerant ad uxorem. — 2. ἀρισταγόρην Cod., corr. Heringa. Idem vitium in sequenti ep. v. 2. — 4. « Σκίαθος, insula prope Eubœam, Toronæo sinu ex adverso posita. Λιμένος τοῦ Τορωναίου tranquillitas paræmiæ locum fecerat. » *Jac.* — 5 ὀρθρινοὶ μὲν Cod., corr. Reiskius.

DCCXL. Lemma : εἰς Κρίθωνα (sic) τινὰ πλουσιώτατον καὶ τῷ Γύγῃ παρισούμενον. — 1 αὐτὰ ἐπεὶ κρήθ. Cod.; Κρίθωνος Brunckii cod. Plan. et in lemmate. Vulgatum αὐτὰ correxit Meinek. p. 127. — 2 σποδιάν Cod. — 3. Notæ divitiæ Gygis Lydi; Herodot. I, 12; Strabo XIV, p. 680, et poetæ passim. — 4 βουπάμμων Plan. male. — 5 μυθεῦμ'; ἐπὶ πᾶσι Plan. « Quod vix correctori debetur; quamquam trochaicâ in quarto pede cæsurâ, qua pejores poetæ epigrammatarii, ut Lucianus et Diogenes, sæpissime usi sunt, ne elegantiores quidem poetæ abstinuerunt. » *Meinek.* — 6 φεῦ οὗτος γαίης ὅσσον Plan.; φεῦ τόσσης γ. Brunck. « De tam amplis latifundiis quantillam portionem defunctus nunc habet! Ad structuram conf. ep. 268, 4. » *Jac.*

DCCXLI. Lemma : εἰς Ὀθρυάδην τὸν Σπαρτιάτην. Male vel de primo disticho, a sequentibus avulso. Novum epigramma inchoatur versu 3, cum hoc lemmate : ἄδηλον εἰς Ῥωμαῖον στρατιώτην ἀριστεύσαντα ἐξαισίως. Cum sigla : ὡραῖον. In Planudea epigramma est integrum Κριναγόρου. — 2 καλιπτολέμων Plan. pessime. Jacobsii correctionem, ἔργα κρατεῖ πολέμων Ἄρριος stare non posse ostendit Meinek. p. 187, ipse scribens κάλει, *jacta*, coll. Diphili versu ap. Athen. VII, p. 292, *B*. Heckerus κάλει explicat *celebra*, coll. Append. ed. 340. Sed vere Boissonadius : « Reliqui lectionem Codicis. Poeta heroas maximos et maxima facinora bellica sibi adesse vult, coram quibus Arrium suum laudet. » Nam versu sequenti Scaligeri correctio Ἄρριος a plerisque recepta. Heckerus, cui ἔργα πάντων πολέμων « vix bene dictum videretur », scribit ἔργα κάλει. Πολέμων Ἄρεος αἰχμητής, nomen militis, quo nomine etiam alium bellatorem fortissimum haberi ap. Lucillium XI, ep. 210, annotat Geistius, Heckerum secutus. Sed nomen Romani militis aut ignorasse aut tacuisse videtur Crinagoras, metro fortasse non congruens aut non blandum auribus in græco versu. — 3. « Sic Nonnus Dion. XXXVII, 764 : Ἄρεος αἰχμητῆρες. » *Heck.* In fine Cod. νείλου, superscripto γρ. ῥήνου, et Ῥήνου habet Plan.; et Codex, Salmasio teste, a prima manu scriptum ostendit ῥείλου, et ex correctione demum νείλου, quod fugit Paulssenium; de re non dubitandum. In infima pagina distichon repetitur sine var. et sine illo γρ. « Verius esse Ῥήνου et facinus illud in Germania contigisse » jam Salmasius existimabat, et Geistius confirmat : « nam quo tempore Crinagoras Romæ versabatur, bellum nullum erat in Nili regionibus. » — 6 αὖθις Cod. — 7 ὅσσ' Cod., superposito altero σ. — 8. « Hoc eximium tulit, hoc ei soli contigit, ut, quum interficeretur, non vinceretur. » *Jac.*

DCCXLII. Lemma : εἰς Τιμόκλειαν διδυμοτόκον. Non est ἐπιτύμβιον, sed « scriptum in mulierem, quæ, quum oculorum lumine privata esset, binos enixa pueros solem jam pluribus quam antea oculis aspicere videretur. » *Jac.* — 1 τεὸν φάος Cod., corr. Salmas. — 2 δυοτόκῳ Cod.; Salmasii correctionem reduxit Boiss. Jacobs. : « Quum nulla exstent composita ex δοιός, scripsi δισσοτόκῳ. » — 3 ἀθροῖς περιθαλπὲς Cod., corr. Salmas.; nam illud adjectivum neque aptum hic est nec per se bonæ auctoritatis; περικαλλὲς Reiskius. — 4. « Perfectior quodammodo et integrior dicitur mulier quæ peperit; sterilis contra mulier præcipua quadam honoris sui parte carere videtur. » *Jac.* Immo est : integrior nunc *oculis* quam quondam fuit, quum duobus luminibus gaudebat, nunc quippe quattuor ei sunt lumina.

DCCXLIII. Lemma : ὡραῖον· Ἀντιπάτρου εἰς Ἑρμοκράτειαν τινὰ γυναῖκα τεκοῦσαν κθ' τέκνα καὶ μηδενὸς ἑωρακυῖαν θάνατον. Σημεῖον (σημειοῦ) θαυμαστόν. Suam felicitatem cum Niobæ clade comparat. — 2 ηὐγασάμην Brunck. — 4 ἦλε Cod., corr. Salmas., qui βελοκεντήτους malebat. — 4. Ἐμῶν, scilicet τῶν ἐμῶν κορῶν, mihi quidem integrum esse videtur, et pronomen necessarium, neque Boiss. quicquam aut mutavit aut annotavit. Alii aliter hæc sollicitant, postremo Jac. in nostro exemplo et in Delectu p. 296 ἔλυσε λεχῶν ὠδ., *puerperarum*. Heckerus, ἐμπαλι δ' ἄν μὲν ἔλυσε νέων ὠδῖνα μ. — 8 παισὶ καὶ Cod.; παισί τε καὶ Salmas.; τανταλίδη, superposito ας, Cod.; corr. idem. Παισί, tam numero quam felicitate liberorum meorum.

DCCXLIV. Lemma : εἰς Εὔδοξον Κνιναγόρου (sic) τὸν Κνίδιον συγγραφέα περὶ τῆς ἰδίας ζωῆς μαντευσάμενον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι νγ' ἔτη ἐπέζησεν. Nescio quo errore *Crinagoræ* nomen huc ingruit. Sunt *Diogenis Laertii* versus, quod ipse testatur : ἔστι καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον. Qui de re § 90 : ἐτελεύτησεν Εὔδοξος τρίτον ἄγων καὶ πεντηκοστὸν ἔτος· ὅτε δὲ συνεγένετο ἐν Αἰγύπτῳ Χονούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ, ὁ Ἆπις αὐτοῦ θοιμάτιον περιελιχμήσατο. Ἔνδοξον οὖν αὐτόν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον ἔφασαν οἱ ἱερεῖς ἔσεσθαι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν. Diogenes carmen concinnavit *galliambico* versu, cujus metri ignarus Cephalas elegiaci quandam carminis umbram inanem et absurdam protulit, quæ hic exhibenda erat. Primus edidit Huschkius Analect. critt. p. 218, subjiciens : « Huic metro versuumque generi nihil sani inesse, facile quivis animadvertet. Atque hoc causæ fuisse videtur cur Planudes totum carmen refingeret atque interpolaret. Dubitari enim nullo modo potest quin Planudes auctor sit hexametrorum qui leguntur I, tit. XXXVII, ep. 23 (p. 76 ed. Wech., 55 ed. Steph.). Nos e Codice hoc certe discimus, Planudem non modo ex inepto carmine ineptius concinnasse, sed etiam more suo in auctoris nomine aliquid deliquisse. Inscripsit enim ἄδηλον, satis gravem tamen causam habebat cur ejusmodi carmen Crinagoræ abjudicaret. » Veros versus, olim apud Diogenem non distinctos, restituerunt Buttmannus ap. Jacobs. p. 412, Grotefendus in Novis Actis soc. Latinæ Jenensis vol. I, p. 167, Porsonus in Gaisfordi notis ad Hephæst. p. 326, probante Hermanno Elem. d. metr. p. 505. De Cephalæ fœtu Bothius : « Carmen memorabile, quippe variis conscriptum metris, iisque partim insolitis et asynartetis. » Quod demonstrat multis, quæ omitto. — 1. Boiss. ex schol. Wech. : Μέμφις ἐπίσημοτάτη πόλις καὶ μητρόπολις Αἰγύπτου, ὅπου τὸν μόσχον ἀθανάτου

τιμῆς ἠξίωσαν· ἐκαλεῖτο δὲ Ἄπις. Λέγει οὖν τὸν Εὔδοξον χρηστηριαζόμενον περὶ τῆς τοῦ ἰδίου βίου τελευτῆς ὑπὸ τοῦ ταύρου τὴν χλαμύδα δηχθῆναι· ἐδήλου δὲ ὡς ταχέως ἀποδύσει τὸ τοῦ βίου.... Φασὶ δὲ αὐτὸν ἀκροατὴν γεγονέναι τοῦ Πλάτωνος. — 5 ἐληγμήσατο στῶλον Cod. — 7. « Ὅσον οὔπω. Schol. W. : ἀντὶ τοῦ ταχέως· καὶ Εὐριπίδης· Ἥξει δ' Ὀδυσσεὺς ὅσον ὅσον οὐκ ἤδη. Sed habet Euripides Hec. 143 : Ἥξει δ' Ὀδυσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη. » *B.* — 8. « Trochaicum efficere voluisse videtur. Non παῖδας eum, sed ποίας scripsisse existimo, de *annis*, ut supra ep. 731, 627, et al. » *Jac.* Huschkius παῖδες *sæculi* intellexerat, ut menses sunt παῖδες anni in Cleobulinæ ænigmate ap. Diog. I, 91, et Suidam.

Boissonadius : « Neglecta Diogenis, qui se auctorem profitetur, quæ nunc fertur recensione, et lectione palatina et ipsa pessima, ionicos a minore tetrametros catalecticos exhibui ex docta Porsonis et Grotefendi scriptura, ab illa vix recedens : v. c. in fine mihi visum est facilius scribere quod scripsi, pro vulgato δεκάκις πέντε καὶ τρεῖς, quam cum Grotefendo δεκ. πέντε γ' ἐπὶ τρεῖς, cum Porsone, δεκ. πέντ' ἐπὶ τρισσαῖς. » Sic autem scripsit :

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίην
Εὔδοξόν ποτε μοίρην παρὰ τοῦ καλλικέρω
ταύρου· κοὐδὲν ἔλεξεν· βοὶ γὰρ πόθεν λόγος;
φύσις οὐκ ἔδωκε μόσχῳ λάλον Ἀπιδι στόμα.
Παρὰ δ' αὐτὸν λέχριος στὰς ἐλιχμήσατο στολὴν,
προφανῶς τοῦτο διδάσκων· « Ἀποδύσῃ βιοτὴν
ὅσον οὔπω ». Διὸ καί οἱ ταχέως ἦλθε μόρος,
δεκάκις πέντε τε καὶ τρεῖς ἐσιδόντι πλειάδας.

Planudea denique sunt ejusmodi :

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὔδοξον Ἄπιδος τοῦ καλλικέρω παρὰ ταύρου.
Κοὐδὲν ἔλεξε· (πόθεν; βοὶ γὰρ λόγον οὐ πόρε φύτλη,
οὐδὲ λάλον μόσχῳ Ἄπιδι στόμα·) ἀλλὰ παρ' αὐτὸν
λέχρια κεῖνος στὰς, προφανῶς ἐλιχμήσατο λώπην·
δηλῶν ὡς ἀπολύσει δὴ βιοτὴν ὅσον οὔπω.
Καὶ δή οἱ ταχέως ἐπελήλυθεν αὐτίκα πότμος,
ἠελίους δεκάκις πέντ' ἠδὲ τρεῖς ἐσιδόντι.

DCCXLV. Lemma : εἰς Ἴβυκον τὸν λυρικὸν ὑπὸ ληστῶν πεφονευμένον. Historia nota ex Plutarcho De garrul. p. 509, F, et Suida. « Vide Schneidewin. ad Ibyc. p. 22; Guil. Canter. Nov. Lectt. I, 12; Cruc. et Markl. ad Stat. Sil. V, 3, 152. » *B.* — 2 βάντος Cod.; βάντ' ἐς Stephanus ad Epigrr. sel. p. 303 et Jacobs., qui struit ἐκβάντα εἰς ἐρημαίην ἠιόνα νήσου, probans Orellii correctionem νήσου ... ἐρημαίης, nisi potius legendum sit ἐκ ποτε νηός, *e templo*. Et hoc in latinis posui, verissimum judicans. Nimirum librarius non concoquebat ληστὰς ἐκ νηὸς βάντας et NHOC lapsum esse putabat, quum oporteret NHCOY. Deinde ἐς ἐρημαίην ἠιόνα dictum pro ἐν ἐρήμῃ χθόνι, non byzantino abusu, sed per attractionem quandam reliquæ sententiæ, ut in optimis scriptoribus. — 3 ἐπιβωσαμένων Cod., superposito o extremis. Scaliger voluisse videtur ὣς οἱ ἴκοιντο, non male. — 4. Metri vitium Passovius removet scripto ἀλγίστους ὀλλυμένῳ θανάτους. Probabilius vir d. Ephem. Lips. 1816, p. 1999, μάρτυρες ἀλγίστων... θανάτων, imo jam Salmasium annotasse video : « Lege ἀλγίστων ὀλλ. θανάτων, quod alibi exponemus. » — 5 ποινή τις Plan. præter edit. principem, quæ ποινῆτις, ut Cod. Plutarch. loco cit.: ἀλλ' ὑπὸ τῆς αὐτῶν γλωσσαλγίας, ὥσπερ Ἐρινύος καὶ ποινῆς, βιασθέντες ἐξαγορεῦσαι τὸν φόνον. — 7. Ante hunc versum spatium relictum in Codice et novum lemma adscriptum : εἰς τὸν αὐτόν. εἰς Ἴβυκον τὸν ποιητὴν ὑπὸ ληστῶν ἀναιρεθέντα. — 8 πεφόβησε Cod., alterum Plan. — 9 ἀοιδῶν Cod. sed recte Plan. « Agamemno Clytæmnestram vatis cujusdam fidei commiserat, quem Ægisthus, mulierem corrupturus, ἄγων εἰς νῆσον ἐρήμην, κάλλιπεν οἰωνοῖσιν ἕλωρ καὶ κῦρμα γενέσθαι, Hom. Od. Γ, 269 seqq., ubi v. schol. » *Jac.* — 10. « Μελαμπέπλων Εὐμενίδων, quæ Æschylo sunt φαιοχίτωνες Choeph. 1036, ubi v. Blomf., μέλαιναι Eum. 52, ubi Stanl., μελανείμονες Eum. 372. Adde Potter. ad Lycophr. 1137. » *B.*

DCCXLVI. « Versus semel a librarii manu exaratus, sed bis a nugatore repetitus, qui illius scripturam exprimere vellet. In posteriore imitatione pro Ζᾶν dedit βοῦς » *Paulss.* Sic :

ὦδε μέγας κεῖται βοῦς ὃν Δία κικλήσκουσιν.

DCCXLVII. Lemma : εἰς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα. « Sine auctoris nomine hoc distichon profert Zosimus III, 34 (ubi v. Reitem. p. 374 seq.), qui Juliani tumulo insculptum esse prodit. In Planudea ipsi Juliano inepte tribuitur. » *Jac.* Vide Cangium ad Zonar. p. 39. *B.* — 2. « Versus est homericus, Il. Γ, 279. Vide Menag. ad Amynt. p. 201. » *B.* Hoc uno versu servato cetera aliter profert Zonaras XIII, 13, iisdemque verbis Cedrenus. Conf. Banduri Antiqq. Const. t. II, p. 814. *Jac.*

DCCXLVIII. Lemma : εἰς τὴν πόλιν Ἡράκλειαν. « Dubitandum de lemmate, quod fictum videtur ex corrupto disticho ultimo. » *B.* Non satis probabiliter de templo et turre Beli cogitabat Buttmannus. « Mihi (Heckerus disputat I, p. 171) Tirynthis mœnia celebrari videntur, quæ dicuntur Κυκλώπια οὐράνια τείχη, nec dissimiliter in versu ignoti tragici quem ex duabus Hesychii glossis egregie concinnavit Meinekius Anal. Alex. p. 41 :

Τιρύνθιον πλίνθευμα, Κυκλώπων ἔδος.

Pausanias VII, 25, 3 : Μυκηναίοις τὸ τεῖχος ἐτετείχιστο κατὰ ταὐτὰ τῷ ἐν Τίρυνθι ὑπὸ τῶν Κυκλώπων καλουμένων. Et his apprime convenit vocabulum χῶμα, v. 6 φυρηθέν, de opere rudiore arte facto. » — 1. « Ἅπαν si sincerum est, conjungi debet cum λάϊνον, totum ex lapidibus exstructum. » *Jac.* — 2 σεμιράμεος Cod., alterum Plan. Sed æque legitima forma Σεμιράμεος locum tenere poterat. — 3 υἱὲς Cod. — 5 ἀθώεος Cod. « Ἀθωέος si sanum est, repetenda est hæc forma a nominativo Ἀθωεύς, quæ nusquam, quantum scio, alibi occurrit. » *Hecker.* Jam schol. Wech.: ζήτει δὲ τὸ Ἀθωέος ἀντὶ τοῦ Ἄθω. — 6. « Voci φυρηθὲν schol. Wech., qui totum carmen de Semiramidis ædificiis interpretatur, adscripsit : οὕτως εἶπεν διὰ τὴν ἀσβεστον. Debuit τὴν ἄσφαλτον. De calce macerata et subacta accipiendum, sed suspicor legendum esse πυργωθέν. » *Jac.* Hecker. confert Plan. ep. 191, de Mercurii imagine : πηλὸς ἐφυράθην. « Βάρος. Schol. W. : παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν ἄχθος ἀρούρης (Od. Υ, 379). Vide not. ad mea Anecd. t. V, p. 154. — 7, 8. Habes Codicis ipsius scripturam nondum correctam. » *B.* Omisit hoc distichon Plan. In Cod. δάμος et μακάριστος et ἡρακλείης posito o super η (ἡρακλειος). Item μακάριστος in codice Mediceo, ex quo hoc distichon profert Bandin. Catal. p. 102, in eodemque post οὐρανίων v. 8 reliqua desunt, de Palatino autem accurate Salmasius : « V. C. οὐρανίων ..... εὐρυάλων. Et repletum illud spatium recentiore manu : νεφέων τεῦξεν ἐπ', quod non convenit. » De qua re ne γρῦ quidem ille ἀκριβομικρολόγος censor ap. Jacobs. Εὐρυάλων ex interpolatione esse non poterat, sed vel maxime possunt quæ Salm. indicavit. Ut jam nova sint tentanda criticis, et fieri potest ut finis desit epigrammatis, quod animo

suspicatus esse videtur Heckerus. Jacobs. : « Fortasse scribendum ὃς ἄστεσιν Ἡρακλῆος ἁτραπιτὸν νεφέων τεῦξεν ἐπ' εὐρυάλων, *qui viam Herculeam ad nubes late vagantes* [sic] *paravit*, i. e. qui turribus in altum exstructis effecit ut ex urbibus ad nubes adscendi posset. » Hecker.: « Populus igitur Tirynthius hæc mœnia muniri curaverat, et postea hanc inscriptionem ruderibus incidi jussit. Tiryns enim est urbs Herculis, ut Hercules dicitur Τιρύνθιος ἄχμων a Callimacho Dian. 146. Scribo :

δᾶμος ἀεὶ μακαριστὸς ὃς ἄστεος Ἡρακλῆος
οὐράνιον νεφέων τεῦξεν ἐπ' εὐρυάλων,

οὐράνιον jungens cum τεῦξεν, ut in dictione οὐράνιον ἀναβοᾶν », et alia admovet alienissima. Piccolos p. 41 corrigit ὃς ἄστεσιν Ἡρακλεῖος (æolica forma) ἁρμονίαν νεφέων τεῦξεν ἐπ' εὐρ., intelligens *coagmentationem, aptam commissuram*, ut in exemplis ap. Jacobs. ad IX, ep. 439, 2; supra ep. 480, 2; item IX, ep. 306, 4, ἐποίησεν ἁρμονίαν τοῖς ἄστεσιν Ἡρακλέους hac παραφράσει exponens : οὕτω συνέπηξε καὶ συνήρμοσε τὰ τῆς Ἡρακλέους πόλεως τείχη, ὥστε διαμένειν ἀκλόνητα, καίπερ διὰ τὸ ὕψος τῶν νεφῶν ἁπτόμενα καὶ οἱονεὶ ἐπ' αὐτῶν ὀχούμενα. Quæ fluxa sunt omnia, quia fides non habita erat Brunckio, quæ nunc debetur Salmasio.

CAPUT VIII.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

1. Ἐπιτύμβιον εἰς Ἰωάννην καὶ Θεοδόσιον.

Ἐνθάδε τύμβος ἔχει θεοειδέας ἀνέρας ἐσθλοὺς,
θεῖον Ἰωάννην, τὸν πάνυ Θευδόσιον,
ὧν ἀρετὴ πολύολβος ἐς οὐρανοῦ ἄντυγας ἦλθε,
καὶ φωτὸς μετόχους δεῖξεν ἀκηρασίου.

2. Εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον τὸν Καισαρείας ἐπίσκοπον τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ.

Σῶμα δίχα ψυχῆς ζώειν πάρος ἢ ἐμὲ σεῖο,
Βασίλιε, Χριστοῦ λάτρι, φίλ', ὠϊόμην·
ἀλλ' ἔτλην καὶ ἔμεινα. Τί μέλλομεν; οὔ μ' ἀναείρας
θήσεις ἐς μακάρων σήν τε χοροστασίην;
Μή με λίπῃς, μή, τύμβον ἐπόμνυμι· οὔ ποτε σεῖ
λήσομαι, οὐδὲ θέλων. Γρηγορίοιο λόγος.

3. Εἰς τὸν αὐτὸν Βασίλειον τὸν μέγαν.

Ἥνίκα Βασιλίοιο θεόφρονος ἥρπασε πνεῦμα
ἡ Τριὰς ἀσπασίως ἔνθεν ἐπειγομένου,
πᾶσα μὲν οὐρανίη στρατιὴ γήθησεν ἰόντι,
πᾶσα δὲ Καππαδοκῶν ἐστονάχησε πόλις
οὐχ οἷον· κόσμος δὲ μέγ' ἴαχεν· « Ὤλετο κήρυξ,
ὤλετο εἰρήνης δεσμὸς ἀριπρεπέος ».

4. Εἰς τὸν αὐτόν.

Κόσμος ὅλος μύθοισιν ὑπ' ἀντιπάλοισιν ἀεικῶς
σείεται, ὁ Τριάδος κλῆρος ὁμοσθενέος·
αἰαῖ! Βασιλίου δὲ μεμυκότα χείλεα σιγᾷ.
Ἔγρεο· καὶ στήτω σοῖσι λόγοισι σάλος
σαῖς τε θυηπολίῃσι· σὺ γὰρ μόνος ἶσον ἔφηνας
καὶ βίοτον μύθῳ καὶ βιότητι λόγον.

5. Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἷς θεὸς ὑψιμέδων· ἕνα δ' ἄξιον ἀρχιερῆα
ἡμετέρη γενεὴ εἶδέ σε, Βασίλιε,
ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, ὄμμα φαεινὸν
Χριστιανοῖς, ψυχῆς κάλλεσι λαμπόμενον,
Πόντου Καππαδοκῶν τε μέγα κλέος· εἰσέτι καὶ νῦν.
λίσσομ', ὑπὲρ κόσμου ἵστασο δῶρ' ἀνάγων.

6. Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἐνθάδε Βασιλίοιο Βασίλιον ἀρχιερῆα

SELECTA EPIGRAMMATA SANCTI GREGORII THEOLOGI.

1. Sepulcrale in Joannem Chrysostomum et Theodosium.

Hic sepulcrum habet Deo-similes viros bonos,
divinum Joannem, excellentem Theodosium;
quorum virtus ditissima in cœli fornices pervenit
et lucis eos-participes exhibuit purissimæ.

2. In magnum Basilium Cæsareæ episcopum quæ est in Cappadocia.

Corpus sine anima vivere olim potius quam me *sine* te,
Basili, Christi famule, amice, putabam;
sed tuli ac mansi. Quid cunctamur? nonne me in-altum-collocabis in beatorum tuumque chorum? [rapiens
Ne me linquas, ne! sepulcrum testor: non unquam tui
obliviscar, nec si vellem. Gregorii *sunt* verba.

3. In eundem Basilium magnum.

Quando Basilii divina-sapientis rapuit spiritum
Trinitas lubenter hinc properantis,
cunctus quidem cœlestis exercitus gavisus-est eunte;
cuncta vero Cappadocum ingemuit civitas;
non tantum, sed mundus ingenti voce-clamavit: « Occidit
« occidit pacis vinculum eximiæ ». [præco,

4. In eundem.

Mundus totus sermonibus (sub) adversis fœde
quatitur, Trinitatis possessio viribus-æquæ:
heu, heu! et Basilii clusa labra silent.
Surge; et stet *tranquillum* tua voce salum
tuisque sacrificiis. Tu enim solus parem monstrasti
et vitam orationi et vitæ orationem.

5. In eundem.

Unus Deus alte-regnans; unum autem dignum pontificem
nostra generatio vidit te, Basili,
nuntium veritatis altisonantem, oculum coruscum
Christianis, animæ decoribus fulgentem,
Ponti Cappadocumque magnam laudem. Adhuc etiam
precor, pro mundo stes dona ferens. [nunc,

6. In eundem.

Hic Basilii *filium* Basilium pontificem

I.

Divinos hæc terra viros, mansuraque semper
Nomina, Johannem Theudosiumque dedit;
Quos sua, quæ summum penetravit ad æthera, virtus
Nunc dat perpetuæ lucis habere domos.
HUGO GROT.

θέντο με Καισαρέες, Γρηγορίοιο φίλον,
ὃν περὶ κῆρι φίλησα· θεὸς δέ οἱ ὄλβια δοίη
ἄλλα τε, καὶ ζωῆς ὡς τάχος ἀντιάσαι
ἡμετέρης· τί δ' ὄνειαρ ἐπὶ χθονὶ δηθύνοντα
τήκεσθ', οὐρανίης μνωόμενον φιλίης;

posuerunt me Cæsarienses, Gregorii amicum,
quem valde animo dilexi : Deus autem illi felicia donet
ceteraque, et vitam citissime ut-sortiatur
nostram. Quid vero juvat in terra cunctantem
tabescere, cœlestis memorem amicitiæ?

7. Εἰς τὸν αὐτόν.

Τυτθὸν ἔτι πνείεσκες ἐπὶ χθονί, πάντα δὲ Χριστῷ
δῶκας ἄγων, ψυχήν, σῶμα, λόγον, παλάμας,
Βασίλιε, Χριστοῖο μέγα κλέος, ἔρμ' ἱερήων,
ἔρμα πολυσχίστου νῦν πλέον ἀτρεκίης.

7. In eundem.

Paululum adhuc spirabas in terra; at cuncta Christo
dederas ferens, animam, corpus, vocem, manus,
Basili, Christi magnum decus, fulcrum sacerdotum,
fulcrum valde-divisæ nunc plenum veritatis.

8. Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὦ μύθοι, ὦ ξυνὸς φιλίης δόμος, ὦ φίλ' Ἀθῆναι,
ὦ θείου βιότου τηλόθε συνθεσίαι,
ἴστε τόδ', ὡς Βασίλειος ἐς οὐρανὸν, ὡς ποθέεσκεν,
Γρηγόριος δ' ἐπὶ γῆς χείλεσι δεσμὰ φέρων.

8. In eundem.

O sermones, o commune amicitiæ domicilium, o caræ
o divinæ vitæ dudum inita-fœdera, [Athenæ,
scitote hoc, quod Basilius in cœlum *abiit*, ut cupiebat,
Gregorius vero in terra *est* labiis vincla ferens.

9. Εἰς τὸν αὐτόν.

Καισαρέων μέγ' ἄεισμα, φαάντατε ὦ Βασίλειε,
βροντὴ σεῖο λόγος, ἀστεροπὴ δὲ βίος·
ἀλλὰ καὶ ὣς ἕδρην ἱερὴν λίπες· ἤθελεν οὕτω
Χριστὸς, ὅπως μίξῃ σ' ὡς τάχος οὐρανίοις.

9. In eundem.

Cæsariensium ingens laus, splendidissime o Basili,
tonitru tuus sermo, fulgurque vita.
Attamen et sic sedem sacram liquisti : volebat ita
Christus, ut misceret te citissime cœlestibus.

10. Εἰς τὸν αὐτόν.

Βένθεα πάντ' ἐδάης τὰ πνεύματος, ὅσσα τ' ἔασι
τῆς χθονίης σοφίης· ἔμπνοον ἱρὸν ἔης.

10. In eundem.

Penetralia cuncta noveras Spiritus, ac quæcumque sunt
terrenæ doctrinæ : vivum templum eras.

10 *. Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὀκτάετες λαοῖο θεόφρονος ἡνία τείνας,
τοῦτο μόνον τῶν σῶν, ὦ Βασίλει', ὀλίγον.

10 *. In eundem.

Octo-annis populi divina-sapientis habenas quum-sis-imo
hoc unum tuorum *operum*, o Basili, paucum. [deratus,

11. Εἰς τὸν αὐτόν.

Χαίροις, ὦ Βασίλειε, καὶ εἰ λίπες ἡμέας, ἔμπης·
Γρηγορίου τόδε σοι γράμμ' ἐπιτυμβίδιον,
μῦθος δ' ὃν φιλέεσκες· ἔχοις χερὸς, ὦ Βασίλειε,
τῆς φιλίης καὶ σοὶ δῶρον ἀπευκτότατον.
Γρηγόριος, Βασίλειε, τεῇ κόνι τήνδ' ἀνέθηκα
τῶν ἐπιγραμματίων, θεῖε, δυωδεκάδα.

11. In eundem.

Salve, o Basili, etsi reliqueris nos, tamen.
Gregorii hæcce tibi scriptio sepulcralis,
sermo hicce quem amabas. Habeas manus, o Basili,
caræ, etsi tibi perillætabile, donum.
Gregorius, Basili, tuo cineri hunc apposui
inscrip.tionum, dive, duodenum-numerum

12. Εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα.

Ἔνθ' ἑκατονταέτης, ζωῆς βροτέης καθύπερθε,
πνεύματι καὶ θώκῳ τεσσαρακονταέτης,
μείλιχος, ἡδυεπὴς, λαμπρὸς Τριάδος ὑποφήτης,
νήδυμον ὕπνον ἔχω, Γρηγορίοιο δέμας·
ψυχὴ δὲ πτερόεσσα λάχεν θεόν. Ἀλλ' ἱερῆες
ἁζόμενοι κείνου καὶ τάφον ἀμφέπετε.

12. In suum patrem.

Hic centenarius, vitam humanam supra,
spiritu ac sede *episcopali* quadragenarius,
mitis, suaviloquus, clarus Trinitatis interpres,
dulcem somnum habeo Gregorii corpus;
anima autem alata est-sortita Deum. At, sacerdotes,
venerantes ejus etiam sepulcrum colite.

13. Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἐκ με πικρῆς ἐκάλεσσε θεὸς μέγας ἀγριελαίης,
ποίμνης [δ'] ἡγεμόνα θῆκε τὸν οὐδ' ὀΐων
ἔσχατον· ἐκ πλευρῆς δὲ θεόφρονος ὄλβον ἔνειμεν·
γῆρας [δ'] ἐς λιπαρὸν ἱκόμεθ' ἀμφότεροι.
Ἱρὸς ἐμῶν τεκέων ἀνανώτατος· εἰ δὲ τελευτὴν

13. In eundem.

Ex amaro me vocavit Deus magnus oleastro,
gregis custodem fecit qui ne ovium quidem eram
ultimus. E costa (*uxore*) vero divina-sapiente felicita-
senectutem ad beatam pervenimus ambo. [tem tribuit;
Sacerdos *est* meorum filiorum mitissimus. Si vero mortem

ἔτλην Γρηγόριος, οὐ μέγα· θνητὸς ἔην.

14. Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἴ τις ὄρους καθύπερθεν ἀγνῆς ὀπὸς ἔπλετο μύστης
Μωσῆς, καὶ μεγάλου Γρηγορίοιο νόος,
ὅν ποτε τηλόθ' ἐόντα χάρις μέγαν ἀρχιερῆα
θήκατο· νῦν δ' ἱερῆς ἐγγὺς ἔχει Τριάδος.

15. Εἰς τὸν αὐτόν.

Αὐτὸς νηὸν ἔρεψα θεῷ, καὶ δῶχ' ἱερῆα
Γρηγόριον καθαρῇ λαμπόμενον Τριάδι,
ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, ποιμένα λαῶν,
ἠίθεον σοφίης ἀμφοτέρης πρύτανιν.

16. Εἰς τὸν αὐτόν.

Τέκνον ἐμὸν, τὰ μὲν ἄλλα πατρὸς καὶ φέρτερος εἶης,
τὴν δ' ἀγανοφροσύνην ἄξιος (οὔ τι πλέον
εὔξασθαι θέμις ἐστί)· καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιο,
τοίου κηδεμόνος, ὦ μάκαρ, ἀντιάσας.

17. Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐκ ὄϊς, εἶτ' οἰῶν προφερέστατος· αὐτὰρ ἔπειτα
ποιμὴν, εἶτα πατὴρ, καὶ νομέων νομέας,
θνητοὺς ἀθάνατόν τε θεὸν μέγαν εἰς ἓν ἀγείρων,
κεῖμαι Γρηγόριος Γρηγορίου γενέτης.
Ὄλβιος, εὐγήρως, εὔπαις θάνον, ἀρχιερῆος
ἀρχιερεύς τε πατὴρ, Γρηγόριος· τί πλέον;

18. Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὔτι μὲν ἐς πολύκαρπον ἀλωὴν ὄρθριος ἦλθον,
ἔμπα δὲ τῶν προτέρων πλείονα μισθὸν ἔχω
Γρηγόριος, ποιμήν τε καλὸς καὶ πλείονα ποίμνην
Χριστῷ ἀναθρέψας ἤθεσι μειλιχίοις.

19. Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐχ ὁσίης ῥίζης μὲν ἐγὼ θάλος, εὐαγέος δὲ
συζυγίης κεφαλὴ καὶ τεκέων τριάδος·
ποίμνης ἡγεμόνευσα ὁμόφρονος· ἔνθεν ἀπῆλθον
πλήρης καὶ χθονίων κοὐρανίων ἐτέων.

20. Εἰς τὸν αὐτόν.

Γρηγόριος, τὸ δὲ θαῦμα, χάριν καὶ πνεύματος αἴγλην
ἔνθεν ἀειρόμενος ῥίψ' ἐπὶ παιδὶ φίλῳ.

21. Εἰς τὸν αὐτόν.

Τυτθὴ μάργαρος ἐστὶν, ἀτὰρ λιθάκεσσιν ἀνάσσει,
τυτθὴ καὶ Βηθλέμ, ἔμπα δὲ χριστοφόρος·
ὡς δ' ὀλίγην μὲν ἐγὼ ποίμνην λάχον, ἀλλὰ φερίστην
Γρηγόριος, τὴν σὺ, παῖ φίλε, λίσσομ', ἄγοις.

22. Εἰς τὸν αὐτόν.

Ποιμενίην σύριγγα τεαῖς ἐν χερσὶν ἔθηκα
Γρηγόριος· σὺ δέ μοι τέκνον ἐπισταμένως
σημαίνειν· ζωῆς δὲ θύρας πετάσειας ἅπασιν,

tuli Gregorius, non mirum : mortalis eram.

14. In eundem.

Si quis monte super puræ vocis exstitit mysta
Moyses, etiam magni Gregorii mens *exstitit*,
quem quondam procul stantem gratia magnum pontificem
fecit; nunc autem sanctam propter degit Trinitatem.

15. In eundem.

Ipse ædem ornavi Deo, et dedi sacerdotem
Gregorium puræ inclitum Trinitati,
nuntium veritatis altisonum, pastorem populi,
juvenem doctrinæ utriusque principem.

16. In eundem.

Fili mi, cetera quidem patre etiam præstantior sis,
mansuetudine autem *illo* dignus (non quicquam amplius
precari fas est); et ad provectam senectutem pervenias,
talem ducem, o beate, nactus.

17. In eundem.

Non ovis, deinde ovium prima; tum postea
pastor, deinde pater, et pastorum pastor,
mortales immortalemque Deum magnum in unum adunans,
jaceo Gregorius, Gregorii genitor.
Felix, bona-senectute, bonis filiis-gaudens mortuus-sum,
pontifexque pater, Gregorius. Quid ultra? [pontificis

18. In eundem.

Non in frugiferam vineam veni matutinus,
attamen prioribus ampliorem mercedem habeo
Gregorius, pastorque bonus et majorem gregem
Christo qui-enutrivi moribus mitibus

19. In eundem.

Non sanctæ radicis ego surculus, pii vero
conjugii caput et liberorum trium;
gregis ductor-fui concordis; unde abii
plenus et terrenis et cœlestibus annis.

20. In eundem.

Gregorius, mirum! gratiam et spiritus lumen
hinc dum-aufertur-jecit in filium carum.

21. In eundem.

Exigua margarita est, sed in-lapidibus regnat;
exigua et Bethleem, attamen Christum-tulit.
Sic autem parvum quidem ego gregem sum sortitus, sed
Gregorius; quem tu, fili care, precor, ducas. [optimum,

22. In eundem.

Pastoritiam fistulam tuis in manibus posui
Gregorius; tu autem, mi nate, scite
guberna, vitæque fores reseres cunctis,

ἐς δὲ τάφον πατέρος ὥριος ἀντιάσαις.

23. Εἰς τὸν αὐτόν.

Στράψε μὲν οἷς τὸ πάροιθεν ἐν οὔρεϊ Χριστὸς ἀμείφθη,
στράψε δὲ Γρηγορίου τοῦ καθαροῖο νόῳ,
τῆμος δ' εἰδώλων ἔφυγε ζόφον· ὡς δ' ἐκαθάρθη,
ᾗσι θυηπολίαις λαὸν ὃν εἰσέτ' ἄγει.

24. Εἰς τὴν μητέρα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου προσληφθεῖσαν.

Παντός σοι μύθοιο καὶ ἔργματος ἦεν ἄριστον
ἦμαρ κυριακόν. Πένθεϊ πένθος ἅπαν,
μῆτερ ἐμή, τίουσα, μόναις ὑπόεικες ἑορταῖς.
Εὐφροσύνης, ἀχέων ἵστορα νηὸν ἔχεις·
χῶρος ἅπας δάκρυσι τεοῖς σφρηγίζετο, μῆτερ·
μούνῳ δὲ σταυρῷ πήγνυτο καὶ δάκρυα.

25. Εἰς τὴν αὐτὴν μητέρα Νόνναν.

Οὔποτε σεῖο τράπεζα θυηδόχος ἔδρακε νῶτα,
οὐδὲ διὰ στομάτων ἦλθε βέβηλον ἔπος·
οὐδὲ γέλως μαλακῇσιν ἐφίζανε, μύστι, παρειαῖς.
Σιγήσω κρυφίους σεῖο, μάκαιρα, πόνους.
Καὶ τὰ μὲν ἔνδοθι τοῖα, τὰ δ' ἔκτοθι πᾶσι πέφανται·
τοὔνεκα καὶ θείῳ σῶμ' ἀπέλειπες ἕδει.

26. Εἰς τὴν αὐτήν.

Πῶς ἐλύθη Νόννης καλὰ γούνατα; πῶς δὲ μέμυκεν
χείλεα; πῶς ὄσσων οὐ προχέει λιβάδας;
Ἄλλοι δ' αὖ βοόωσι παρ' ἠρίον· ἡ δὲ τράπεζα
οὐκέτ' ἔχει καρποὺς τῆς μεγάλης παλάμης·
χῶρος δ' ἐστὶν ἔρημος ἀγνοῦ ποδὸς, οἱ δ' ἱερῆες
οὐκέτ' ἐπὶ τρομερὴν κρατὶ βαλοῦσι χέρα.
Χῆραι δ' ὀρφανικοί τε, τί ῥέζετε; παρθενίη δὲ
καὶ γάμος εὐζυγέων, κέρσατ' ἄπο πλοκάμους,
* * * * * *
τοῖσιν ἀγαλλομένη κρατὸς φέρε πάντα χαμᾶζε,
τῆμος δ' ἐν νηῷ ῥικνὸν ἀφῆκε δέμας.

27. Εἰς τὴν αὐτήν.

Σάῤῥα σοφὴ τίουσα φίλον πόσιν· ἀλλὰ σὺ, μῆτερ,
πρῶτα Χριστιανὸν, εἶθ' ἱερῆα μέγαν,
σὸν πόσιν ἐσθλὸν ἔθηκας ἀπόπροθι φωτὸς ἐόντα.
Ἄννα, σὺ δ' υἷα φίλον καὶ τέκες εὐξαμένη,
καὶ νηῷ μιν ἔδωκας ἀγνὸν θεράποντα Σαμουήλ·
ἡ δ' ἑτέρη κόλποις Χριστὸν ἔδεκτο μέγαν·
Νόννα δ' ἀμφοτέρων ἔλαχε κλέος· ὑστάτιον δὲ
νηῷ λισσομένη πάρθετο σῶμα φίλον.

28. Εἰς τὴν αὐτήν.

Ἐμπεδόκλεις, σὲ μὲν αὐτίκ' ἐτώσια φυσιόωντα
καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρητῆρες ἔδειξαν·
Νόννα δ' οὐ κρητῆρας ἐσήλατο, πρὸς δὲ τραπέζῃ
τῇδέ ποτ' εὐχομένη καθαρὸν θύος ἔνθεν ἀέρθη,
καὶ νῦν θηλυτέρῃσι μεταπρέπει εὐσεβέεσσι,
Σουσάννῃ, Μαριάμ τε καὶ Ἄνναις, ἔρμα γυναικῶν.

inque sepulcrum patris maturus venias.

23. In eundem.

Refulsit *eis* quibus olim in monte Christus transfiguratus-
refulsit et Gregorii puri menti, [est;
tunc quando idolorum fugit tenebras. Ut vero est-purifi-
suis sacrificiis populum suum adhucdum regit. [catus,

24. In matrem suam ex altari assumptam.

Omnis tibi sermonis et operis erat præcipuum
dies dominica. Luctu luctum omnem,
mater mea, honorans, solis cedebas festis.
Lætitiæ, dolorum conscium templum habes.
Locus omnis lacrimis tuis signabatur, mater;
una vero cruce sistebantur et lacrimæ.

25. In eandem matrem Nonnam.

Nunquam tuum mensa quæ sacrificium-excipit vidit dor-
neque per ora iit profanum verbum; [sum;
neque risus teneris insedit, sacris-initiata-mulier, genis.
Silebo occultos tuos, beata, labores.
Et quæ intus erant, talia; quæ extrinsecus cunctis per-
idcirco et divina corpus reliquisti in-æde. [spicua.

26. In eandem.

Quomodo solutæ-sunt Nonnæ pulchra genua? quomodo
labia? quomodo ex-oculis non profundit guttas? [clausa
Alii autem clamant juxta tumulum. Sed mensa
non-amplius habet fructus nobilis manus;
locusque est carens puro pede; sacerdotesque
non-amplius tremulam capiti imponent manum. [autem
Viduæ vero orphanique, quid jam-facietis? Virginitas
et conjugium proborum-conjugum, tondite cincinnos,
* * * * * *
quibus ornata capitis posuit cuncta humi,
tum quum in ecclesia rugosum reliquit corpus.

27. In eandem.

Sarra sapiens *fuit* honorans conjugem: at tu, mater,
primo Christianum, deinde sacerdotem magnum
tuum conjugem bonum fecisti, procul a-luce qui-erat.
Anna, tu autem filium carum et genuisti precata
et templo eum dedisti castum famulum Samuel;
altera vero *Anna* sinu Christum accepit magnum:
at Nonna ambarum sortita-fuit gloriam; postremo autem
in-ecclesia orans ibi-deposuit corpus suum.

28. In eandem.

Empedocles, te statim vana tumentem
ac mortalem Ætnææ flammæ crateres ostenderunt;
Nonna vero non crateras insiluit, sed juxta mensam
hancce quondam orans, pura hostia, hinc-rapta est,
et nunc mulieres-inter conspicua-est pias,
Susannam, Mariamque et Annas, præsidium feminarum.

29. Εἰς τὴν αὐτήν.

Ἡρακλες, Ἐμπεδότιμε, Τροφώνιε, εἴξατε μύθων,
καὶ σύ γ' Ἀρισταίου κενεαυχέος ὀφρὺς ἄπιστε·
ὑμεῖς μὲν θνητοὶ καὶ οὐ μάκαρες παθέεσσι·
θυμῷ δ' ἄρρενι Νόννα βίου τμήξασα κέλευθον,
Χριστοφόρος, σταυροῖο λάτρις, κόσμοιο περίφρων,
ἥλατ' ἐπουρανίην εἰς ἄντυγα ὡς ποθέεσκεν,
τρίσμακαρ ἐν νηῷ σῶμ' ἀποδυσαμένη.

30. Εἰς τὴν αὐτήν.

Γρηγόριον βοόωσα παρ' ἀνθοκόμοισιν ἁλωαῖς
ἤντεο, μῆτερ ἐμή, ξείνης ἄπο νισσομένοισι,
χεῖρας δ' ἀμπετάσασα φίλας τεκέεσσι φίλοισι,
Γρηγόριον βοόωσα· τὸ δ' ἕζεεν αἷμα τεκούσης
